



John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF N^o
★ ADAMS
181.3

lo r. effi. sū. i. a dunnare accumulare.
 l. d. ior. er. aggressus sū. d. n. i. assilire in
 ure arripe
 l. go. as. au. i. i. gregare v. l. cumulare.
 l. as. i. festinare v. l. fugare negociari
 l. as. i. i. frequenter agere.
 l. no. as. are. i. agnoie vocare v. l. agno
 nponere.

l. co. scs. agnoui agnitum. a. i. valde v. l.
 inoscere
 l. ere. a. t. i. ducere v. l. facere. z cor. pe.
 vac. in. j. epi. Nā tua res agit paries
 cm. ardet. Et differt agere et gerere.
 que ē gnale ad oia q̄ fiūt tā re q̄ s̄bis.
 ruiuos q̄ i vltia volūtate. Nā faciēs
 nētū d̄r age. sic z emēs vendēs locās.
 l. rere. s̄phēdit tm̄ illō qd̄ sit re z non
 Et sic faciēs testamētū nō d̄r gerere.
 d. obli. l. s̄ba p̄rerūt.

l. o. as. au. i. n. p. i. p̄redo certo pugno.
 n. i. z. et ē deponētale. Et ē agonizo
 ig. imitativē forme. sic patrizo a p̄re
 onizo. i. q̄i agonē seq̄.

A ante 3

l. it. r. p̄r aiūt. i. dico. z ē q̄rte p̄iugatio
 i. facit impatiuū i. i. vt ai. In q̄ s̄bo i.
 duplex p̄sonās. Un̄ aio aiūt duarū
 hz sūt. vñ D̄rac. i. epi. Seru. habes
 vñ. nō vter. aio. S; seq̄nte p̄sonāte
 s̄ est. vt ais air.

A ante 1

l. as. a. p. i. alapas dare.
 l. as. are. a. p. i. alapas dare.
 l. bes. bui. n. s. i. albū ē v. l. fieri. In al
 l. s. ere. incho. i. incipio albere
 l. cas. i. paz. albere. z d̄r ab albeo bes
 sci. d̄t q̄ albico sit s̄bū apparitiuū. z
 q̄ appareo albere
 l. s. a. p. i. albū facere. z p̄pōit cū de. vt
 o.
 l. si. sum. n. s. i. frigere. In algesco. scs.
 l. as. are. i. frequē allicere
 l. as. au. i. a. p. est remittē v. l. affirmare.
 es ad fulcimētū sue p̄t. inducere v. l.
 p̄tari ad p̄batiōes. v. l. p̄clusiōes ad
 iudicē p̄ comodo sue cause. z p̄prie p̄
 d. aduocatos
 l. as. are. a. p. i. leuē facere exonerare
 s̄ auferre v. l. diminuerē.
 l. xi. v. l. cui. a. t. i. dulcē aduocare. l. cū
 itōe attrahere.
 l. is. ere. si. sū. a. t. i. aliqd̄ vebemēt lede

re punire. z p̄pōit p̄ p̄cedere v. l. p̄cuse
 Alienare ē p̄prie rē aliquā in dominiū alte
 rius trāssere. In alienatio. z ē ois pacio
 p̄ quā trāssert dominiū. d̄ rebō eccle. n̄ alie.
 c. nulli. C. de fur. l. j.

Alienare cā mutādi iudiciū. d̄r qm̄ metuēs
 p̄trouersia rē dolo in aliū trāssert vt iudi
 ciū mutet z euifet.

Alligo as. are. a. p. i. ad aliqd̄ ligo. Un̄ Bir
 rbia. Quēlibet imodiē alligat eris amor.
 p̄pheta. Qui sanat p̄tritos corde z all
 gat p̄tritiōes eoz.

Alluqz. er. s. d. t. i. ad aliū loq̄
 Allubesco. is. ere. i. obedire v. l. p̄sentire. Nota
 q̄ antiq̄ dicebāt lubet z lubesco p̄ libere v. l.
 libesco. vñ z nos vtimur p̄posito allubco
 z allubesco. i. obedire v. l. p̄sentire. Et in s̄
 allubescētia. tic. v. l. allubētia. tic. i. obediē
 tia v. l. p̄sensus. Et in eodē sensu inuenit̄ al
 libeo. es. vel allibet z allibesco.

Allucino as. are. a. p. i. in xta lucinare. z d̄r al
 lucino as. i. suadere v. l. luci vicinare

Alludo. is. ere. n. t. i. illudere v. l. p̄sonare cō
 gnere p̄cordare.

Alluo. is. ere. a. t. i. abluere delauare. vel po
 tiē paulatim abluēdo augmētare. Inuēit̄
 etiā qm̄q̄ alluere p̄ p̄sumptōe aq̄z.

Alō. ui. itū. l. altrū. a. t. i. nutrire. z p̄pōit alo cū
 cō. vt coalo. lis. qd̄ z scdē p̄iugatiōis iuēit̄
 coaleo les. In coalesco. scs. incho. et cor. p̄
 mā alo. s; halo as. eā. p̄d. Un̄. Nutrio cur
 rat alo. p̄ducit spūs halo.

Alterco as. are. v. l. altercor ar. i. certare. liti
 gare. z d̄r ab alter. Et p̄ponit̄ vtrūq̄ vt cor
 alterco. coaltercor

Altero ras. are. a. p. i. variare facere altez. et
 d̄r ab alē. In alterat. a. ū. i. variat

Alto tas. are. nō est in vsū. z venit ab altus
 a. um. sed p̄ponit̄ cū et in. vt exalto tas.
 i. in altū extollere. z in alto. tas. p̄ eodem.
 Pap. s̄o di. Alto as. nutrio v. l. altum facio
 subleuo.

A ante D

Amareo es. ere. n. s. i. amar. sū vel fio. et d̄r
 ab amar. In amaresco incho.

Amarico as. are. a. p. amaz facere v. l. fatiga
 re. z d̄r ab amarus

Amasco es. s̄bū incho. i. incipio amare
 Amaturio tur. s̄bū meditatiuū. i. meditoz
 amare.

Ambigo. egi. cū. n. t. i. dubito circumduco.
 ab am qd̄ est circum z ago. z mutata a in i.

Handwritten notes and signatures in the right margin, including "14", "11", "12", "13", "14", "15", "16", "17", "18", "19", "20", "21", "22", "23", "24", "25", "26", "27", "28", "29", "30", "31", "32", "33", "34", "35", "36", "37", "38", "39", "40", "41", "42", "43", "44", "45", "46", "47", "48", "49", "50", "51", "52", "53", "54", "55", "56", "57", "58", "59", "60", "61", "62", "63", "64", "65", "66", "67", "68", "69", "70", "71", "72", "73", "74", "75", "76", "77", "78", "79", "80", "81", "82", "83", "84", "85", "86", "87", "88", "89", "90", "91", "92", "93", "94", "95", "96", "97", "98", "99", "100".

interposita b.

*apud dicitur in popo
4 p. hono p*

Ambio is. iul. itū. a. q. i. circū dare z cupere.
z p. p. hono r. z d. ab am. z eo. z iterponit
b. z ein i. murat

Ambulo. as. are. n. p. p. t. deriuari ab ambo
onis. qd ē g d. z p. p. t. cū de. vt de ambulo
.i. de loco ad locū spaciādo ābulare. et cū
ob. vt ob ambulo. i. circū ambulare vt meli
us spaciari. Un̄ Duid. meta. ij. In teneris
formosus obābulat herbis. Coponit etiā
cū p. z p. z con z re.

Amēdo. as. are. z amādo. as. a. p. p. eodez. i.
extra lōge mādare z absentare

Amicio ē. ire. a. q. i. coopire vt adiūgere vt
ligare. ab amicē d. q. z ā amicū sibi sociat
cū coopit p. g. r. z defēdit Un̄ Duid. in. v.
meta. Ille sibi ablatz fuluis amicis i alis.
Et Diere. xliij. Sic amicis pastor pallio
suo. Et p. p. t. cū circū z con vt circū ami
cior coamicio

Amico. as. a. p. z amicor aris. d. in diuersis
figōibz. vt amico illū tibi. i. facio illū ami
cū tibi. Et amicor tibi. i. sū amicē tibi. z di
cū ab amicē

Amictuo. as. are. frēntatiū. i. coopio. ab
amicio ē. Et p. p. t. circū amictuo as. tū d. z
z circū amictuo as. p. syncopā.

Amitto. si. sū. a. t. i. p. d. ere. Itē inuēt p duo
m. vt ammittō. ex am p. p. t. z mitto.

Ammiroz ar. i. valde mirari

Amo. as. are. a. p. i. diligere. Dnt̄ tñ. qz dili
go i bono. amo sumit i malo. dnt̄ ēt amo
sine aspiratōe z hāmo as. cū aspiratōe. vñ.
Damat̄ pisces sz amat̄ sepe puellē Unā sp
amo cñ soluo. ab hāmo In hā amator oz
z amatrix z amatoz. z p. p. t. amo cū re.
vt redamo as. i. rursū amare. z cū de. vt de
amo as. i. valde amo. Itē ab amo as. vñt
amor oz. nomē. z ē amor p. filioz. iustus
vroz. crudelē p. naturā. obfcenē meretriciā.

Amplector ē. s. t. qñ circū circa flectendo
brachia cingere vt cingi. z d. ab am z ple
cto is. ere. p. flecte.

Amplifico as. aui. a. p. i. amplum facio. Am
plio as. are. idem.

Ampullos. ar. i. s. bis supbis inflat. z sexq
pedalibz. vt.

Amputo. as. aui. a. p. i. ex toto vndiqz scide
re vt remouere. Un̄ in ps. Amputa oppo
bitū meū qd suspicat sū. Et vt dicit Dug.
Vites sūt putāde z nō amputāde. nisi for
te velim vineā ex toto eradicare.

A ante H

Anathemo as. are. a. p. z anathema
.i. maledicere excōicare ab omiari e
Ancido. dis. ere. a. t. i. circū circa corz
am z cedo. mutata m. in n.

Ancillo. as. a. p. i. mīstrare l' fūire. z t
z i codē sēsu repit ancilloz. ar. d. z
coancillo. i. simul ancillo.

Anclo. as. aui. a. p. i. furari vt hauri
ponit ab an et cleo. p. absorbere. vt
pis. p. furari.

Ancoro as. i. ancoras ligare vt firm
d. ab ancora re.

Anfringo. is. egi. ctū. i. circū qz frāz
Ango is. ere. xi. ctū. t. i. p. stringere so
fficere cruciare Un̄. j. Re. j. Afflig
eā emula c. z vebemēter angebat.

Angustio as. a. p. ab angustia. stie. v
tractōz. i. āgusto as. are. i. strictū fa
ij. Loz. vj. Nō angustiamini i nō
stiamini at i visceribz vñs. Et p. p.
coangustio. as. z coangusto. as.

Anhelo as. are. a. p. i. festinare desit
p. p. t. sūt respirare. vñ Brexim. f
moziēs. Vel d. anheloz. aris. dep
Itē d. fūire vt adberere. In anhe
ct anhelū. us. ui.

Animaduerto. is. ere. n. t. i. i. aio p. te
derare itelligere cogitare. et poni
punire. qz anteqz pena irrogat fir
tē vel q̄litatē peccati p. t. q̄litas l'
pene in aio. vt qz tūc p. t. iudex ar
reū puniendū. vt p. p. t. q̄ pena

Animo as. are. a. p. i. aiaz dare vt
exhortari. audacē facere.

Annicito as. i. cū palpebz ānuere.
designātes aliqd cū palpebris
Annuo. is. ere. ui. utū. n. t. i. affigē
re. nutū alicui facere. z ē actiū p.
sz in alijs significatiōibz ē neu. g.

Annuto as. are. aui. n. p. i. annuere
re. nutū alicui facere. vñ Plau. z
tat. alij ānutitat. alij timet. alij an
annuritare cū oculo ānuere. sz an
annutare cū alio mēbro

Antegdiroz. er. antegressus sū. i. an
tinet. a. i. pñti sui simplicz. sicut z p
Dz etiā pgradioz. i. antegradioz.

Antelucos as. are. n. p. i. in nocte vt
furgere vt vigilare. ab antelucanō

Antestoz. ar. i. p. testari. i. testimom
re. z ē absolutū. ab anti qd ē p z re

Amoy

Amoy

Amoy - t. adingy

4

*Amoy - f. g. g. d.
tata d. amao*

Amoy

*Amoy - bono. dmo
dmo*

*Amoy - p. p. t. d.
do h. p. g. a. m. g. o. r.*

Amoy

co cis. ri. ctum. est gloriā vel grām
 An. Benedicat nos ds. Dñs ē me/
 gmetare. Unde Sen. xvij. dñs di/
 Abraā Bñdicā ei. Dñs est solennē
 ē stituere. Unde Sen. ij. Et bñ/
 is diei septimo. Dñs est psecrare.
 cerdos bñdicat panē. i. corp⁹ xpi in
 Dñs adoptare. vt Sen. xxvij. z. xx/
 iac benedixit Jacob. i. adoptavit.
 bonif. p futura p̄dicere. vt Sen. xlix
 benedixit duodecim patriarchis.
 i. dā em filijs bñdixit z quibusdaz
 rit. i. futura p̄dicat. Dñs est bona
 iugmetare. Un Jobyltino. Dñs
 dixit nouissimis Job. Dñs ponit
 dicere. Un. ij. Re. xxj. Naboth de/
 gez bñdixit. i. maledixit. Ita dñ in
 s. qz hebrei solēt noiare mala a cō
 vt patet Job. ij. Bñdic deo et mo/
 aledic. vñ bñdico qñqz regit actm̄
 actiuum. quādoqz dñm. z sic ē neu

io cis. feci. ctū. n. t. pponit a bene z
 ceo ces. cct. cui. n. s. pponit a bñ z
 are. auī. a. p. i. remunerare l̄ beatū
 dñ a bñ vl̄ bon⁹

B ante 3
 s. bi. bitū. a. t. i. sitim cū liqre hūido
 ere. Item bibere nature est. pota/
 ie.
 bilbio bis. n. g. i. sonitū facere
 auī. are. a. p. i. duplicare. z p. bi.
 auī. a. p. ē duo z duo insil̄ p̄iungere
 cū con. vt cōbino. as.
 z. tir. d. q. z biptio t. n. q. i. i. duas
 idere. a bis z partioz. vl̄ partio t.
 are. n. p. i. p̄gere. z dñ a bitumē Un
 n gurgulione. Quis michi in tra
 mar? si illa ad me biter

B ante 2
 dir̄. dicitus sū. d. q. i. adulari. z con
 otō. vt Blādior tibi. i. aduloz In
 cū actō i eodē sensū. In blādus
 ādicia. cic. z hec blandicies. ci. i.
 Et componit Deblādior. id est
 dior. Eblādior. Reblādior. i. i. te/
 or
 no. as. are. a. p. i. detrachere vel re/
 vicuperare. Inde blasphemia.
 blasphemie az. i. detractio vl̄ vi/

T O R I A
 A T I N A E
 T I S P O N T I F I C I
 V M R O M A N O R V M.

IESV CHRIS
 VE AD PAVLVM II.
 PAPAM, LONGE QVAM
 ENDATIOR, DOCTISSIMARVMQ.
 ONUM ONVPHRII PANVINII acces
 sione nunc illustrior reddita.

NYPHRII ACCVRATA ATQVE FIDELI
 VITAE, vsq; ad PIVM V. & ANTONII CICCAREL
 BENTEM VIII. qui hodie Sancte ROMANAE CA
 CAE ECCLESIAE praesidet, adiuncti & sunt.
 NC DEMVM OMNIVM PONTIFICVM VERAE
 omnia summo studio emendata & correcta.



3347

B O L O N I A E,
 Bernardum Gualtherium.
 ANNO clb. Is. C.

interposita b.

Ambio is. ini. itū. a. g. i. circū dare z vt in /
z pprie honore. z dr ab am. z eo. z iter / a. p. i.
b. z e in i. mutat

Ambulo. as. are. n. p. pt deriuari ab a.
onis. qd ē gā. z spōit cū de. vt deam /
i. de loco ad locū spaciādo ābulare. e. us.
ob. vt obambulo. i. circūambulare vt m /
us spaciari. Vñ Quid. meta. ij. In tene /
formosus obābulat herbis. Lōponit en /
cū p z p z con z re.

Amēdo. as. are. z amādo. as. a. p. p. eodez. i.
extra lōge mādare z absentare

Amicio c. ire. a. g. i. coopire vt adiūgere vt
ligare. ab amic^o dr. qz q̄ amicum sibi sociat.
eū coopit ptegit z defendit Vñ Quid. in. v.
meta. Ille sibi ablat^o fuluis amicis i alis.
Et Hier. xliij. Sic amicis pastor pallio
suo. Et spōit cū circū z con vt circūami.
cior coamicio

Amico. as. a. p. z amicos aris. d. in diuersis
sigtōibz. vt amico illū tibi. i. facio illū ami /
cū tibi. Et amicos tibi. i. sū amic^o tibi. z di /
cū ab amic^o

Amictuo. as. are. frēntatiuū. i. coopio. ab
amicio c. Et spōit circūamicuo as. tñ dr
z circūamicuo as. p. syncopā.

Amitto. si. sū. a. t. i. pdere. Itē inuēit p duo
m. vt ammitto. ex am ppōne z mitto.

Ammiroz ar. i. valde mirari

Amo. as. are. a. p. i. diligere. Dñt tñ. qz dili
go i bono. amo sumis i malo. dñt et amo
sine aspiratōe z hamo as. cū aspiratōe. vñ.
Damat pisces sz amat sepe puelle Vñā sp
amo c^o n soluoꝝ ab hamo In h amator oz
z amatrix z amatoꝝ. z pponit amo cū re.
vt redamo as. i. rurſū amare. z cū de. vt de
amo as. i. valde amo. Itē ab amo as. vēit
amor oz. nomē. z ē amor p filioꝝ. iustus
vroz. crudel^o n naturā. obscen^o meretricū.

Amplector c. s. t. q̄si circūcirca flectendo
brachia cingere vt cingi. z dr ab am z ple
cto is. ere. p flecte.

Amplifico as. aui. a. p. i. amplum facio. Am
plio as. are. idem.

Ampulloz ar. i. p̄bis sup̄bis inflat^o z sexq̄e
pedalibz vt.

Amputo. as. aui. a. p. i. ex toto vndiqz scide
re vt remouere. Vñ in ps. Amputa oppro
briū meū qd suspicā^o sū. Et vt dicit Aug.
Vites sūt putāde z nō amputāde. nisi for
te velim^o vineā ex toto eradicare.

a calo. onis. vt a calon greco
Calico cas. i. bibere potare. z dr a ca
Caligo as. are. a. p. i. caligis induer
caliga ge. z cor. li. Itē caligo as ē ol
ri obceccari obtenebrari. z dr a cal
er pdu. li.

Calleo. es. lui. n. s. i. durere vt calli
Vñ qdā. Caller durere denotat z
In z callesco scs. incho. i. icipio cal

Calo as. aui. i. laxare deponere ppo
dr a calon greco qd latine laxa for

Calūnioz ar. s. d. p. i. rep̄bēdere crin
accusare vt dsimere. frere erigere
re causari frustrari ludificare. Se
dicebāt calūnio as.

Caluo as. aui. a. p. i. facere aliquē ca
nō ē in vsu. In h calu^o. ui. z adiecti
a. ū. Et spōit cū de. vt decaluo as
facere vt decapitare vt caluaria a

Caluo uis. ui. ere. a. t. i. decipe. z car
z est tractū a caluo. q̄ qdāmodo d
dētes p̄te galez suū vt aliq̄ coop
repi^o calui infinitiū^o z grūs a calu

Si nō vis calui fugias pfortia c
a caluo uis. dr cauillo as. p. caluil
Cabo bis. psi. bire. psum. n. q. ē. ali
tādo paliq̄ re dare. In cāpsoz. oz
sas. frēntatiuū.

Camero as. aui. a. p. i. curuare l' can
cere vt cameras pparare vt distin

Cāpsō as. a. p. i. flecte vt plecte. In
frēntatiuū cāpsō as. i. frēnt cāl
bio bis

Cācello as. are. i. d̄lere l' lineā trah
rā vt pstruere dānare. vñ dici^o lr
latas. i. abzasas Itē cācellare ē b
tēdere Vñ. Est cācellare q̄ sūt dā
ficare Hoia p mediū q̄ sigt linea z
cruce cācellat p nob brachia p̄ps
la septa linit h cācellari^o erit.

Cādeo es. ui. n. s. i. albere vt caler
supio Vñ. Cādida res cādet. z fe
cādet. In cādesco scs. incho.

Cādico cas. caui. care. n. p. i. aliq̄t
dere.

Cādido as. a. p. i. facere cādīdum
Caneo nes. ui. n. s. i. canū fieri. z ca
no. z dr a cādeo des In canesco f
qd z canisco scis. inuenitur. q̄i a
cōiugatōis.

Cano. nis. ni. tū. mltā sigt. Nā ali
citer sigt cātare. q̄nqz diuīare. ali

apud...
apud honore

apud...

apud...

apud...
apud...
apud...

H

apud...
apud...
apud...

apud...

apud...
apud...
apud...

apud...
apud...
apud...

HISTORIA
B. PLATINAE
DE VITIS PONTI-
FICVM ROMA-
NORVM.

A D. N. IESV CHRI-
STO VSQVE AD PAVLVM II.
VENETVM PAPAM, LONGE QVAM
ANTEA EMENDATIOR, DOCTISSIMARVMQ.
annotationum ONVPHRII PANVINII accef-
sione nunc illustrior reddita.

*CVI, EIVSDEM ONVPHRII ACCVRATA ATQVE FIDELI
operâ, reliquorum Pontificum VITAE, vsq; ad PIVM V. & ANTONII CICCAREL-
LAE, vsq; ad CLEMENTEM VIII. qui hodie Sanctæ ROMANÆ CA-
THOLICÆ ECCLESIAE praesidet, adiunctæ sunt.*

ACCESSERVNT NVNC DEMVM OMNIVM PONTIFICVM VERAE
Effigies: omnia summo studio emendata & correctæ.



3347


COLONIAE,
A pud Bernardum Gualtherium.

ANNO cl. l. C. 7

*ADAMS 181.3

REVERENDISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. THEODORO, DEI ET APOSTOLICAE
SEDIS GRATIA EPISCOPO PADIBORNENSI, SACRI
ROMANI IMPERII PRINCIPI, DOMINO

suo Clementissimo.

VM multi ingenio & doctrina praestantes vi-
ri, Reuerendis. & Illustris. Princeps, libraru
scriptione & editione preclare de humana so-
cietate meriti sunt; tum illi in primis, qui flo-
rentissimarum Rerump. aut praecellentium
hominum res gestas integra fide literaru mo-
numentis consignare, atq; ab obliuione vind-
icare studuerunt. Etenim nulla res perinde, vel bonorum Princi-
pum animos ad res cum laude gerendas inflammat, vel tyrannoru
cupiditates cohibet, quam dum utrique cernunt, horum scripto-
rum opera, omnem suam vitam, mox in totius orbis, immo spe-
culorum omnium quoddam quasi amphitheatrum producen-
dam. Quanquam autem & bene facta laudare & quae contraria ijs
sunt vituperare, historia non doceat; tamen, id quod efficacissimu
est, exemplis propositis, quae recte secusque fiant, velut in speculo
repraesentat. Verissimum est illud Gregorij Nazianzeni: Historia
omnem sapientiam continet. Et illud Dionysij Halicarnassej; Hi-
storia est initium prudentiae & sapientiae. Merito etiam praecclarus
auctor Diodorus Siculus in Historiarum neglectioem publica-
rum calamitatum causam confert, quod nimirum, cum tot aduer-
sis casibus homines vrgeantur, & in eosdem toties incurrant, lecti-
one & consideratione exemplorum non erudiantur. Ac mihi qui-
dem his alijsque de causis historiae alicuius editionem nouam me-
ditanti (sunt enim haec Typographorum partes, vt literatorum

hominum monumenta identidem instarent, & contra edacis temporis iniuriam tueantur) venit in mentem nullum maius operæ pretium me facturum, quàm si summorum Romanorum Pontificum historias à B. Platina primùm conscriptas; deinde ab Onuphrio Panuino vsque ad Pium V. postremò ab Antonio Cicarella ad Clementem vsque VIII. (qui etiamnum Ecclesiæ Christi in terris summo cum imperio præest ac præsidet) continuatas, reddam luci, qua ob superiorum editionum exemplaria distracta iam dudum carent. Etenim in hoc opere accuratè describitur, & euidentissimè ob oculos ponitur Cathedræ Ecclesiasticæ, hoc est, Romanorum Pontificum à Christo ad nos vsque continuata successio, quæ certè nos omni censu, præscriptione, autoritate, tabulis & instrumentis instructos esse docet, cum ad nostra iustè possidenda, tum ad hæreticos horum temporum velut iniustos Ecclesiæ tituli & fundi captatores, iure depellendos & profligandos. Testatur hoc S. Augustinus contra epist. Fundamenti cap. 4. dum ait: Multa sunt alia quæ in Ecclesiæ gremio me iustissimè teneant: tenet consensus populorum, atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem episcopatum, successio Sacerdotum: tenet postremò ipsum Catholicæ nomen, &c. Testatur idem Tertullianus lib. de præscript. his verbis: Cupio, ostendant mihi, ex qua auctoritate prodierint, edant originès Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerarit, habuerit auctorem, & successorem; hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferent, sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum, refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: Confringant aliquid tale hæretici. Sunt alia id genus quàm plurima Sanctorum Patrum & Catholicæ Ecclesiæ Doctorum in hanc sententiam testimonia, quæ ego, ne æquo sim longior, silentio prætereo. Itaque cum hoc opus tam utile ac necessarium sit, volui illud

illud doctissimorum hominum studio repurgatum, omniumque Summorum Pontificum veris imaginibus nunc demum exornatum, meis typis denuò lucem aspicere, & quidem non sub alio nomine & præsidio, quam sub tuo Reuerendis. & Illustris. Princeps, Fecerunt hoc cum alia plurima, tum verò Cels. V. & animi fortitudo maxima, & acerrimum Catholicæ auitæque religionis inter tot circumlatrantes hæreses propugnandæ studium, & denique erga literatos eorumque ingenij monumenta, permultis sæpè demonstratis signis amor singularis. Quare Cels. V. quibus verbis possum rogò, vt hoc literarium munus ea quæ tanto Principe dignum est, humanitate, & candore accipiat, meq; in suorum clientum albu semper numerari patiatur. Deus Opt. Max. Cels. V. Ecclesiæ suæ diutissimè incolumem conseruet, Coloniae 8. die Septemb, Anno 1600.

Cels. V.

subiectis.

Bernardus Gualtherius
Bibliopola Coloniens.

S. D. N. PIO V. PONTIFICI MAXI-
MO, ONVPHRIVS PANVINIVS VERONEN-
SIS, FRATER EREMITA AVGVSTINIANVS
S. P. D.



V M maxima sit, Pie V. Pontifex maxime, rerum om-
nium quæ cæli terræq; ambitu continentur, varietas, at-
que in his varia quoque hominum profensiones, dissimi-
lia studia, & inuenta sint, inter omnes ingenij, & studio-
rum solertia præstantes, eximia semper laude digni præ-
ter ceteros, y potissimum visi sunt, qui aut excellentium
regnorum, rerumve publicarum, aut clarissimorum homi-
num res gestas monumentis literarum tradere, easq; ab
obliuione vindicare studuerunt. Quandoquidem eorum
opera & industria fit, ut aduersus edacis temporis iniuriam, fortissimis quasi qui-
busdam armis ac presidijs muniti, res ferè vniuersas, præclare olim excellenterq; ge-
stas, memoria tuentes, imitemur. Hinc ille faces, quibus ad immortalis gloriæ stadiū
præclare indolis animi vehementer inflammantur, contraq; à vitijs improbi, quum
sceleratorum hominum memoriam exagitari intelligant, omninò deterrantur. Ve-
rùm enim uerò si tanta ijs omnium hominum iudicio gloria debetur, qui clarissimarū
gentium origines, & res publicè priuatimq; gestas, qui locorum & regionum situs, vel
vetustissimarum ciuitatum, aut populorum mores, & ritus suis commentarijs osten-
derunt, quum ad res profanas omne studium contulerint, quonam eos præconio extol-
lendos censebimus, qui sacrarum & ecclesiasticarum rerum memorias temporum vi,
& eorum hominum, qui superioribus ætatebus vixerunt, negligentia prorsus obscu-
ratas, literis illustrandas susceperunt? maiore haud dubiè, & honorificentiore: nam
ut profanis sacras historias, sic harum scriptores longe illis præferēdos puto, tum pro-
pter excellentioris argumenti dignitatem, tum quod rari semper fuerint homines,
qui sibi in hoc scribendi genere laborandum duxerint. Nec idè dico, quasi improbem
illorum studia, qui rebus Romanis, Græcis, & Barbaris tradendis exornandisq; se to-
tos dederunt, sed quod antiquitatem Christianam, qua nihil antiquius nobis esse de-
bet, negligent, & valde miror, & plurimum dolco. Atque ego quidem huius, panè di-
xerim, criminis, & quidem eiusmodi, quo nullum tetrius esse existimem, labem vitu-
turus, post profana, quæq; multis commentarijs à me explicata, ad res ecclesiasticas
conscribendas, maiorumq; nostrorum memoriam renouandam animum conuerti: ac-
cessit summorum virorum auctoritas, & dignitas, à quibus, cum de Romanorum Pon-
tificum, & Cardinalium rebus gestis librum in manibus haberem, rogatus, ut dum
ea immensi propè laboris cōmentaria vnus ipse confecissem, Platina historiam, quàm
de vitis Romanorum Pontificum conscripsit, emendaticrem & locupletiozem, studio,
curaq; mea edendam curarem, ut esset interea, quod Christiana historia studiosi ad
subleuandas seuerioribus studijs affectos animos per otium lectitarent, donec ederem
ea, quæ ego maxima iam ex parte eodem argumento conscripsi: honestissimis postula-
tis refragari non ausus, Platina satis pro illa temporum conditione diligentis scripto-
ris

ris librum infinitis librariorum mendis repurgatum, & aliquot annotationibus cog-
nitu non indignis, pontificumq; vitis auctum in lucem cum sanctissimi nominis vestri
prescriptione emisi. Cui enim aptius dicari de maximis Pontificibus liber scriptus po-
tuit, quam pontifici maximo, & ei Pontifici, qui diuinitus nobis in hac temporum, ho-
minumq; prauitate datus est. Qui pietate, religione, iustitia, prudentia, & humani-
tate ecclesie ipsi iam in senium vergenti, & fere collapsa pias manus porrigit, eam ia-
centem at tollit rursus, atque panem confectam sua virtute. & Dei beneficio; quantum
in se est, restituit. Eum igitur S. V. libenter accipiat, qui quum ad alia complura, si quan-
do per assiduas Christiane reip. curas ei licebit, non inutilis legenti futurus est: tum
ad id conducet precipue, ut ex eo multa possit apposite praeclarissimarum actionum
suarum exemplum, non sine magna animi voluptate, non dubia laude conferre.

Deus optimus maximus sanctitatem vestram diu ecclesie sua ser-
uet incolumem. Roma Kalend. Nouemb. Anno

salutis M. D. LXVII.

(.)

B.A.P.



BAP. PLATINÆ VITA EX LIBRO

IOANNIS TRITTEMII ABBATIS SPANHELMENSIS, DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS.



BAP. cognomento Platina, patria Cremonensis, Apostolicus quondam Abbreviator, vir vndeunque doctissimus, Philosophus & Rhetor celeberrimus, ingenio subtili & vehemens, eloquio disertus & mulcens, animo constans & validus, multas à Paulo Papa II. calamitates sustinuit, adeò, vt bonis omnibus & dignitate spoliatus, post equulei suspensionem, in carcerem crudelissimè detrusus, vsque ad mortem ipsius Pauli detentus sit. Qui à Sixto mox liberatus, ad imitationem Eutrandi Ticinensis diaconi à Berengario Rege Italiae similia passi, Pauli mores per antipodosim non intulsè notauit. Scripsit enim ad Sixtum pontificem IV. de gestis Romanorum Pontificum Librum vnum, Epistolarum ad diuersos, & quædam alia. Moritur Romæ ex peste sub Frederico Imperatore III. & Sixto Pontifice IV. Anno Domini M. CCCC. LXXXI. indictione XIV.

Hæc Tritemius: Caterum de proprio ipsius Platina nomine, controuersia quoddam est; Baptistane sit, an Bartholomæus: nam vetustissima quæq; exemplaria habent abbreviatè scriptum, B A R. recentissima, BAP. Nos, vt quibus non satis constaret, virum rectius esset, recentem lectonem secuti, veteris te admonitum volumus, vt sit de quo sententiam & ipse feras: tantummodò, ne fortuito aut temerè per nos deprauiatum putetur.

HVIC OPERI, PRÆETER VITAS ET CHRONICON
Summorum Pontificum hæc etiam accesserunt.

Interpretatio multarum vocum Ecclesiasticarum, quæ obscuræ,
vel barbaræ videntur.
Destationibus vrbis Romæ.



AD XYSTVM IIII. PON- TIFICEM MAX.

B. PLATINAE IN VITAS ROM. PONTIFICVM PROOEMIUM.



Uta quidem in vita utilia esse, Beatiſſ. Pontifex, & humano generi commoda, nemo est qui ambigat. Scripsere Philoſophi multa, ſcripſere mathematici excogitata & inuenta, ad ingenia hominum excolenda. Magnum fuit (ne mentiar) ſecreta naturae rimari, & calos ſcandere: atque inde ad nos doctrinam & artem earum rerum traducere, quae auctor & parens omnium Deus procul ab oculis mortali-um collocauerat: ut cum tantam pulchritudinem, tantum ac tam perpetuum ordinem admirantes intueremur, maiestatem diuini numinis merito collaudaremus. Negari certe non poteſt, quin ex hac philoſophandi ratione magna utilitas ad homines perueniret, ingenio praefertim: quippe qui pulchritudine diuinitatis commoti, humana contemnent, vitam caelestem in terris ducere nituntur. Verum (ut ait Poeta) non omnia poſſumus omnes. Inuenienda igitur via fuit, quae omnibus aditum ad felicitatem praefaret, ne ſoli philoſophis conſultum videretur. Ea certe rerum antea geſtarum cognitio eſt, quae ipſa historia continet, ex qua non quid vna, ſed quid omnes aetates egregie fecerint colligentes, maſtram vita noſtrae uetustatem ipſam habituri, priuati etiam quouis imperio digni exiſtimamur. Praeterea uero ex hac cognitione, ad prudentiam, ad fortitudinem, ad modeſtiam, ad omnes denique uirtutes animi hominum ita concitantur, ut laude ipſa nil antiquius, turpitudini autem nil deteſtabilius exiſtiment. Quid ſi ueteres illi, apud quos uirtus in precio fuit, celebra-ri maiorum ſuorum ſtatuas in foro collocatas, pro templis & alijs in locis publicis uolebant, ad utilitatem hominum reſpicientes: quanti à nobis facienda eſt historia, quae non muta, ut ſtatuae, non uana, ut picturae, ueras praecclarorum uirorum imagines nobis exprimi, quibuscum loqui, quos conſulere & imitari ut uiuos ſas eſt? Adde praeterea, quod historiae lectio, quae vitam hominum continet, ad eloquentiam, ad humanitatem, ad uſum rerum quauis facultat: gerendarum conſert plurimum, atque adeo quidem, ut eos etiam, qui rebus geſtis nequaquam interſuere, dum aliquid compoſite atque eleganter narrant, ſupra ceteris ſapere & intelligere arbitremur. Tu itaque theologorum ac philoſophorum princeps, Maxime Pontifex, hac hominum utilitate motus, ſimulque dignitati eccleſiae conſulens, non fruſtra mandaſti, ut res geſtas pontificum ſcriberem, ne illorum beneficia perirent negligentia ſcriptorum, qui ſuo ſudore & ſanguine hanc rempub. Chriſtianam, tam amplem nobis, tamque praecclaram reliquere: ut quae deinceps haberent poſteri noſtri, quo ad bene beateque uiuendum incitarentur, cum legendo perdiſcerent quid imitari, quid ue fugere oporteret. Non ſi tamen neſcius, futuros quosdam, qui dicant me hoc onus fruſtra ſuſcepſiſſe, cum id antea à plerisque factum ſit. Leguntur certe multi (Damaſum ſemper excipio) qui nullam florem orationis, nullam compoſitionem & elegantiam ſequuntur: non de industria

2
 ut ipsi iactitant, ornatum fugientes, quod eleganti stylo res sacrae scribi non debeant, sed in scitia & ignoratione bonarum litterarum. His autem obijcere Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Gregorij, Leonis, Cypriani, Lactantij eruditionem & doctrinam sui satis, qui hac in re Ciceronis auctoritatem sequentes, arbitrati sunt, nil esse tam incultum & horridum, quod non splendesceret oratione. Non negauerim tamen huic generi scribendi, ac minus Latinis quaedam exprimenda sunt, quae in nostra Theologia continentur. Hac autem ad Latinitatem qui referat, magnas perturbationes ingenijs nostrorum temporum hac consuetudine imbutis afferat necesse est, mutatis praesertim terminis, unde omnis disputandi ac ratiocinandi series colligitur. Sed habeat hanc quoque auctoritatem etas nostra, vel Christiana Theologia potius. Fingat noua vocabula, Latina faciat, nec veteribus tantummodo id licuisse videatur. Verum iam tandem huic Prooemio finem imponam, ubi lecturos prius admouero, non esse mirandum, si, cum Pontificum vitas, & mores scripturum me pollicitus sum, imperatorum quoque, principum, ac ducum res gestas inseruerim: aded enim haec simul connexa sunt, si primos imperatores, dum Christianis aduersantur: si ultimos dum fauent, inspicis, ut alterum integrè sine altero exprimi nequiverit. Legant ergò aequo animo: & si quid emolumentum ex hac scriptione nostra perceperint, tibi soli, Pontifex optime, gratias agant, cuius sanctissimo imperio libenter obtemperauit.

rentur. Omnibus quoque fidelibus præcepit, vt peracta consecratione communicarent, qui verò nollent, è sacris ædibus eliminarentur. Augebatur hac ratione mirum in modum Christiana respub. Quare Traianus veritus, ne quid detrimenti Romanum imperium inde caperet, tertiam persecutionem in Christianos concessit, quia quidem multi interempti sunt: maxime verò Ignatius, Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, qui captus & damnatus ad bestias, dum Romam à fœtelibus traheretur, quos decem leopardos vocat, omnes Christianos in itinere, oratione vel litteris in fide confirmabat; sic inquit: Vt I E S V M C H R I S T V M inueniam, crux, bestia, confractio ossium, & totius corporis contentio, & tormenta diaboli in me veniant, dummodò Christo fruar. Cùm autem iam audiret leonum rugitum, Frumentum sum, inquit, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Moritur autem vndecimo Traiani anno, eiusque reliquæ Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam. At verò Plinius Secundus, qui tum prouinciam gubernabat, misericordia ob multitudinem interemptorum motus, ad Traianum scribit: Innumera hominum millia quotidie obruncari, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur, aut aliquid, quod Romanas leges offenderet, nisi hoc solum, quòd antelucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo: adulteria verò & huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Vnde permotus Traianus, rescribit, Christianos quidem non esse requirendos, oblatos tamen puniri oportere. Perijt etiam illo tumultu Simeon Domini consobrinus, Hierosolymitanus episcopus in cruce positus, filius Cleophæ, qui centum & viginti compleuit annos. Hæc autem, quæ dixi, sub hoc Pontifice gesta sunt, non autem sub Cleto, vt Eusebius tertio historiæ suæ libro ostendit. Damasus enim Cletum ab Anacleto patria, & genere mortis, differre ostendit. Nam Cletus natione Romanus, sub Domitiano: Anacletus verò Atheniensis, sub Traiano principe moritur. Hic autem & memoriam Petri composuit, & seorsum à plebe loca, vbi martyres sepelirentur, assignauit: & sacris ordinibus semel mense Decembri habitis, presbyteros quinque, diaconos tres, episcopos diuersis in locis sex numero creauit, quo quidem vltimo supplicio perempto, vacat episcopatus diebus tredecim. Sedit autem annis nouem, mensibus duobus, diebus decem.

Lib. 10.
Epist. de
Christ. ad
Traianū.

ANNOTAT.

Post S. Anacletum, Romanus Pontifex quatuordecimo Domitiani anno creatus est Euaristus, cui imperij Traiani duodecimo successus est Alexander. Qui decimonono eiusdem principis anno moriens, successor em habuit Xystum: Ex Damaso, Eusebio in chronicis, historia Ecclesiastica libro tertio, & Fastis consulum. Caterum, cum in singulorum ferè Pontificum annis à Platina dissentiam, qui eos longa, difficili, & operosa supputatione formauit, & nimis fastidiosum esset vnicuique; Pontifici, meam sententiam adiungere, in libri sine breuem omnium Romanorum Pontificum catalogum cum annorum, quibus vnusquisque sedit, numero adijciam, ex vetustis, probatisq; auctoribus à me constitutum. Quæ omnia postea latius explicabo in meo de Romanorum Pontificum rebus gestis libro, quem haud ita multò post sum publicaturus.

S. EVARISTVS.



EVARISTVS natione Græcus, patre Iudeo, nomine Iuda, ex Bethleem ciuitate, ad Traiani tempora peruenit.

Cuius principis ob singularem iustitiam & humanitatem libenter mentionem facimus. Nam vbique terrarum ita se æqualem omnibus præbuit, vt vsque ad Iustiniani tempora in creatione principum sit acclamatum, Felicior sit Augusto, ac Traiano melior. Præterea verò tantæ comitatis & humanitatis fuit in visendis ægrotis, salutandis amicis, celebrandisque assis festis diebus, inuitantiumq; conuiujs, vt ei tanta benignitas vitio daretur, vnde dictum illud Imperatore dignum prodijt: Talem priuatis Imperatorem esse oportere, quæ-

G. Pont.
Traianis
Imperat.

quales sibi priuatos optat habere. Honores autem, diuitias, facultates præmia, benemerentibus æquè distribuit. Nulli quicquam iniuriam fecit augendi ærarij gratia. Immunitates ciuitatibus inopia laborantibus dedit. Fluminum traiectiones ac itinera periculosa, tuto & saluberrimo opere composuit. Portum Anconitanum, ducto præalto & lato muro ad coercendos maris fluctus, muniuit. Nihil in vita agens, nil cogitans, quod ad cõmunem vtilitatẽ non pertineret. Hac tanta gloria belli domique parta, apud Seleuciam Isauriæ ciuitatem profluuio ventris perijt, anno Imperij eius decimo octauo, mense sexto: cuius ossa Romam postea delata sunt, & in vrbe sepulta, vrna aurea in foro, quod ipse struxit sub columna cochlide, quam adhuc cernimus: cuiusque altitudo centum & quadraginta pedum est.

At Euaristus (vt Damasus ait) titulos in vrbe Roma presbyteris diuisit, & septem diaconos in ordinem redegit, qui custodirent episcopum prædicantem, propter styllum veritatis. Idem constituit, ne plebis in episcopum accusatio reciperetur. Ordinationes ter habuit mense Decembri, ac presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diuersa loca numero quinque creauit. Huius tempore Papias fuit, Ioannis auditor, Hieropolitanus episcopus, qui non tantum historia, veterum discipulorum Domini, quantum voce Aristonis & senioris Ioannis adhuc viuētis, delectatus est. Vnde apparet ex ipsa nominum dinumeratione, cum omnium ferè Apostolorum mentionem fecisset, alium esse Ioannem, qui inter Apostolos locatur: alium senioresem Ioannem, quem post Aristonem numerat, qui certè doctissimus est habitus: quemque etiam multi secuti ob doctrinam sunt, vt Irenæus, Apollinaris, Tertullianus, Victorinus Pictauiensis, Lactantius Firmianus. Quadratus quoque Apostolorum discipulus, Ecclesiam Dei tum periclitantem, fide & industria sua quoad fieri potuit, sustentauit. Nam cum Hadrianus tum Athenis hyemem agens, symmetesque Eleusinae omnibus penè sacris initiatus occasionem scruendi in Christianos dedisset, Quadratus ipse librum Hadriano porrexit de honestate religionis Christianæ compositum, plenum fidei & rationis. Idem fecit Aristides Atheniensis philosophus, sub pristino habitu Christi discipulus: volumen namque nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo & Quadratus Hadriano principi obtulit. His autem Apologeticis libris factum est, vt Ha-

drianus iniustum fore existimans, Christianos indicta causa vbique occidi Minutio Fundano Aegæ proconsuli scripserit, neminem occidendum, nisi de accusatore & criminæ constaret. Euaristus autem (vt quidam tradunt) martyrio coronatur vltimo Traiani principis anno. Sed melius censent, qui sub Hadriano nondum in Christianos placato, id ei contigisse scribunt. annis enim nouem sedit, mensibus decem, diebus duobus. Sepultus est autem Euaristus in Vaticano apud beati Petri corpus, sexto Kal. Nou. Vacat tum sedes dies xix.

S. ALEXANDER I.



ALEXANDER patria Romanus, patre Alexandro, ex regione Caputtauri, iuuenis ætate, moribus senior, vsque ad Aelij Hadriani tempora peruenit. 9. Pont.

Hadrianus enim consobrinæ Traiani filius imperium accipiens, primo quidem Christianis aduersatus est, postea (vt deinceps dicitur) cognita eorum religione & pietate, in eos admodum beneficus fuit. De populo Romano benemeritus, patriæ statim appellatur: eiusque vxor Augustæ nomen suscepit. Vtraque verò lingua eruditissimus, & leges multas composuit, bibliothecam insignem Athenis retulit, Plutarchi Cheronæi, Xysti, Agathoclis & Enomai philosophi doctrina ac familiaritate delectatus. Atheniensibus autem leges petentibus, ex Draconis & Solonis sententia iura composuit. Idem quoque sacris Eleusinae initiatus, multa Atheniensibus dona contulit, eorumque pontem restituit, quem Cephysus fluuius inundatus alluione dissoluerat. Fecit & Romæ sui

*Hadrian.
Imperat.*

nomi-

nominis pontem, qui adhuc exstat, & sepulchrum in Vaticano apud Tiberim, quo nunc Pontifices pro arce vtuntur. Tiburtinam quoque villam miro sumptu ædificauit; quæ quidem hodie Tibur vetus appellatur, in eaque prouinciarum & locorum celeberrima nomina inscripta erant. Pelusium autem veniens, Pompeij tumulum magnificentius exstruxit: murum duxit in Britannia octoginta millia passuum, qui barbaros Romanosque diuideret: Septicio Claro prætorij sui tum præfecto & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro, multisque alijs, qui apud Sabinam uxorem iniussu eius familiariter se tunc egerant, quæ reuerentia domus aulica postulare, successores dedit.

At verò Alexander Romanus Pontifex, primus ob memoriam passionis CHRISTI in sacrificio addidit, Qui pridie quam pateretur, vsque ad hanc clauulam, Hoc est Corpus meum. Instituit item, vt aqua, quam sanctam appellamus, sale admixta interpositis sacris orationibus, & in templis, & in cubiculis ad fugandos dæmones retineretur. Voluit quoque aquam admisceri vino in consecratione sanguinis & corporis IESU CHRISTI, quo significatur Christum Ecclesiæ coniunctum esse. Oblationem quoque ex azymo, non autem ex fermentato, vt antea, fieri mandauit: quia hoc modo purior haberetur, & Eb. onitis hæreticis calumniandi occasio auferretur. Huius verò temporibus fuit Agrippa cognomento Castor, qui Basilidis hæretici volumina in euangelium scripta, sua doctrina mirifice confutauit: Barcaban & Marcob eius prophetas, conficta scilicet ad terrorem nomina, & Deum maximum eiusdem Abraxan, deridens. Mortuus est autem ea tempestate Basilides: qua & Cochebas dux Iudaicæ factionis, Christianos varijs supplicijs persecutus est. Huius verò atque Iudæorum omnium pertinaciam Hadrianus Imperator vltima cæde perdomuit, præcepitque, ne cui Iudæo facultas introcundi Hierosolymam daretur, Christianis tantummodo ciuitate permiffa, quam moenibus & ædificijs instaurans, de suo nomine Aeliam appellauit. In eadem verò ciuitate Marcus ex gentibus primus episcopus constituitur, cessantibus ijs, qui fuerant ex Iudæis. Huius quoque Pontificis tempore martyrium pro fide Christi Saphyra Antiochena, Sabina Romana mulier passæ sunt: & Fauorinus, Palæmon, Herodes Atheniensis, Marcus Byzantius rhetores insignes habentur. At

Alexander post ordinationes tres, quas habuit mense Decembri; quibus presbyteri quinque, diaconi tres, episcopi per diuersa loca quinque creati sunt, martyrio coronatur cum Euentio & Theodulo diaconis, sepeliturque in via Nomentana, vbi interfectus est septimo ab vrbemilliario, V. Nonas Maij. Sedit annis x. mensibus vij. diebus duobus. Vacauit autem sedes dies viginti quinque.

S. XYSTVS I.



XYSTVS natione Romanus, patre Pa- & Pont.
store: vel vt alij volunt, Heluido, fuit
Hadriani tempore, vsque ad Verum & alijs Bi-
bulum.
* Anniculum consules.

Quem quidem Hadrianum inter bonos principes numerandum censuimus. Liberalis enim, splendidus, magnificus, ac clemens fuit. Nam & seruum in se gladio furentem, medicis curandum tradidit, & ægrotos bis, terve in diem inuisit, & Alexandriam à Romanis euersam sua instaurauit impensa: Romæ Pantheon restituit, ac munera aromatica populo dedit. Moriens hos versus fecisse dicitur:

*Animula, vagula, blandula,
Hesper, comesq; corporis,
Que nunc abibis in loca
Pallidula, virgida, nudula:
Nec vt soles, dabis iocos.*

Moritur autem morbo intercutaneo, xxij. Imperij sui anno, ac sepelitur putcolis in villa Ciceroniana. Xystus autem rei diuinæ (vt par erat) curam gerens, constituit ne à quoquam nisi à ministris sacrorum, mysteria & vasa sacra

S: TELESFORVS.

tangerentur, maximè verd à foeminis: neve, quod sacerdotes corporale vocant, ex alio quàm ex lineo panno, & quidem purissimo fieret. Idem censuit, ne episcopi ad sedem Apostolicam vocati, redeuntes à suis reciperentur, nisi secum deferrent litteras plebem salutantes. In celebratione verò mandauit, vt Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth, cantaretur. Nuda primò hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur. Petrus enim vbi consecrauerat, oratione pater noster, vsus est. Auxit hæc mysteria Iacobus episcopus Hierosolymitanus: auxit & Basilius, auxere & alij: Nam Cælestinus Missæ introitum dedit Gregorius kyrie eleyson; Gloria in excelsis Deo Telesphorus, collationes Gelasius primus, epistolam & euangelium Hieronymus. Alleluia verò sumptum est ex ecclesia Hierosolymitana. Symbolum in concilio Nicano: Mortuorum autem commemorationem Pelagius inuenit: Thus, Leo tertius; Osculum pacis, Innocentius primus. Vt caneretur Agnus Dei, Sergius Pontifex instituit. Cum verò Xysti temporibus propter frequentes cædes pauci reperirentur, qui nomen Christi profiteri auderent, & Galli Christiani præfulem sibi deposcerent, eò Peregrinũ Romanum ciuem misit, qui confirmatus in fide Gallis, Romam rediens, vltimo supplicio afficitur in via Appia, eò loci, vbi Christus discendenti Petro apparuit. Eius corpus in Vaticanum per fideles delatum, apud sepulcrum Petri reconditur. Aquila quoque Iudæus natione Ponticus, cum Priscilla vxore edicto Claudij discens, vsque ad hæc tempore (vt nonnulli aiunt) superuixit, secundus Mosaicæ legis interpres, post illos lxx. qui Philadelphii temporibus fuere. At verò Xystus vbi ordinationes ter mense Decembri habuisset, quibus presbyteros xj diaconos xj. episcopos per diuersa loca. creauit, martyrio coronatur, & in Vaticano apud Petrum sepelitur. Sedit autem annis decem, mensibus tribus, diebus viginti.

vno. Vacat tum sedes
biduo tantum.

(.)



TELESFORVS natione Græcus, ex patre Anachoreta, Antonini Pij temporibus fuit.

Cuius quidem imperatoris paternum genus è Gallia Cisalpina originem habuit. Imperauit autem cum filijs Aurelio & Lucio annis ij. ac viginti, mensibus tribus. tanta cum modestia & benignitate, vt meritò Pij cognomen adeptus sit, ac pater patriæ appellatus. Nulli enim vnquam tum priuatim, tum publicè acerbus fuit: aut in redimendis pecunijs, aut exactione tributi; quod quidem interdum ita remisit, vt cautionibus incensis omnium debita relaxaret. Quid plura de hoc principe dicam? Qui religione, pietate, gratia, humanitate, clementia, iustitia, modestia cum Numa Pompilio bonorum omnium sententia comparari potest. Is præterea cum Tiberis inundatione plurima Romæ vexasset ædificia tum priuata, tum publica, sua impensa ciues in restituenda vrbe liberalissimè iuuit. Tarracensem quoque & Caietanum portum miris operibus, vt nunc etiam apparet, restituit. Eius quoq; impensa erectam esse columnam illam cochleam putarim, à qua vrbs celeberrima regio nomen accepit.

Telesphorus autem, quem diximus Xysto successisse, constituit, vt septem hebdomadibus ante Pascha ieiunium obseruaretur: vtque in natali Iesu Christi nocte tres Missæ celebrarentur: prima in dimidio noctis, quo Christus in Bethleem nascitur: secunda, illucescente auro-
ra. quando à pastoribus cognitus est: tertia eadè hora diei, qua nobis dies redemptionis & veritatis illuxit, cum omni reliquo tempore ante horam tertiã celebrare interdictum esset, qua
hora



hora Dominus noster in crucē ponitur, vt Marcus ait. Cōstituit item, vt ante sacrificium hymnus ille caneretur, Gloria in excelsis Deo. Huius temporibus multum elaborauit pro fide Christi Iustinus philosophus ex Neapoli vrbe Palæstinæ, qui & Antonino Pio principi, ac filijs eius librum dedit contra gentes scriptum, & dialogum contra Triphonem principem Iudæorum habuit. Inuēctus est in Marcionem, qui Cardonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Dominum asseruit, tanquam duo contraria principia creationis & bonitatis. Impugnauit & Crescentem Cynicum vt gulosum, mortis timidum, luxuriæque ac libidinum appetentissimum, Christi que blasphemum: cuius insidijs ad extremum circumuenit pro dignitate Christiani nominis sanguinem fudit. Hunc autem Iustini hostem non philosophum fuisse, sed Philopompū, id est, amatorem arrogantiz, scribit Eusebius. Eodem quoque tempore inualuisse Valentinianam hæresim constat. Hi quidem Valentini cuiusdam Platonici sectatores, dicebāt Christum de corpore virginis nil sumpsisse, sed per eam tanquam per fistulam quandam purum trāsisse. Photinus autem tum Lugdunensis episcopus, vir certè singularis virtutis & doctrinæ (vt ait Isidorus) iam nonagenarius, martyrij coronam constanti animo perpeffus est. At verò Telesphorus cū ordinationes quatuor mēse Decembri habuisset, creassetq; presbyteros xv. diaconos viij. episcopos xij: martyriū subiens, apud B. Petri corpus in Vaticano sepelitur. Sedit annis xi. mensibus iij. diebus xxij. Vacat tum sedes dies septem.

S. HIGINVS.



PONT. HIGINVS natione Græcus, patria Atheniē-

sis patre philosopho, Antonino Pio imperante Telesphoro successit.

Addere verò aliquid etiā de laudibus Pij. antequā ad Higinum veniam, hominis virtus me cogit. Qui aded moderatæ gloriæ fuit in re militari, vt defendere magis prouincias quā augere studeret: vtq; hanc Scipionis sententiā sapius vsurparet, ac diceret, Malle se vnū ciuē seruare, quā mille hostes occidere cōtra Domitiani institutū, qui populi Romani exercitū hostibus obijciebat, quò rarior in patriā reuertetur, aded multitudinē oderat, & reformidabat ob eius seuitiā. Tantæ aut iustitiæ Pius fuit, vt multi reges, multaq; nationes postis eius iussu armis, ad hominē controuersias suas, litesq; deferrent, eiusdē sententiæ statim parent. Ob hæc aut merita, quæ maxima sunt, populus Romanus mortuo & flaminē, & Circenses, & templum, & sodales Antonianos, lacrymantibus omnibus, constituit.

Laudes
Antonini
Pij insp.

At Higinus vrbis Romæ episcopus, tum maximè clerū prudenter in ordinē redegit, gratus distribuit, instituitq; ne templa sine celebratione dedicarentur, neue augerentur diminuerenturq; sine arbitratu metropolitani vel episcopi. Veruit item ne tigna, reliquæque materies ad edificanda templa congesta, in prophanos vsus cōuerteretur posse ramen ad structuram alterius templi vel cœnobij, concedente episcopo, trāsferri. Voluit item vnum saltē patrimonium vnamve matrimam baptismo interesse: sic enim eos appellant, qui infantes tenēt dum baptizantur, licet reuera patrimus & matrima aliud significēt. Est enim patrimus (teste Festo) qui cū pater sit, patrē adhuc habeat: idem de matrima dicendū est. Instituit praterea, ne metropolitani episcopū prouinciæ suæ alicuius criminis reum faceret & damnaret, nisi prius à prouincialibus episcopis causa discussa & cognita fuisset. Sunt tamē, qui hoc postremū Pelagio pōtifici ascribant. Huius quoq; tempore fuit & Polycarpus Ioannis Apostoli discipulus, Smyrnæus episcopus ab eo creatus, ac totius Asiæ religionē & doctrinam facile princeps. Is aut Romā veniēs, plurimos fidelium Marcionis & Valentini falsa persuasionē deceptos, ad fidē reduxit. Cum aut Marcio fortè huic obuiam factus, diceret, Mene cognoscis? Respondit, Cognosco quidē primogenitum diaboli. Nē gabat enim patrem Christi Deum esse Creatorem, qui per filium mundum fecerat. Postea verò imperante M. Antonino & L. Aurelio Commodo, quarta post Neronena persecutione Smyrnæ sedente proconsole,

Polycar-
pus Ioan-
nis Apo-
stoli di-
scipulus.

igni crematus est. Melito quoque Asianus Sardensis episcopus, Frontinusque oratoris discipulus, librum de doctrina Christiana M. Antonino tradidit. Huius ingenium Tertullianus mirum in modum laudat: dicitque à plerisque nostrorum propheram habitum esse. Scripsit & Theophilus Antiochenis ecclesie episcopus librum contra Hermogenis hæresim, qui materiam non naturam introducens, Deo non autem naturæ eandem comparauit, materiam elementorum & Deum appellans. Higinus autem benè de Ecclesia Dei meritis, cum ordinationes rei Decembri mense habuisset, creassetque presbyteros quindecim, diaconos quinque, episcopos sex, moritur, & apud B. Petri corpus in Vaticano sepelitur tertio Idus Ianuarij. Sedit annos quatuor, menses tres, dies quattuor. Sedes autem quattriduo tum vacat.

ANNO TAT.

AS. Petro Apostolo vsq; ad Telesphorum omnes Pontifices ob Christi confessionem capitis poenas dedisse, Damasus auctor est. Vulgò etiam traditur, omnes quotquot deinde fuerunt episcopi Romani vsq; ad sanctum Syluestrum martyrio vitam finisse, quod (salua semper veritate) à veteribus historicis traditum non reperio. Quin etiam non semper questiones capitis in Christianos exercebantur. Traianus rescripto suo inquisitionem in nos fieri prohibuit. Hadrianus, Pius, & Marcus neminem, quod Christianus esset, in ius vocari voluerunt, vt ex ipsorum rescriptis, quæ adhuc exstant, constat. Et quantum populerum, vel præsidum rabie eiusmodi decreta, quæ Christianis fauere videbantur, sepè infingerentur, & ipsi in Christianos atrocissimè desauent, non tamen perpetua erat persecutio, nec semper crimen capitale censebatur Christiani nomen. Hygenus, & Pius, in optimi Principis Antonij. Fij tempora inciderunt, quem & persecutiones in nos cohibuisse, & Christianis æquum fuisse, refert in epitoma Dionis Xyphilinus. Martyrij in super ipsorum nulla in Damasi libro mentio est. Insuper existat in bibliotheca Pontificis Vaticana vetustissimus liber ante sexcentos annos in membranis scriptus, in quo omnes Romani Pontifices vsq; ad Siluestrum II. exarati sunt, ab accuratissimo quodam scriptore collecti. in his ante S. Siluestrum Papam Anaclethus, Eleutherus, Zepherinus, Antherus, Diocysius, & Miltiades aperte & clarè confessores, reliquorum verò pars martyres appellantur. Sunt enim ali-

quot, qui neq; martyris, neque confessoris adiectionem habent. Porro autem omnes hi Pontifices fortè martyres dicuntur, quod etsi violenta morte non decefferint, multatamen pro Christi confessione à furenti plebe, & iniquis magistratibus, qui perperuum in Christianos odium retinebant, passi sint, sed eiusmodi à B. Cypriano confessores video appellari.

S. PIVS I.



PIVS natione Italus, patria Aquileiensis, patre Rufino, M. Antonini Veri tempora attigit, qui tum vnà cum L. Aurelio Commodo fratre annis decem & nouem imperium æquo iure administravit.

Bellum autem contra Parthos simul susceptum, admirabili virtute & felicitate gesserunt, de hostibusque triumpharunt. Verum non ita multò post apoplexiæ morbo è medio sublato Commodo fratre, Antoninus solus imperium obtinet: quem certè ob eius præstantem in omni genere virtutis animù, mirari facilius quam laudare licet. Hic enim & quia teneris annis eiusdem animi eiusdemque vultus in quauis fortuna semper est habitus, & quia benignitas naturæ cum doctrina à Cornelio Frontone oratore habita, in eodem viro cernatur, ab omnibus Philosophis meritò appellatus est Platónis sententia, quam semper (Capitolino teste) in ore habuit sæpius repetitam, Tum demum florere ciuitas, si aut philosophi imperarent, aut imperantes philosopharentur. Ad eò autem doctrinæ audis fuit, vt imperator etiam Apollinum philosophum & Sextum Plutarchi nepotem,

11. PONS.
MARCUS
ANTONINUS
VERI IMP.

legentem audierit. Frontonis quoq; præceptoris statum honoris causa in senatu collocauit.

Hoc tempore Pius Pontifex cōsuetudinem, & quidem magnam cum Hermete habuit, qui librum scripsit titulo pastoris insignitum. Quo quidem in libro angelus pastoris personam induens, ei mādāt, vt omnibus persuadeat Pascha die Dominico celebrari: quod etiam fecit. Cōstituit item Pius, ne hæreticus quispiam ex Iudæorū hæresi susciperetur & baptizaretur. Rogatu primò P raxedis sanctissimæ foemine thermas Nouati in Vico patricij in honorem fororis suæ diuæ Pudentianæ dedicauit: Multaque dona huic templo obtulit, ac sæpius eodem in loco sacrificium Deo præstitit. Vbi & fontem baptismi constituit, ac benedicens consecrauit, multosque venientes ad fidem in nomine Trinitatis baptizauit. Illis quoque poenam constituit, qui negligentes sunt in atrectando Christi sanguine & corpore: Pœnitentiam (inquit) agant quadraginta diebus, quorum negligentia in terram aliquid deciderit: si super altare, tribus diebus: si super linteū, quattuor: si in aliud linteum, nouem diebus. Vbicunque deciderit, si recipi potest, lambatur: sin secus, aut lauetur, aut radatur: lotum & rasum, aut comburatur, aut in sacrarium reponatur. Huius tempore in

Apollina-
ris Asia
Hierapo-
litanus.

Tatianus
hæreti-
cus.

Musanus
contra hæ-
reticos.

precio est habitus Apollinaris in Asia Hierapolitanus episcopus, qui insigne volumen de fide Christi M. Antonino secundo tradidit. Scripsit & in Cataphrygas, qui tunc etiam cum Priscilla & Maximilla insaniebant vaticinantes, incipiente tamen Montano, quorum omnium hæc erat opinio, aduentum Spiritus sancti non in Apostolis, sed in se traditum fuisse. Illis quoque temporibus laudabatur & Tatianus vir doctissimus, quamdiu ab opinione Iustini Martyris præceptoris sui non discessit. Nam postea inflatus opinione sui, nouā hæresim condidit, quam postea Seuerus auxit, vnde Seueriani appellati. Hi vinum nō b. bunt, carnes fastidiunt, & vetus testamentum ac resurrectionem nō recipiunt. Præterea verò P hilippus Cretensis episcopus, præclarum cōtra Marcionem librum hoc tempore edidit. Nam (sicuti dixi) Marcionistæ Cerdonis dogma sequebantur. Scripsit & Musanus librum contra quosdam, qui ad Encratarum hæresim declinabant: horum quidem opinio cum Seuerianis cōuenit. Omnem enim coitum spurcum putabant, cibosque damnabant, quos Deus generi humano proposuisset. At verò Pius vbi in ordinationibus suis, quæ quinque fuere, mēse Decembri presbyteros decem & nouem,

diaconos vnum & viginti, episcopos decē creasset, moritur, & apud B Petri corpus in Vaticano sepelitur, quinto Idus Iulij. Sedit verò annis xi. mensibus iij. diebus iij. Vacauit tum sedes dies xij.

S ANICETVS.



ANICETVS natione Syrus, patre Ioanne de Vicomurco, vel (vt Damaso placet) Humisfa, eiusdem Antonini Veri tempore fuit, de quo in Pio diximus.

12. Pont.

Quem quidem Antoninum philosophia nequaquam à rebus in bello gerendis retardauit. Nam Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas ingenti virtute & felicitate vnà cum filio Commodo Antonino superauit, ac triumphum egit. Iturus autem ad hoc bellum, cum non haberet vnde stipendia milicibus praberet exhausto ærario, omnem imperatoriam suppellestem, omnemque ornatum vxoris in foro Traiani hasta subiecit. Verum cum postea superato hoste in patriam redisset, emptoribus precia restituit. Nemini tamen molestus fuit, qui reddere empta noluisse: parta victoria, in omnes de rep. meritis liberalis fuit. Tributa quibusdam prouincijs remisit. Fiscalium titulorum monumenta in foro congesta cremari iussit. Leges seueriores nouis constitutionibus temperauit. His rebus gestis factum est, vt ab hominibus ita diligeretur amareturque, vt sacri legi nomē incurreret, qui eius imaginē domi non habuisset.

Anicetus autem ecclesie Romanæ consulens, ne moribus petulantium quorundā labefactaretur, instituit, ne clericus vllō modo comam nutriret secundum Apostoli præceptum: neve

episcopus cōsecrari posset à paucioribus, quàm à tribus eiusdem ordinis viris, quod postea Nicæna synodus confirmavit. Vbi verò Metropolitanus consecrandus est, omnes prouinciales intēresse debēt. Statuit præterea (vt Ptolomæus ait) ne episcopus crimen Metropolitanum sui ad alium, quàm ad primateum aut ad sedem Apostolicam deferret, quod & dicta synodus, & auctoritas summorum Pontificum deinceps confirmavit. Eiusdem etiam institutum fuit; ne archiepiscopi nisi ex singulari titulo primates nominarentur. Hi autem merito patriarchæ vocantur, cæteri autem archiepiscopi nominentur: vel (vt quidam volunt) Metropolitanum. Huius temporibus Egesippus laudator fidei nostræ fuisse dicitur, qui omnem à passione Domini vsque ad suam ætatem Ecclesiasticorum operū texuit historiam sermone simplici: vt quorum vitam quàm diligentissimè obseruauit, eorum quoque dicendi genus imitaretur. Affirmat autem se Romam Aniceti tempore, decimi post Petrum episcopi peruenisse, ac perseuerasse vsque ad Eleutherium, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Multa verò in idolo latras scripsit quòd tumulos mortuis templaq; facerent, vt Hadrianus, qui in honorem Antinoi serui, què in delitijs habuerat, gymnasium agona constituit apud Antinouum ciuitatem, quam de nomine ipsius conditam vocauit, ac prophetas in templo statuit. Sunt qui & Dionysium huius ætate fuisse dicant. Variantur hoc loco tempora, cum alij Pium, alij Anicetum præponant: variantur & historia. Vt cunque sit, in tam remota historia, tantaque maiorum negligentia, satius erit res ipsas paulò ante vel post gestas aliqua ex parte attingere, quàm eas omninò permittere. Anicetus autè vbi ex ordinationibus quinq; quas mense Decembri habuit, presbyteros xix. diaconos iv. episcopos ix. creasset, martyrio coronatus, ac sepultus est in Calisti cœmeterio via Appia xv. Kal. Maij. Sedit annos ii. menses 4. dies 3. Sedes verò dies 17. post eius mortem vacat.

ANNOTAT.

Anicetum, & Victorem martyrio vitam finisse tradit Damafus. Idem martyrij Soteris, Eleutherij, & Zephyrini nullam mentionem facit, & certè singulorum obitus dies in quieta & pacifica Ecclesia temporaria inciderunt, & in vetustissimo bibliotheca Palatina libro apertè confessores, vi paulò antè dixi, vocantur.



SOTER natione Campanus, patria Fundanus, ex patre Cōcordio, L. Antonino Commodo imperante fuit.

Hic enim omnibus incommodus, vt Lamprius ait, nil commune cum patre habuit, nisi quòd & ipse contra Germanos, adiuuantibus Christianis militibus, feliciter pugnavit. In eobello cum exercitus Commodi penuria aquæ laboraret, ferunt precibus Christianorum militum aquam diuinitus è cælo missam, pluraq; fulmina in Germanos & Sarmatas cecidisse, quod etiã Imperator ipse accedisse litteris suis testatus est. Cæterum ad urbem rediens, in omni luxuriæ & obscœnitatis dedecora prolabitur, nihil virtutis & pietatis habens. Gladiatorijs quoque armis in ludo, Neronem imitatus, depugnauit. In amphiteatro feris sese frequenter obiecit. Plurimos quoque senatores interfecit, & eos maxime, quos nobilitate industriaq; excellere animaduertit.

Soter autem à tantis malis animus ad rem diuinam conuertens, instituit, ne monacha vlla pallam attraheret, neve thus in acerram poneret, dum sacrificia fierent. Eius exstabat epistola hac de re scripta ad episcopos Italiæ. Instituit item, ne legitima haberetur vxor, nisi cui sacerdos ex instituto, benedixisset, & quam parentes solemnè pompa more Christiano marito collocassent: quamque etiam paranymphæ de more custodiuissent. Hoc autem constituit, multa pericula reiiciens, quæ in nouas nuptias cadere solent ex præstigijs & magicis artibus quorundam improborum. Gratianus tamen hoc decretum Euaristo asseribit. Vtri verò sit attribua-

13. Pontif.

Hoc sub
eius patre
Marco, nõ
sub Com-
modo fa-
ctum fuisse
cõstat.

buendum, legentes dijudicent. Non enim mul-
tum refert, illine an huic attribuatur. Soteris
temporibus fuisse Dionysium Corinthiorum
episcopum scribit Eusebius, qui tantæ eloquen-
tiæ & industriæ fuit, ut non solum suæ ciuitatis &
prouinciæ populos, verum etiam aliarum vrbium
& prouinciarum episcopos suis epistolis eru-
diret. Instructus enim Pauli Apostoli doctrina,
facilimè potuit sanctitate & eruditione alios
in officio continere. Multa & Theodotion ge-
nere Asianus, Tatiani discipulus, ad laudem re-
ligionis nostræ tum scripsit. Maximè verò Ap-
pellem hæreticum scriptis suis percommode
irridet, quod Deum, quem coleret, ignorare se
diceret. Affirmabat enim Christum non Deum
in veritate, sed hominè in phantasia apparuisse.
Non desunt, qui dicant Cataphrygarum hære-
sim hoc tempore ortam auctore Montano. Cle-
mens præterea Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter
multa conscripsit, è quibus illa sunt, Stromatù,
id est, varietatum libri octo; Hypotyposeon, id
est, in formatum libri totidem; contra Gen-
tes vnus. Huius autè discipulum Originè fuisse
constat. Huius quoque ætati & Pinytum Creten-
sem virum eloquentissimum, & Oppianum, qui
Halieutica scripsit, poëtam insignem, & Hero-
dianum grammaticum quidam ascribunt. Soter
autem vbi per ordinationes quinq;, mense De-
cembri habitas, presbiteros viij, diaconos ix, e-
piscopos xj, creasset, moritur, ac sepelitur via
Appia in coemeterio Calisti. Sedit annos 9. mè-
ses 3. dies 21. Vacat tum sedes dies totidem.

S. ELEUTHERIVS.



ELEUTHERIVS natione Græcus, patria
Nicolitani, patre Habundio, tempe-

ribus. L. Antonini Commodi fuit, cuius flagitio-
sæ vitæ vrbs ipsa pœnam tulit.

Nam Capitolium fulmine ictum vnà cum e-
gregia illa bibliotheca maiorum cura parata,
concrematur. Aedes quoque in proximo sita,
eamdem calamitatem sensere. Exortum est de-
inde aliud incendium, quo & ædes Vestæ, & pa-
latium, bonaq; vrbis pars exusta est, ac solo æ-
quata. Tantæ præterea temeritatis fuit, ut & suæ
imaginis caput colosso permagno & egregio,
priore detracto, imponi iusserit, & mensem De-
cembrem ad imitationem Augusti Cæsaris, Com-
modum appellari voluit, quæ omnia post mor-
tem eius abrogata sunt, ipseque mortuus, etiam
humani generis hostis adiudicatus est: ad e-
ius vita flagitij contaminata omnibus erat o-
dio. Strangulatus in domo Vestiliani duodeci-
mo imperij sui anno & mense septimo, è medi-
o sublatus est.

Eleutherius autem quem diximus Soteri suc-
cessisse, inito pontificatu, statim epistolam ac-
cepit à Lucio rege Britanno, qua rogabatur, ut se
ac suos in Christianorum numerum reciperet.
Quare Fugacium & Damianum viros optimos
eò misit, qui regem ipsum ac populum baptiza-
rent. Erant tum in Britannia pontifices quinque
& viginti, quos flamines vocabant. Inter hos au-
tem tres archiflamines habebantur, quorum in
loco archiepiscopi tres constituti sunt, ut Pto-
lomæus ait. Protoflaminum verò loco primiti-
ua ecclesia patriarchas instituit. Idem etiam
statuit, ne quis ob superstitionem cibi genus vi-
lum respueret, quo humana consuetudo vesce-
retur, noluit præterea quempiam de gradu suo
deijci, nisi accusatus, reus criminis convincere-
tur, exemplo Saluatoris, qui errorem Iudæ, li-
cet rei, nondum tamen conuicti, ita æquo ani-
mo tulit, ut quicquid interim egisset, pro digni-
tate apostolatus ratum firmumque manserit.
Prohibuit etiam, ne absente eo quem accusator
reum facit, vlla in causa decerneretur, quam
quidem sententiam & Damasus Pontifex, &
ius pontificum postea confirmavit. Huius autè
pontificatu & ecclesiis pax data est ac quies, &
nomen Christianum per omnem terram mi-
rum in modum auctum, Romæ potissimum,
vbi multi ex nobilitate Romana cum coniugi-
bus & liberis in fidem recepti, baptismi charac-
tere notati sunt. Solus verò Appollonius ora-
tor insignis, martyriū tū passus est, habita prius
oratione de laudibus Christianæ fidei, quod il-
lis temporibus capitale habebatur, mortuo Ap-
pollonio, multæ hæreses inualuere. Marcionis
quippe

L. Anto-
nino imp.Appelles
hæresi.
sm.Cataphry-
garum
hæresis.Origenes
Clemens
discipu-
lus.

H. Pont.

Appollo-
nii ora-
tor insig-
nis.
Hæreses
multæ in-
ualuere.

quippe secta variè diuisa est. Alij enim vnum principium fatebantur, alij duo, alij tria: & tres naturas confirmantes, fidem prophetis abrogabant. Florinus quoque & Blastus noua contra veritatem machinabantur signimenta. Deum creasse mala, contra illud, Deus omnia bona fecit. Contra hos sensere Quolitiani, affirmantes Deum non creasse mala, contra id quod scriptum est, Ego sum Deus creans malum. Sunt qui dicant, & Galenum Pergamenum medicum insignem, & Iulianum legumlatorem, & Frontonem rhetorem his temporibus fuisse, quod ego in tanta perturbatione temporum & historia, nec affirmo, nec refello. De Modesto verò & Bardesane affirmare ausim: quorum alter in Marcionem scripsit, alter verò in Valentinum. Nam cuius primum sectator fuerat, eius postea confutator factus est. Hunc Hieronymus concitatissimum in dicendo fuisse affirmat, cum eius scripta ex Syra lingua in Græcam conuersa vidisset; Et si, inquit, tanta vis est in interpretatione, quantam putabimus esse in sermone proprio? Eleutherius autem ubi ex tribus ordinationibus mense Decèbri habitis, presbyteros xij. diaconos viij. episcopos xv. creasset, moritur, & apud B. Petri corpus sepelitur 7. Kal. Iunij. Sedit autem annos xv. menses iij. dies ij. Vacatum sedes dies v.

ANNOTAT.

Eleutherum, non Eleutherium, item Zephyrinum, non Zepherinum passim in vetustis codicibus, tam Græcis, quam Latinis scriptum inueni.

S. VICTORI.



15 Pont.
Aelius
Pertinax.

Victorem natione Afrum, patre Felice, fuisse Aelij pertinacis tempore crediderim.

Qui quidem Aelius cum grandis natu esset, septuagesimum enim agebat annum, ex praefecto vrbis, quem magistratum tum gerebat, senatus consulto imperator creatur. Rogatus deinde, vt & vxorem Augustam faceret, & filium Cæsarem appellaret, id facere recusauit, testatus sufficere, quòd ipse imperaret inuitus. At verò quoniam in imperatore nihil auaritia turpius est, cum illiberalis ac sordidus haberetur, quòd dimidiatas lactucas & cardos conuiuis apponeret, nemine contradicente, à Iuliano iurisperito in palatio occiditur, imperij sui mense sexto. Hic est ille Iulianus, qui perpetuum edictum composuit, quique septimo mense, postea quam imperare coeperat, apud pontem Miluium victus à Seuero ciuili bello, & interfectus est.

Iulianus
Iurist.

At Victor Pontifex reip. Christianæ, vt par erat, curam gerens, constituit, vt Pascha Dominico die celebraretur ex Eleutherij sententia (vt Damasus ait) à quartadecima luna primi mensis vsq; in xxj. Cuius decretis obtemperas Theophilus Palæstinae vrbis episcopus, contra eos scripsit, qui xiv. luna cum Iudæis Pascha celebrabant. In hanc verò opinionem inuectus est Polycrates Ephesorum episcopus, qui ex vetere consuetudine, xiv. luna cum Iudæis Pascha celebrabat. Se enim Apostoli Ioannis, & veterum auctoritatem secutum ostendit: Nos (inquit) inuiolabilem celebramus diem, neq; addentes quicquam, nec diminuentes. Hanc verò opinionem secutus est Philippus Hierapoli mortuus: hanc Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, & pontifex eius fuit, auream laminam in fronte portans: hanc Polycarpus, Thraseas, Melito, & Narcissus Hierosolymitanae ecclesiae episcopus. Idem quoque Victor decreuit, vt in quavis aqua baptismum petentes, baptizarentur, si necessitas instaret: hanc ob rem quidam existimant concilium in Palæstina habitum esse, cui Theophilus, Irenæus, Narcissus, Polycarpus, Bacchylus, Asianae prouinciæ insignes episcopi interfuerunt. Res tamen integra in Nicænum concilium translata, in quo etiam constitutum est, vt Pascha post quartadecimam lunam celebraretur, ne Iudæos imitari videremur. Fuere huius pontificis tempore multi doctissimi viri. Nam & Appion tum Hexameron fecit, & Paulus Samosatenus vnà cum Theodoto Coriario, existimauit Salvatore purum hominem fuisse, & Sextus de resurrectione conscripsit, & Arabianus opuscula edidit ad Christianam doctrinam pertinencia. Iudas quoq; chronographiam superiorum temporum vsque ad

Paschatis
celebratio.

Concilio
in Palæstina
quò interfuerunt.

ad decimum Seueri annum conscripsit, in qua tamen erroris arguitur, quod aduentum Antichristi suis temporibus futurum dixerit, in quem errorem ideo incurrisse putamus, quod & vitia hominum & crudelitatem eò peruenisse cernebat, vt diutius tolerari humanum genus à Deo non posset, quæ res & Lactantium postea & Augustinum fefellit. Victor autem, compositis etiam quibusdam de religione voluminibus moritur, & apud beatorum Petrum in Vaticano sepelitur: cuius diem festum quinto Kalendas Augusti celebramus. Sedit autem annis decem, mensibus tribus, diebus decem. At fedes id es xij. tum vacat.

S. ZEPHYRINVS.



16. Pont.
Seuerus
imperat.

ZEPHYRINVS natione Romanus, ex patre Habundio, Seueri temporibus fuit. Qui genere Afer, ex oppido Lepti vnà cum imperio cognomentum Pertinacis Iuliano cæso accepit. Is enim fisci procurator, mox tribunus militaris per gradus alios vsque ad imperium peruenit. Parcus admodum, natura sæuus, multis bellis lacessitus, fortissimè quidem temp. licet laboriosissimè gubernauit. Ad bellicam gloriam, laudem quoque litterarum addidit, philosophiæ admodum studiosus. Foris Parthos & Adiabenos superat. Arabas autè interiores ita cecidit, vt regionè eorum prouinciam Romanã faceret. Hanc ob rem triumphans, vt in eius arco sub Capitolio posito adhuc apparet, Parthicus, Arabicus, Abdiabenicus, cognominatur. Aedificijs præterea publicis vrbem exornauit. Nam & thermas Seuerianas & Septizonium exstruxit, non longè à Cir-

co maximo Palatinum inter & Cælium montem. Paululum autem abfuit, quin Pauli secundi Pontificis iussu lapidatæ quidam superioribus annis eam partem Septizonij, quæ adhuc exstat, demolirentur.

At Zephyrinus Pontifex rei diuinæ magis, quàm humanæ intentus, constituit, vt adstantibus clericis & laicis fidelibus, & leuita & sacerdos ordinaretur, quod postea in Chalcedonenfi concilio confirmatum est. Statuit item, vt consecratio diuini sanguinis in vitreo vase, non autem in ligneo, vt antea, fieret. Hæc quoque institutio sequentibus temporibus immutata est. Vetitum enim est, vt neque in ligno fieret propter raritatem, qua sacramentum imbibitur, neque in vitreo propter fragilitatem, neque ex metallo ob tetrum saporem, quem inde concipit: sed fieri voluere ex auro argenteo, aut ex stanno, vt in Triburienfi & Remensi concilio scriptum apparet. Idem præterea instituit, vt omnes Christiani annos pubertatis attingentes, singulis annis in solemnè die Paschæ publicè communicarent. Quod quidem institutum Innocentius tertius deinceps non ad communionem solum, verum etiam ad confessionem delictorum traduxit. Mandauit item, ne episcopus, vel à patriarcha, vel à primate, vel à metropolitano suo in iudicium vocatus, sine auctoritate apostolica damnaretur. Voluit postremò, presbyteros omnes adesse celebrante episcopo, quod etiam (vt dictum est) Euaristio placuit. Huius autem temporibus fuere & Heraclius, qui in Apostolorum commentarios scripsit, & Maximus, qui famosam quæstionem insigni volumine discussit, & Candidus qui Hexameron composuit, & Origenes, qui decimo Seueri Pertinacis anno persecutione in Christianos mota, Leonida patre intercepto, quem ipse adolescens ad martyrium adhortatus est, cum sex fratribus & matre vidua pauper relinquitur, redactis in fœcum paternis bonis, quod Christum verum Deum profiterentur, vnde grammatica sibi ac suis victum quæsiuit. Discipulum autem Plutarchum habuit, qui postea martyrio coronatus est. Totus deinde ad religionem conuersus, catechizandi, hoc est, prædicandi officium habuit. Tanti autem ingenij fuit, vt nulla eum lingua; nulla litteratura latuerit. Mira vtebatur continentia in cibo & potu; abstinentia in rebus alienis. Nam & paupertatem Christi imitatus est, & multis annis nudis ambulauit pedibus: illud quoque, quod in euangelio dicitur, secutus est,

Heraclius.
Maximus.
Candidus.
Origenes.

Math. 19. essi puerile habetur. Quia sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei. Huius virtutem plerique imitati, martyrium pro fide Christi æquo animo pasci sunt: maximè verò Potamiæna mulier, calida pice in caput eius fusa. Zephyrinus autem cum ex ordinationibus quattuor, mense Decembri habitis, presbyteros tredecim, diaconos septem, episcopos tredecim creasset, moritur Seueri tempore: ac in via Appia non longè à cœmiterio Calisti sepelitur septimo Kalendas Septembris. Sedit autem annos octo, menses septem, dies decem. Vacat tum sedes dies sex.

S. CALISTVS I.



17. Pont.

CALISTVS natione Romanus, patre Domitio, ex regione vrbis Rauennatum, vsque ad Seueri tempora peruenit, cuius cum animo fortuna mutata est.

Nam vbi quintus à Nerone persecutionem in Christianos mouet, continuè varijs periculis & bellis distrahitur: hinc à Pescennio Nigro, qui magnos in Syria motus concitauerat: hinc à Clodio Albino, quem tamen in Gallia non inruento prælio superauit. Inde verò in Britanniam profectus, deficiantibus ferè socijs omnibus, varijs casibus afflictatus, apud Eboracum Gallix moritur anno imperij sui decimo septimo, duobus filijs relictis, Balsiano & Geta: quorum Geta hostis publicus iudicatus est ac interfectus, cum ob vitam eius omnibus probris contaminatam: tum vel maximè, * quia Papi- nianum iuris ciuilibus alterum asylum, sua manu necauerat. At Balsianus sumpto à senatu Antonini nomine, imperio potitus est: ac Caracallæ cognomentum accepit à genere vestis, quam

Hoc à Caracalla, nō à Geta factum. Caracalla.

populo dono dedit. Is autem patre asperior, & omnium libidine intemperantior, nullum genus facinoris in vita prætermisit. Nam & fratrem Getam occidisse putatur, licet Geticum triumphum eius nomine duxerit, & nouercam suam in vxore duxit. Nihil egregium de se reliquit præter thermas Antonimianas, quas ipse inchoauit, & Alexander perfecit: muniuit & viam Nouam. Eos præterea capitali poena affecit, qui remedia quartanis ac tertianis collo gestarent. Damnati præterea ab eo sunt, qui ad statuas minxissent. Hic postremò dum bellum in Parthos mouet, inter Edessam & Charras ab hostibus circumuentus, occiditur septimo imperij sui anno, dum leuandæ vesicæ causa ex quo descendisset.

Calistus autem Pontifex in tanta rerum perturbatione, tamque sceleratis imperatoribus, nequaquam ab instituto suo discedens, constituit, vt ter in anno ieiunaretur, die sabbati, præsertim frumenti, vini & olei gratia, secundum prophetiam, videlicet quarto mense, septimo & decimo, inchoando annum Hebræorum more. Verum postea mutata sententia, id in quattuor anni tempora transulit, in vernale scilicet æstiuale, autumnale, & hyemale, quibus temporibus deinceps ratio sacrorum ordinum habita est, cum antea id quidem tantummodo Decembri mense fieri consueuisset. Idem quoque instituit, ne clericorum delatores & accusatores vel infames, vel suspecti, vel inimici, in accusationibus & iudicijs reciperentur. Eos verò hæreticos putauit, qui arbitrantur sacerdotes post crimen admissum etiam si dignam poenitentiam subiissent, ad pristinos honores redire non posse. Hunc edificasse basilicam in Transiberina regione in honorem beatæ Virginis, Damasus scribit. Non tamen crediderim hanc illam esse, quam hodie tam celebrem & amplam cernimus, cum ea tempestate ob crebras persecutiones occulta essent omnia, & sacella potius, atque eadem abdita, & plerumque subterranea, quam apertis in locis ac publicis fierent. Cœmeterium quoque de suo nomine condidit via Appia, eò loci, vbi multorum martyrum cineres antea repositi fuerant. Vnde mirum cuiquam videri non debet, si prius multis eisdem in locis sepultos diximus, cum nomen illud postea à notiore persona traxerit. Inuisi ego hæc loca cum amicis quibusdam religionis causa. Visuntur adhuc cineres & ossa martyrum, visuntur sacella, vbi priuatim sacrificia fierent, quæ publicè quorundam imperatorum edi-

Psalm. 4.

Ieiunium quattuor temporū

edi-

S. VRBANVS I.

Tertullia-
nus.

edicto exhiberi Deo non poterant. Huius temporibus fuit Tertullianus Afer, Centurionis proconsularis filius, quem Hieronymus primum post Victorem & Appollonium inter doctos Latinos commemorat. Acris enim ingenij fuit; multa volumina scripsit. Vidi ego, (Hieronymus inquit) Paulum quendam concordia, quod oppidum Italiae est, qui se beati Cypriani notarium cum ipse admodum adolescens esset, Romae vidisse diceret, referretque Cyprianum nunquam absque Tertulliani lectione vnam diem praeteriisse. Is vero cum vsque ad mediam aetatem presbyter mansisset, inuidia deinceps & contumelijs clericorum Romanae urbis, ad Montani doctrinam lapsus, contra ecclesiam volumina composuit, maximè verò de pudicitia, de monogamia, de ieiunijs. Scripsit & contra Appollonium libros sex. Eisdem quoque temporibus multa praecleara gessit Origenes. Nam & Hebioneorum haeresim impugnauit: qui & Christum ex Ioseph & Maria natum, purum esse hominem dicebant, & legem Iudaico ritu seruandam praedicabant. Hoc idem & Symmachus sentiebat. Traduxit etiam sua doctrina ad veram fidem Ambrosium quendam Valentiniani dogmatis (vt ait Eusebius) imitatore, vel (vt Hieronymo placet) Marcionitem, cui pro Theodotisto presbytero liber Origenis de martyrio inscribitur. Hunc quidem etsi hostem sibi Porphyrius desumpserit, Christiani nominis acerrimus persecutor, ita tamen interdum laudat, vt hunc doctissimum, nunc philosophorum principem vocet: & cum dicat eum omnia Platonis secreta consecutum, carpit tamen quod religioni Christianae se addiderit. Scripsisse Originem ad sex millia volumina librorum, Hieronymus ipse refert. Errauit tamen (vt eisdem & Augustino placet) in plerisque, maximè verò in libro de principatu, quem Periarchon appellauit. Hunc verò & Pamphylus martyr, & Eusebius, & Rufinus Aquileiensis presbyter, mirifice commendant. At Calistus vbi ex ordinationibus quinquies per mensem Decembrem actis, presbyteros sedecim, diaconos quattuor, episcopos octo creasset, martyrio coronatus est, ac sepultus in cœmeterio Calepodij via Aurelia, tertio ab vrbe milliario, pridie Idus Octobris:

Sedit annos sex, menses decem, dies decem. Vacat
cum sedes dies

sex.

Origenes
multa
praecleara
gessit.

VRBANVS natione Romanus, patre Pontiano, M. Aurelio Antonino imperatore fuit, anno Christi ducentesimo vigesimo sexto: ab vrbe verò condita, noningentesimo & septuagesimo.

18 Pont.
Marcus
Antoninus
imp.

Hic autem (vt putabatur) Caracallae filius. (Erant enim qui dicerent eum vulgò conceptum) Romam veniens, magna omnium expectatione imperium adeptus. Elagabali nomen sumpsit à Sole, cuius sacerdos erat edito templo. Phoenices enim Elagabalum solem vocant. Verùm ita praeter expectationem is vixit, vt nullam de se, nisi flagitiorum, totiusque obscenitatis memoriam reliquerit. Nam & in virgines Vestales incestum commisit, & probrosas mulieres semper domi habuit, & iracundia incitatus, Sabinum consularem virum (ad quem Vlpianus scripsit) è medio tolli iussit. Dignitates autem & honores malis ac flagitiosis committebat, quos quidem ita aliquando deridebat, vt cum secum accubissent, stratis follibus in cena, eisdemque refectis, subito sub mensa omnes reperirentur. Ita autem inhonestè ridebat vt publicè in theatro solus audiretur. Primus Romanorum holoserica veste, mensis, ac capsis argenteis vsus est. Admonentibus amicis, caueret ne ad inopiam redigeretur, respondit: Quid melius, quàm vt ipse mihi haeres sim & vxori meae? Ed vesaniae interdum prouectus est, vt decem millia pondo aranearum collegerit, qua ex re dicebat magnitudinem urbis Romae comprehendere posse. Exhibuit praeterea decem mil-

millia murum, mille mustelas, mille sorices. Hac verò infania ad eò contemini cœptus est, vt tumultu militari exorto, ipse cum matre necaretur. Aiunt, cum ei à sacerdotibus Syrijs dictum esset, vi moriturum, eum parasse funem serico & cocco intortum, quo vitam laqueo finiret. Moritur autem quarto imperij sui anno, quo tempore in Palæstina Nicopolis vrbs, quæ prius Emmaus dicebatur, condita est, legationis indusfriani eius rei gratia suscipiente Africano rerum ac temporum scriptore.

Vrbanus verò, qui huius monstri tempore fuit, non autem Diocletiani (vt quidam volunt) multos sanctitate vitæ, & doctrina singulari ad fidem traduxit. Inter hos autem Valerianum virum præstantissimum, beatæ Cecilie sponsum, & Tiburtium eiusdem Valeriani fratrem, qui postea martyrium constanti animo tulere. Quam conditionem etiam virgo ipsa subiit in domo paterna, iam antea suo rogatu à Vrbano Deo dicata. Eiusdem quoque Vrbani institutum fuit, vt ecclesia, prædia, ac fundos, à fidelibus oblatos reciperet, partireturque prouentus clericis omnibus viritim, nihilque cuiuspiam priuatum esset, sed in commune bonum, quod hodiè obsoleuit, tanta est hominum rapacitas & libido. Sunt qui huic attribuunt distinctionem quattuor temporum ac ieiunij, quæ antea confundebantur hominum imperitia.

Huius temporibus Tryphonem Origenis auditorem fuisse constat, qui librum præcipue composuit de vacca ruffa in Deuteronomio. Minucius item Felix, insignis tum Romæ causidicus dialogum scripsit, quo Christianum & ethnicum disputantes inducit. Scripsit & contra mathematicos, cuius etiam Lactantius meminit. Alexander quoque Hierosolymitanus episcopus bibliothecam illam Hierosolymis tam instituit, vnde tantum laudis consecutus est. At vbi ex ordinationibus quinquies mense Decembri habitis presbyteros nouem, diaconos quinque episcopos nouem creasset, martyrio coronatus est, & sepultus in cœmiterio Prætextati via Tiburtina. Sedit annos quattuor, menses decem, dies xij. Sedes autem dies xxx. tum vacat.



S. PONTIANVS.



PONTIANVS natione Romanus, patre Calpurnio, temporibus Alexandri imperatoris fuit, anno ab vrbe condita, DCCCCLXXIII. anno verò Christi CC. & XLV.

Inter imperium verò Elagabali & Alexandri tres imperatores sunt habiti, Macrinus, Diadumenus, & Albinus: quorum nomina prætermittere institui, cum quia parum imperarunt, tum vel maximè, quia nihil memoria dignum gessere. solus tamen Albinus ob edacitatem nomen aliquod apud posteros consecutus est, vt ait Cordus, qui centum persica Campana, decem melones Ostienses, quingentas ficus passarias, quadraginta ostrea vna cœna comedit. Sed omitamus hæc monstra, ad Alexandrum venio vnicum virtutis exemplar, qui senatus ac militum studio imperator creatus, ad componendam remp. vitio superiorum principum labefactam, animum adiecit. Adiutores autem ad hanc rem habuit, Iulium Frontinum virum doctissimum, Vlpianum & Paulum viros in iure ciuili præstantissimos. Iustitiam verò ita coluit, vt nemo vnquam de illata ab eo iniuria questus sit. Procul omni pompa & ambitione vixit, vnde semel tantum, dum consul esset, picta toga vsus est. Si quis autem inter salutandum caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, vt adulator reijciebatur. Erat præterea tanta prudentiæ, vt à nemine decipi posset: vnde Turinum, qui munera accipiebat, quòd magnæ esse auctoritatis apud imperatorem videretur, in foro Transitorio ad palum alligatum fumo necari iussit, præcone clamante:

Fumo

Alexander
vnicum vir-
tutis exem-
plar.

Nicopolis

Tryphon.

Minucius.

Alexander.

Sumo punitur, qui sumum vendidit. Pecunias autem, quarum mater Mammæa, vt mulier, studiosa fuit, omninò contempsit. Gemmas reiecit, vt res muliebres, dicitans in Virgilio (quem Platonem poetarum vocabat) plures & meliores gemmas esse. Lenonum vestigal & meretricum & exoletorum, in sacrum ærarium inferri vetuit, idque sumptibus publicis assignandum censuit, quo & theatrum, & circus, & amphitheatrum, & stadium instaurarentur. Status summorum virorum vndique conquiritas, in foro Transitorio locauit: Thermas verò Antonini Caracallæ, quæ hodie Antonianæ vocantur, perfecit & ornauit. Templum Christo ædificare voluit, eumque inter Deos recipere. Habuit præterea Christum ipsum, Abraham & Orpheum in larario suo. Alexander igitur tot virtutibus insignis, iuuenis admodum imperator creatus, bellum statim contra Persas suscepit, ac Xerxem eorum regem constantissimè vicit. Disciplinæ verò militaris adeò seuerus emendator fuit, vt quasdam etiam integras legiones exauctorauerit. Qua seueritate factum est, vt militari tumultu apud Maguntiacum in Gallia occideretur.

Pontianus autem Pontifex Romanus, instigantibus sacrificulis idolorum, mandato principis ab vrbe Roma in Sardiniam insulam cum Philippo presbytero deportatur, eo potissimum tempore, quo Origenes Germanum presbyterum Antiochenum, & Beryllum Arabiæ episcopum, ab hæresi ad veritatem reduxit. Negabat Beryllus Christum ante incarnationem fuisse. Aliqua opuscula hic scripsit, maximè verò epistolas aliquot, quibus Origeni pro sana doctrina gratias agit. Exstat & dialogus Origenis & Berylli, in quo Beryllum hæreseos arguit. Tanti autem ingenij fuit Origenes & doctrinæ, vt septem notarij sibi inuicem succedentes, homini vix sufficerent. Librarios habuit totidem; & puellas apprime eruditas, quos omnes ingenij copiam & vbertatem effundendo defatigabat. Ab Antiochia verò accersitus Romam à Mammæa Alexandri matre, in quam filius vnice pius fuit, in precio habitus Origenes, mulierem Christianam fidem edoctam relinquens, Antiochiam redijt. Pontianus verò multas calamitates & grauiora tormenta pro fide Christi in Sardinia passus, tandem moritur: cuius corpus postea à Fabiano pontifice Romam cum magna veneratione ac totius cleri supplicationibus reportatum est, ac sepultum via Appia in Calisti cœmeterio. Hic

autem ex sacris ordinibus bis mense Decembri habitis, sex presbyteros, diaconos quinque, episcopos sex creauit. Vixit autem in Pontificatu annis nouem, mensibus quinque, diebus duobus. Vacat tum sedes à martyrio eius dies decem.

ANNOTAT.

Pontianum in exsilio Sardinensi naturali morte, Calistum verò, Vrbanum, Anterum, Fabianum, Cornelium, Lucium, Stephanum, & Xystum II. martyrio vitam fuisse tum ipsa tempora, que Christianis horribilia persequutionum immunitate fuerunt, tum omnes penè quotquot exstant veteres scriptores declarant.

S. ANTERVS.



ANTERVS natione Græcus, patre Romulo, Pontifex creatur Maximino imperante, qui anno ab vrbe condita, DCCCCLXXXVII. ex corpore militari, postquam bellum in Germania prope gesserat, sine vlla senatus auctoritate imperator electus est.

20. Pont.

Fuit autem ingentis staturæ vir, adeò vt pedes octo excederet. Pedem habuit tantæ magnitudinis, vt postea in prouerbij locum cesserit, cum de longis & ineptis hominibus loquimur, Maximini caligam requirit. Pro annulo autem vxoris dextrocherio utebatur. Tantæ verò bibacitatis erat, vt vini amphoram vna cœna biberet. Verùm cum sextus à Nerone Christianos cædibus persequeretur, tertio anno postquam regnare cœperat, à Pupieno Aquileiæ quam obsidebat, vnâ cum filio Maximino interfectus,

Adagium.

Laberarij
Origenis.

Maximi-
anus imp.

fectus, persecutioni simul & vitæ finem impo-
suit, Mammeæ mulieris Christianæ & Origenis
mortem permaximè cupiens. Ferunt in ea obsi-
dione Aquileienses foeminas funes. ex capillis
suis fecisse, cum nerui deessent aut funes, ad e-
mittendas sagittas. Vnde in honorem matrona-
rum, templum Veneri Calug senatus dedicauit.

Alidas, ar-
cario.
Episcopus
non sua
ipsum caus
ja trans-
ferri ad a-
lium epi-
scopatum
potest.

Anterus autem primus statuit, vt res gesta
martyrum diligenter exquisitæ à notarijs scri-
berentur: conscriptas recondi in ærario eccle-
siæ mandauit, propter Maximum quendam, qui
martyrio coronatus est, ne vnà cum vita benè a-
gentium memoria aboleretur. Censuit item e-
piscopum omisso primo episcopatu ad alium
necessitatis causa & utilitatis, non sui ipsius,
sed creditarum ouium posse transferri, inter-
posita summi pontificis auctoritate, quod hodie
à plerisque contrà fit: ad utilitatem enim
propriam respicientes, imò voluptatem, vt ha-
beant vnde expilent, ad vberiorum semper re-
spiciunt. Non quòd oues, & qua ratione pascen-
dæ sint quærentes, quod est officium boni pasto-
ris, sed sciscitantes quantum singulis annis in-
de excerpti possit. De cura animarum parua fit
mentio, de augendis prouentibus magna: quò
multa iumenta & plures seruos, ac eos quidem
ignauos & stolidos, domi alant. Huius autem
temporibus Iulius Africanus fuit inter scripto-
res nobilis, constituta etiam (vt Eusebius ait)
Cæsareæ suo nomine insigni bibliotheca. Hic
sub M. Aurelio Antonino legationem suscepit
pro instauratione Emmaus, quæ postea Nicopo-
lis appellata est, vt antè diximus. Scripsit item
epistolam ad Origenem, qua ostendit fabulam
Susannæ apud Hebræos non haberi, contra
quem postea Origenes ob hanc rem grandem
epistolam scripsit. Geminus quoque Antioche-
næ ecclesiæ presbyter, & Heraclius Alexandrinæ
ecclesiæ pontifex, tum quidem in precio sunt
habiti. Anterus verò vno tantummodo episco-
po creato, martyrium subiens, in cœmeterio

Geminus.
Heraclius.

Calisti via Appia sepelitur, tertio Nonas
Ianuarij. Sedit annis vndecim, men-
se vno, diebus duodecim. Va-
cat tum sedes dies
tredecim.



FABIANVS natione Romanus, ex patre ^{21. Pontic.}
Fabio, à Gordiano & Philippo vsque ad
Decium imperatorem peruenit.

Gordianus enim imperium adeptus, cum ^{Gordia-}
Parthos iam erumpentes ingenti clade superaf- ^{nus imp.}
set, ad triumphum rediens, à Philippis necatur.
Cuius hæc fuit præcipua laus, quòd ad sexaginta
duo millia librorum in bibliotheca habuisse
dicitur. Philippus autem anno ab vrbe condita
noningentesimo nonagesimo septimo, redu-
ctis militum copijs è Syria in Italiam, vnà cum
filio Philippo annos quinque imperat. Hunc
autem primum imperatorem Christiani ha-
buère: qui quidem mysteria adire nunquam est
ausus, nil confessus. Post tertium verò imperij
sui annum, millesimus ab vrbe condita annus
impletus est: vnde & sæculares ludj celebrati
sunt, qui centesimo quoque anno repereban-
tur: instituti à Valerio Publicola post exactos
reges à sæculo nomen ducentes, quod est huma-
næ vitæ spacium. Hi tamen Decij fraude, licet
diuersis in locis, interfecti sunt: nam Philippus
pater Veronæ, sed Romæ filius occiditur.

Fabianus autem Pontifex septem diaconis
regiones diuisit qui à notarijs martyrum res ge-
stas colligerent ad cæterorum exemplum, qui
Christi fidem profitebantur. Idem quoque in
cœmeterijs pro dignitate martyrium adifica-
uit. Statuit præterea, vt singulis quibusque an-
nis in coena Domini Christum renouaretur, ac
vetus in ecclesia combureretur. Huius tempo-
re exorta est Nouatiana heresis. Nouatianus e- ^{Nouatia-}
nim vrbis Romæ presbyter, ob cupiditatem ^{na heres.}
episcopatus, omnia diuina atque humana mis- ^{is.}
cebat,



S. CORNELIUS.

*gentilium
Romæ.*

cebat, ne in manus Cornelij, qui Fabiano successit pontificatus denegaret. Ab ecclesia enim separatus, semet ac suos *xabupods*, id est, mundos appellabat. Negabat apostatas etiam poenitentes, recipendos esse. Hanc ob rem Romæ concilium sexaginta episcoporum, totidem presbyterorum cum diaconis pluribus habitum est, quo Nouatiani opinio vt falsa improbatum, quod Saluatoris exemplo nemini poenitenti deneganda sit venia. Eisdem quoque temporibus Origenes hæresim quorundam sustulit, affirmantium animos hominum vnâ cum corporibus interire, rursusque in anastasi (quam nostri resurrectionem vocant) vnâ cum corporibus suscitari. Sustulit & hæresim Helichelitarum, qui Paulum Apostolum omnino respuunt: quique asserunt negantem in tormentis Christum, nihil criminis habiturum, modò integri & recti sit cordis. Scripsit etiam idem auctor in Celsum epicureum Christianos impugnantem. Litteras quoque de fide ad Philippum & Seueram eius vxorem dedit. Ad Fabianum postremò de ordine fidei multa conscripsit. Alexander verò Cappadociæ episcopus, cum desiderio sacrorum locorum Hierosolymam perrexisset, cogit à Narcisso eiusdem vrbs episcopo iam sene, administrationem episcopatus secum suscipere. Verùm sub Decio ardente persecutione, quo tempore Babylas Antiochiæ martyrium passus est, Cæsaream ductus, ob confessionem Christi necatur. At Fabianus Pontifex, cui dum Antero successor quæretur, columba vt creditum est, supra caput adstitit eiusdem formæ qua illa visa est, quæ spiritum sanctum supra caput Iesu ad Iordanem detulit, martyrio coronatur, vbi ex quinque ordinationibus mense Decembri habitis, presbyteros duos & viginti, diaconos septem, episcopos vndecim creasset, sepultus est autem in coemeterio Calisti via Appia xiiij. Kalendas Februarij. Sedit annos xiiij. menses vndecim, dies vndecim. Vacat autem sedes diebus

sex.



CORNELIUS natione Romanus, patre 2.º Pom. Castino, Decij temporibus fuit.

Qui in Pannoniâ inferiore Budalix *Decius imp. mo- uet persecutio- nem in Christi- nos.* natus, interfectis Philippis, imperium sumpsit, odio in Christianos exardens, propter Philippus eiusdem sectæ imitatores. Verùm cum postea biennium cum filio Cæsare imperasset, à barbaris opprimitur, adeò vt eius cadaver nusquam repertum sit. Digno certè damnatus iudicio, qui septimam post Neronem persecutionem in Christianos mouens, multos sanctissimos viros interemit.

At verò sub Episcopatu Cornelij qui apostatas recipendos censebat, poenitentes præsertim, Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit, & in Africa Nicostratum: quam ob rem confessores, qui à Cornelio secesserant, cum Maximo presbytero ac Moysse sentientes, ad ecclesiam reuersi, veri confessoris nomen adepti sunt. Verùm postea instantibus hæreticis, Cornelius Centumcellas in exilium mittitur, ad quem Cyprianus Carthaginensis episcopus in carcerem coniectus litteras mittit, quibus intellexit & amici calamitatem, & exilij sui confirmationem. Exstant & aliæ Cypriani ad Cornelium epistolæ plenæ religionis fidei, sed illa potissimum elegans habetur, qua Nouatum discipulum quendam suum accusat & damnat. De eadem quoque hæresi & Dionysius Alexandrinæ vrbs episcopus, Origenis olim auditor, ad Cornelium scripsit. Nouatianum præterea alia epistola reprehendit, quod à communionem Romanæ Ecclesiæ discisset, quodque etiam se inuicem

ad



ad pontificatum obeundum diceret esse deductum. Tum ille, si inuitus Nouatiane (vt dicit) designatus es, probabis, cum volens secesseris. Cornelius autem priusquam in exsilium mitteretur, instante Lucina matrona sanctissima, corpora Petri & Pauli è carachumbis, vbi minus tuta esse videbantur, noctu leuauit. Paulum Lucina in prædio suo via Ostiensis collocat, ed loci vbi interfectus fuerat: Petrum verò Cornelius apud locum reponit, vbi crucis martirium subierat, in templo Apollinis ad radices aurei montis tertio Kalendas Iulij. At verò Decius, vbi intellexit Cornelium litteras à Cypriano accepisse, eum à Centumcellis Romam perducere iubet, quem ita in Telluris templo, adstante vrbis præfecto, alloquitur: Sic (inquit) obstinate vitam ducere instituisti, vt neque Deos cures, neque præcepta vel minas principum timeas, & contra repub. litteras arripas ac mittas? Huic Cornelius: De laudibus Christi, de ratione redimendorum animorum, non de imminutione imperij, litteras accepi & reddidi. Tum Decius iratus, sanctissimum virum plumbatis cædi, genus id flagelli est, atque deinceps ad templum Martis duci iubet, vt simulacrum eius adoraret: id si facere abnueret, pœna capitali afficeretur. At vir sanctus dum ad supplicium duceretur, omnia bona sua Stephano archidiacono commisit. Post hoc verò tertio Nonas Maij obruncatur. Huius corpus beata Lucina vnà cum quibusdam clericis noctu sepeliuit in harenario prædij sui, via Appia non longè à cœmeterio Calisti. Sunt qui scribant, hunc pontificem sub Gallo & Volusiano passum. At ego multò magis Damaso credo, qui Decij iussu hoc factum affirmat. Cornelius autem mense Decembri sacrorum iniciandorum potestatem bis fecit, vnde presbyteros quattuor, diaconos quattuor, episcopos septem creauit. Sedit annis duobus, diebus tribus. Sedes autem diebus quinque & triginta tum vacat.

ANNOTAT.

Post S. Fabiani obitum, & Cornelij electionem, primum in Ecclesia Romana schisma fuisse constat. Nouatianus enim quidam presbyter S. R. E. ambitionis spiritu inflatus, Nouato presbytero Afro, magno romani viro, & quibusdam confessoribus, eiusdem Nouati dolis, & fallacijs circumuentis auctoribus (hi duo pro Christi fide in vinculis fuerant) Pontificatum contra Cornelium, Romam assumpsit, seceptione accepta, quod Cornelium Papam, & qui

ei consensissent, in hæresim prolapsus esse diffamasset, cum præter ipsius & sociorum eius sententiam, eos, qui dolis sacrificauerant, pœnitentes in ecclesia communionem suscepissent. Nouati enim socij, lapsi, & immundis sacrificijs coinquinatis, quamquam eos dignè pœnituisset, spem omnino ecclesiasticæ reconciliationis denegabant, Deo eiusmodi causam remittentes, qui solus peccata dimittere posset. Diu autem in schismate contra Cornelium & eius successores Roma episcopus fuit. A quo hæresis Nouatianorum manauit. Hac Eusebius libris VI. & VII. historia ecclesiastica, & Damasus in vitis Fabiani & Cornelij pontificum. Huius Nouatiani in episcopatu successores Romæ vsque ad Celestini Papæ pontificatum permanserunt, à quo deinceps publicè episcopum habere prohibiti sunt, vt auctor est Socrates libro VII. cap. XI. historia ecclesiastica. Huius schismatis & hæresis frequens mentio est in epistolis sancti Cypriani, qui hoc tempore vixit.

S. LVCIVS I.



LVCIVS natione Romanus, patre Porphyrio, imperante Gallo Hostiliano, Pontifex eligitur.

Gallus enim cum Volusiano filio imperium obtinuit: quorum temporibus in vltionem imperij Christiani nominis tanta pestis exorta est, vt paucæ domus, nedum ciuitates & prouinciæ existerent, quæ non tantam calamitatem senserint. Verùm Gallus & Volusianus dum contra Aemilianum res nouas agitantem, bellum civile moliuntur, Interamne necantur, nondum completo imperij sui biennio. Aemilianus

Valerianus & Gallienus imperat.

nus verò obscuro loco natus, tertio mense occupata tyrannidis opprimitur. Mox autem Valerianus in Rhetijs & Norico ab exercitu Gallienus Romæ à senatu imperatores eliguntur. Quorum imperium perniciosum Romano nomini fuit, principum ignavia, & in Christianos sequitia. Nam & Germani Rauennam vsque peruenere, ferro ac flamma omnia vastantes, & Valerianus in Mesopotamia bellum gerens, à Parthis captus, in seruitute turpiter vixit. Eo enim vt scabello Sapores Perfarum rex equum insensurum utebatur: ac meritò quidem, cum statim vbi imperium arripuit, octauus à Nerone adigi tormentis Christianos, idola colere, abnegantesque interfici vbique iusserit. Territus autem tam claro Dei iudicio Gallienus, pacem ecclesijs tribuit. Serò tamen: iam enim Dei voluntate barbari omnes in fines Romanos eruperant, & tyranni quidam perniciosi exortisunt, qui, quod domi relictum erat ab externo hoste, pessundarent. Gallienus verò cum remp. deseruisset, ac Mediolani libidinibus operam daret, occiditur.

Lucius igitur mortuo Volusiano exsilij poena liberatus, Romam veniens constituit, vt duo presbyteri, diaconi tres, vbique locorum episcopum comitarentur, eius vitæ & actionis testes. Huius autem temporibus martyrium passus est Cyprianus, qui primò rhetoricam docuit: deinde suadente presbytero Cæcilio, vt Hieronymus ait, à quo & cognomen sortitus est, ad Christianos transiens, omnes facultates suas pauperibus erogauit. Presbyter primò, deinde Carthaginensis episcopus creatus, sub Gallo & Volusiano martyrij poena afficitur. Cuius vitam & martyrium Pontius eiusdem Cypriani presbyter & exsilij omnes, egregio volumine composuit. Ante verò quàm moreretur Cyprianus, venerat in sententiam ecclesiæ Romanæ, non esse rebaptizandos hæreticos, sed sola manus impositione in gratiam recipiendos. Hac enim de re inter Cyprianum & Cornelium magna fuerat olim contentio. Lucius verò antequàm ad martyrium iubente Valeriano duceretur, omnem potestatem ecclesiæ Stephano archidiacono suo permisit. Ter autem dandis ordinibus sacris vacauit Decembri mense; vnde presbyteros quattuor, diaconos quattuor, episcopos septem creauit. Sepultus est in cœmeterio Calisti via Appia octauo Kalendas Septembris. Sedit annis tribus, mensibus tribus, diebus tribus. Dies quinque & triginta sedes tum vacat.

Cyprianus.

S. STEPHANVS I.



STEPHANVS natione Romanus, patre Iulio, cum iam de imperio Romano actum videretur, pontifex eligitur, eo potissimum tempore, quo Posthumus in Gallia tyrannidem occupat, cum maximo reip. emolumento.

24. Pont.

Nam annis decem ingenti moderatione vsus, pulsus hostibus, prouinciam in pristinam formam redegit. Huic deinde militari tumultu apud Maguntiacum interfecto, Victorinus successit, vir quidem in re militari strenuus: sed dum nimis libidinis esset, & aliena matrimonia corrumpere, Agrippinæ occiditur.

Stephanus autem ad ordinandam ecclesiam conuersus, instituit, ne sacerdotibus & leuitæ vestibus sacris alibi quàm in ecclesia, & peragendis sacris vterentur: ne, si secus facerent, poenam Balthassar regis Babylonis subirent, qui vasa sacra prophanis manibus attigerat. De rebaptizandis autem his qui ad fidem rediissent, eadem sentit quæ Cornelius Pontifex, neque vilo modo his communicandum esse qui rebaptizarent. Vnde Dionysius, qui antea hac de re cum Carthaginensibus & orientalibus senserat, mutata sententia, ad Stephanum scribens, eum bono esse animo iubet, cum ecclesiæ tam Asiæ quàm Africanæ, mutata opinione, in sententiam Romanæ sedis iam venissent. Iuuit & ecclesiam Dei illa tempestate Malchion eloquentissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter. Hic enim contra Paulum Samosatenum episcopum Antiochenum scripsit, quòd dogma Artemonis instaurare conaretur, affirmantis Christum communis naturæ hominem tantum: mo-

Malchion presbyter.

dò fuisse, sed à Maria sumpsisse principium. Quæ opinio postea in Antiocheno concilio omnium consensu improbata est. Hac autem de re idem Malchion grandem epistolam nomine Synhodi ad Christi fideles scripsit. Seephanus autem cum opere & verbis multos gentiles ad fidem Christi conuertisset, conquisitus à Galliëno, vt quidam volunt, vel ab his qui ex Deciano edicto Christianos persequerentur, vnà cum plerisque suorum ad martyrium rapitur. Capite enim multatus, in Calisti cœmeterio via Appia sepelitur, quarto Nonas Augusti, cum iam ex ordinibus sacris bis mense Decembri propositis, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos tres creasset. Sedit annis septem, mensibus quinque, diebus duobus. Sedes autem ad dies duos & viginti tum vacat.

S. XYSTVS II.



25. Pons.

XYSTVS secundus, natione Græcus, patria Atheniensis, ex philosopho Christi discipulus factus est, durante adhuc Deciana & Valeriana persecutione.

Sed non erit à re nostra alienum reliquos tyrannos, vt cœpimus, sparsum scribere, quoad verum principem attigerimus. Nam Victorino in Gallia interempto, Tetricus senator, qui tum Aquitaniam gubernabat absens à militibus imperator creatur. At verò dum hæc in Gallia agerentur, per Odenatum Persæ victi, defensa Syria, Mesopotamia vsque ad Ctesiphontem recepta est.

Eaque tempestate exorta doctrina est apud Ptolemaidem, quæ olim Barce vocabatur, Pentapoleos ciuitatem, plena blasphemij in

Deum patrem & in Christum, quem summi Dei filium esse negabat, primogenitumque omnis creaturæ, simul etiam spiritus sancti intellectum auferebant. Hi Sabelliani à Sabellio <sup>Sabellia-
ni.</sup> auctore, tam peruersæ sectæ inuẽtore, vocati sunt. Quid dicam de spurcissimo Cherinti dogmate? Qui post mille annos futuram anastasium, & regnum Christi in terris dicebat: vnde Chiliastra à Græcis vocatus est. Is autem quia libidinum & cupiditatum impatiens erat, voluptates ipsas in promissionibus futuri regni sanctis proponebat, abundantiam ciborum, & mulierum copiam. Idem sentiebat & Nepos in partibus Aegypti episcopus. In delictis enim corporis, & voluptatibus omnibus regnatus in terra sanctos cum Christo dicebat. Hinc Nepotiani, tam turpis sectæ imitatores, vocati sunt. ^{Nepotiani.} Confutare & extinguere has opiniones Xystus aliquando meditabatur, verum accusatus quòd Christi fidem contra imperatorum decreta prædicaret, captus ad Martis templum ducitur, vt aut Marti sacrificet, aut si id facere noluerit, pœnam capitis lubeat. Euntem ad supplicium Laurentius archidiaconus ita alloquitur: Quòd (inquit) progredieris sine filio pater? Quòd, sacerdos optime, sine ministerio properas? Cui Xystus: Ego te non desero, filij, maiora tibi pro fide Christi super sunt certamina; post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Interim autem si quid in thesauris habes, id pauperibus distribue. Eodem verò die vnà cum Xysto diaconi sex interficiuntur: Felicissimus, Agapitus, Ianuarius, Magus, Innocentius, Stephanus, sexto Idus Augusti. Laurentius verò tridudò post vnà cum Claudio subdiacono, & Seuero presbytero, & Crescentio lector, & Romano ostiario, varijs cruciatibus necatur quarto Idus Augusti. ^{Laurentius.} Exultum igni Laurentium ferunt. Vincentius verò, quem Xysti discipulum fuisse constat, in Hispaniam profectus, huic martyrio interesse non potuit. Xystus autem in pontificatu suo sacrorum ordinum potestatem bis fecit mense Decembri, vnde & presbyteros quattuor, diaconos septem, episcopos duos creauit. Xysti corpus in cœmeterio Calisti via Appia sepelitur. Reliqui verò martyres iacent in cœmeterio Prætextati in agro Veranio via Tiburtina. Sedit autem Xystus annos duos, menses decem dies tres & viginti. Vacat tum sedes dies quinque & triginta.

ANNOTAT.

Ita certum & manifestum est, Xystum Papam II. & eius archidiaconum Laurentium cum plerisque alijs clericis, & laicis fidelibus Romanis, sub Valeriano, & Gallieno imperatoribus martyria consummasse, quàm ea, quæ auribus & experientia percipi consueuerunt: passim tamen eos sub Decio imperatore occisos fuisse legimus, historicorum quorundam præcul dubio incuria, Decium cum Valeriano confundentium. Nam Fabianus quidem sub Decio: Cornelius sub Gallo, & Volusiano: Lucius, Stephanus, & Xystus II. sub Valeriano pro Christo capite pœnas dedisse, ex temporum ordine, atque ex aliquot epistolis D. Cypriani, Damasci, Eusebij, libris V I. & VII. hist. ecclesiasticæ manifestè liquet.

Post Xysti II. mortem, ob persecutionis sanctiam, Romanam sedem annum I. menses XI. & dies XV. pastore vacasse tradit Damasus, qui etiam presbyteros, vacanti ecclesie præfuisse inter pontificatus tempora refert. Sed hoc instituto in sine operis ostendam.

S. DIONYSIVS.



26. Pont.

DIONYSIVS, cuius originem Damasus inuenire potuisse negat, ex monacho Pontifex creatus, presbyteris ecclesias & cœmeteria in vrbe Roma statim diuisit. Parochias & diœceses foris distribuit, quò quifque finibus suis limitibusve contentus esset.

Claudius Imper.

Huius temporibus fuisse Claudium existimauerim: qui, vbi ex voluntate senatus imperium suscepit, Gotthos annis iam quindecim, Illyricum Macedoniamque vastantes, bello ad-

ortus, incredibili clade superauit. Hanc ob rem in curia autem eius clypeus, in Capitolio aurea statua eidem à senatu decreta est. Morbo autem correptus apud Syrmium moritur, nondum expleto biennio in imperio. Quo mortuo statim Quintillus frater ab exercitu imperator eligitur, vir quidem vnicæ moderationis, & qui solus fratri præferri posset. Is quoque decimo septimo imperij die interficitur.

Dionysij verò temporibus, Paulus Samo-^{Paulus} satenus ab orthodoxa fide desciscens, Arte-^{Samo a-} monis hæresim suscitauit. Nam in Demetria-^{passata.} ni locum Antiochenus episcopus creatus, superbè nimium sese habebat. Inter eundem enim præ superbia & litteras relegebat, & dictabat epistolas, multis constipato agmine præcedentibus ac subsequenteribus, vnde propter hominis arrogantiam, Christianam religionem plerique detestabantur. Sed quid facerent nostra tempestate, qua nil vel superbix, vel pompæ, nolo dicere luxurix, addi potest, si tot adolescentes ante ambulones fericatos & coccinatos in equis præferocibus, ac phaleratis viderent? Siquæ subsequenterum presbyterorum turbam cernerent, chlamydibus optimi cuiusque coloris hinc inde ab equis deauratis pendentes? Exsecrarentur eos sat scio: dicerent nil eis cum Christo præter similitudinem quandam religionis commune esse. Ad Paulum redeo, quem tutius reprehendere licet. Is enim inflatus opinione sui ipsius, ac tribunal altius quærens, negabat Dei filium è cælo descendisse, sed à Maria cœpisse originem, & initium è terra habuisse. Hanc ob rem in concilio Antiocheno omnium episcoporum, qui aderant, consensu, publicè damnatus est: maximè verò Grego-^{Gregorius} rij Cæsariensis episcopi, viri sanctissimi ten-^{Cæsariensis} tentia, qui tanto concilio interfuit: & postea ^{sis episcopus.} pro fide Christi martyrij pœnam subiit. In Paulum verò Malchio Antiochenus presbyter multa disseruit & scripsit, quia Artemonis hæresim (vt dixi) instaurare conabatur. Huic autem concilio propter senium interesse Dionysius non potuit. Ea tamen de re ad eum per Maximum Alexandrinum episcopum latè perscriptum est. Mortuus autem Dionysius, sepelitur in cœmeterio Calisti, vbi ex institutionibus duabus, mense Decembri habitis, presbyteros duodecim, diaconos sex, episcopos septem creasset. Sedit annis sex, mensibus duobus, diebus quattuor. Vacat tum sedes dies sex.

ANNOTAT.

Huius Dionysii ecclesia, quod sciam, Salomonem memoriam non colit. Quem naturam morte decessisse ex eo opinor, quod diu vixit: & nemo eius martyrium commemorat, atque in tranquilla ecclesia tempora, pace à Gallieno edictis publicis, Christianis data, mors eius incidit. Liber quoque bibliothecæ Vaticanæ, quem suprà citavi, eum confessorum aperte nominat. Damasus Felicem, & qui huic successit Eutychianum, item Caium, Marcellinum, & Marcellum martyres prodit: ita etiam eos ecclesia celebrat.

S. FELIX I.



stantinopolim & Heracleam in Zenophurion occiditur.

Felix autem martyrum gloriæ consulens, statuit, ut quotannis sacrificia eorum nomine celebrarentur, vt quæ nullibi, quàm in sacro loco, & à viris sacris initiatis sacrificium, quod Missam appellant, celebraretur, necessitatem semper excipiens. Quod si de consecratione templi ignoratum fuerit, vt pote vetustate & abolitione monumentorum, consecrari denuò mandat. Neque enim (vt ipse aiebat) iteratum dicitur, quod factum esse nescitur. Huius tempore Manes quidam gente Persa, vita & moribus barbarus, profiteri se Christum ausus est, adscitis in societatem duodecim discipulis, quò fidem rebus in omnibus faceret. Vt autem tum impugnatur Manes ob impietatem & superbiam, ita maximè laudatur Anatolius Laodicensis episcopus propter religionem & doctrinam. Ausus etiam eodem tempore Saturninus est novam Antiochiam condere, exercitus opera fretus. Verùm dum audacter nimium imperium quoque molitur inuadere, Apameæ tandem occiditur. Felix autem vbi repetitis sacris ordinibus mense Decembri, presbyteris novem, diaconos quinque, episcopos quinque creasset, martyr via Aurelia sepelitur, tertio Kalendas Iunij in basilica, quam antea in honorem Dei condiderat, secundo ab vrbe milliario. Sedit autem annis quattuor, mensibus tribus, diebus quindecim. Vacat tum sedes dies quinque.

S. EUTYCHIANVS.



FELIX natione Romanus, patre Constantino, Aureliani tempore fuit.

Qui anno ab vrbe condita millesimo ac vigesimo septimo imperium adeptus, vir militari disciplina clarus, Gotthos apud Danubium graui prælio superat. In Asiam deinde traiciens, Zenobiam, quæ occiso Odenato marito orientis tenebat imperium, apud Thymas haud longè ab Antiochia terrore magis quàm prælio vincit, eamque in triumphum vnà cum Tetrico ducit, quo apud Catalaunos superato, Gallias receperat. Aureliani tamen clementia & humanitate Zenobia honorificè in vrbe consenuit: vnde Zenobia familia Romana originem habuit: & Tetricus conseruatus, Lucanis deinde præfuit. Ad pacis verò opera conuersus imperator, & templum Apollinis, & muros vrbis magnificentissimis operibus extruxit. Hic autem postea mota in Christianos persecutio, nonus à Nerone, de cælo tactus inter Con-

EVTYCHIANVS natione Tuscus, patre Maximo, temporibus Aureliani fuit. Cui quidem interempto Tacitus succedit.

Manes Persa

28. Pont.

27. Pont. Aurelianus imp.

Tacitus imper. cedit, vir certè idoneus reipub. gubernandæ ob eius virtutem & integritatem. Verùm in Ponto sexto mense post adeptum imperium occisus est. Florianus quoque, qui Tacito successit, tertio demum imperij sui mense, apud Tarsum occiditur.

Florianus successit Tacito. Eutychianus autem instituit, vt in altari fruges benedicerentur, maximè verò fabæ & vuz. Constituit item, ne, qui martyres sepelire velent, sine Dalmatica, colobiove purpureo id facere auderent, se nesciente præsertim. Sunt qui scribant huius temporibus Dorotheum eunuchum fuisse, virum certè Græca & Hebraica lingua doctissimum, cuius doctrina mirificè delectatum Aurelianum ferunt. Nam ita primis imperij sui annis Christianis fuit, vt Paulij Samosatani sectam ab ecclesia separauerit. Verùm postea malis consilij subornatus, in Christianos (vt dixi) persecutionem mouens, scriptis iam ea de re ad Præsides prouinciarum literis, diuino iudicio interimitur. Ipsi autem Dorothei scripturas sacras exponentis, auditor Eusebius etiam adolescens fuit. Anatolius quoque Alexandrinus Laodicæ Syriæ episcopus, multæ doctrinæ vir, præclara quædam in mathematicis & scriptura sacra tum composuit. Inuestus est & in Manichæorum hæresim, quæ tum maximè inualuerat. Hi ad reliquos errores & duas substantias introduxerunt, bonam & malam, dixereque animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare. Testamentum vetus omninò respuebant: nouum verò aliqua ex parte recipiebant. At Eutychianus vbi ex sacris ordinibus mense Decembri habitis, presbyteros quatuordecim, diaconos quinque, episcopos nouem creasset, martyrio coronatur, & in coemeterio Calisti via Appia sepelitur, octauo Kalendas Augusti. Sedit annum vnum, mensẽ vnum, diem vnum. Vacat tum sedes dies octo.

Anatolius Alexandrinus Episcopus Laodicæ. Sunt tamen qui scribant eum annis octo, mensibus decem in pontificatu vixisse: sed ego multò magis Damaso credo, qui

primæ sententiæ auctor est.

S. CAIVS.



CAIVS natione Dalmata, patre Caio, ex 29. Pont. genere Diocletiani imperatoris, primum Probi tempore fuit, deinde Caio & Carino imperantibus.

Probus autem rei militaris gloria insignis, *Probus imper.* suscepta reipublicæ administratione, Gallias à barbaris occupatas ingenti felicitate restituit. Saturninum imperium vsurpare conantem in oriente, Proculum & Bonosum Agrippinæ magna celeritate oppressit. Apud Syrium tamen vir acer & iustus tumultu militari & licentia occiditur, anno imperij eius sexto, post quem Carus Narbonensis imperium suscepit ac bieu- *Carus Narbonensis.* nio tenuit. Hic cum filios duos, Carinum & Numerianum ad gubernacula imperij tradidisset, bello Parthico captis etiam Charris & Ctesiphonte nobilissimis vrbibus, in castris fulmine ictus concidit. Numerianus verò, qui tum cum patre erat rediens, Apri foceri sui fraude necatur. Carinus autem probri omnibus contaminatus, à Diocletiano, difficili tamen bello in Dalmatia victus, scelerum suorum poenas tandem luit.

Caius verò ordines in ecclesia distinxit, quibus tanquam gradibus quibusdam ad episcopatum ascenderetur. Hic erant ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Idem quoque (vt quondam Fabianus) regiones diaconis diuisit, qui res gestas martyrum conscriberent. Constituit etiam ne prophanus quispiam sacris initiatum in iudicium vocaret, neve paganus, aut hæreticus accusandi Christianum hominem potestatem haberet. Huius tempore fuisse Victo-



Histori-
cus P. a.
hancas
episcopus
Pamphi-
lus Euse-
bii neces-
sarius

rinum Pitabionensem episcopum constat, qui multa commentaria in sacros codices scripsit. Inuectus est etiam hæreses omnes, licet non æquè Græcam linguam ac Latinam nouerit, vt Hieronymo placet, qui affirmat. eius scripta grandia sensu, compositione vilissima apparuisse. Pamphilus verò presbyter Eusebij Cæsariensis episcopi necessarius, aded diuinorum voluminum cupidus fuit, vt magnam partem librorum Origenis sua manu descripserit: quos quidem libros Hieronymus affirmat se uidisse in bibliotheca Cæsariensi tanta auiditate, vt Cæsi diuitias consecutum se arbitretur. Scripsit idem Pamphilus Apologeticum pro Origene, quod etiam Eusebius non multò post fecit. At verò Caius orta in Christianos tempore Diocletiani tanta persecutione, quanta nunquam antea, in subterraneis locis, quas cryptas vocant, diu latuit. Captus deinde à persecutoribus vnà cum Gabinio fratre, eiusque filia Susanna. martyrio coronatur, & via Appia in cœmeterio Calisti sepelitur, decimo Kalendas Maij. Sunt etiam qui scribant, Luciam, Agatham, Hagnetem non multò post martyrium passas fuisse. Sedit autem Caius annis vdecim, mensibus quattuor, diebus duodecim. Quo quidem tempore presbyteros quinque & viginti, diaconos octo, episcopos quinque creauit, quatter ordinibus sacris mense Decembri habitis. Vacat tum sedes dies vdecim.

S. MARCELLINVS.



30. Pom.

MARCELLINVS natione Romanus,

patre. Proiecto, Diocletiani Dalmatæ ob-
scuro loco nati, & Maximiani temporibus
fuit.

Diocletianus enim anno ab vrbe condita ^{Diocle-}
M. x l i. ab exercitu imperator electus, A. ^{tianum imp-}
prum qui Numerianum interfecerat, ipsemet ^{perdit.}
occidit. Verùm moto in Gallia tumultu po-
tus quàm bello, ed cum exercitu Maximia-
num cognomento Herculeum misit, qui a-
gresses facillè compescuit. At verò circumstre-
pentibus vndique bellis, cum solus Diocle-
tianus resistere tot periculis non posset, Ma-
ximianum Augustum; Constantium ve-
rò & Maximianum Galerium, Cæsares
creat. Maximianus autem Hercules Carau-
sio fraude Alesti interempto, Britanniam
post annos decem recipit. At Constantius,
cùm primò in Gallia malè pugnaasset, renoua-
ta secundo pugna, multa millia Alemanorum
occidit, qui ed venerat mercede conducti,
ac Gallias pacatas reddidit. Diocletianus in-
terim captam Alexandriam, quàm Achilleo
resistente mensibus octo obsederat, diripien-
dam militibus dedit. Præterea verò Maximia-
nus Galerius cùm duobus prælijs contra Nar-
seum benè pugnaasset, postremò inter Galle-
tium & Charras superatur. Atque tam fini-
stra pugna amissis copijs ad Diocletianum
confugit: à quo ita arroganter acceptus est,
vt per aliquot millia passuum purpuratus ante
currum eius cucurrisset dicitur. Is autem hac
contumelia motus, repetito bello hostes su-
perat ac domat.

Pacatis hoc modo vndique rebus Diocle- ^{Decima}
tianus in oriente, Maximianus verò Hercul- ^{Christia-}
leus in occidente vastari ecclesias, Christia- ^{norū per-}
nos affligi, interficique mandant, decima post ^{secutio.}
Neronem persecutione; quæ certè omnibus
diuturnior & immanior est habita. Nam &
scripturæ sacræ igni exustæ sunt, & si quis
Christianus in magistratu fuisset, eo sublato re-
manebat infamis. Præterea verò serui, qui in
Christianismo perdurabant, libertatem conse-
qui non poterant, milites item Christiani co-
gebantur aut immolare idolis, aut militiam
pariter vitamque deponere, edicto principis
in foro posito. Hoc verò quidam lacerare au-
sus, pelle nudatus, super fuso aceto & sale tam
diu cruciatur, quoad vita superfuit. Hunc in
fide confirmarunt Dorotheus, & Gorgonius
viri clarissimi. Iisdem diebus fortè fortuna
in vrbe Nicomedie regia domus incendio
conflagrare coepit, vnde imperator à Christia-

ais id factum falsa suspitione existimans, multos interfici, plerisque viuos in ignem conijci iuber. Eadem quoque scintilla vsi sunt, qui in Melitene prouincia, in Syria, in Africa, in Thebaide, in Aegypto cum imperio erant. In planitie verò Palæstinæ & Tyri multi scruissimis bestijs expositi sunt. Nullum autem genus tormenti Christianis tum non adhibitum est. Pro vnguulis enim testas scitilium vasculorum adhibeant: quibusdama verò arundines acutæ sub vnguibus figebantur. Hoc etiam tormento vexatæ mulieres sunt, arundinibus ipsis per pudenda corporum adactis. Vrbs quædam in Phrygia tota combusta est, quia ciues idolis sacrificia exhibere recusarunt: Adiucto Romano viro sanctissimo eos in fide retinente: ad hæc postremo venere scruissimi tortores, vt oculis effossis, ac cauterio adustis scruirent. Passi etiam martyrium sunt Anthimus Nicomediæ episcopus: Lucianus presbyter Antiochenus vir doctissimus, Pamphilius Cæsariensis, Phileas Aegyptius, qui & Thmuenus episcopus vocabatur. Is enim capitali pœna afficitur, quod & librum de laudibus martyrum composuit, & impugnare iudices malè iudicantes ausus est. Quid plura? cum Damasus referat xvij. millia hominum vtriusque sexus diebus xxx. per diuersas prouincias martyrio coronata fuisse. Omitto eos, qui in insulas relegati sunt, vel ad metallum, vel ad opus metalli, vel ad fodendas arenas, excidendosque lapides damnati, quæ multitudo propè infinita est habita. At Marcellinus Pontifex ad sacrificia gentium ductus, cum minis instarent carnicifces, vt thura dijs exhiberet, metu perterritus, Deos alienos adorauit. Habito deinde non ita multò post concilio C. & Lxxxi episcoporum in Sinuessâ vrbe Campaniæ, eò & Marcellinus squalidus & puluerulentus ac cilicio indutus proficiscitur, petitque vt sibi pro inconstantia, debita pœna tribuatur. Qui cum damnaret, in tanto concilio nemo vnus inuentus est, cum dicerent omnes ea fermè ratione Petrum peccasse, ac flendo peccati pœnam luisse. Redijt Romam Marcellinus iratus, Diocletianum adiit, hominemque increpat, qui se impulerit dijs gentium immolare. Ducitur ad martyrium Diocletiani iussu Marcellinus cum Claudio, Cyrino, Antonino Christi fidelibus. Inter eundem verò Marcellum presbyterum admonet, ne Diocletiani præcepti obtemperet in rebus maximè ad fidem pertinentibus: neue corpus suum sepulturæ traderet,

quod diceret ob negatum Saluatorem se id nequaquam mereri. Horum autem simul interemptorum corpora, Diocletiani iussu ad dies sex & triginta insepulta iacuerunt publica. Vnde Petri Apostoli iussu, qui Marcello in somnis apparuit, via Salaria in cœmeterio, quod Priscillæ deinceps nomen habuit, sepeliuntur, sexto Kalendas Maias apud beatæ Crescentionis corpus. Tandem verò aperuit oculos Deus (vt Eusebius ait) & eò Diocletianum compulit, vt deposito imperio priuatus viueret. Idem fecit & Maximianus eius collega, acerrimus persecutionis Christianæ auctor, qui post aliquot annos multis, variisque morbis vexatus, ac post longos cruciatus, insania mentis percitus, furijisque scelerum agitatus, seipsum tandem peremit. Hanc autem calamitatem, quam nostri passi sunt, à Deo permissam refert Eusebius, propter corruptos nimia libertate & indulgentia Christianorum mores, maximè verò ecclesiasticorum, quorum peruersitatem diuina iustitia frenare hac persecutione instituit, dum simulationem in vultu, dolum in corde, fallaciam in eorum verbis cerneret. Hi enim liuore, superbia, inimicitijs, odijs inter se certantes, tyrannidem potius quam sacerdotium sapere videbantur, Christianæ pietatis omninò obliiti, ac diuina mysteria profanantes potius, quam celebrantes. Sed qui futurum nostra ætate arbitramur? qua vitia nostra eò creuerit, vt vix apud Deum misericordiæ locum nobis reliquerint. Quanta sit auaricia sacerdotum, & eorum maximè qui rerum potiuntur, quanta libidò vndique conquisita, quanta ambitio & pompa, quanta superbia & desidia, quanta ignoratio tum sui ipsius, tum doctrinæ Christianæ, quam parua religio, & simulata potius quam vera, quam corrupti mores, vel in profanis etiam hominibus (quos sæculares vocant) detestandi, non attinet dicere, cum ipsi ita apertè & palam peccent, ac si inde laudem quærent. Venient (michi credite, vtinam falsus sim, vates) veniet Turcus hostis Christiani nominis; Diocletiano & Maximiano violentior. Italiæ claustra iam pullat. Nos desides & somniculosi interitum communem expectamus, voluptati priuatæ potius, quam communi vtilitati consulentes. Ad Marcellinum venio, quem vtinam aliquando imitati, ad sanitatem redeamus. Hic enim (vt dixi) cognito errore suo, quo à fide defecerat, ad se rediens, martyrium pro fide Christi constanti animo passus.

*Anthimus
episcop.
Lucianus
presbyr.
Phileas
Aegy-
ptius.*

passus est, vbi ex sacris ordinibus bis mense Decembri habitis, presbyteros quattuor, diaconos duos, episcopus quinque creasset. Sedit autem annis nouem, mensibus duobus, diebus sedecim. Vacat tum sedes dies quinque & viginti.

S. MARCELLVS I.



31. Ponz.

MARCELLVS natione Romanus, patre Benedicto, ex regione via lata à Constantino & Galerio vsque ad Maxentium peruenit.

Constantinus enim & Galerius, abdicantibus se ab imperio Diocletiano & Maximiano, imperij gubernacula suscipientes, prouincias inter se partiti sunt. Nam Galerius Illyricum, Asiam & orientem fortitus est: Constantius verò singulari moderatione vsus, Gallia tantum & Hispania contentus fuit, licet ei & Italia sorte obtigerit. Vnde Galerius duos Caesares legit, Maximianum quem orienti praefecit, & Seuerum, cui Italiani commendauit. Illyricum ipse retinuit, quòd ea barbaros hostes populi Rom. iter facturos sentiebat. At Constantius vir singularis mansuetudinis & clementiae, Gallis omnibus charissimus fuit, praecipue verò quòd & Diocletiani vastrum ingenium, & Maximiani crudelitatem non sine magno discrimine euaserant. Moritur autem Constantius Eboraci in Britannia, principatus sui anno decimotertio, atque in diuos summo omnium consensu refertur.

Ad Marcellus diuino cultui intentus, vbi Priscillam matronam Romanam impulisset coemeterium suis sumptibus via Salaria con-

struere, titulos quinque & viginti in vrbe Roma constituit, quasi dioeceses ad commoditatem baptismi & oportunitatem eorum, qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant, consultum iri & eo modo sepulturis martyrum videbat. Maxentius verò vbi Lucinam matronam Romanam instituisse Ecclesiam Dei rerum suarum haeredem intellexisset, iratus, & mulierem ipsam relegauit ad tempus, & Marcellum captum impellere minis conatus est, vt & episcopatu se abdicaret, & Christianum nomen deponeret quem vbi contemnere & deridere sua praecipua vidit, in castrabulum ad custodienda animalia publica (vt quidam volunt) statim includit: quo in loco nec orationes vnquam, nec ieiunia praetermisit. Parochias item non secus ac si liber esset, epistolis gubernabat. Mense autem nono captiuitatis suae à clericis nocte à castrabulo liberatus est, qua exire maiore percussu ira Maxentius, sanctissimum virum in castrabulo redegit: vbi cum foede, & incommodè habitaret, pedore & situ mortuus est. At verò Lucina sanctissimi viri corpus via Salaria in coemeterio Priscillae condidit decimoseptimo Kalendarum Februarij. Postea autem re Christiana crescente, castrabuli domus in Ecclesiam erigitur beati Marcelli nomine, qua etiam aetate nostra inuisitur. Sunt autem qui scribant, Mauritium cum vna Christianorum legione apud Rhodanum flumen à persecutoribus casum. His additur Marcus, Sergius, Cosmas, Damianus, alijque complures, qui vbique terrarum caedebantur. Marcellus autem annis quinque sedens, mensibus sex, diebus vno & viginti, ex sacris ordinibus mense Decembri habitis, presbyteros sex & viginti, diaconos duos, episcopos vnum & viginti creauit.

Vacat tum eius morte Romanam sedes dies viginti.



S. EUSEBIUS.

Lactant.
Firinian.Eusebius
Caesarea.

32. PONT.

EVSEBIUS natione Græcus, patre medico, pontificatum adijt Constantino & Maxentio imperantibus.

Constituti-
oni imp.

Nam mortuo Constantio (sicut dixi) Claudij ex filia nepote, Constantinus eius & Helenæ in gratiam Herculei repudiatae filius, occidentis imperium maximo omnium consensu adeptus est. Romæ interea prætoriani excitato tumultu; Maxentium Maximiniani Herculei filium, Augustum nuncupant. Vnde Maximianus spe recuperandi imperij ex solitudine Lucaniæ Romam venit, litteris Diocletianû adhortatus, vt idem ipse faceret. Contra hos motus missus à Galerio Seuerus cum exercitu, dum urbem Romam obsidet, fraude militum, qui cum Maxentio sentiebant, circumuentus, fugiens demum Rauennæ occiditur. Paululum etiam absuit, quin Maximianus pater, militum beneuolentiam pollicitationibus & largitione quærens, à filio Maxentio occideretur. Is autem in Gallias ad Constantium generum profectus, dum circumuenire hominem studet, detecto per Faustam eius filiâ dolo, quæ rem omnem marito apperuit, fugiēs, ac Massiliæ oppressus, suorum scelerum poenas tandem luit: vel seipsum (vt quidam volunt) desperatis rebus interfecit.

Inuentio
S. Crucis.Iudas er-
cis inuen-
tar.

Dum autem Eusebius in pontificatu uiueret, crux Domini inuenta est quinto Nonas Maij, & ab Helena Constantini matre exornata, ac in magna ueneratione habita. Baptizatur & Iudas crucis inuentor, quem postea mutato nomine Cyriacum uocarunt. Hæreticos quoque idem pontifex reconciliauit, imposita tantummodo manu. Instituit præterea, ne prophani quos lai-

cos uocant, episcopum in iudicium uocarent. Huius uerò temporibus fuisse Lactantium Firmianum constat Arnobij discipulum. Hic cum Rhetoricam Nicomediæ doceret, infrequentia discipulorum motus, quod in Græca ciuitate ageret ad scribendum se contulit, qua in retantum ualuit, vt post tempora Ciceronis ab eo secundus habeatur. Multa scripsit, sed illa potissimum exstant, quæ contra Gentiles, de opificio hominis, de ira Dei conscripsit. In extrema senectute cõstitutus, Cæsaris Crispi, filij Constantini præceptor fuit in Gallia. Eusebius quoque Cæsareæ Palestinæ episcopus, ac bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus inuestigator, multa eiusdem temporibus scripsit, maximè uerò libros euangelicæ historiz, in Porphyrium Christianorum hostem acerrimum. Apologias item sex pro Origine composuit: de uita Pamphili martyris, à quo ob amicitiam cognomentum accepit, libros tres. Eusebius autem Pontifex, habita semel ratione sacrorum ordinum, mense Decembri. cum presbyteros tredecim, diaconos tres, episcopos quatuordecim creasset, Romæ moritur, ac in cœmeterio Calisti uia Appia sepelitur sexto Nonas Octobris. Sedit autem annis sex, mense vno, diebus tribus. Vacat tum sedes diem vnum.

ANNOTAT.

Quod ex Damasi (vt uidetur libro) Platina tradit, crucem Christi ab Helena imperatoris Constantini matre sub Eusebio inuentam fuisse, quam nam ratione fieri potuerit, non inuenio: cum nihil tantum Constantinus in Syria iuris haberet, quæ incredibili Maximini tyrannide premebatur, neque adhuc ipse plene in Christum credebat, quod post crucis in celo uisionem ardentissimè fecit. Insuper Rufinus libro primo, cap. septimo, & viij. Theodoretus libro primo, cap. xviij. Sozomenus libro ij. cap. primo, & secundo, & Socrates libro primo, cap. xvij. historia ecclesiastica, id xxv. ferè anno post, Nicæno iam Concilio celebrato, quod magis quadrat. factum fuisse referunt.

(. . .)

S. MILTIADES:



33. Post.

MILTIADES natione Afer, Maxentij, Licinij & Maximini temporibus fuit.

Licinij enim ex Dacia oriundus, à Galerio in partem imperij recipitur propter eius in re militari præstantiam. Hi, quod Constantinum videbant apud omnes magno esse in pretio, Christianis parcebant. Maxentius tamè milites clâculum mittebat, qui obuium quemque cæderent. Arte quoque magica delectatus, grauidas, maximè verò Christianas, funestis facris adhibitis scindebat infantum causa, quorû cineribus in magia utebatur, vt ostenderet tyrannidem seruari etiam per nefas posse. Simili vesania & crudelitate Maximinus quoque in oriente utebatur, qui magorum magistris & malarum artium doctoribus præmia etiam decernebat, augurijs ac diuinationibus fidem præstâs. Sæuior cæteris in Christianos hæc omnia contemnentis est habitus. Vetera autem de lubra renouari, ac more veterum sacra dijs exhiberi iubet. In hos verò Constantinus mouens, & Maxentium graui prælio victum apud pontem Miluium ita superat, vt dum præ dolore suarum fraudum oblitus, pontem ad decipiendum hostem structum decipulis transit, cum magna parte suorum satellitum submergatur. Et Licinium sororium nauali ac terrestri prælio victum, apud Nicomediam dedere seipsum cœgit, vitamque Thessalonicæ priuatam ducere, ac meritò quidem, cum à fide ob inuidiam deficiens, Christianos Constantinum fauentes grauibus supplicijs persequeretur. Maximinus verò diuina vltione inflatus subito visceribus, suppu-

tatisque intestinis ita distenditur, vt inter se & putridum cadauer nil interesset, scatentibus vtdique vermibus, & tabo serpente, tanto pedore, vt sustineri foetor non posset. Hoc volebant eius merita, qui & nostros ad cœmeteria conuenire vetabat, & simulacrum Antiochiæ consecratum; subornatis sacerdotibus, qui ex adytis id enunciarent, clamasse dicebat, pellendos ab urbibus Christianos, & præmia in prouincijs distribuit sacerdotibus simulacrorum, qui contra Christianos agerent. Tandem verò tyrannus pœnitentia ductus medico verum dicente, decreto publico vetuit Christianos lædi, eosque suis legibus vti sinir: sed hoc nihil ei profuit, cum vi fierent omnia. Nam grauissimis morbis diutius cruciatus, viuendi finem tandem fecit, homo sæuus & varius: nunc enim in Christianos nunc pro Christianis agebat.

His autem cladibus multi Christiani interfecti sunt, maximè verò Dorothea virgo sanctissima & pulcherrima, quæ mortem potius quàm stuprum tyranni pati voluit. Sophronia quoque à Maxentio sapius de stupro appellata, cum diutius vitare periculum non posset, seipsam interfecit, Lucretiam imitata. Miltiadis autem institutum fuit, ne dominico, neve quinta feria ieiunaretur, quia hos dies pagani quasi sacros celebrant. Multa quoque in oblationibus faciendis cõstituit, quod Manichæorum hæresis in vrbe Roma tum maximè inualescerat. His autem peractis, Maximini iussu martyrio coronatur. Idem fatum subière & Petrus Alexandrinus episcopus, & Lucianus Antiochenus presbyter, vir moribus & doctrina insignis, & Timotheus presbyter Romanus, alijque complures episcopi & sacerdotes. Sepultus est autem Miltiades via Appia in Calisti crypta quarto Idus Decembris. Viuens adhuc ex ordinibus sacris semel habitus, presbyteros septem, diaconos sex, episcopos duodecim creauit. Sedit annis quattuor, mensibus septem, diebus nouem. Vacatum sedes dies septendecim.

ANNOTAT.

Maxentium, qui Roma Marcelli, Eusebij, & Miltiadis temporibus tyrannidem gessit, hostili aliquando in nos animo fuisse, Marcelli Papa acerba mors, quam ipsi tyrannus intulit, testimonio esse potest. Mitiorẽ deinde in Christianos factum, persecutionemq; prohibuisse refert libro primo contra Donatistas, Optatus, Afer, episcopus Mæleuitanus.

Sub quo Eusebium etiam morte naturali consumptum esse existimo, tum propter eam, quam dixi, ratione, tum etiam, quod eius martyrium nec Damasus, nec ecclesia proficitur.

De Melchiade (non ut vulgò legitur Melchiade) dubium esse non debet. Nam eius Roma vitium post Maxentij necem, sub Pij Constantini imperio, & ab ipso imperatore iudicem datum cum quibusdam alijs episcopis in causa Ceciliani episcopi Carthaginiensis, libro primo refert Optatus Mileuitanus, & Eusebius historia ecclesiastica libr. 10. cap. 5. idem propemodum tradit. Sed nec Damasus vilam eius martyrij mentionem facit, ver in his enumerandis alioqui diligens. Liber quoque vetustissimus bibliothecae Vaticanae eum confessorum vocat. Nam quòd Platina scribit eum Maximiani iussu casum fuisse, fieri omnino non potuit, cum nullum Maximiani Romae, vel in occidente imperium fuerit, Eusebius, & Optatus sub Constantini principatu, post Maxentij, & Maximiani ipsius obitum Roma vixisse tradant, Constantino III. & Licinio III. Augustis consulibus. Quo etiam anno IV. Idus Decembris mortuus est, & suo successore relicto, auctor Damasus.

S. SILVESTER I.



14. Pont.

SILVESTER natione Romanus, patre Rufino, Constantini temporibus fuit anno ab vrbe condita millesimo, nonagesimo primo Domini verò anno CCCXVI.

Sub hoc tandem principe Christiani à tyrannis antea oppressi, non nihil respirare incipiunt. Nam corporis ac animi dotibus cum optimo quoque principe comparari Constantinus po-

Constant.
imperat.

tuit, militaris enim gloriae appetitissimus fuit, in bello fortunatus. Pacem petentibus libenter dedit. liberalibus studijs ubi per otium licebat, delectabatur. liberalitate & gratia omnium beneuolentiam sibi comparabat. multas leges rogauit ex æquo & bono, superfluas abscidit, seueras nimium emendauit, urbem in Bizantij ruinis de nomine suo condens, eam Romæ magnitudine ædificiorum parem facere conatus, secundam Romam vocauit: vt literæ sub æquestri eius statua indicabant.

Is igitur tantus princeps omnia circumspectans, omnia cõsiderans, ubi honestatem Christianæ religionis intellexit, qua seruare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, paci studere, simplicitate & constantia vt iubemur, eam ita complexus est, vt iturus ad bellum, non alio quàm crucis signo vteretur. Quod sereno cælo dum in Maxentium tyrannum copias mouet, & viderat & adorauerat, adstantesque Angelos audierat, dicentes: Constantine, εν τούτῳ νικῶ, quod etiam fecit, ac tyrannos omnes à ceruicibus populi Romani Christianorumque omnium depulit, maximè verò Licinium, qui Christianos & domo & militia pulso, aut relegatione, aut carcere (vt dixi) ad mortem vsque macerabat: aut leonibus obiciebat, aut suspensus tanquam porcos, membratim lacerans dissipabat. Tantum itaque principem ac tam humanum Siluester nactus, relicto Soracte monte, quò à tyrannis sæuientibus relegatus fuerat (vel vt quidam volunt) secesserat, Romam veniens, Constantinum erga Christianos benè animatum, promptiorem ad optimè de ecclesia Dei promerendum reddidit. Nam & pontificibus diademata aurea distinctum gemmis concedebat: quod quidem Siluester adspernatus, tanquam religioso capiti minimè conueniens, phrygia mitra & candida tantum modò contentus fuit. Permotus autem Constantinus sanctitate Siluestri, ecclesiam in vrbe Roma condidit in hortis Equitij, non longè à thermis Domitiani, quæ titulum Equitij vsque ad tempora Damasi præferebat. Cui quidem ecclesiæ imperator munificus hæc etiam dona præstitit, patenam argenteam librarum viginti, scyphos duos xx. librarum, calicem aureum duarum librarum, & alia vasa turra argentea tum aurea quæ enumerare longum esset. Fundum quoque Valerianum dono dedit in agro Sabinopositum, vnde quotannis solidos lxxx. capiebat. Hortum intra urbem ad regionem Duorum amantiū, vnde solidi quindecim capiebantur. Domum in regione Orphea intra urbem,

Arius
verus.

urbem, unde solidi octo & quinquaginta proueniebant. Verum, dum hæc Romæ agerentur, apud Alexandriam presbyter quidam Arius nomine, vir specie & forma magis quam virtute insignis, & laudis ac gloria potius quam veritatis cupidus, serere discordiam in fide Christi cœpit, seperare enim filium ab æterna & ineffabili Dei patris substantia conobatur his verbis: Erat aliquando quando non erat, non intelligens filium patri coæternum esse, & eandem in trinitate substantiam, cum dictum sit: Ego & pater vnus sumus. Cum autem Alexander Alexandrinæ urbis Episcopus frustra reuocare Ariū ab errore tentasset, Constantini mandato, adhibita etiam impensa munificè quidem, apud Nicæam urbem Bithyniæ concilium generale indicitur: cui trecenti & octodecim episcopi interfuerunt. Disputatum est in eo loco aliquādiu, & quidem acriter. Nam viri aliquot in quæstionibus callidi, Ario tum quidem fauebant, simplicitati fidei nostræ aduersantes, licet ex his quidam doctissimus philosophus diuino spiritu motus, vno momento fidem nostram, quam antea impugnabat, vt sanctam & integram statim amplexus sit. Tandem verò re ipsa in concilio diligenter discussa, concluditur *ὁμοούσιον* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri. Qui verò cum Ario sentirent, fuere ad decem & septem, affirmantes extrinsecus creatum esse Dei filium, & nō ex ipsa patris diuinitate progenitū. Cognita aut̄ tantæ controuersiæ veritate, Constantinus decretum concilij affirmat, propositus tradicentibus exsilio, unde sex tantum cum Ario exfulanēre, reliqui enim in sententiam benè iudicantium venēre. In eodem damnatos serunt & Photinianos, & à Photino episcopo Gallogræciæ nomē ducentes, qui Ebionitarum hæresim imitati, affirmabant Christū à Maria pio coitu fuisse conceptum, Damnati & Sabelliani, qui vnā tantum personam patri & filio & spiritui sancto ascribunt. In eodem verò concilio Querimoniæ libellos (vt fit) episcopi ipsi Constantino dabāt, se inuicem accusantes, expetentesque à principe iudicium: quibus ita imperator optimus respondet, combustis eorum libellis, eos Dei tantummodò, & nō hominum iudicium expectare debere. Præterea autem in eodem concilio decretum est, ne, qui se impatientia libidinis castret, in clerū amplius reciperētur: ne neophytus, antequā cautius examinaretur, clericus fieret: & ne in militiam Dei adscitus cum extraneis mulieribus habitet: cū matre verò, forore,

Concilij
Nicænū.

Photinia-
ni & Sa-
bellij hæ-
resici.

amita id tantummodò licere, ne episcopus in ordinem adscisceretur, nisi ab omnibus, vel saltē à tribus prouinciæ episcopis: & ne, quē alius episcopus expulerit, vel clericū, vel laicū alius fuscipiat. Decernitur etiam, ac quidē sanctē, ne cuiquā fieret iniuria, vt singulis annis cōcilium in prouincia habeatur. Quare hoc sanctum institutū aboleuerint nostræ ætatis pontifices, nō video, nisi quòd censuras benè viuentiū ac sentientium reformidabant Constitutū quoque est, vt qui absq; tormentis in persecutionibus lapsi fuerint, annos quinq; inter catechumenos vitā ducāt. Postremò verò decernitur, ne quis de minore ecclesia ad maiorem transeat ambitionis & avaritiæ causa, quòd certē nō obseruatur, cū siccis faucibus, tanquā lupi famelici, precibus, pollicitationibus, muneribus, largitione, vberiores episcopatus, omisiss primis, omnes quærant & eslagitent. Syluestri aut̄ cōstitutiones hæ sunt habitæ, vt chrisma ab episcopo tantum cōsecraretur, vt episcopo baptizatum signarent propter hæreticam suasionem, vt baptizatum chrismate liniat presbyter, occasione mortis. Addit præterea, laicus clericum in iudicium ne vocet. Diaconus in ecclesia celebrandi causa dalmatica induatur, & palla linostima læua eius tegatur. Clericus causas in curia ne agat: nec ante iudicem sæcularē causam dicat. Presbyter celebraturus neq; serico, neq; panno tincto vtatur, sed lineo, & quidem albo. Sic in albis celebrandum esse dicebat, quemadmodum in linea sindone & alba Christi corpus sepultum fuit. Gradus quoque in ordinibus ecclesiasticis constituit, vt vnusquisque vno tantum ordine contentus sit, & vnus solum vxoris vir. Constantinus autem augendæ Christianæ religionis cupidus, Basilicam Constantinianam (quam Lateranensem vocant) ædificauit, donisque plurimis eandem exornauit. Nam & fastigium argenteum templo, obtulit, habens in fronte Saluatorem sedentem in sella quinque pedum, cœtum & triginta librarum, & xij. Apostolos in quinque pedibus librarum nonaginta cum coronis argenti purissimi. Saluatorem quoque addidit respicientem in apside, sedentem in throno V. pedum, cuius pondus centum quadraginta librarum erat. Angelos quattuor ex argento ponderis centum & quinque librarum, coronas quattuor ex auro purissimo cum delphinis viginti librarum, altaria septē ex auro purissimo ducētarum librarum. In vsu verò luminum massæ Gargilianæ prouentum ex agro Suesano constituit solidos ccccc. Additur

Sinesa-
no.

& mas-

& massa Urbana, quæ in agro Antiati est. Sacræque præterea fontem instituit apud eandem Basilicam ex lapide Porphyretico, cuius tota pars illa, quæ aquam cõtinet, ex argento erat. In medio autem fontis columna porphyretica posita erat, in qua aurea phiala 50. librarum balsamo plena, in celebritate paschæ vsus nocturni luminis præstabat. In labro fontis stabat agnus auri purissimi, vnde aqua fundebatur. Non longè ab agno erat Saluatoris statua argenti purissimi centum lxx. librarum. Ad alteram partem stabat Ioannis Baptistæ statua argentea centum librarum, hunc titulum præferens, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Septem verò ceruicam fundebant: quorum singuli octoginta librarum erant. Proventus autem sacri fontis ex massa Statiliana in agro Corano, ex fundo Bassi, ex domibus & hortis, aliquot in vrbe positus, ex quibusdam fundis in Africa, Numidia, & Græcia sitis. Idem etiam Constantinus rogatu B. Siluestri Petro Apostolorum principi Basilicam in Vaticano ædificat, non longè à templo Apollinis, quo in loco eiusdem Apostoli corpus splendide, ac mirifice collocauit: ex ære enim & cupro vndique clausum erat. Supra beatissimi Apostoli sepulchrum crux centum & quinquaginta librarum existabat ex auro purissimo. Ad erant circumquaque candelabra iv. argenteo conclusa, cum sigillis argenteis, vnde Apostolorum actus cernebantur. His addidit calices aureos tres, librarum duodecim, calices argenteos xx. quorum singuli x. librarum erant. Metretas argenteas iiii. cc. librarum. Patenam auream cum thure & columba ornatam gemmis hyacinthinis & margaritis xxx. librarum. Ipsum autem altare erat clausum argento & auro, distinctumque pluribus gemmis. Hos verò proventus huic basilicæ addidit, in Antiochia domum Daciani, solidos centum & l. præstantem. Cellam in Aphrodisia solidos D. xv. præbentem. Horum Maronis thermas complures, popinas, pristina cõdonauit. vnde multum colligebatur ad vsus sacerdotum. Idem quoque Constantinus instante Siluestro, Basilicam Pauli via Ostiensi exstruxit: corpus verò Apostoli ita condidit, vt de Petro diximus. Vasa etiam aurea, argentea, ænea totidem donauit, quot diuo Petro, maximè autem crucem auream centum & quinquaginta librarum, supra loculum B. Pauli collocauit. Venere proventus ad eandem Basilicam ex Tarso Ciliciæ, ex possessione Tyri venit oleum, venere aromata & cassia: venit balsamum ex locis hæc eadem ferentibus: venit crocum, sal, piper, cin-

nama. Aedificator etiam imperatoris iussu Basilica in atrio Sessoriano sub titulo S. crucis in Hierusalem, vbi sanctæ crucis partem aliquam reposuit, inuentam ab Helena matre, foemina incomparabilis fidei, & religionis. Hæc enim magnitudine animi mota & visis nocturnis, Hierosolymam petijt, vt lignum crucis perquireret. Difficile id quidem erat, quia ab antiquis persecutoribus eò loci simulachrum Veneris collocatum fuerat, vt Christiani Venerem Saluatoris loco adorarent. At mulier religione percita, vbi locum ipsum ruderibus purgasset, tres confuso ordine cruces reperit. In vna inscriptio illa legebatur tribus linguis, IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Adstabat autem Marcarius illius vrbs tum episcopus, qui vnam ex his manibus cum religione retinens, veram esse dicebat: at tertia mulieri mortuæ admota, eidem vitam restituit. Hanc ob rem Constantinus motus, edicto vetuit, ne quispiam deinceps eo supplicio vteretur. Helena verò ædificat eò in loco templo, vbi crucem repererat, abiens, clauos, quibus Christi corpus cruci affixum fuerat, secum ad filium portat. Horum ille vnum in frenos equi transfudit, quibus in prælio vteretur, alio procono galeæ utebatur, tertium in mare Adriaticum (vt ait Ambrosius) ad compefcendas sauiantis maris procellas deiecit, illa autem crucis pars, quam eadem mulier secum in thecis argenteis detulerat, gemmis & auro distincta in Basilica Sessoriana collocatur. Huic hæc munera adduntur, argentea candelabra quattuor, argentei scyphi quattuor, calices aurei decem, patena argentea auro clusa librarum L. altare argenteum C C L. librarum, agros quoque circa palatium positos, ecclesiæ dono dedit. Ex Faliscis autem & Nepesino agro fundos quosdam denauit. Sunt qui scribant & Basilicam sanctæ Hagnæ Constantini iussu ædificatam esse rogatu Constantiæ eius filia, & baptisterium ecclesiæ additum: vbi & filia & foror Constantini eiusdem nominis, baptizata sunt. Huic Basilicæ hæc fuere munera: patena aurea librarum viginti, calix aureus librarum decem, calices argentei quinque, fundus ex agro Fidenatum, fundus ex vico Pisonis. Idem quoque imperator basilicam sancti Laurentij extra muros ædificat in agro Veranio super harenarium cryptæ, gradusque exstruxit: quibus ascensus ac descensus his daretur, qui ad visendum B. Laurentij corpus accederent. Templi ornamentum erat, apsis, argento & porphyreticis lapidibus, orna-

Helena.

Basilica
Pauli æ
dificatur.

ta: In aditu cryptæ, Incernæ erat ex auro purissimo librarum viginti. Ante corpus martyris erant lucernæ x. argenteæ librarum x v. Fundus autem Cyriacæ foeminæ, quem fiscus persecutionum tempore occupauerat, huic basilicæ assignatur: fundus item Verianus, vnde solidi L x. veniebant. Via etiam Lauicana idem imperator inter duas lauros basilicam beatis martyribus, Marcellino presbytero & Petro exorcistæ ædificat. Non longè verò mausoleum erexit in honorem matris, quam sepulchro porphyretico incluserit. Huic templo martyrum & matris gratia hæc dona data sunt, patena ex auro purissimo librarum quinque & triginta, candelabra argentea I I I I. auro clusa in pedibus x I I. calices aurei tres cum gemmis prasinis & hyacinthinis: amæ aureæ duæ: ara ex argento purissimo librarum C C. scyphus ex auro purissimo librarum viginti: fundus Laurentinus cum balneo iuxta formam prodeütis aquæ posito, fundus Augusta Helenæ, vnde solidos trecentos & viginti sacerdotēs quotannis habebant. Sunt qui scribant (sine auctore tamen) Sardiniam cum fundis suis, & Mesaniam, & Maritima cum monte Argentario, ac fundis omnibus huic ecclesiæ dono datam. Ad has basilicas in vrbe Roma ædificatas, alias quoque foris extruxit. Nam & Ostia non longè à portu eius mandato templum ædificatur in honorem beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac Ioannis Baptistæ, quibus etiam hæc dona eius munificentiâ oblata sunt: patena argentea librarum xxx. calices argentei x. patena argentea chrismatæ librarum x. peluis ex argento ad vsum baptismi librarum xx. His muneribus additi & Gracchorum fundi Ardeatini agri, fundus Quirini in agro Ostiensi In Albano quoque Ioanni Baptiste templum ædificat, cui hæc dona obtulit, patenam argenteam librarum triginta, scyphum argenteum deauratum librarum duodecim: aunas argenteas librarum viginti, fundum Laurentinum cum adiacentibus prædijs; fundum cum lacu Albano, fundum Ti. Cæsaris. Caput etiam basilicam Apostolorum condidit, quam ciues Constantinianam appellarunt. Cui & hæc dona oblata, patenæ argenteæ x L. librarum, candelabra Græca I I I I. cum pedibus x. His additur fundus ex agro Caietano, & fundus Paternus ex agro Suesano. Aliam postremò basilicam Neapoli ædificauit, vtaut Damasus, in cuius honorem eam erexit, non satis constat. Proinde reticere donaria templo dedicata institui, ne videar cum alijs errare. Sunt etiam

qui scribant, Siluestrum titulum suum in tertia regione vrbs apud thermas Domicianas instituisse, Equitium quidam vocant. Huic titulo multa dona Constantinus obtulit, vt patenam argenteam librarum x x. cerosstrata ænea x v I. fundum Barbatianum ex agro Ferentinati, fundum Sulpicianum ex agro Corano. Ne autem nouæ Romæ sacerdotes imperatoris munificentis expertes essent, duas item basilicas Constantinopoli ædificat, quarum altera Irenæ, altera Apostolorum vocatur, euersis prius paganorum templis, aut in vsum Christianorum tranlatis, sublatisque è medio tripodibus Delphicis, vnde infinita mala oriebantur. Hæc sunt Constantini dona, quæ antea narrauimus, quibus hoc etiam addidit: Certum enim vestigal à ciuitatibus pendi solitum, ecclesijs prouincialibus clericoque distribuit. Dationem verò ipsam, decreti sui auctoritate validam in perpetuum esse voluit. Vt autem virginibus, & qui in celibatu uiuerent, testari liceret, aliquidque sacerdotibus ex testamento relinquere, (qua ex re ego arbitror ecclesiæ patrimonium auctum esse) legem sustulit antea latam propagandam sobolem, qua illi vetabantur hæreditatem adire, qui vigesimo quinto ætatis anno vxorẽ non duxissent. Hinc ius illud trium liberorũ inuentum à principibus est, quo in amicos prole carentes plerunque utebantur. Hæc Socrates & Sozomenes in tripartita sua accurate scribunt. Fuere autem & Siluestri tẽporibus multi præclari viri, quorum opera & labore gentes & nationes plerumque ad fidem nostram venere, maximè verò Iuliani, Frumentij & Edisij prædicationibus: quos philosophi quidam Alexandrini eò perduxerant, liberorum quoque gens, quæ sub axe pontico iacet, fidem Christi intelligunt à captiua muliere, & credunt, Baccurio rege omnes ad id cohortante. Valuit etiam multum illis temporibus ad monendos homines Antonij eremite sanctissimi auctoritas, cui literis & nuncijs Helena se ac filios sæpius commendauit: eius cibus solus panis erat, aqua potus: nec vnquam, nisi in occasu solis comedebat: homo ægyptius omninò contemplationi deditus. Huius quidẽ vitam Athanasius Alexandrinæ vrbs episcopus insigni volumine perferipit. Siluester autem vbi ex sacris ordinibus septies mense Decembris habitis, presbyteros duos & quadraginta, diaconos sex & triginta, episcopos quinque & sexaginta creasset, moritur, ac sepelitur in cœmeterio Priscillæ via Salaria, tertio ab vrbe milliario, pridie Kalend. Ianuarij. Sedit autem annos

Hæc patrenthesi in plerisque definitur.

Antonij eremita

Athanasij Alexandrie episcopus.

annos tres & viginti, menses decem, dies vnde-
cim. Vacat tum sedes dies quindecim.

MARCVS I.

ANNOTAT.

Constantini omnium scriptorum sententia, optima pax, quies, & libertas sub Silvestro Papa, hostibus nostris Galerio, Maxentio, & Maximino mortuis, atque Licinio necato, vniuersis Christi ecclesis, qua in toto orbe Romano erant, non solum à Constantino imperatore concessa est, sed etiam optimis legibus, & multis sanctionibus aduersus vim & audaciam aduersariorum nostrorum, circa annum CHRISTI CCCXXV. (que celeberrima CCCXVIII. patrum Nicæna Synodus contra Arii hæresim celebrata est) septa, & communita fuit: Postquam diabolus Christianorum hostis, & hostis quidem atrox, atque inmanis, Romanorum Principum ministerio, & presidium prouinciarum, ac populorum furentium opera, annis plus minus CCC. in gentem inermem, atque imbellem omnem seuitiæ suæ vim nouem persecutionibus frustra effudit. Quarum primam Nero iussit, secundam Domitianus indixit, tertiam Traianus, quartam sub Marco Aurelio furentes populi, & pessimi prouinciarum aliquot rectores imperatore conueniente, quintam Senterus, sextam Maximinus, septimam Decius, octauam Valerianus, nonam omnium acerbissimam, ac maximè diuturnam duodecim annorum Deocletianus, instaurarunt. Cui per Constantinum (vt dixi) sublata, decima omnium longè periculiosior hæreticorum Ariænarum à Constantino Magni Constantini filio imperatore incepta successit, qua per continuos xl. annos ad eam in Christi ecclesiam debacchata est, vt cuius superiorum, vel temporis diuturnitate, vel suppliciorum magnitudine comparari potuerit. Multa de ea apud Eusebium, Rufinum, Epiphanium, Sozomenem, Sozomenum, Theodoritum, Damasum, D. Hieronymum, & alios veteres historia scriptores, tradita sunt.

(.)



MARCVS natione Romanus, patre Prisco, Magni Constantini temporibus fuit, de quo varia scribunt historici. 35. Pont.

Sunt enim qui affirmant Constantinum vltimis imperij sui annis, instigante sorore. Arium ab exilio reuocasse, quod inuidia damnatum hominem mulier diceret, in eiusq; dogma declinasse. Hos ego deceptos similitudine nominis puto, & patri illud ascribere, quod filij scelere factum est. Neq; enim simile veri est, principem illum sapientissimum, quod semper improbauerit, et potissimum ætate, qua sapere datur, illud idem collaudasse. Scribunt præterea, Constantium ab Eusebio Nicomediæ episcopo Ariani dogmatis imitatore, baptizatum esse. Quod quidem falsum esse, & religio principis ostendit. & baptisterium huius rei causa Romæ ab eo magnificentissimis operis edificatum. A Silvestro enim vnà cum Crispo filio baptizatur, pulsus ab vrbe tyrannis, fidemque edocetur. Aiunt qui aliter dictam sentiunt, Constantinum tantam rem distulisse, quoad ei ad Iordanem peruenire contingeret, in quo ad imitationem Saluatoris baptizari cupiebat. Verum dū in Parthos proficiscitur Mesopotamiâ incurtionibus vastantes. xxxj. imperij sui anno. ætatis vero 46. apud Nicomediâ via publica diem extremum obiisset: nec ad Iordanem baptismi causa peruenire potuisset: atq; illud demum extremo vitæ tempore baptizatum fuisse. M. ceant isti, vt volunt, rê hâc: & nos, quod oēs fermè sentiunt, credamus, Constantinum, qui in signo crucis toties hostes vicerat qui tot tēpla in honorē Dei ædificauerat, qui sacris cōcilijis inter fuerat, qui toties eū sanctus patribus in mysterijs orauerat, baptismatis

characterere, vbi sapere coepit, muniri etiam contra hostem humani generis voluisse. Non latet me certè, quid Socrates & Sozomenes in tripartita sua velint, quidque alij plerique: veritatem sequor, optimi principis religioni & pietati conuenientem. Quòd verò in lepram incidit, vt vulgò dicitur, baptismoque mundatus sit, conficta prius de sanguine infantum nescio qua fabula, nullo modo credo, Socraté hac in re secutus, qui affirmat Constantinum ipsum, vbi sexagesimumquintum ætatis annum attingisset, ægritudine captum, ex vrbe Constantinopoli ad aquas calidas egressum valetudinis causa, nulla de lepra mentione habita. Præterea verò hac de re à nullo scriptorum fit mētio, non dico ab his, qui ethnici sunt habiti, sed ne à nostris quidem. Non reticuisset hoc Orosius, nò Eutropius, non illi, qui Constantini res gestas quàm diligentissimè scripsère. Ante verò tanti principis mortem, stellam crinitam inusitatæ magnitudinis (quam Græci cometen appellât) fulsisse aliquandiu constat.

Marcus autem Romanus, pontifex ad curam Christianæ religionis conuersus, instituit, vt episcopus Ostiensis à quo Romanus cõsecratur, pallio utoreretur. Voluit præterea diebus solennibus statim post euangelium sýmbolum à clero & populo magna voce decantari: & eo modo, quo fuerat in Nicæno concilio declaratum. Duas item ecclesias Romæ condidit, vnã via Ardeatina, in qua sepultus est: alteram in vrbe Roma ad palatinas, quas quidem Constantinus his muneribus exornauit & auxit: Fundo Rosarum cum omni agro campestri, patena argentea librarũ xx. scypho argenteo x. librarũ, corona argentea librarum x. Fundo Antoniano, qui est via Claudia, Fundo Marmoreo via Ardeatina. Huius autem & Constantini temporibus fuit Iuuenicus Hispanus presbyter genere nobilis, qui tetraeuangelia hexametris versibus ferè ad verbum transferens, quatuor libris cõposuit. Scripsit & quædam eo genere metri ad sacramentorum ordinem pertinentia. Marcus autem posteaquam ex sacris ordinibus bis mēse Decembri habitis, presbyteros xxv. diaconos vj. episcopos xxvij. creasset, moritur, ac sepelitur in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina 3. Nonas Octobris. Sedit autem annis duobus, mensibus octo, diebus viginti. Vacatum sedes dies viginti.

Iuuenicus
Hispanum
presbyt.



IVLIVS natione Romanus, patre Rustico, temporibus Constantij fuit: qui cum Constantino & Constante fratribus imperium adeptus, annis quatuor & viginti imperauit. 36. Pont. Cōstantini imp.

Habitus est etiam inter successores magni Constantini Delmatius Cæsar fratris, filius adulescens sanè præclarè indolis, qui haud ita multò post tumultu militari opprimitur, sinente potius Constantio quàm iubente. Interea verò Ariana hæresis inualuit fauente Constantio qui nostros cogebat Arium recipere. Secundo itaque Constantij anno apud Laodiceam urbem Syriæ, vel, vt alij volunt, apud Tyrum concilium indicitur. Eò conueniēre Catholici & Ariani: disputatur quotidie, homusionne, an secus, Christum cum patre vocarent. Instabat Athanasius Alexandrinus episcopus rationibus & argumentis, affirmās filium patri homusion esse. Id cum refellere Arius nò posset, ad conuicia versus, magicas artes Athanasio viro sanctissimo obijcit, prolato in loculis Arsenij brachio. Damnatur itaque violenter iubente Constantio Athanasius: qui quidem fugiens, sex continuis annis in lacu cisternæ carentis aqua ita delituit, vt solè nunquam viderit. Indicente deinde ancilla quadã, cum in eo esset vt caperetur, Dei monitu ad Constantis partes confugit, qui fratrem Constantiũ minis certè coegit Athanasium recipere. Arius interim episcoporum & populi frequentia stipatus, dum leuandi ventris causa ad publicum locum declinat, egerere conatur, intestina omnia in cuniculum latrinæ demisit, mortem certè passus vita turpissima condignam. Ariana hæresis inualuit.
Athanas. Alexandrinum.

Iulius autem pontifex multis incommodis vexatus in tanta rerum perturbatione, tandem post menses decem Romam ab exilio redijt, auditâ præsertim Constantini morte: qui bellum fratri Constanti inferens, dum apud Aquileiam inconsultè dimicat, occiditur, non destitit tamè Iulius orientales episcopos reprehendere, maximè verò Arianos qui iniussu Romani pontificis Antiochiæ concilium indixerant, cum id sine eius auctoritate fieri nõ posset, quòd Romana ecclesia cæteris præfflet. Confutabant id orientales, non sine ironia, quod dicerent à se ad occidentem Christianæ religionis principes commigrasse, hanc ob rem suam ecclesiam, tanquam perennem fontem, vnde tanta gratia manauerat, cæteris præferendam. Constat autem Iulium ipsum omiſſis his contentionibus, duas edificasse basilicas: vnam iuxta forum Romanum, aliam in Transtiberina regione. Tria item cœmeteria extruxit, vnum via Flaminia, aliud via Aurelia, tertium via Portuensis. Constituit præterea ne sacerdos alibi, quam apud iudicem ecclesiasticum causam diceret. Voluit item, vt omnia ad ecclesiam pertinentia, per notarios aut per primicerium notariorum conscriberentur: hos hodiè (vt arbitrator) protonotarios vocamus, quorum officium est res gèstas præcipuè conscribere. Verùm nostra ætate aded plerique (nolo dicere omnes) litterarum ignari sunt, vt vix sciant nomen suum latinè exprimere, nedum aliorum res gèstas perſcribere. De moribus nolo dicere, cum è lenonum numero, & parasitorum quidam in hunc ordinem relati sint. Constantini autem & Constantij tempore in precio fuit Marcellus Ancyranus episcopus, qui multa scripsit, maximè verò contra Arianos. Feruntur tamen contra hunc Asterij & Apollinarij libri, eum Sabellianæ hæresis arguentes, eiusdem quoque erroris eum Hilarius arguere conatur: quem certè Marcellus refellens se tamen nequaquam cum Iulio & Athanasio sentire ostendit. Contra hunc præterea scripsit & Basilius Ancyranus episcopus librum vnum de virginitate. Nam Basilius Macedonicæ partis vnà cum Eustachio Sebasteno princeps fuit. Theodorus quoque Heracleæ Thraciarum episcopus, elegantis copiosæque elocutionis vir, multa tum scripsit, maximè verò commentarios in Mathæum, in Ioannem, in Psalterium, in Apostolum. Iulius verò cum ex sacris ordinibus ter mense Decembri in vrbe habitis, presbyteros octodecim, diaconos tres, episcopos novem creasset, moritur, ac sepelitur via Aurelia

in cœmeterio Calepodij, ab vrbe Roma milliario tertio, pridie Idus Augusti. Sedit annos quindecim, menses duos, dies sex. Vacatum iedes dies quinque & viginti.

LIBERIUS I.



LIBERIUS natione Romanus, patre Augusto, Constantij & Constantis temporibus fuit. 37. Pont.

Constantinus enim (vt antè dixi) dum Constantem fratrem bello incautius persequitur, ab eius militibus opprimitur. Constantis autem varia fortuna contra Perfas vsus, cum nocte in tempeſta ſeditione militum ſuſcipere prælium cogeretur tandem vincitur. Verùm poſteà cum de ſeditionis militibus ſuſcipere pœnas inſtituiſſet, Maxentij dolo ac fraude in oppido Helena interficitur anno imperij ſui xvij. ætatis verò xxx.

Constant.
& Constant.
imp.

Mortuo autem Constante, rursus in Athanasium conſurgunt veteres illi Arianæ hæresis ſuſcitatores. Nam concilio apud Mediolanum habito, omnes qui Athanasio fauebant, in exiliũ pelluntur. Præterea verò cum in ſynhodo Ariminenſi orientales ſacerdotes callidi homines & acuti, occidentales ſimplices & imperitos argumentis ac fallacijs conuincerent, præmittere eam diſputationem pro tempore, ſatius viſum eſt. Chriſtum enim cum patre Homuſion eſſe negabant. Hoc autem, quia primum Liberius pontifex apertè impugnabat, quodq; etiam damnare Athanaſium iubente imperatore nolebat, in exiliũ ab Arianis pellitur, atq; ita triennio ab vrbe abſuit. At verò ſacerdotes congregata ſynhodo, in Liberij locum, Felicem

presbyterum virum optimum, pontificem cre-
ârunt, qui statim octo & quadraginta episcopo-
rum conuentu duos presbyteros, Vrsatum &
Valentem ab ecclesia separauit, quod cum Cō-
stantio Augusto in fide sentirent. Hanc ob rem
rogatu & precibus eorundem, Constantius Liberium
ab exilio reuocat, qui imperatoris bene-
ficio motus, cum hæreticis in rebus omnibus
(vt quidam volunt) sentiens, illud tamen cum
Catholicis tenebat, hæreticos ad fidem redeun-
tes, non esse rebaptizandos. Ferunt Liberium apud
cœmeterium sanctæ Hagnæ aliquandiu
habitasse cum Constantia Constantij sorore,
quod eius rogatu & auxilio vrbe tutius ingre-
deretur: sed matris catholica dolum inesse sen-
tiens, id se facturam omnino recusauit. Tandē
verò Constantius, instigantibus Vrsatio & Va-
lente, pulso Felice, Liberium introduxit. Vnde
persecutio ita vehemens exorta est, vt in eccle-
sijs ipsis presbyteri & clerici passim necaren-
tur. Sunt tamen qui scribunt, mulieres Roma-
nas in circensī spectaculo reditum Liberij ab
imperatore precibus impetrasse. Pontifex au-
tem tametsi cum Arianis sentiebat, ecclesias
Dei quā diligenter exornauit, maximē au-
tem sepulchrum beatæ Hagnæ, & basilicam,
quam de nomine suo fecit apud macellum Li-
uiæ. Fuit autem hac misera tempestate Eusebius
Emissenus, qui multa contra Iudæos, gentes, &
Nouatianos doctē admodum, & eleganter scri-
psit. Triphylius quoque Cypri Ledrensis, siue
ledrensis episcopus, in Cantica canticorum
copiosē & accuratē commentarios composuit.
Præterea verò Donatus Afer (à quo Donationi
nomen sumpsere) multa in Catholicos scribēs,
totam penē Africam & Iudæam sua persuasi-
one decepit. Affirmabat enim patre minorem
esse filium, & spiritum sanctum minorem filio,
catholicosque rebaptizandos esse. Exstabant au-
tem Hieronymi tempore eius multa scripta ad
hæresim pertinentia, & de spiritu sancto liber
Arianæ doctrinæ conueniens. Et ne quic-
quam Arianæ perfidiæ cum deesset, Asterius
eius factionis philosophus imperante Constā-
tio, multa scripsit in epistolam ad Romanos, in
Euangelia, in Psalmos, quæ ab hominibus suæ
hæresis studiosissimæ leguntur. Lucifer præter-
eā Caralitanus episcopus, cum Paneratio &
Hilario Romanis clericis ad Constantium à
Liberio missus, cum nollet sub nomine Atha-
nasij Nicænam damnare fidem, relegatus, con-
tra Constantium Imperatorem scripsit, li-
bramque ei legendam misit: moritur tamen

Donatus
heretic.

Asterius
Arianæ
factionis
philoso-
phus.
Lucifer.
Caralita-
nus episc.

sub Valentiniano principe. Ferunt autem For-
tunatum Aquileiensem episcopum Liberium
fidei causa in exilium pergentem, vt in hære-
sim & discordiam laberetur, sollicitasse. Sera-
pion quoque, qui ob elegantiam ingenij, Schō-
lastici cognomē meruit, addidit tunc aduersum
Manichæum librum egregium: nec vnquam
Constantij minis à confessione veritatis desitit:
ad hominem enim profectus, quod eum pa-
catiorem magno Athanasio redderet, minis
tanti principis è gradu constantiæ nunquam
decidit. Ideo autem Athanasius magnus est
habitus, quod paganis & hæreticis constanti
animo semper resistit. Liberius verò, vbi ex
sacris ordinibus bis in vrbe Roma habitis pres-
byteros octo & decem, diaconos quinque, epi-
scopos decem & nouem creasset, moritur, ac se-
pelitur via Salaria in cœmeterio Priscillæ
I x. Kalendas Maij. Sedit autem annos sex,
menses tres, dies quattuor. Vacat sedes dies
sex.

FELIX II.



FELIX secundus, natione Romanus, patre 38 Post.
Anastasia, Constantij temporibus fuit.
Qui solus post interfectum à Magnen-
tio Constantem, imperio potitus est. Mox Iu-
lianum patruem suum, quippe qui ex con-
stantio patris Constantini fratre natus erat, Cæ-
sarem creatum in Gallias seditione quorun-
dam tyrannorum tumultuantes misit, qui bra-
ui & Gallorum & Germanorum motus virtu-
te sua compescuit: vnde militum omnium
consensu Augustus appellatur. Quo audito,
Constantius rebus Parthicis occupatus, ad bel-
lum.

Constanti-
nus 407.

Iam cū ille conuersus, apoplexia in itinere obijit inter Ciliciam, Cappadociamq; in Mosoporene oppido, anno imperij quarto & vigesimo, ætatis quinto & quadragesimo. Hoc autem morbo dixere medici hominem interiisse ob dolorem animi & grauem cogitationem, in quam rebellante Iuliano inciderat. Ob eius autem moderationem (Christianorum causam semper excipio, in qua vnice impius fuit) & comitatem, inter diuos more veterum referri meruit. Nam post susceptum imperium, Romanam cum triumpho via Flaminia ingressus, aureo carpento ciues obuiam factos, mira benignitate inspexit & veneratus est, dictitans illud Cynæ Pyrrhi legati verum esse, tot se videre reges in vrbe Roma quot ciues. In vna tamen re populum Romanum ad risum potius, quàm ad indignationem concitauit, quòd portas vrbis ingrediens, celsas & fastigiatas, arcusq; triumphales præaltos & latos, homo paruæ staturæ caput incuruaret, more anserum læsionem veritus. Is præterea campum Martium cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti Cæsaris tot simulacris marmoreis & æneis ornatū, forum Romanum, Iouis Tarpeij delubra, thermas, porticus in proximâ modum auctas, amphitheatrum Tiburtino lapide extructum tantæ altitudinis, vt eò vix inspicere humanus oculus posset, Pantheon mira altitudinis spatiosis molibus fornicatum, templum pacis, Pompeij theatrum; circum maximum, septisolum, tot arcus triumphales, tot aquæductus, tot statuas per vrbe ad ornatum positas, obstupuit: ac tandem dixit, naturam vires omnes in vnam vrbe effudisse. Stabat Traiani equus in atrio, cuius instar alterum sibi fieri Constantinopoli Constantius petebat ab Hormisdâ architecto, quem secum duxerat. Cui Hormisdâ stabulum quoque tale condas oportet, si voles equum late succedere. Idem quoque Hormisdâ Constantio interrogatus, quid de vrbe Roma sentiret. Id tantum sibi placere respondit, quòd didicisset ibi quoque homines mori, vt philosophum decebat, locutus.

Felix autem quem diximus in Liberij locum à Catholicis subrogatum esse, licet id factum ab hæreticis Eusebio & Hieronymus asseruerint, quod certè miror, statim vbi pontificatum inijt Constantium magni Constantii filium hæreticum, & secundo rebaptizatum promulgat ab Eusebio Nicomedensi episcopo in Aquilone villa non longè à Nicomedia. Hinc autem deprehendi error potest, quo ducimur nonnulli,

qui hanc hæresim Magno Constantino assentiant. Quod profectò (vt ex historia vides) in tantum principem, tamque religionis Civiltianæ amantiſſimum nec debuit cadere, nec potuit. Dum autem altercatio esset, & quidem magna (vt diximus) inter Liberium & Felicem, Ariana hæresis bifariam diuiditur: Nam Eunomius (vnde Eunomiani) vir corpore & animo leprosus, nec secus interius quàm exterius morbo regio correptus, affirmabat in rebus omnibus & filium dissimilem patri, & sanctum spiritum cum patre & filio nihil habere commune. Macedonius autem, quem nostri ante errorem Constantinopolitanum episcopum fecerant, ab Arianis expellitur, quia filium patri similem fatebatur, licet Spiritum sanctum non secus atque illi blasphemaret. Aiunt quidem Felicem concilium octo & quadraginta episcoporum habuisse, in quo discernitur, vt episcopi omnes aut ad concilium generale veniant, aut licetis rationem reddant, quare id facere nequeant; quod quidè institutū. Carthaginensi in concilio postea renouatum est. Huius autem temporibus fuit Acacius, quem, quia luscus erat, *μονόφθαλμος* vocarunt. Hic verò Cæsariensis ecclesiæ in Palæstina episcopus, multa in Ecclesiasten conscripsit: tantæque auctoritatis ob eloquentiam & versutiam apud Constantium fuit, quemadmodum Hieronymus ait, quod ego certè miror; vt Romæ in Liberij locum Felicem Arianum episcopum constitueret: quem profectò catholicum fuisse constat (vt scripsimus) & Arianos semper damnasse. Felix autem postremò cum nulla in re orthodoxæ fidei deesset, ab aduersarijs captus, vna cum multis secum benè sentientibus interficitur, sepeliturque in basilica, quâ ipse ædificauit via Aurelia, secundo ab vrbe Roma milliario, duodecimo Kalendas Decembr. Sedit autem tantummodò annum vnum, menses quattuor, dies duos, propter seditionem à Liberio motam, quem, Damasum secutus, licet immeritò, inter pontifices numerari.

ANNOTAT.

Marcellus Papa II. vir sempiterna memoria dignus, antiquum Romana ecclesia registrum ab horum temporum clericis scriptum mihi aliquando describendi copia fecit, quod ille Eugubij in monasterio S. crucis de Auella literis vetustissimis, & minusculis in membranis scriptum inuenerat. In eo accurata huius schismatis inter Liberium & Felicem

licem descriptio exstat, ab eo, qui tunc vixit, procul dubio facta. Res autē sic se habet. Constantius Augustus Athanasio episcopo Alexandrino Ariana heresis, cui imperator addictus erat oppugnatōri constantissimo infensus, cum eum omnibus modis sedē sua cūcere vellet, episcoporum synodum congregari iussit: ex cuius decreto, iuxta Caesaris sententiā, sedem suam, alio subrogato sanctus Pontifex amissit. Hūc (inquit) illorum temporum scriptor Ammianus Marcellinus rerum gestarum libro 15. per subscriptionem adijcere sedē sacerdotali paria sentiens ceteris iubente principe, Liberius monitus, perseveranter renitebatur, nec visum hominem, nec auditum damnare nefas esse saepe exclamās, aperte scilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanasio semper infestus licet sciret impletum, tamen auctoritate, qua potiuntur aeterna vrbis episcopi firmari desiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato, Liberius agrē populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit assortari. Hac ille. Exstat apud Theodoretum lib. 2. cap. 16. hist. ecclesiastica Liberij ipsius colloquium super hac re cum imperatore constantissime, artequam in exilium pelleretur, habitum. Porro autem antequam Liberius ex vrbe discederet, clerus omnis Romanus sanctissimo interposito iureiurando ipsi pollicitus est, se nullum aliū Pontificem vnquam illo viuente suscepturum, ceterum eo relegato, statim Felix archidiaconus eius contra sacramenti fidē episcopus ordinatus in schismate Romanum inuasit sacerdotium, quod vniuersus populus Romanus valdē agrē serenus, se ab eius seperant communione. Biennio post Constantio Romanam venienti populus Romanus pro Liberij reditu supplicauit. Cui annuens Liberium ad vrbe reuocauit, Felice à populo & senatu notato, & vrbe pulso. Qui nihilominus sacerdotij iura in schismate, dū vixit, contra Liberium modō in vrbe, modō extra in alia ciuitate annos x. menses ij. & dies xi. retinuit: obiit enim x. Kal. Decemb. Valentiniano, & Valente Augustis consulibus. Tum Liberius misericordia motus, clericos omnes, qui peierauerant, absoluit, & locis suis, quibus viuente Felice priuati fuerant, restituit. Et anno sequenti, qui salutis erat CCCLVI. Gratiano, & Dagalaipho consulibus, viij. Kal. Octob. rebz humanis excessit.

Quo mortuo, presbyteri aliquot, & diaconi S. R. E. Liberiana partis statim Vrsicinum diaconū pontificem constituunt, & à Paulo episcopo Tiberino

ordinari faciunt. Hi verò, qui Felici adhaeserant, Damasum in schismate etiam ipsi pontificē Romanum renuntiant, atque ita pessimum schisma, & ciuilis seditio vrbe vexare capit, quae eò vsq; populo in duas factiones diuiso succreuit, vt in basilica Siciu armatis vnā cōcurrentibus ad e. & xxxvij. interfecti sint. Quod cum Imperator Valentinianus cognouisset, seditionis Urbanae, schismatisq; tollendī causā, Damaso in pontificatu confirmato, Vrsicinū vrbe expulit anno primo, & mense secundo ordinationis eius, atq; ita solus Damascus praesul Apostolicae sedis permāsit. Hac ex vetustissimo illo Registro excepi, quae multō magis Ammiani Marcellini lib. 15. D. Hieronymi in Chronico, Ruffini lib. 1. c. 12. & lib. 2. cap. 10. Socratis lib. 2. c. 27. & lib. 4. c. 29. Theodoretī 2. c. 15. 16. 17. Sozomeni lib. 4. c. 11. & lib. 6. c. 23. & aliorum historijs quadrant, quam ijs, quae vulgō circumferuntur de Liberio & Felice. Neq; enim Liberius vnquam Arianus fuit, neq; Felix legitime pontificatum adeptus est, aut quid contra Constantiū gesit, vel ab eo capite est casus. Hac Anastasius bibliothecarius (vt opinor) primus credidit, & vt pleraq; alia Damasi libro interposuit. Hac igitur ratione schismata duo fuerunt, breui tempore sub quattuor pontificibus ferē continuata. Et Felix cum schismaticus fuerit, nulla ratione inter legitimos Romanos pontifices enumerādus esset: duo enim simul Papa esse non possunt, sed hac in meo libro apertius, & distinctius conscripsi.

S. DAMASVS I.



DAMASVS natione Hispanus, patre Antonio, Luliani temporibus fuit, viri certè imp.

re egregij, si domi, si foris eius ingenium respicis. nam & Eubulo sophista & Libanio philosopho præceptoribus vsus, liberalibus disciplinis ita erat imbutus, tum Græcè, tum Latine, ut cuius optimo principi comparari posset. Multa erat memoria, ingentis facundia, in amicos liberalis, prouincialibus iustissimus, gloriæ cupidus. Verùm hæc omnia ad extremum evertit, dum Christianos persequitur. Callidior tamen cæteris persecutor, nõ vi, neque tormentis primò, sed præmijs, honoribus, blanditijs, persuasionibus maiorem ferè populi partem, quàm si atrocior fuisset, elicit. Vetuit autem, ne Christiani auctorum gentilium studia adirent, neve scholæ, nisi his, qui deos deique venerarentur, paterent. Vni tamen Prohæresio viro doctissimo concessum est, vt Christianos publicè doceret, quam gratiam ipse indignatus contempsit. Militare cingulum dari nisi Gentilibus vetuit. Statuit præterea, procuraciones prouinciarum iurisque dictionem Christianis nõ debere permitti, quippe quib⁹ lex ipsa Christiana proprio vti gladio vetat. Athanasium tamen apertè oppugnat, atque in exilium mittit à magis & auguribus instigatus, quorum artibus maximè delectabatur, quòd diceret Athanasium obstare, quò minus eorum artes in precio essent. Cùm Daphne quoque in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castalinum litaret Apollini, & nulla ex his, quæ quærebantur, responsa susciperet, causasque silentij percontaretur à sacerdotibus, demones aiunt sepulchrum Babylæ martyris propè adstare, & idèd responsa reddi. Tum Iulianus Galilæis imperat, hoc enim nomine Christianos appellabat, vt sepulchrum martyris inde auferant. Qui dum sepulchrum mira exultatione traherent, dicentes: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis, ita iram Iuliani principis concitarunt, vt multos præter institutum suum interfici iusserit. Miror ego id à Iuliano factum, cùm diaboli artes iam vanas esse cognosceret. Semel enim raagum quendam in speluncam secutus, cum voces dæmonum perhorresceret, signo crucis vsus est, quo fugati sunt dæmones. Cùm verò Iulianus diceret, signo crucis aliquid mirum inesse, respondit magis dæmones etiam genus illud supplicij formidare. Hanc ob rem Iulianus pertinacior quàm antea fact⁹ est, aded vanitatis magicæ deditus erat, licet prius Christianam religionem simulato animo amplexus fuisset, vt Constantij odium vitaret, legissetque publicè diuinos codices, ac basilicam

nomine martyrum ædificasset. Præterea verò idem imperator, quò nostris stomachum faceret, Iudæis templum Hierosolymitanum restituit, cùm dicerent se alibi sacrificare non posse. Qui certè tanta arrogantia elati sunt, vt maiore impensa, quàm antea, restituere templum conarentur. Verùm non ita multò post terræ motu templum corruens, & multos Iudæos simul oppressit, & illud approbatum est, lapidem supra lapidem poni non debere. Sequenti autem die incendio diuinitus immisso, & ferrameta ipsa consumpta sunt: & eo miraculo multi Iudæi perterriti, ad fidem Christi venere. In Persas verò Profiscens Iulianus, quos intellexerat res nouas moliri, in reditu suo malam quidem rem Christianis minatur. Cùm autem superatis hostibus in composito agmine victor rediret, apud Ctesiphontem confossus perijt. A suis, an ab hostibus id factum sit, incertum est, quanquam sunt qui scribant, sagitta ex incerto missa trāsfixum fuisse, eundemque exclamasse manu ad cælum extensa, *Vicisti Galilæe, vicisti: nam Christum, Galilæam appellabat & fabri filium: vnde illud adolescentis in Libanium sophistam, interrogatam quid ageret fabri filius: Iuliano inquit, locellum cõponit: nam paulò post eius cadauer locello auectus est. Sunt etiam qui scribant, hunc antea clericum fuisse, ac postea à fide nostra defecisse, vnde hominem apostaram vocant. Perijt autem post annum, & octo imperij sui menses, anno verò ætatis secundo & trigesimo. Huic deinde succedit Iouinianus, qui ab exercitu imperator electus, non prius profiteri imperatoris nomen voluit, quàm omnes conclamarent se Christianos esse. Quibus collaudatis, & imperium suscepit, & exercitum è manibus barbarorum liberavit, Nisi ac magna Mesopotamiæ parte Saporì regi Persarum relicta. Hic autem octauo imperij sui mense, cruditate stomachi, siue tetro odore prunarum moritur.*

Damasus autem electus ad Pontificatum ob eundem, Vrsicinum diaconum competitorem habuit in basilica, quæ Sicini appellatur, vbi multi vtrinque cecidere in ipso templo, cùm res non suffragijs tantum, sed vi & armis tractaretur. Verùm non ita multò post, sacerdotum ac populi consensu Damasus episcopus confirmatur, & Vrsicinus ad Neapolitanam ecclesiã traducitur. Damasus aut adulterij accusatus, publico consilio causam dixit: vbi & innocens absoluitur & Concordius atque Calistus diaconi falsi accusatores damnati ac reiecti ab ecclesia sunt.

sunt. Cautumq; lege est, vt deinceps pœnã talionis subeãt, qui aliquẽ falsò accusauerint. Pacã tandem ecclesia, Damasus otio litterario delectatus, vitas pontificũ omnium, qui aut se fuẽre, cõscripsit, easq; ad Hieronymũ misit. Nõ desistit tamẽ & tẽpla, & cultũ diuinũ augere. Duas enim basilicas ædificauit: vnã iuxta theatrũ, alterã via Ardeatina ad catachũbas. Dedicauit & Platoniã, vbi corpora Petri & Pauli aliquando iacuerãt. Versib; quoq; elegantibus sanctorũ corpora eõ loci sepulta exornauit ad memoriã posteritatis. Præterea verò basilicã q̃ ipse in honorẽ D. Laurentij nõ lõgẽ à theatro Pompeiano cõdiderat, maximis muneribus ornauit, patena argẽtea librarũ xx. ama argẽtea librarũ xv. scypho argenteo anaglypho librarũ x. calicib; argẽteis v. coronis argẽteis v. domos quoq; circa basilicã positas dono dedit: fundũ etiã Papirianũ agri Ferentinatis: fundũ Antonianũ, balnea non lõgẽ à tẽplo posita, vt psalmi quoq; alternis vicib; in ecclesia canerẽtur, in fineq; eorũ verba hæc ponerẽtur, Gloria patri & filio & spiritui sancto, instituit. Primus etiã Hieronymi scriptis auctoritatẽ dedit, cũ priũs lxx. interpretũ scripta tantũ modo in precio essent. Nã & biblia Hieronymi legi cœpta est, vt Psalmi eiusdẽ fideliter ex hebraico traducti, cũ antea apud Gallos potissimũ incõpositẽ legerẽtur. Mandauit itẽ, vt in principio celebrationis (q̃ Misa vocãt) cõfessio diceretur, vt hodiẽ fit. Idẽ verò Damas; vbi ex sacris ordinibus quinquies habitis presbyteros 31. diaconos 11. episcopos 62. creasset, moritur, ac sepelitur via Ardeatina cũ matre & sorore in basilica à se condita, tertio Idus Dec. Sedit annos 19. menses 3. dies 11. Vacat tum sedes 21.

SIRICIVS I.



SIRICIVS natione Romanus, patre Tiburtio, Valentiniani temporibus fuit. 40. Pont. Valentinian imp.

Qui à Iuliano multa incommoda ob fidem Christi passus, pulsusq; militia cùm scutorum princeps esset. Mortuo autem Iouiniano, militum omnium consensu imperator electus, Valentem fratrem in partem imperij accipiens, eidem orientem assignat. Postea verò imperij sui anno tertio Gratianum filium necdum benè puberem, Socrus & vxoris horatu Augustum creat. Procopium quidem apud Constantinopolim res nouas molientem, cum satellibus suis mira celeritate opprimit.

Sed Valens ab Eudoxio Ariani dogmatis episcopo baptizatus in sæuissimam hæresim declinans, nostros persequitur, & in exilium pel- Eudoxium Ariani dogmaris episcopus. lit, mortuo præferrim Athanasio, quo viuente res Christiana sex & quadraginta annis mirificè sustentata est. Instabat Lucius hæreticus hostilem in modum nostros persequens, neque illis quidem parcens, qui in eremo erant: eos enim immixtis militibus aut trucidabat, aut in exilium mittebat. Magnè auctoritatis tunc erant Antonij discipuli, Macarij duo. in Syria, Macarius quorum alter in superiore, alter in inferiore habitabat eremo. Isidorus quoque tum in Isidorus precio erat, Paphnucius, Pambo, Moses, Benjamin, Paulus Alpheliotes, Paulus Phocensis, Ioseph, qui mons Antonij dicebatur. Hos cùm exilio vexaret Lucius, mulier phanatica proclamabat, viros Dei in insulam Aegypti nequam mittendos esse, Maunia quoque Sarraceno- Themistius philosophus. tum gentis regina, cùm frequentibus prælijs Romanorum opes attriisset, Palæstini & Arabici limitis oppida vitans, orata pacem non aliter reppromittit, nisi Moses Christianum vi- Themistius philosophus. rum sanctissimum, genti suæ episcopum designarent. Id agere Lucius conabatur. Verùm Moses inclamat, Arguunt te, ô Luci, per metallã damnati, Christiani, in insulas relegati, & carcere inclusi: quare manus tuas ad me consecrandum nunquam iniicies. Reuocatis itaque episcopis qui se consecrarent, datur reginæ præsul, ac pax Romanis redditur. Sæuiebat in Christianos Valens & Lucius, licet Themistij philosophi litteræ Valentem aliquantulo mitiorem reddiderint. Sæuiebat & Athanaricus Gothorum rex, qui plurimos barbarorum martyrio affecit.

Interim verò Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litoribus positam locis inuijs, & Bur-

Burgundiones virtute ac rei militaris scientia oppressit. At verò dum Sarmatæ sese per Pannonias effudissent, bellumque in eos parat, subita sanguinis effusione apud Bergentionem oppidum moritur. Tum Gotthi sedibus suis pulsâ, per omnes se Thracias effundunt: quibus dum Valens ire obuiam cum exercitu parat, reuocatis prius, sed sero ab exsilio episcopis & monachis, quos etiam militare coegerat, prælio victus, igni exurit. Hæc quidem clades Romani imperij ac totius Italiæ exitum fuit.

Siricius autem (dum hæc agerentur) censuit monachos, quorum vita probata esset, posse sacris initiari à primis ordinibus vsq. ad episcopatum. Censuit item ordines per intervalla dandos. Manichæos præterea, qui in vrbe erant, vetuit communicare cum fidelibus. Pœnitentes autem & redeuntes ad gremium orthodoxæ fidei, recipiendos esse censuit, si monasterium ingrederentur, atque ibi ieiunij & orationibus se toto suæ vitæ tempore macerarent. Viaticum siquidem tum demum ab Ecclesia recipiebant, vbi de optima eorum vita constaret. Consecrari autem presbyterum ab episcopo tantum censuit. Instituit item, vt quicumque aut viduam, aut secundam vxorem duxisset, ab officio ecclesiastico pelleretur. Hæreticos quoque per manus impositionem recipiendos censuit.

Huius temporibus Hilarius fuit, vrbis Pictauorum Aquitanicæ episcopus, qui & contra Arianos duodecim libros scripsit, & alterum contra Valentem & Vrsatum: atque non ita multò post Pictauis moritur. Victorinus autem natione Afer, Romæ tum primum rhetoricam docuit: postea verò in extrema senectute fidei nostræ se tradens, contra Arium libros more dialectico scripsit. Multa quoque composuit ad commendationem fidei nostræ Gregorius Baticus Iliberi episcopus.

Photinus autem Gallogræcus, Marcelli Ancyranæ episcopi discipulus, Hebionis hæresim instaurare tum conatus est. Hebion enim Christum pio coitu Mariæ natum, virum iustum putauit. Is quidem à Valentiniano imperatore pulsus, plura scripsit volumina, ac præcipua contra gentes. At Didymus Alexandrinus, à teneris annis oculis captus, & ob id etiam primarum litterarum ignarus, ita geometriam & dialecticam, quæ magno vsu indigent, iam grandis natu cum primis elementis didicit, vt præclara quædam opera in mathematicis scripserit, in Psalmos quoque & in Euangelium

Matthæi ac Ioannis, & contra Arianos multa edidit. Optatus quoque Afer episcopus Mileuitanus, libros sex contra Donatistas composuit. Seuerus autem Aquileus Hispanus, agnationem ab illo seuro ducens, ad quem Lactantij duo extant epistolarum libri, volumen composuit, quod Catastrophem vocauit. Siricius verò compositis ecclesiæ rebus, & creatis sex & viginti presbyteris, diaconis sedecim, episcopis duobus & triginta, ex sacris ordinibus quinquies habitis, moritur, ac sepelitur in cœmeterio Priscillæ via Salaria, octauo Kalendas Martij. Sedit enim annos quindecim, menses vnde-
cim, dies quinque & viginti. Vacat tum sedes dies viginti.

Optatus
episc.
Mileuitanus.

ANASTASIVS I.



ANASTASIVS natione Romanus, patre Maximo, imperante Gratiano, vrbis Romæ episcopus creatur.

41. Pont.

Nam Gratianus adolescens religione clarus, militia strenuus, apud Argentariam oppidum Gallicæ, vno prælio ad triginta millia Alemanorum fines Romanorum vastantes, cum minimo suorum incommodo interfecit. In Italiam deinde rediens, pulsa Ariana hæresi, totam prouinciam ad veram CHRISTI fidem redegit. At verò cum instantibus Gotthis, rempubl. in magno discrimine videret, Theodosium ex Hispania oriundum virum clarissimum, socium ac imperij comitem sibi delegit, qui superatis Alanis, Hunnis & Gotthis, orientale imperium restituit, icto cum Athalarico rege Gotthorum foedere: quo quidem mortuo, ac Constantinopoli egregiè sepulto, omnes

Gratianus imp.

Hilarius
Pictauorū
episcopus.

Victorinus
Afer.

Greg. Baticus.

Photinus
hæret.

Didymus
Alexand.

cuius milites Theodosium virum optimum le-
cuti sunt. Interim verò Maximus in Britannia
tyrannidem occupans, ac in Galliam traiciens,
apud Lugdunum Gratianum interfecit: quare
Valentinianus iunior frater metu perterritus,
ad Theodosium in orientem confugit. Sunt au-
tem qui scribant, hos quidem fratres in tantam
calamitatem incidisse, matris Instinae crimine,
quæ Arianam hæresim fouens, Christianos perse-
quebatur, maximè verò Ambrosium, quem etiam
inuitum populus Mediolanensis tum epi-
scopum delegerat. Mortuo enim Auxentio hæ-
reticorum episcopo, statim seditio Mediolani
exorta est. Cum hanc itaque reprimere Ambro-
sius conaretur, qui tum cõsularis eiusdem pro-
uinciz fasces regebat, ecclesiamque ingressus,
multa de concordia partium disseruisset, ab om-
nibus succlamatum est, non alteri quàm Am-
brosio episcopatum committi debere, quod etiam
factum est. Ex catechumeno enim Christianus
factus, & sacris initiatus, Mediolanensis epi-
scopus creatur. Cuius doctrina & sanctitas quã-
ta fuerit, eius vita ac opera doctissimè & elegã-
tissimè scripta ostendunt.

Tunc autem Anastasius rei diuinæ cauens, cõ-
stituit ne sacerdotes vlllo modo sederent, sed
curui & venerabundi starent, cum sacrum euã-
gelium aut caneretur aut legeretur in ecclesia
Dei: Neve peregrini, maximè autem transmari-
ni, in clerum reciperentur, nisi quinque episco-
porum præferrent chirographa. Hoc autem
factum esse aiunt propter Manichæos, qui tum
in Africa magno in precio erant, & ad corrup-
pendam fidè de suis quoquoerum mittebant.
Constituit item, ne debiles & manci, neve ali-
quo membro carentes, in numerum clericorũ
reciperentur. Basilicam quoque, quæ Crescen-
tiana vocatur, in regione secunda via Mamur-
tina dedicauit. Huius & Damasi & Siricij tempo-
ra, illustrarunt non modò optimi imperatores,
Iouinianus, Valentinianus, Gratianus, Theodo-
sius, verum etiam sanctissimi atque excellentes
in quavis facultate doctores, tum Græci, tũ La-
tini. Gregorium nobis Christianis cum Basilio
Cappadocia genuit, vt ait Eusebius: ambo fuere
nobiles, ambo Athenis erudi. Basilius enim
Cæsareæ Cappadociz, quæ prius Mazaca voca-
batur, episcopus contra Eunomium egregios
libros edidit. Scripsit volumè de Spiritu sancto,
& monachorum instituta. Duos habuit fratres,
Gregorium & Petrum viros doctissimos. Gre-
gorij exstabant Eusebij temporibus aliqua vo-
lumina. At Gregorius Nazianzenus, qui Basiliũ

ad monasterium perduxit, Hieronymi præcep-
tor multa scripsit, maximè verò in laudem
Cypriani, Athanasij, Maximi philosophi. Scrip-
sit & contra Eunomium libros duos, contra
Iulianum Imperatorem librum vnum. Lauda-
uit & nuptias & virginitatem hexametro ver-
su. Leuauit & Constantinopolitanos ab hæresi
rationibus, & suo elegantissimo dicendi gene-
re, in quo Polæmonem virum eloquentissimũ
secutus est. Is postremum dum senex admodum
esset, successorem sibi deligens, ruri vitam mo-
nachi duxit. Basilius autem sub Gratiano, hic
verò sub Theodosio moritur. Epiphanius quo-
que Cypri Salaminæ episcopus, hæreses omnes
elegantissimis voluminibus impugnavit. Com-
posuit tum etiã multa sermone Syro, Ephræm
Edessenæ ecclesiæ diaconus, quæ ex re ad tantam
venit dignitatem, vt post lectionem scripturæ
sacræ, publicè in quibusdam ecclesijs eius scri-
pta legèrentur. Anastasius autem vbi ex sacris
ordinationib⁹ bis in vrbe mense Decèb. habitis,
presbyteros octo, diaconos quinque, episcopos
decem creasset, moritur, & sepelitur in cœme-
terio. ad Vrsum pileatum quinto Kalend. Maij.
Annos verò tres, dies decè sedit. Vacat tum se-
des dies vnum & viginti.

INNOCENTIVS I.



INNOCENTIVS natione Albanus, patre
Innocentio particeps Theodosij temporum
fuit.

Qui singulari celeritate & cõsilio vsus, Maxi-
mũ tyrannũ Gratiani interfectorẽ, apud Aкви-
leia occidit. Hanc calamitatẽ Maximo ipsi Mar-
tinus vir sanctissim⁹ antea prædixerat, dũ Britã-
niam

Epiph. m.

Ephræm
Edesse-
nim.

ambro-
sio.

Grego-
rium.

Basilius.

Greg. Na-
zianzen.

42. Pont.
Theodof.
imp.

nam militaribus copijs spoliatur, in Italiam contra ius fasque venturus. Tunc enim à circio Scoti, ab aquilone Picti, infulam vacuum militibus ingressi, longè ac latè omnia vastarunt. Theodosius autem diuino auxilio fretus, & Andragatium Maximi comitem, & victorem eiusdem tyranni filium, Arbogastem & Eugenium tyrannos, mira celeritate vsus opprimit, vnde meritò Claudiani poetæ carmina in laudem Theodosij exstant:

*O nimium dilecte Deo, tibi militat æther,
Et comurati veniunt ad classica venti.*

Theodosius ab ingressu ecclesie prohibitus. Accidit Theodosio ad disciplinam militarem laus ingens, qua plurimum valuit, & religionis. Nam cum Mediolani ingredi ecclesiam vellet, mysteria visurus, prohibitus ob quoddam facinus (vt fieri solet) ab ingressu ecclesie, nisi poeniteret, ita æquo animo id tulit, vt vtrò ipsi Ambrosio gratias egerit atque poenituerit. Huius vxor Flaccilla fuit, ex qua Arcadium & Honorium suscepit. Iratus semel Theodosius, quòd Thessalonicensis in theatro militem occidisset, vel (vt alij volunt) iudicem suum, ægrè retentus à sacerdotibus Italicis est, quò minus omnes Thessalonicensis occideret. Qui postea ad se rediens, re cognita, & lacrymis poenitentiam propè patrati sceleris egit, & legem tulit, & sententiæ principum super animaduersione prolata, in * tertium diem differrentur. quò misericordiæ vel poenitentiae locus daretur. Ferunt principem ipsum, si quando ita percitus fuisset, hac deinceps cunctatione vlium, vt notas omnes litterarum expressè recenseret, quod interim iræ daretur locus. Affirmant quidam, principem ipsum familiaritate cuiusdam Ioannis monachi anachoretæ in Thebaide vsus, cuius consilio tum bellum, tum pacem gerebat. Theodosius autem quinquagesimum ætatis agens annum, Mediolani moritur.

Innocentius verò tanta imperij tranquillitate & benignitate principis vsus, multa ad religionem Christianam pertinentia meditatus est. Constituit enim vt sabbato ieiunium celebraretur, & quòd tali die Christus in sepulchro iacuisset, & quòd eius discipuli ieiunassent. De Iudæis quoque & paganis, de quibus monachis regulas quasdam tulit. Cataphrygas autem hereticos, quorum auctores fuere, Montanus, Priscilla & Maximilla, vt antè dixi, ab vrbe expulit, Theodosio annuente, vel in monasteria (vt alij volunt) relegauit. Præterea verò Pelagium monachum & Cælestium hereseos damnauit, &

quòd liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteferrent, & quòd dicerent ad implenda diuina iussa, voluntatem per se sufficientem esse. Contra hos quoque multa scripsit Augustinus. Pelagius autem in Britanniam proficiscens, totam infulam errore suo infecit, adiuuante Iuliano tanti mali comite & socio. Basilicam verò Geruasij & Prothasij dedicauit, Vestinæ mulieris impensa structam & ornatam, diuenditis eius bonis ex testamento relictis iusto precio. Templi dona hæc fuere: patenæ argenteæ duæ lx. librarum, coronæ xij. cerostrata argentea quattuor. Ad ornatum baptisterij ceruum obtulit quinque & xx. librarum fundentem aquam, vas christiatis ex argento librarum v. scyphos duos argenteos anaplyphos xx. librarum. Dos autem templi erat domus ad basilicam Liuianam, balneum ad templum Mamuridomus, item in cliuo Salutis balneatæ; fundus in agro Clusino, alter fundus in agro Fundano. His ad dita domus Emeriti in cliuo Mamurino, domus altera in vico longo; balneum quoque in eodem vico. Curam verò & administrationem huius basilicæ & sanctæ Hagnetis, Leopardo ac Paulino presbyteris commisit. Huius temporibus fuit Apollinarius Laodicæ Sirix episcopus, vir sanè in disputando vehemens, & ita accusus, vt ausus sit dicere, corpus, non animam à domino in dispensatione susceptum, postea verò cum rationibus vrgeretur, ait eum quidem habuisse animam, non tamen ex ea parte quæ rationalis est, sed ea solum, qua corpus viuum reddit: ad supplementum verò rationalis partis, ipsum verbum Dei fuisse perhibebat. Quæ quidem sententia, & à Damaso antea, & Petro Alexandrino episcopo explosa est. Hinc Apollinaristæ originem habuere. Marcianus autem Barcilonæ vrbis episcopus, castitate & eloquentia insignis, benè cum fide sensit, & Nouatianos scriptis suis impugnavit. Cyrillus verò Hierosolymitanus episcopus, sæpè pulsus ecclesia & receptus, ad extremum sub Theodosio principe annis octo episcopatum tenuit, multa que scripsit. Euzoius item apud Thespium rhetorem cum Gregorio Nazianzeno episcopo adolescens Cæsareæ eruditus, plurimo labore Origenis & Pamphili corruptam bibliothecam membranarum instaurare conatus est, scripsit & ipse multa. Eodem quoque tempore Hieronymus presbyter in Bethleem habitans, ingenio ac facundia sua Christi fidem mirum in modum auxit: quod etiam eius scripta declarant. Improbatur item eo tempore in synthodo

*stinus dā
namur.*

*Apollina-
rius episc.*

*Apollina-
ristæ.*

Cyrillus.

*Hierony-
mi habi-
tatio.*

*Pelagius,
& Cale.*

Burdegalenſi Prſcilliani dogma, ſumptum ex Gnoſticorum & Manichæorum hæreſi, de qua ſuperius diximus. Innocentius verò vbi per ſacros ordines quatter in vrbe habitos, præſbyteros triginta, diaconos duodecim, epifcopos quattuor & quinquaginta creaffet, moritur, ac ſepelitur in cœmeterio ad Vrſum pileatum quinto Kalendas Auguſti. Sedit annis quindecim, menſibus duobus, diebus quinque & viginti. Vacat tum ſedes dies duos & viginti.

ZOSIMVS I.



43. Post.

ZOSIMVS natione Græcus, patre Abrahamo, mortuo Theodoſio, Arcadij & Honorij, qui patri in imperio ſucceſſere, temporibus fuit.

Hi quidem, gubernacula imperij ſuſcipientes, paribus auſpicijs illud rexere, diuiſis tantummodò adminiſtrationibus. Arcadius enim orientem Honorius verò occidentem gubernabat, licet Theodoſius filijs adhuc adoleſcentibus tres duces reliquerit, qui Romanum gubernarent imperium, Ruſinum qui orientem, Stiliconem qui occidentem, Gildonem qui Africa regerent. Qui deinceps cupiditate imperandi moti, ſpreſis paruulis, regnum occupare conati ſunt. Gildoni res nouas in Africa molienti, Maſcezel fratris eius crudelitate veritus cum exercitu obuiam factus, hominem fundit fugatque: qui vel dolore animi, vel veneno, non ita multo poſt, moritur. Item quoque Maſcezel tanta victoria elatus, cum nec Deo, nec hominibus parceret, à militibus occiditur. Ruſinus verò ab Arcadio opprimitur, dum orientale imperium conatur inuadere. Ingreſſus tum

Arcadius
& Honorius.

Italiam Rhadagaſus Gotthorum rex immaniſſimus, ferro ac flamma omnia vaſtabat. Verùm Romani comparato exercitu, barbarum in Feſulanis montibus opprimunt, duce Stilicone. Huic verò ſucceſſit Alaricus, quem Stilico regni cupidus, cum ſuperare poſſet, & fouit & iuuat. Verùm poſtremò cum Alaricus in Galliam proficiſcens, concedente eò loci ſedes ad incoſendum Honorio, apud Polentiam conſediſſet, Saulum gente & religione Hebræum, à Stilicone cum militibus immiſſum, quo ſœdus turbaretur, hoſtem ſenſit. Facile enim fuit, barbaros nil tale ſuſpicantes, & diem paſchæ obſeruantes, incautos perturbare. Verùm ſequenti die ſumptis armis, & Saulum cum exercitu ad internecionem cædit, & omiſſa Gallia, in Stiliconem & Romanos mouet. Quibus ſuperatis, urbem Romam poſt longam & grauem obſidionem capiunt, anno eiufdem conditæ milleſimo ac centeſimo & ſeptuageſimo quarto: ſalutis verò Chriſtianæ, anno duodecimo & quadringenteſimo. Hac tamen moderatione Alaricus uſus eſt & clementia, vt ſuis mandauerit, à cæde & ſanguine, quoad fieri pòterat, abſtinere: vtque conſugientibus ad Baſilicas Petri ac Pauli, parceretur. Rex verò tertia die ab vrbe diſcedens, minus calamitatis quàm putaretur perpeſſa (parum enim incendij ſenſerat) in Lucanos & Brutios proficiſcitur, vbi apud Conſentiam vi captam & direptam, moritur. Cui ſtatim omnium Gotthorum conſenſu Athaulphus ob affinitatem & genus ſuccedit, quem quidem ad urbem Romam cum exercitu redeuntem, Galla Placidia ſuperioris Theodoſij filia, eius vxor, ita placuit, vt à cædibus & rapinis temperatum, & ſuis magiſtratibus vrbs dimiſſa ſit. In animo certè ei prius fuerat, vrbs Romam deſere, ac nouam condere, eamque Gothiam appellare, & imperatoribus nomen de ſe relinquere, vt non Auguſti deinceps, ſed Athaulphi vocarentur. Mentem hominis Placidia non modò à tanto facinore auertit, verum etiam ſœdus inter Athaulphum, Honorium & Theodoſium iuniorem compoſuit, Arcadij iam mortui filium.

Zoſimus autem in tanta rerum perturbatione rem diuinam nunquam omiſit. Conſtituit enim vt diaconi, dum celebraretur, læuas teſtas haberent inſoſtimis. Conceſſit item, vt in parochijs cerei ſancto ſabbato benedici poſſent. Bibere autem in publico clericis vetuit: in cellis fidelium, id fieri poſſe non negauit. Vetuit etiam, ne ſerui in clerum reciperentur, quòd huius-

huiuscemodi viròs liberos & integros esse oporteret. Adsciscuntur nunc non modò serui, & vulgò concepti ac vati, verum etiam flagitiosi omnes ex flagitioso quoque geniti: quorum sceleribus ecclesia Dei magnum aliquid incommodum tandem capiet. Ferunt tum Zosimum misisse ad Carthaginense concilium Faustinum episcopum, duosque vrbs Romæ presbyteros, vt ostenderet nil vsquam publicè agi debere sine consensu ecclesiæ Romanæ. Huius autem pontificatu fuit Lucius Ariane partis episcopus, qui variarum hypotheseon libellos scripsit. Diodorus quoque Tarsensis episcopus, dum Antiochiæ presbyter esset, multa tum scripsit, Eusebij sententias, non autem eloquentiam imitatus, propter ignorationem secularium litterarum. Scripsit & Tiberianus apologeticum ob suspicionem hæreseos, quia cum Prisciliano accusabatur. Euagrius præterea acris & feruentis ingenij, vitam beati Antonij de græco Athanasij, in sermonem nostrum transtulit. Scripsit & Ambrosius Alexandrinus auditor Didymi, in Apollinarium volumen præclarum. Fuere tum etiam in precio Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres episcopi. Hunc ego arbitror Ioannem Chrysoptomum fuisse, qui ob elegantiam dicendi hoc cognomentum meritò adeptus est, quique Theodorum & Maximum condiscipulos suos ad fidem Christi traduxit, relictis præceptoribus Libanio & Andragathio philosopho. Interrogatus Libanius iam morti propinquus, quem potissimum in schola successorem relinquere vellet, non alium quàm Chrysoptomum dixit, nisi hominem Christiani ad se traduxissent. Perlata tum etiam sunt ad Zosimum synhodalita decreta, quibus confirmatis, Pelagiana hæresis vbique damnatur. Sunt qui scribant, & Petronium Bononiensem episcopum virum sanctissimum, & Possidonium Africæ prouinciæ episcopum, magnam sanctitatis opinionem de se tum concitasse. Scripsit & multa contra hæreses Primasius ad Fortunatum episcopum. Sunt qui scribant, Probam Adelphi pro. consulis vxorem, Centonas Virgilij in laudem Christi tum composuisse. Hanc certè laudem quidam Eudoxiæ ascribunt, Theodosij iunioris vxori. Augustinus verò beati Ambrosij in fide discipulus, homo certè omnium, qui tum fuere, doctissimus, Hippone in Africa episcopus, fidem nostram. scriptis & disputationibus,

tum maximè tuebatur. At Zosimus creatis in vrbe Roma presbyteris decem, diaconis tribus, episcopis octo, moritur, ac sepelitur via Tiburtina apud corpus beati Laurentij martyris septimo Kalendas Ianuarij. Sedit annum vnum, menses tres, dies duodecim. Vacat tum sedes dies vndecim.

ANNOTAT.

Zosimum hunc fuisse natione Græcum Asiaticum, patria Casariensem in Cappadocia, eiusque Hermogenis nepotem, qui in concilio Nicæno symbolum edidit, facile suspicari possumus ex quadam epistola Basilij Casariensis episcopi, quæ ad Papam Innocentium scribitur, in quo eum virum depingit, quem ex multis circumstantijs Zosimum hunc esse intelligitur. Qui cum esset vir doctissimus, & sanctissimus propter eius incredibilem virtutem à Basilio episcopo Casariense (cum esset sus ecclesia presbyter.) ad prædecessorem suum Innocentium Papam missus Romanam veniens, statim post Innocentij mortem omnium suffragijs Romanus Pontifex Theodosio iuniore Augusto VII. & Palladio V. Consulibus anno Christi CXVI. renunciatus, sedit annos III. menses. IV. & dies V. Post cuius obitum altero die Bonifacius presbyter in schismate Romanus Pontifex ordinatus est cum Eulabio archidiacono. Qui Eulabius mense III. die XV. in iura dignitatis coactus abdicauit, & factus est episcopus in Campania; Bonifacius verò Apostolicam sedem in pace obtinuit. Fuit hoc schisma quintum in Romana ecclesia, ab Anastasio Bibliothecario, & in eo Registro, de quo supra dixi, accuratissimè, & singulatim descriptum, de quo ego plura in meo de Pontificibus libro. Ceterum, de ijs quæ de Zosimo dixi, monuit me vir doctissimus & præstantissimus Guillelmus Syllertus sedis protonotarius.



Lucius
Ariane
partis epi-
scopus.

Tiberia-
nus.
Euagrius.

Ambro-
sius Ale-
xandri-
nus Ioan-
nes Chry-
soptom.

Petro-
nius.
Possidon.
Prima-
sius.

Augustin.
Hippone-
si.

BONIFACIUS I.



44. Pent.
Honorius
imper.

BONIFACIUS uatione Romanus, patre
lucundo presbytero, Honorij temporibus
fuit. Orta quidem tum in clero seditione
est. Nam dum Bonifacius in basilica Iulij,
urbis Romæ episcopus creatur, Eulalius in
Constantiniana electus, huic statim obijcitur.
Quod ubi Honorius, qui tum Mediolani erat,
intellexisset, instante Placidia cum filio Valentiniano
ambo ab urbe pelluntur. Reuocatur tamen
septimo mense post Bonifacius, & solus
urbis præsul constituitur.

Interea uero mortuo Athaulpho, Gothorum
rex Vallias decernitur, qui Dei iudicio
perterritus, Placidiam apud se tamen honestè
habitam, Honorio fratri reddidit, pacemque
cum eo datis dilectissimis obsidibus iniijt. Idem
fecere Alani, VVandali & Sueui. Placidiam uero
Honorius Constantio, quem Cæsarem declarauerat,
in matrimonium collocat: unde Constantius
Valentinianum filium suscepit: quæ postea à
fratre pulsa, ad orientem cum filijs Honorio
& Valentiniano proficiscitur.

Bonifacius autem Pontifex tum constituit,
ne mulier vlla aut monacha sacratam pallam
attrectaret, aut thura contingeret: ne uerus
aut obnoxius, vel obærat, in clerum reciperetur.
Condidit præterea oratorium in cœmeterio
sanctæ Felicitatis martyris, eiusque sepulchrum
ornauit marmoribus & argento. Nam & patenam
argenteam dono dedit librarum viginti, & scyphum
argenteum librarum decem, coronas argenteas tres,
calices minores duos. Huius quoque pontificatum
insignem reddidere multi præclari viri, maximè uero

Hieronymus presbyter, patre Eusebio natus oppido
Stridonis, quod à Gothis euersum, Dalmatiæ quondam
Pannoniæque in finibus fuit. Quantum iste iuuerit
ecclesiam Dei, vita & scriptis, non attinet dicere;
cum & vita eius sanctissima omnibus præleceat,
& scripta eius ita in precio & honore sint, vt nemo
magis legatur, ab eruditis præsertim. Moritur autem
Hieronymus in Bethleem, ætatis suæ anno lxxxj.
pridie Kalendas Octobris. Laudatur & Gelasius
Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium episcopus, vir
accurati elegantisque ingenij Scripsit & historiam
Dexter Paciani filius ad Hieronymum. Laudauit &
Spiritus sanctum Amphilocheus eleganti stylo.
Laudat & Sophronium Hieronymus, quod de euer-
sione Serapis librum copiosè ac doctè scripserit.
Aiunt & Lucianum presbyterum Deo inueniente,
tum quidem reliquas Stephani protomartyris &
Gamalielis Pauli præceptoris inuenisse, de quæ
ea re sermone græco ad omnes ecclesias scripsisse:
quam scriptionem postea Abundius presbyter
Hispanus latinam fecit ad Orosium presbyterum.
Sunt etiam, qui huic ætati addunt Iordanem
Cassianum & Maximinum viros doctissimos.
De Eutropio autem Augustini discipulo, non ita
ambigitur, qui historiam Romanæ epitomen
fecit ab urbe condita usque ad tempora sua
satis eleganti stylo & oratione. Scripsit &
ad duas sorores Christo dedicatas de pudicitia
& amore religionis. Laudatur & Iuuenalis,
qui tum Constantinopolitanus episcopus erat.
Fuit etiam in precio Heros vir sanctus, ac
beati Martini discipulus, Arelatensis episcopus
iniuria pulsus. Bonifacius autem ubi ex sacris
ordinibus semel habitis, presbyteros tredecim,
diaconos tres, episcopus sex & triginta creasset,
moritur, ac via Salaria sepelitur apud corpus
sanctæ Felicitatis martyris octauo Kalendas
Noembris. Sedit annis tribus, mensibus octo,
diebus septem. Mortuo Bonifacio, clerici quidam
Eulalium statim ad urbem reuocant, qui vel
indignatione, vel contemptu rerum humanarum
reuocationem spernens, anno post Bonifacium
moritur. Vacat tum sedes dies nouem.

Gelasius
episcopus.

Cassianus
Eutropius.

al. i. s. Hierosolymitanus.

Eulalium
reuo-
catur.



CAELESTINVS. I.



45. Pont.
Theodo.
Hic...

CAELESTINVS natione Campanus, Theodosij iunioris temporibus fuit.

Hic enim mortuo Honorio principe clarissimo, Valentinianum Placidia amicae suae filium Caesarem creatum, ad regendum occidentale imperium mittit. Qui statim totius Italiae consensu imperator creatus, gubernacula imperij apud Rauennam suscipiens, hostes Romani nominis, maxime vero Ioannem tyrannum, mira felicitate in Italia comescuit. Interea vero Vandalorum, Alemannorum, & Gotthorum effera gens, ab Hispania in Africam Genferico rege traiciens, prouincia ferro ac flamma depopulata, fidem quoque catholicam Ariana impietate foedauit, pulsus etiam in exilium quibusdam episcopis bene sentientibus, in qua perturbatione beatus Augustinus Hipponensis episcopus, tertio obsidionis mense quinto Kalendas Septembris moritur, septimo & lxx. aetatis anno. Vandali autem capta Carthagine in Siciliam traiciens, insulam depopulantur & vastant. Idem fecere Picti & Scoti, insulam Britanniam occupantes. Accitus autem a Britannis in auxilium Aetius patritius, vir bellicis artibus insignis, non modo laborantibus auxilium non fert, verumetiam regnandi cupidus, Hunnos ad inuadendam Italiam sollicitat. Unde Britanni ab Aetio destituti, ab Anglis auxilium petiere quos hostes deinceps, non auxiliares sensere. Ab his enim oppressi & patriam simul & nomen amiserunt. Interea vero Theodosio Constantinopoli mortuo, septimo & vigesimo imperij sui ac patris Honorij anno. Bleda & Attila fratres Hunno-

rum reges, Illyricum ingressi, omnia incendunt & vastant.

At Caestinus diuino cultui intentus, constituit vt psalmi David ante sacrificium antiphonatum ab omnibus canerentur, quod ante fieri non consueuerat. Perlecta enim epistola & Euangelio, finis sacrificio imponebatur. Refert Martinus Cassinas, Iudica me Deus, & discerne causam meam, quod in principio sacrificij dicitur, eius inuentum fuisse. Graduale quoque huic ascribitur. Multa praeterea constituit de omni ecclesia, quae tum in archiuijs legebantur. Dedicauit & basilicam Iuliam, cui etiam haec dona obtulit patenam argenteam librarum v. & xx. scyphos ij. argenteos xx. librarum, aquam annulos argenteos xx. librarum, candelabra argentea duo lx. librarum, cantharos, cerostrata aenea quattuor & viginti magni ponderis. Nestorius autem Constantinopolitanus episcopus, nouum tum errorem inducere conatus est. Praedicabat enim Christum ex Maria hominem tantum, & non Deum natum, atque diuinitatem collatam esse pro meritis, cui impietati & Cyrillus Alexandrinus episcopus, & Caestinus Pontifex mirum in modum aduersati sunt. Nam habita apud Ephesum synhodo cc. c. episcoporum, impius Nestorius cum haeresi nominis sui, cumque Pelagianis omnibus, qui dogma illud prope conatum iuuabant, omnium consensu xij. canonibus eorum stultitiam impugnantibus damnantur. Praeterea Germanum Antisiodorensis episcopum in Britanniam mittit, qui deturbatis haereticis, insulares ad catholicam fidem redigeret. Misit ad scotos Christi fidem optantes Palladium, quem ipse episcopum creauerat. Huius certe atque suorum opera, magna pars occidentis ad veram Christi fidem conuersa est. Ferunt hoc tempore diabolus personam Moysi indutum, multos Iudaeos decepisse, dum eos ex Creta in terram promissionis ad similitudinem historiae veteris sicco pede per mare deducere pollicetur. Multi enim ex his falsum Moysen secuti, in vndis periere. Aiunt autem illos solos euasisse, qui tum Christum verum esse Deum credidere. At Caestinus ubi ex sacris ordinibus ter in vrbe mense Decembri habitis, presbyteros duos & triginta, diaconos duodecim, episcopos duos & lx. creasset, moritur, ac sepelitur in coemeterio Priscillae via Salaria, octavo Idus Aprilis. Consecerat annis octo, mensibus decem, diebus & septem. Vacat tum sedes dies vnum & viginti.

Nestorius
constantinop.

Synhodus
Ephesina.

Germanus

Diabolus
persequans.

Moysi in
dium.

XYSTVS III.



46. Rom.

XYSTVS III. natione Romanus, patre Xysto, Valentiniāni tempora attingit.

Qui occidentalis imperij gubernator, pacem cum Genferico VVandalorum rege iniit, ac certis finibus African sibi ac Genferico diuisam, VVandalis incolendam dedit. Subornatus deinde Genfericus ab Ariānis, eorum impietatem extollens, varijs terroribus episcopos nostros persequitur. Interim verò dum Valentiniānus Constantinopolim proficiscitur, & Theodosij filiam in vxorem ducit, VVandali Genferico duce Carthaginem iterum capiunt ac diripiunt, anno quingentesimo & lxxxiiiij. posteaquam Romanorum esse coeperat. Dum hæc autem in Africa gererentur, Attila cum Bleda fratre Hunnorum reges, non contenti occupasse Pannonias, Maqedoniam, Mysiam, Achaiam & vtrasque Thrācijas ferro ac flamma deuastat, Bledamque fratrem obtruncat, quòd solus regno potiretur. Inde verò animos fumens ad occupandum occidentale imperium, copias vndique celeriter colligit, atque iter statim carpit. Quod ubi Aëtius intellexisset, legatos de pace statim Tolosam ad Theodoricum regem mittit, cum quo fœdera ita sunt iniita, vt communi impensa & paribus copijs bellum contra Attilam gereretur Romanorum ac Theodoricici auxiliares copix fuere, Alani, Burgundiones, Franci, Saxones, atque omnes ferè occidentales populi. Tandem verò superueniente Attila in campis Catalaunicis, magno ardore animorum prælium vtrinque committitur. Pugnatum erat aliquandiu atque

Valentiniānus imper.

acriter, cum vox superueniens incerto rumore, certamini finem imposuit. Ad centum & octoginta millia hominum in eo prælio vtrinque cecidisse constat, neutra inclinante acie, aut cedente. Ferunt tamen Theodoricum Thurismundi regis patrem, eo prælio cecidisse.

At Xystus pontificatum iniens, à Basso quodam reus in iudicium accersitur. Hic autem congregata septem & quinquaginta episcoporum synhodo, ita causam dixit, vt ab omnibus vno consensu absolueretur. Damnatur Bassus calumniator iniquus, annuente Valentiniāno & Placidia eius matre: in exsiliumque mittitur, ita tamen, vt vltimo die viaticum ei ob pietatem ecclesiæ non negaretur. Eius autem prædia non fisco, sed ecclesiæ ascribuntur. Aiunt Bassum post exsilium non multum vixisse, tertio enim mense diem extremum obiit: cuius corpus Xystus episcopus linteaminibus inuolutum, & aromatibus conspersum, proprijs manibus ad sanctum Petrum sepeliuit in locis parentum. Aedificauit autem Xystus basilicam beatæ Mariæ virginis, quæ ab antiquis Liberij cognominabatur iuxta macellum * Liuiæ. Accepit deinde nomen ad Præsepe: postremo verò sancta Maria maior, vocata est. Xystum autem huius templi auctorem fuisse, titulus ipse in frontispicio primi fornix declarat his verbis: XYSTVS EPISCOPVS PLEBI DEI. Per X. enim in principio & y scribitur Græca orthographia, licet nostra ætas consuetudini seruiens, Sixtum scribat per s & iota. Huic quoque templo pontifex hæc dona obtulit, altare argenteum purissimum, CCCG. librarum, scyphos argenteos quinque, calices decem, coronas argenteas octo & viginti, candelabra argentea tria, thymiamatrium librarum quindecim, fundum Scauri in agro Caietano, fundum Cleris, ceruum argenteum fundentem aquam in fontem baptisterij. Ornauit & ambonem ecclesiæ porphyreticis lapidibus, quem nos suggestum appellamus, ubi euangelium & epistola canitur. Præterea verò rogatu Xysti Valentiniānus templa quædam sanctorum mirifice excoluit. Nam & supra confessionem beati Petri auream Saluatoris imaginem gemmis aureis distinctam collocauit, & fastigium argenteum basilicæ Constantinianæ à barbaris sublatum restituit. Ornauit & confessionem beati Petri ex argento. Aiunt præterea huius temporibus Petrum episcopum natione Illyricum, ædificasse templum diuæ Sabinae in

monte Autentino, non longè à monasterio sancti Bonifacij, in quo diuus Alexius iacet. Quod ego factum Cælestini primi tempore crediderim, vt etiam carmina heroica indicant, quæ adhuc leguntur his ferè verbis:

*Culmen Apostolicum cum Cælestinus haberet,
Primus & in toto fulgeret episcopo orbe:
Hæc, quæ miraris, fundauit presbyter vrbs
Illyrica de gente Petrus, vir nomine tanto
Dignus, ab exortu Christi nutritus in aula.
Paupertas locuples sibi pauper, qui bona vita
Præsentis fugiens, meruit sperare futura.*

Sunt etiam, qui scribant huius temporibus fuisse Eusebium Cremonensem & Philippum Hieronymi discipulos, qui pleraque eleganti oratione scripsere. Laudatur & Eucherius Lugdunensis episcopus doctrina, dicendi copia. Non improbat postremò Hilarius Arelatensis episcopus, vir sanctitate & doctrina tempestate insignis. Xystus autem cum omnia, quæ habuerat, aut in ædificijs & ornamentis ecclesiarum, aut pauperibus erogasset; creatis presbyteris octo & viginti, diaconis duodecim, episcopis duobus & quinquaginta, moritur, ac sepelitur in crypta via Tiburtina apud corpus beati Laurentij. Sedit autem annis viij. diebus ix. Vastata tunc sedes dies duos & viginti.

LEO I.



47. Pont. **L**EO natione Tuscus, patre Quintiano. Eo tempore fuit; quo Attila à pugna Catalaunica rediens, in Pannonias comparatis magnis copijs, Italiam hostili manu ingressus, ac primo Aquileiam in limitibus prouincie positam, triennio obsedit. Verùm cum

iam desperatis rebus in eo esset, vt statim moueret, vidissetque ciconias ex vrbe in agros pullos suos deferentes, auspicio morus, adhibitis machinis, miseram ciuitatem acriter oppugnatam, tandem capit, diripit & incendit: nec vlli generi hominum parciit, flagellum Dei se vocitans. Inde Hunni veluti ruptis claustris, per totam Venetiam sese effundentes, vrbes omnes occupant, Mediolanum, ac Ticinum diripiunt. Iturus deinde Romam infestis signis, cum eò loci consedisset, vbi Mincius Padum influit, amnem traiecturus, vir sanctissimus Leo Pontifex calamitatem Italiae & vrbs Romæ miseratus, adhortante etiam Valentiniano, ei fit obuiam, persuadetque Alarici exemplo, qui statim Dei iudicio post captam vrbe[m] mortuus est, ne vltra progrediatur. Monitis pontificis optimi obtemperans Attila, quod dum simul loquerentur, cernere duos viros supra caput suum strictos tenentes gladios, ac mortem minitantes; nisi pareret, visus est. Ij Petrus & Paulus apostoli putati sunt: inde mouens, Pannonias repetit: vbi non ita multò post, effundente se vbertim propter ebrietatem è naribus sanguine, moritur.

Leo verò ad vrbe[m] rediens, totus ad confirmandam Catholicam fidem conuertitur, quæ tum potissimum à multis hæreticis impugnabatur, maximè autem à Nestorianis & Eutychnianis. Nestorius enim Constantinopolitanus episcopus, virginem non Dei, sed hominis tantummodò genitricem dixit, vt aliam carnis, aliam diuinitatis personam faceret, & seiunctim alterum esse Dei filium, alterum hominis ostenderet. Eutyches autem Constantinopolitanus Abbas, ne sentire cum Nestorio videretur, diuinam cum humana natura in idem compositum recedisse affirmabat, vnumque factum, nec vllò modo inter se distingui debere. Hanc hæresim cum Flavianus Constantinopolitanus episcopus damnasset, Theodosio annuente, synodus Ephesina indicitur, in qua Dioscoro Alexandria episcopo præsidente, Eutyches restituitur, Flavianus verò damnatur. At Leo, mortuo Theodosio, in cuiusque loco successit Marciano principe catholico, concilium Chalcedonense indicit, in quo sexcentorum & triginta episcoporum auctoritate decernitur, credendum duas naturas in Christo fuisse: vtque vnus idemque Christus Deus homo crederetur, ac statim Nestorius & Eutyches nefandus Manichæorum præsul damnarentur. Combusti etiam

Attila
flagellum
Dei.

Cœcilium
Chalcedo-
nense.
Nestorius
Constanti-
nopolitanus
episcopus.

tiam publicè sunt Manichæorum libri, calcata & depressa est Dioscori superbia atque hæresis. Interim verò mortuo à suis Valentiniano Maximus tyrannus imperium occupat, Eudoxiamque quondam Valentiniani vxorem, sibi violentis nuptijs adiungit. Hanc ob rem VVandalali ex Africa acciti; Genferico duce Romam hostili manu ingressi, Maximum in illo tumultu ab Vrso milite Romano occisum, in Tiberim projiciunt, vrbem diripiunt atque incendunt, templa & sacraria spoliant, nec Leonem Pontificem exaudiunt clamantem & dicentem, vt vrbis & templis parentes, prædam quòd vellent abigerent. Abeuntes quartodecimo die post vrbem captam, atque Eudoxiam cum filia & ingenti captiuorum numero secum trahentes, in Africam reuertuntur. At Leo ad reparandam vrbem & templa conuersus, Demetriad ancillam Dei impulit, vt basilicam beato Stephano via Latina tertio ab vrbe milliario in fundo suo conderet. Ipse verò in honorem beati Cornelij episcopi basilicam via Appia ædificauit. Tempora diffracta restituit, sacrorum vasa comminuta aut ablata vel denuò renouauit, vel ex integro quoad fieri potuit, restituit. Cameras præterea tres condidit in tribus basilicis, Ioannis, Petri ac Pauli. Sepulcris quoque Apostolorum custodes addidit ex clero Romano: hos cubicularios appellauit. Præterea verò monasterium prope sanctum Petrum eondidit, constituitque vt intra actionem mysterij diceretur: Hoc sanctum sacrificium, &c. ne vlla monacha velamen capitis benedictum acciperet, nisi approbatum fuisset, eam quadraginta annis castè & integrè vixisse. Dum autem his curis vir sanctus intentus esset subito exorta est Acephalorum hæresis: qui idè Acephali vocati sunt, quia sine cerebro & sine auctore habebantur. Hi autem Chalcedonense concilium improbant, proprietatem duarum substantiarum in Christo negant, vnam tantum in eiusdem persona naturam prædicantes: quam quidem hæresim epistolis suis eleganter & doctè ad Christi fideles scriptis acerrimè confutauit. Sunt qui scribant, Paulinum Nolanæ vrbis episcopum, Prosperum Aquitanum virum doctum, Mamericum Viennensem episcopum, in precio tum fuisse. Primus enim Mamericus (vt aiunt) supplicationes, quas Græci litanias vocant, instituit ob frequentes terræ motus, qui tum maxime Gallias vexabant. Leo postremò creatis ex institutione sacrorum lxxj. presbyteris, diaconis xxxj. episcopis sex & lxxx. moritur, ac sepe-

Acephalorum hæresis.

Paulinum, Prosperum, Mamericum.

litur apud sanctum Petrum in Vaticano iij. Idus Aprilis. Sedit annis vno & viginti. mense vno, diebus tredecim. Vacat tum sedes dies octo.

HILARIUS I.



HILARIUS natione Sardus, patre Crispino, ad Leonis tempora peruenit. 48. Pont.

Leo enim primus ex Græca natione, Leo primus imp. in locum Marciani imperatoris demortui sufficitur, qui statim filium suum eiusdem nominis, Augustum creat. Sub hoc quidem imperatore respublica Romana magnas calamitates passa est, subortis quibusdam tyrannis imperium vsurpare conantibus. Hac verò opportunitate illectus Genfericus VVandalorum rex, ex Africa in Italiam statim nauigat, Romanum imperium inuasurus, quod vbi intellexit Leo, Basilicum patritium cum valida classe in auxilium Anthemij principis Romani mittit. Hi coniunctis copijs & animis ad Populoniam Genferico sunt obuiam, hominemque classe decernere impellunt: qui quidem superatus ingenti clade, turpi fuga in Africam redijt. Vexare interea vrbem Romanam parabat Ricimer ille patricius, qui Biorgum Alanorum regem in montibus Tridentinis superauerat, elatus tanta victoria, ni Epiphanius Ticiensis episcopus, hominem Anthemio vrbem defendenti conciliaffet.

Hilarius autem in tanta perturbatione rerum, diuinam rem intermisit nunquam. Præterea verò instituit, ne pontifices deinceps successorem sibi deligerent, quæ institutio ad omnes ecclesiasticos gradus pertinet. Fecit & decretalem, ac per vniuersum orbem sparsit. Epistolas quoque conscripsit de fide catholica, tres synho-

synhodos confirmantes, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem, quibus item Eutychem, Nestorium, & Dioscorum cum sectatoribus damnat. In baptisterio autem Constantinianæ basilicæ tria oratoria ædificauit, auro & preciosis lapidibus distincta, tribus sanctis dedicata, Ioanni Baptistæ, Ioanni Euangelistæ, & sancte Cruci: quorum ianua erant æneæ argento cælato clausæ, in oratorio autem τοῦ σωτηρίου erat lignum crucis auro clausum, & ornatum gemmis. Stabat & eò loci agnus aureus duarum librarum in columna onychina, ante oratorium erant columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecaton. In fonte Ioannis erat lucerna aurea librarum decem, cerui argentei tres, octoginta librarum, aquam fundentes, columba aurea duarum librarum. Addidit & oratorium sancti Stephani baptisterio Lateranensi. Duas quoque bibliothecas apud eundem locum ædificauit. At Lunam verò, monasterium in vrbe ædificauit. Omitto dona templis oblata, quæ quidem propè infinita fuere, ex auro, argento, marmoribus & gemmis. Sunt qui scribant, Germanum Altisiodorensis & Lupum * Trecharensem episcopos, huius temporibus fuisse, qui tum multum iuuere Christianam fidem, gentilium ac Pelagianorum opera plurimum labefactatam. Gennadius præterea Constantinopolitanus episcopus, ingenio, doctrina, & moribus ecclesiæ catholicæ multum profuit. Victorinus autem natione Aquitanus arithmeticus insignis, rationem Paschæ ad cursum lunæ tum redegit, Eusebium & Theophilum ea in re superans. Sunt qui Merlinum Anglum vatem in signem his temporibus ascribant, de quo plura fortasse, quàm satis est, scribuntur. Hilarius autem ubi ea peregrisset, quæ ad optimum pontificem pertinebant, tum in extruendis templis ornandisque, tum etiam docendo, admonendo, castigando, eleemosynas ubi erat opus præbendo, moritur, creatis prius de more quinque & viginti presbyteris, diaconis quinque, episcopis duobus & viginti. Sepelitur autem in crypta sancti Laurentij apud corpus beati Xysti. Sedit annos septem, menses tres, dies decem. Vacat tum sedes dies decem.

ANNOTAT.

Vt ex antiquis litteris argenteis, & musis, quæ adhuc existant in baptisterio Lateranensi, Hilarius, non Hilarius dicendum est, quod etiam in aliquot vetustis codicibus scriptum animaduerti.

SIMPLICIUS I.



SIMPLICIUS patria Tiburtinus, patre Castino, imperante Leone secundo & Zenone fuit.

Nam Leo primus valetudine correptus Leonem secundum ex Ariadne forore sua nepotem, & Zenonis Isaurici filium, successorem imperij designauit: qui non ita multò post graui morbo oppressus, cum finem vitæ sibi adesse cerneret, patri Zenoni imperium reliquit. Interim verò Odoacer cum maxima Tucilingorum & Herulorum manu Italiam ingressus, Orestem patricium apud Ticinum superatum & captum, Placentiæ inspectante exercitu interfecit. At Zeno calamitates Italiæ miseratus, Theodoricum Gotthorum regem iam antea apud se in honore habitum, contra Odoacrem cum ingentibus copijs in Italiam properè mittit, qui duces Odoacris non procul Aquilea vel Lisontium amnem graui prælio superat. Eadem quoque fortuna contra Odoacrem sapius vsus, hominem triennio Rauennam obseffum eò pepulit, hortante etiam Ioanne episcopo, vt se imperij socium acciperet. Verùm sequenti die cum filio contra datam fidem interfecit, vnde statim nemine aduertente Theodoricus totius Italiæ imperio potius est.

Simplicius autem vir sanctissimus has basilicas interim dedicat, basilicam Stephani protomartyris in Cælio monte, basilicam Andreæ Apostoli non longe à templo sanctæ Mariæ maioris, in qua adhuc vestigia quædam antiquitatis apparent, quæ persæpè flendo etiam inspexi ob incuriam eorum, quibus ipsa templa iam ruinam minantia, commissa sunt. Hoc autem in

Fracase-
num.

Gennadius
epi
scop.
Victorinus
Aquitanus.

Merlinus
vates.

templo hæc carmina legisse memini musico o-
pere descripta;

*Hæc tibi mens validè decreuit prædica Christe,
Cui testator opes detulit ille suas:
Simpliciusq; Papa sacris caelestibus aptans
Effecit verè muneris esse tui:
Ne quod Apostolici deessent lumina nobis,
Martyris Androæ nomine composuit.
Vititur hæc hæres titulus ecclesiæ iustus,
Succedensq; domo mystica iura locat.
Plebs deuota veni, perq; hæc commercia discis
Terreno censu regna superna peti.*

Dedicat & aliam basilicam Stephani Sim-
plicius apud sanctum Laurentium, basilicam
quoque Vibianæ martyris ad Palatium Lucia-
num, vbi corpus virginis repositum est. Heb-
domadas quoque instituit, vt presbyteri tum
ad Petri, tum ad Pauli, tum ad Laurentij mar-
tyris templa vicissim manerent propter poeni-
tentes & baptismum requirentes. Urbem præ-
tereà presbyteris in quinque regiones diuisis,
prima erat Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij,
quarta Ioannis Lateranensis, quinta sanctæ
Mariæ maioris. Instituit postremo, ne clericus
vllus possessionem, beneficij à laico recognos-
ceret, quod postea à Gregorio & alijs Pontifici-
bus confirmatum est. Romam autem sedem ef-
se primam omnium ecclesiarum, declarant A-
catij episcopi Constantinopolitani, & Timo-
thei viri doctissimi scripta, quibus rogatur
Simplicius Pontifex magnus, vt Petrum Ale-
xandrinum episcopum Eutychetis imitorem,
hæreseos damnet. Quod etiam factum est, hæc
conditione tamen, vt poenitenti tempus ascri-
beretur. Sunt qui dicant huius temporibus fuis-
se Remigium Remensem episcopum virum
sanctissimum, qui Clodouem (vt historici re-
ferunt) regem Francorum baptizauit. Scripsit
etiam multa eo tempore contra Eutychetem
Theodorus Syriæ episcopus: edidit & decem
libros ecclesiasticæ historiæ, Eusebium Cæsa-
riensem imitatus. Tum verò omnes ferè Aegy-
ptij declinarunt in Dioscori hæretici errorem,
de quo multa superius diximus. Vexauit & Ca-
tholicos in Africa Hunericus Vandalorum
rex, Arianos imitatus. Quamobrem Eudoxia
Theodosij neptis, mulier catholica eius vxor,
humilians se Hierosolymam voti causâ ituram,
à marito hæretico discedens, Hierosolymis
post longam peregrinationem, & mulieri præ-
sertim grauem, moritur. Ferunt ea tempestate

& Elisei ossa in Alexandriam translata esse, &
corpus Barnabæ Apostoli, cum euangelio eius
manu scripto, repertum. At Simplicius cum ec-
clesiam Romanam non instituit solum, ve-
rum etiam donis auxisset, creassetq; ex ordine
sacrorum presbyteros octo & quinquaginta,
diaconos vndecim, episcopos sex & octoginta,
moritur, ac sepelitur in Petri Basilica sexto No-
nas Martij. Sedit autem annos quindecim, men-
sem vnum, dies septem. Vacat tum sedes dies
sex & viginti.

FELIX III.



FELIX tertius, patria Romanus, patre Felice presbytero, ex regione Fasciola. à rege Odoacre, qui annis quattuordecim Italia imperauerat, vsque ad Theodoricum peruenit. Qui etsi Rauennam sedem regni fecisset, tamen urbem Romam quoad fieri potuit, exornauit: Nam & sepulchrum Octauij instaurauit, & spectacula de more exhibuit, & ædificia ac basilicas pleraque restituit, nihilque omisit, quod ad optimum principem pertineret. At verò vt regnum aliquando stabiliret, & Clodouei Franciæ regis filiam Antessedam in vxorem duxit, & sororem Hunerico Vandalorum, & filiarum suarum alteram Alarico Vesegothorum, alteram Gundibato regibus in matrimonium collocauit.

Felix autem tum maximè intellexerat Petrum Eutychianum, quem ante diximus ob haresin in exilium pulsum, instigante Acatio, tunc demum ab eodem reuocatum esse. Quare sanctus Pontifex fraudem subesse veritus, ex auctoritate sedis Apostolicæ concilio benè sentientium approbata, Petrum & Aca-

GELASIVS I.

tium damnat. Post annos verò tres, cum Zeno
 fidem faceret hos homines poenitere, Felix ed
 misit episcopos duos, Messenum & Vitalem,
 qui re cognita damnatos absoluerent. Hi ita-
 que Heracleam ciuitatem ingressi, pecunia
 corrupti, nihil ex sententia Felicis egere. Vnde
 Pontifex merito indignatus, habita de more
 synhodo, hos vt præuaricatores & Simoniacos
 à communionem deiecit. Messeno tamen poeni-
 tentiæ tempus ascriptum est, qui errorem
 suum fassus est, poenitendique tempus petijt.
 Idem quoque Felix basilicam sancti Agapeti
 ædificauit non longè à basilica Laurentij mar-
 tyris. Constituit item, vt ecclesiæ non nisi ab e-
 piscopis consecrarentur. A uite autem huius
 tempore Theodorum presbyterum Græcum,
 librum contra hæreticos scripsisse de conue-
 nientia veteris ac noui testamenti. Sunt etiam,
 qui huic ætati ascribant Ioannem Damascen-
 um, virum doctissimum ac theologum insig-
 nem. Hic enim librum sententiarum composuit,
 in quo Gregorium Nazianzenum, Gregorium
 Nyssenum, Didymum Alexandrinum imitatus
 est, libros quoque medicæ artis composuit, qui-
 bus morborum causam & medelas describit.
 At Felix cum ex institutione sacrorum ordi-
 num, quos in vrbe Roma mense Decembri bis
 habuit, presbyteros octo & viginti, diaconos
 quinque, episcopos triginta creasset, moritur,
 ac sepelitur in Pauli basilica. Sedit annos octo,
 menses vndecim, dies decem & septem. Vacat
 tum sedes dies quinque.

ANNOTAT.


*Felicem hunc non tertium, sed secundum ap-
 pellarem, cum is, qui in schismate contra Liberium
 creatus est, Papa dici non potuerit.*

*Gelasius, de quo mox Platina scribit, Canonicos
 (vt vocant) regulares ordinis sancti Augustini La-
 terani primus collocauit, qui ibidem vsque ad
 Bonifacium V III. à quo expulsi sunt,
 permanferunt, ex archiuu
 basilica Lateranen-
 sis.*



GELASIVS natione Afer, patre Valerio. 51. Pont.
 Eo tempore fuit, quò Theodoricus
 Clodoueo socero suo Francorum regi
 bellum intulit, quòd Alaricum generum Veso-
 gotthorum regem in agro Volgadenſi interfe-
 ciſſet, Vaſconiamque occupaffet, vterque affi-
 nis erat. Iuſtior habebatur Alarici cauſſa, vnde
 ſoceram genero prætulit. Superatis itaque
 Francis ingenti prælio, Vaſconiam recipit, re-
 ceptamque pro Almarico Alarici filio, donec
 adoleſceret, gubernat. Idem Theodoricus Sici-
 liam, Dalmatiam, Liburniam, Illyricum, Nar-
 bonenſem Galliam, Burgundiam ſuo regno ad-
 iecit. Tridentum vrbe in alpiſus muro cin-
 xit, & Italiam ab externo hoſte tutatus eſt, col-
 locatis Erulis in extremis Italiae partibus apud
 prætoriam Auſtam, quorum regem adhuc
 adoleſcentem in adoptionem ſuſceperat.

Gelasius autem Manichæos in vrbe depre-
 henſos exſilio damnat, eorumque libros apud
 basilicam diuæ Mariæ publicè comburit. In-
 ſtante præterea ſynhodo, cognita Meſſeni poe-
 nitentia, eum libello prius ſatisfacientem, pur-
 gatam eccleſiæ ſuæ reſtituit. Cum verò intel-
 lexiſſet Petri & Acatii ſeditionibus multa fla-
 gitia & parricidia in eccleſiis Græciæ com-
 mitti, conſeſtim ed miſit, qui hos, ſi non ſta-
 tim poeniterent, in perpetuum damnarent. E-
 rat autem conſuetudo primitiæ eccleſiæ, diu-
 tius exſpectare ad gremium pietatis ſuæ ali-
 quando redituros. Confugerat tum Ioannes A-
 lexandrinus episcopus, vir catholicus illorum
 ſeditionibus vexatus, ad pontificem Romanū, à



quo perbenignè & comiter susceptus est. Dedicauit Gelasius ecclesiam Euphemie martyris in ciuitate Tiburtina. Dedicauit & basilicam sanctorum Nicandri & Eleutherij via Labicana, & basilicam sancte Mariæ via Laurentina in fundo Crispi vigesimo ab vrbe lapide. Clerum quoque amauit & auxit. Pauperes semper mira beneuolentia & charitate complexus est. Ciuitatem Romanam à multis periculis liberauit, maximè verò ab inopia rerum & fame. Hymnos etiam composuit ad imitationem beati Ambrosij, edidit & libros quinque contra Eutychem & Nestorium, duos item contra Arium. Orationes habuit elegantes & graues. Epistolas præterea ad amicos & domesticos fidei scripsit, non minus graues quàm doctas: quæ opera in publicis bibliothecis tum legebantur. Sunt qui scribant Gelasium excommunicasse Anastasium imperatorem Constantinopolitanum, Zenonis successorem, quòd hæreticis & Acatio faueret, vnde constat, imperatorem errantem in fide & monitum, si non paruierit, à pontifice Romano excommunicari posse. Eadem auctoritate vsus est etiam contra Vandalos eorumque regem, qui Ariana infecti hæresi, Catholicos cruciatus & supplicijs persequebantur. Fuere etiam in primo huius pontificis tempore Germanus & Epiphanius, quorum alter Ticinensis, alter verò Campanus episcopus fuit. Hi multum auctoritate, & sanctitate sua Italiam à barbaris vexatum iuuere, orationibus & blandicijs barbarorum corda mollientes. Multum præterea tum in Gallia profecere, & Lannociatus abbas Carnotensis, & Aurelianus & Mezentius Picauiensis viri optimi ac docti, qui Clodouem regem Franciæ, ac Crocildim eius vxorem eò perpulere, vt Christianissimi fierent, & fidem Catholicam, vbique tutarentur. Sunt qui hanc laudem Remigio viro sanctissimo ascribant. Gelasius autem posteaquam bresbyteros duos & triginta, diaconos duos, episcopos septem & sexaginta creasset, moritur, ac sepelitur in basilica beati Petri apostoli xj. Kalendas Decembris. Sedit annis quattuor, mensibus octo, diebus decem & septem. Vacatum sedes dies septem.



ANASTASIVS secundus, patria Romanus, patre Fortunato, Anastasio imperante fuit. 52. Feni. Anastasium imp.

Quo tempore Transmundus Vandalorum rex, & Catholicas ecclesias claudit, & centum ac viginti episcopos exsulatum in Sardiniam mittit. Ferunt tum apud Carthaginem Olympium quendam Arianum episcopum, sanctam Trinitatem publicè in balneis detestantem, tribus fulminibus ictum concidisse, eiusque cadauer exustum omninò fuisse. Cumque item Barbas quidam Arianus episcopus, nescio quem baptizaturus esset his verbis, Baptizate Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto, ferunt aquam nusquam comparuisse, quo miraculo permotus, qui characterem expectabat, confestim ad nostros transijt. Olympius de celo castrum

Anastasius verò (vt quidam scriptores referunt) Anastasium imperatorem excommunicauit, quòd Acatio faueret, tamen postea ipse ab Acatio seductus, dum eum reuocare clanculum tentat, clerum à se grauitè alienauit, qui se à communionè pontificis tum maximè subtraxit: quòd etiam sine Catholicorum consensu Photio Thessalonicensi diacono communicasset, qui tum Acatij errorem imitabatur. Hanc ob rem ferunt diuino nutu hominem subito morbo correptum interiisse. Sunt qui dicant, eum in Iatrinam effudisse intestina, dum necessitati naturæ obtemperat. Huius temporibus Fulgentius natione Afer, Rumpensis Episcopus, qui in Sardiniam quoque cum alijs Catholicis Africa à Transmundo exsulatum missus est, nil prætermisit, quod ad veram Christi-

Christi fidem pertineret docendo, prædicando, monendo. Edidit & libros de trinitate, de libero arbitrio, de regulis fidei. Scripsit & contra Pelagianam hæresim. Orationes quoque habuit ad populos elegantes quidem & graues. *Egeppim.* Iuuit etiam scriptis suis ecclesiam Dei Egesippus vir doctissimus, qui & monachorum regulas composuit, & sancti Seuerini abbatis elegantistylō vitam edidit. Faustus autem apud Gallos episcopus multa tum scripsit copiosè & ornatè, sed eius illud opus potissimum laudatur, quod contra Arianos scripsit, in quo ostendit, τριὰς, hoc est, trinitatem essentialē esse. Scripsit & contra eos qui dicunt, increatis aliquid incorporeum esse. qua in re ostendit, tum patrum sententijs, tum diuinæ scripturæ testimonijs, solum Deum incorporeum dici posse, ne etiam creata incorporea dicerentur. Hæc de Anastasio & eius pontificatu, qui ex sacris ordinibus semel Decembri mense in vrbe habitis, presbyteros duodecim, episcopos sedecim creauit. Sepultus est autem in basilica Petri x i i i. Kalendas Decembris. Sedit annum vnum, mensibus decem, dies quattuor & viginti. Vacat tum sedes dies quatuor.

SYMMACHVS I.



R. Rom.

SYMMACHVS natione Sardus, patre Fortunato mortuo Anastasio, Pontifex creatur, non sine magna discordia. Nam dum pars cleri Symmachum apud basilicam Constantinianam Pontificem decernit, pars altera apud basilicam Mariæ in via Noua, Laurentium in locum demortui Anastasij sufficit: se-

ditio ingens in senatu ac populo Romano bifariam diuiso orta est, vnde omnium consensu concilium Rauennæ indicitur: discussaque re præsentē Theodorico, Symmachus tandem in pontificatu confirmatur, qui certè magna clementia vsus, Laurentium competitorē Nucerinis episcopum dedit. Verùm anno quarto post clerici quidam seditionibus gaudentes adiuuantibus Felto & Probino senatorij ordinis viris Laurentium reuocant, qua ex re indignatus rex Petrum Altini episcopum Romam mittit: qui pulso vtroque sedem teneret. Verùm Symmachus habita centum & viginti episcoporum synhodo, & obiecta constanti animo diluit, & omnium sententijs obtinuit, vt Laurentius & Petrus malorum omnium capita relegerentur. Orta autem ob hanc rem tanta seditio Romæ est, vt multi tum ex clero, tum ex populo passim cæderentur, nec sacris virginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus presbyter, vir optimus ad vincula sancti Petri, nec finis tantæ cædis factus fuisset, ni Faustus consul clericos miseratus, contra Probinum tanti mali auctorem arma sumpsisset.

Respirante deinde aliquantulum repub. Christiana, Clodoueus pulsus Arianis hæreticis, & Catholicos reduxit, & Parisiorum ciuitatem regni caput constituit.

Symmachus verò Manichæos tum ab vrbe expulit, eorumque libros ante fores Constantinianæ basilicæ concremauit. Basilicas verò multas aut ornauit, aut à fundamentis erexit. Nam & templum beati Andreæ Apostoli apud sanctum Petrum ædificauit, multoque argento & auro exornaui, & templum ipsius Apostolorum principis ac porticum cum marmoribus opere vermiculato in angustiorē formam redegit. Gradus quoque ipsius basilicæ ampliores fecit, aliosque gradus sub diuo dextra læuaque, episcopia præterea construxit. Aedificauit etiam basilicam Agathæ martyris via Aurelia in fundo Lardario. Basilicam sancti Pancratij cum arcu argenteo librarum sancti decem. In basilica Pauli renouauit absidam, cui ruina imminēbat, picturisque ornauit. post absidam verò aquam introduxit, balneumque fundamento erexit. In vrbe autem basilicam sanctorum Siluestri & Martini à fundamentis exstruxit iuxta Traiani thermas, vbi & super altare Ciborium fecit argenteum librarum centum viginti, arcus argenteos librarum decem: confessionem argenteam librarum quindecim, suggestum quoque erexit porphyreticis & crustis marmo-

Gordianus presb.

Episcopia.

Ciborium.

reis insignem. Fecit & gradus basilicæ Ioannis & Pauli post apsidam. Auxit & basilicam archangeli Michaëlis, aquamque introduxit. Sanctorum Cosmæ & Damiani oratoria à fundamentis erexit via Tiburtina in fundo Paciano, adiuuantibus Albino & Glaphyra illustribus viris. Pauperibus quoque ad basilicas Petri & Pauli habitacula exstruxit, curauitque ne quid eis deesset, quod ad victum pertineret. Amator enim pauperum fuit, & episcopis ac cæteris clericis in Africa & Sardinia propter catholicam fidem exsulantibus, pecunias & vestes subministrabat. Reparauit etiam basilicam sanctæ Felicitatis: & apsidam beatæ Hagnæ cum Basilica, quæ ruinam minabantur, in meliorem formam restituit. Redemit & captiuos in diuersis prouincijs multa pecunia. Constituit item, vt die dominico, vel natalitijs martyrum caneretur hymnus, Gloria in excelsis Deo. Coemeterium quoque Iordanorum vel fecit, vel in meliorem formam redegit. Nil postremò omisit, quod ad omnipotentis Dei gloriam pertineat. Huius quoque tempore ecclesiam Dei multum iuuit Gennadius Massiliensis Episcopus, qui diligens Augustini imitator, & librum de dogmatibus composuit: & quid cuique ad salutem necessarium esset, declarauit. Scripsit item de viris illustribus, Hieronymum imitatus. Symmachus autem creatis duobus & lxxx. presbyteris, diaconis xvj. episcopis cxxij. habitis de more sacris ordinibus, moriens, ad basilicam Petri sepelitur xiiij. Kalendas Augusti. Sedit autem annis xv. mensibus sex, diebus xxij. Vacatum sedes dies septem.

ANNOTAT.

Schisma hoc perniciosum, & atrox à primo Nouatiani schismate quartum fuit, cuius præter bibliothecarum in dialogis libro iij. cap. xl. beatus Gregorius mentionem facit, vbi de Paschasio Diacono loquitur. Reliqua schismata in meo indice diligenter

ter annota-

te.



HORMISDA patria Frusinonius, patre 54. Pont.
Iusto, ad Theodorici & Anastasij tempora peruenit, à consularu Senatoris vsque ad consulatum Boethij & Symmachij.

Quos Theodoricus, ob suspitionem affectatæ libertatis, exilio primo, mox carcere afficit. In hac calamitate constitutus Boethius, multa scripsit quæ adhuc leguntur. Transtulit & pleraque ex Aristotele, in eademque commentatus est. In mathematicis doctissimus est habitus, quod eius musicæ & arithmeticæ ostendunt. Postremò verò cum Symmacho senatore Theodorici iussu necatur. Sunt autem qui scribant, Boethium tantam calamitatem subiisse, quod in Arianos inueheretur, ad quos Theodoricus declinauerat. Superior sententia mihi verior videtur.

Hormisdas autem hortante Theodorico, prouincialem synodum in vrbe habuit, omniumque consensu Eutyrianos iam antea improbatos, damnauit. Ioannem quoque Constantinopolitanum episcopum litteris & nuncijs adhortatus est, vt ab eadem hæresi desisteret, crederetque duas in Christo naturas esse, diuinam & humanam. Desijt parere Ioannes Anastasij viribus fretus, quem nouita multò post fulmine ictum, dedisse poenas creditum est, tum propter hæresim quæ grauis erat, tum vel maximè quia legatos ab Hormisdas missos contra ius gentium magna affecerat contumelia: reiectos enim à se, nauis quassa & rimosa ea conditione nauigare iussit, vt recta in Italiam redirent, nec vllum Græciæ litus attingerent. Hæc etiam eisdem mandata ad Pontificem dedisse.



disse referunt, ut sciret imperatoris proprium esse imperare, & non imperata pontificis aut cuiuslibet alterius accipere. Fuere autem legati, Euodius Ticinensis episcopus, Fortunatus Catinensis, Venantius vrbis Romæ presbyter, & Vitalis diaconus. Mortuo itaque Anastasio VII. & XX. imperij anno, Iustinus orthodoxæ fidei amator imperium accipit, ac statim nuncios ad Pontificem mittit: qui & sedis apostolicæ auctoritatem confirmarent, & pacem ecclesijs omnibus exquirerent, quantum per religionem concederetur. Quare per motus Hormisdæ Theodorico annuente Germanum Capuanum episcopum & Iohannem & Blandum presbyteros, & Felicem ac Dioscorum diaconos, legatos ad Iustinum mittit, qui eos non genere honoris adhibito, effusa obuiam honoris gratia moachorum, ac magna orthodoxorum & illustrium virorum multitudine, honorificè accipit, congratulante clero vna cum Iohanne Constantinopolitano episcopo. At qui cum Acatio sentiebant, istorum aduentum veriti, se in templo quodam munitissimo cluserunt, & nuncios habita consultatione ad imperatorem misere, affirmantes se nullo pacto in sententiam apostolicæ sedis venturos, nisi eis reddita fuerit ratio, quamobrem Acatius damnatus esset, hos omnes Iustinus ex templo atque ab vrbe expulit. Idem fecit Hormisdæ contra Manichæos iterum in vrbe Roma pullulantes, eorumque codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio consumpsit.

Eodem tempore mortuo in Africa Transmundo Vandalorum rege, Udericus filius, quem ex captiua Valentiniæ filia susceperat, regnum obtinet. Hic non hæresim paternam imitatus, sed matris Catholicæ monita secutus, omnes catholicos, quos Transmundus in exilium miserat, reduxit, atque eos suo instituto viuere permisit. Dona præterea multa ac preciosa eodem tempore Romam ad ornandas basilicas sanctorum sunt missa. Gemmas enim magnæ æstimationis Clodoueus rex Franciæ misit. Delata & dona tum aurea, tum argentea: Delata euangelia cum tabulis aureis gemmis distinctis à Iustino imperatore voti gratia. Misit & patenam auream librarum viginti cum hyacinthis, scyphum aureum gemmis circundatum. Ornauit & templum beati Petri Theodorici rex trabe argentea M. & XL. librarum, cerostatis argenteis duobus librarum LXX. Certauit & Hormisdæ muneribus cum his principibus. Locauit enim ante altare Con-

stantinianæ basilicæ coronam argenteam librarum viginti, cantharos argenteos sex. Ornauit etiam templum Pauli scyphis argenteis decem, anis argenteis tribus. His demum ex sententia peractis, cum etiam de more presbyteros vnum & viginti, episcopos quinque & I. creasset, moritur, ac sepelitur in basilica Petri octauo idus Augusti, consulatu Maximi. Sedæ annis nouem, diebus octodecim. Vacat tum sedes dies sex.

IOANNES I.



IOANNES natione Tuscus, patre Constantio, à consulatu Maximi vsque ad consulatum Oliberij peruenit, Theodorici regis temporibus & Iustini Augusti, qui orthodoxæ fidei diligentissimus obseruator, ut tandem hæreticorum nomen exstingueret, Arianos expulit, eorumque ecclesias Catholicis assignauit. Quam quidem rem Theodoricus agrè ferens, Iohannem Pontificem, Theodorum, duosque Agapetos oratores ad Iustinum mittit, qui eum adhortarentur, ut Arianos restitueret: sin secus animatus esset, sciret se omnes Italiæ ecclesias, catholicas præsertim, demoliturum. Magnificè & perbenignè primò quidem excepti legati sunt, qui vbi rationem legationis exposuere, cum flectere Iustinum non possent, ad lachrymas versi, ac suppliciter petentes, ut peritura Italiæ vna cum Catholicis omnibus labreniret, eò tãdem piùm hominem populèret, ut Arianos restitueret, atque eos viuere suis legibus & institutis sineret. Sunt qui scribãt, Theodorici rabie sauiendi tũ incitatu Symmachum & Boethium reuocatos ab exilio & carcere, eo tempore

55. Pont.

occidisse. Vtunque sit, necatos Theodorici iusu constat, nec multum refert Hormisdæ ne, an Ioannis temporibus ascribantur. Ioannes autem Raucennam ad Theodoricum rediens, in carcerem properè conijcitur: ac parum abfuit, quin eum statim occideret: aded in hominem exarserat, & fide & moribus cum Iustino sentientem. Perijt tamen sanctissimus homo in carcere pedore, situ, & inedia: quam quidem sæuitiam ira diuina non ita multò post grauiore pœna compescuit. Apoplexia enim Theodoricus moritur, eiusque anima (vt quidam eremita vir sanctissimus retulit) in ignem Lipareum immersa est.

Theodorico autem in regnum Amalasiuntha filia successit, cum gnato Athalarico, quem ex Eucherio marito susceperat. Quæ quidem mulier supra sexum prudentia vsa, & patris decreta mala præsertim emendauit, & Boëthij ac Symmachi filijs bona paterna in fiscum delata restituit, & filium optimis disciplinis erudiuit, aduersantibus Gotthis, & acclamantibus, non literis, sed rei militaris disciplina, regem suum imbuendum esse. Iustinus autem senex admodum, eodem fermè tempore Iustiniãno sororis suæ filio imperatore relicto moritur, & Clodoueus Franciæ rex, filijs quattuor in regno relictis. Fuère tum in precio & Benedictus Nursinus, qui rationem monasticæ vitæ Italis dedit, & Brigida Scotica mulier sanctissima, & Ioannes Antiochenæ ecclesiæ presbyter, qui multa contra eos scripsit, qui in vna tantum substantia, Christum adorandum censebant. His addidit Isidorus Cyprignium quendam episcopum Hispanum, qui eleganter in Apocalypsum scripsit.

Ioannes autem Pontifex antequam Constantinopolim proficisceretur, tria coemeteria restituit. Primum fuit Nerei & Achillei via Ardeatina: Secundum, sanctorum martyrum Felicis & Adaucti: Tertium, Priscillæ. Ornauit etiam altare sancti Petri gemmis & auro. Detulit & secum Iustini imperatoris munere paternam auream librarum viginti, calicem aureum gemmis librarum quinque, quæ dona vnâ secum perijisse arbitror. Creauit etiam habitus de more sacris ordinibus episcopos xv. Ferunt corpus viri sanctissimi Rauenna ad urbem delatum, sepultumque in basilica Petri vj. Kalendas Iulij Olibrio consule. Sedit autem annis duobus, mensibus octo. Vacat tum

sedes dies octo & quin-

quaginta.



FELIX quartus natione Samnis, patre Castorio, Iustiniani tempora attingit. 56 Pom.
Iustina.

Qui Belisario duce in prælijs vsus, de Persis & Vandalis triumphat, quorum gentem in Africam traiciens idem dux præstantis animi & singularis virtutis superauit, ac propè deleuit, capto eorum rege Gilimere, & in triumphum ducto. Amalasiuntha verò seditionibus Gotthorum diu vexata, mortuo filio Athalarico, quo cum molestè vixit, Theodahatum consobrinum suum regni consortem fecit. Erat autem Theodahatus ita Græcis & Latinis literis edoctus, vt & temporum suorum historiam eleganter scripserit, & Platonicam disciplinam optimè calluerit: segnis tamen ad res agendas habebatur. Verùm hortante Amalasiuntha, Burgundiones & Alemannos felicibus prælijs superauit.

Felix autem rei diuinæ interim curam gerens, & patriarcham Constantinopolitanum declinantem à fide, anathemate notauit, & sanctorum Cosmæ & Damiani templa, quæ adhuc exstant in vrbe via Sacra apud forum Romanum ædificauit, quod carmen vermiculato opere notatum adhuc indicat. Basilicam quoque sancti Saturnini via Salaria incendio consumptam, restituit. Sunt qui scribant Casiodorum hac ætate fuisse, qui senator de regenda repub. multa conscripsit: & monachus psalterij sententias eleganti oratione ac stylo edidit. Ferunt etiam Priscianum Cæsariensem grammaticum insignem, librum suum grammatices tum composuisse. Arator quoque vrbe Romæ subdiaconus, versibus hexametris

Theodahat.
111.

Casiodo.
1111.

Priscian.
grammatices
1111.

metris

Benedi
ctus.
Brigida.

metris euangelia conscripsit. Laudatur & Iustinianus Valentianæ ecclesiæ episcopus : multa enim prædicauit & scripsit ad doctrinam Christianam pertinentia. At Felix habitis de more sacris ordinibus, vbi presbyteros quinque & quinquaginta creasset, diaconos quattuor, episcopos nouem & viginti, moritur, ac in basilica Petri sepelitur quarto Idus Octobris. Annis quattuor sedit, mensibus duobus, diebus tredecim. Vacat tum sedes dies tres.

BONIFACIUS II.



Pont. **B**ONIFACIUS secundus, patria Romanus, patre Sigeualte Iustiniano imperante fuit.

Quem quidem imperatorem tanti constat ingenij, tantæque doctrinæ fuisse, vè mirum non sit, si leges Romanas sparsas & incompositas in ordinem ad vtilitatem hominum redegerit, eaque absciderit, quæ superuacanea & inutilia videbantur. Hac tamen in re, consilio & opera Ioannis patricij Treboniani, Theophili, & Dorothei vsus est, qui tum doctrina & auctoritate insignes habebantur. Immensum namque illud librorum pelagus (ad duo enim ferè millia librorum fuisse constat) coacervatis simul ab vrbe condita vsque ad hæc tempora tot iudicij, in quinquaginta libros titulatim digessit, quos nunc Digesta, nunc Pandectas appellant: quod omnem ciuilem doctrinam contineant. Idem quoque legum Epitomen fecit librorum quattuor. Has autem leges, Institutiones vocat. Dicimus etiam Iustiniani codicem & volumen esse. Sunt præterea qui dicant, Iustinianum ipsum libros de incarnatione Domini elegatè scripsis-

Iustini-
ni col. ex.

se, templumque in honorem Dei patris) nam filius sapientia est) sanctæ Sophiæ, quo nullū est in orbe maius, sua impelsa, suoque iussu ædificatū.

Huius itaque tempore Bonifacius Pontifex creatur, non sine contentione tamen: nam & Dioscorus diuiso bifariam clero, in demortui Felicis locū subrogatur. Exagitatus autem clerus hac seditione diebus octo & viginti, morte Dioscori à tanta perturbatione tandem liberatur: vnde Bonifacius ad confirmandam ecclesiā conuersus, instituit ne quispiam sibi in episcopatu successorem deligeret, quod postea multi pontifices confirmarunt. Instituit item ve in demortui locum alter pontifex, si fieri posset, tertia die sufficeretur, ne dilatio seditionem faceret. Diuisit & populum à clero dum celebraretur. Hoc eodem tempore multi ex Romana nobilitate Benedicti sanctitate moti, in montem Cassinum peruenère religionis gratia: inter quos Maurus quidem ac Placidius insignes habentur. Laudatur & Dionysius abbas, qui tam Romæ Paschæ calculum mira ratione composuit. Facundi quoque scripta contra Eutythianos quosdam tum pullulantes, laudantur. Martinus præterea gentem Sueslionum prædicatione & scriptis ab Ariana hæresi ad nostros traduxit. At Bonifacius cum in pontificatu sedisset annis duobus, diebus duobus, moritur, & in basilica Petri sepelitur, Sedes autem mensibus duobus tum vacat.

IOANNES II.



IOANNES secundus, patria Romanus, patre Proiecto ex Calio monte, Iudiniensi tempore fuit: qui statim vbi pontificatum inijt,


AGAPETVS I.

Anthemium episcopum damnauit, quodd in Arianam haeresim declinasset. Sicut qui scribunt, hunc episcopum Constantinopolitanum fuisse. Iustinianus vero sedem Romanam veneraturus, Hyppatum & Demetrium episcopos Romam cum muneribus mittit, qui & Romanum Pontificem suo nomine salutarent, & munera haec beati Petri templo offerrent, scyphum aureum circumdatum gemis librarum sex, scyphos argenteos duos librarum duodecim, calices argenteos duos librarum quindecim. Interim vero, dum haec dona misisset, Mundus exercitus Iustiniani dux, Salonas urbem munitissimam capit, ac Gothos praelio vincit non inuenta victoria. Vna enim cum filio egregiae virtutis adolescente, Mundus eo praelio occiditur, quo nihil potuit Iustiniano molestius nuntiari: tanti faciebatur hominis virtutem & fidem. Ioannes autem pontifex, de quo pauca admodum scribunt historici, moritur, ubi ex sacris ordinibus semel habitis, presbyteros quindecim, episcopos vnum & viginti creasset, sepeliturque in Basilica Petri sexto Kalendas Iunij. Sedit annis duobus, mensibus quattuor. Vacatum sedes dies sex.

ANNOTAT.

Huius Ioannis mentio exstat in antiqua tabula, sita in pauimento basilicae S. Petri ad vincula, his verbis.

* SALBO PAPA N. IOANNE COGNOMENTO MERCVRIO. EX SANCTAE ECCLES. ROM. PRESBYTERIS ORDINATO. EX TIT. S. CLEMENTIS. AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS PRESB. OFFERT. ET IT. P. C. LAMPADI ET ORESTIS VV. CC. VRBICVLVS CERDINVS EST.



A GAPETVS patria Romanus, Gordiano presbytero ecclesiae sanctorum Ioannis & Pauli, pontifex creatus, à Theodahato, statim ad Iustinianum mittitur, ei insensum quoddam Amalasintham Athalarici matrem, in insulam lacus Vulsiniensium relegauerat, interficique iusserat. Erat enim haec foemina ita Graecis & Latinis litteris imbuta, vt cum quouis docto disputando congreri auderet. Praeterea vero ita linguas barbarorum omnium callebat, vt sine interprete cum his omnibus loqueretur, qui tum Romanum inuaserant imperium. Huius autem mulieris interitum Iustinianus ita aegre tulit, vt bellum Theodahato se illaturum minaretur. Agapetus itaque eod missus, ac benigne & honorifice susceptus cum pacem impetrasset ab imperatore, teratur vt Eutychanam opinionem confirmaret. Verum cum Iustinianus ab ea re hominem sanctissimum abhorere cerneret, precibus minas addidit. Tum Agapetus, Ego inquit, ad Iustinianum Christianissimum principem venire optavi sed Diocletianum inueni, quem Christi anorum hoste fuisse constat. Hac libertate loquendi & Dei nutu Iustinianus permotus, & fidem Catholicam amplexus est. & pulso Anthemio Constantinopolitano episcopo, qui Eutychanam haeresim turbatur, Menam catholicum in eius locum suffecit Agapeto consecrante, qui haud ita multo post Constantinopoli moritur, cuius corpus loculis plumbeis occlusum, Romam defertur ac in basilica Petri sepelitur. Sedit autem mensibus 11. diebus 21. Vacatum sedes mensium vnum, dies nouem & viginti.

59 Post.

Amalasintham

SILVERIVS.



60. Pont.

SILVERIVS natione Campanus, patre Hormisda episcopo, Theodahato iubente pontifex creatur, cum antea non regum, sed imperatorum auctoritas interueniret. Plus autem valere Theodahati minæ, quam decreti ratio. Mortem enim his clericis minatus est, qui nomina sua non subscriberent in creatione Silverij.

Hanc ob rem, & vt etiam Amalafianthæ necem vlcisceretur Iustinianus, Belisarium patrium cum exercitu in Italiam mittit. Navigans hic primò Siciliam attingit, eamque in fide imperatoris retinuit. Interim verò mortuo Theodahato, cum Gotthi regem contra voluntatem Iustiniani creassent Belisarius à Sicilia mouens, Italiam à tyrannide Gothorum liberaturus, in Campaniam veniens, Neapolim mandata imperatoris nequaquam facientem vi cepiens ac diripiens, Gothos omnes qui in præsidio erant, ac magnam partem ciuium interfecit, abactis inde virginibus ac pueris cum omni præda. In tanto autem belli furore & templa spoliata, & virgines sacras violatas fuisse constat. Inde verò Romam cum exercitu properans, noctu urbem ingressus, tantum terroris Gothis qui in præsidio erant, incussit, vt omnes relictis portis ac moenibus Rauennam confugerint. Belisarius autem superuenturum Vitige cum ingenti exercitu ratus, cui aperto Marte nequaquam par esse posset, moenia vrbs pro tempore vallo ac fossa opus esse videbatur, quam celerrimè munivit. Superueniente deinde Vitige cum ingenti exercitu, ad centum namque millia hominū secum duxisse fertur, continere se moenibus

Belisarius contentus fuit, non eā amplius quinque millibus hominum secum duxisset. Castra inter duos aquæductus locat Vitigis, quò munitiora sint: quorum alter ad Latinam viam, alter verò ad Prænestinam vergit, sequè inuicem iungunt quinto ab vrbe milliario: & ne aqua ad urbem Romam insueret, omnes aquæductus, quos ad quattuordecim fuisse constat, intercisit. Porcum quoque Vitigis cum parte copiarum occupat, qua ex re magna calamitas Romanis illata est, cum & bello simul & fame laboratum sit.

Interea verò instigante Vigilio diacono ciue Romano & apocripho, Theodora Augusta Silverio imperat, additis etiam minis, vt pulso Menna ab vrbe Constantinopoli, Anthemium reuocet, quem diximus ob Eutythianam hæresim damnatum esse. Id autem cum facere pontifex recusaret, scribit ad Belisarium mulier, vt pulso Silverio, in eius locum Vigilium sufficiat. Belisarius autem rei bellicæ intentus, rem Antoninæ vxori suæ committit, quæ quidem subornatis à Vigilio testibus, qui affirmarent Silverium urbem Romam Gothis hostibus prodere voluisse, hominem eoegit abdicare se pontificatū: ac posito pallio cucullam monasticam sumere, qui in Pontiam insulam in exilium missus, non sine opinione sanctitatis moritur. Ferunt Gallos hoc tempore nuncijs & litteris Benedictum rogasse, vt vnum aliquem ex discipulis suis ad se mitteret, qui Gallos monasticam vitam edoceret. Quare Benedictus Maurum eò misit, qui omnibus vita & moribus rationem bene ac beatè viuendi dedit: quæ etiam multa monasteria constituit. Vigilius autem clericis Romanis ex Antodinæ sententia ita perentibus, pontifex creatur. At verò Silverius vbi annum vnum, menses quinque, dies duodecim in pontificatu vixisset, vt dixi, in insula Pontia moritur ac sepelitur xij. Kalendas Iulij. Vacat tum quidem

episcopus dies

sex.



VIGILIUS I.



61 Pont.

Synodus
Constantinopolitana.

VIGILIUS patria Romanus, patre consule, imperante Iustiniano, Pontifex creatur, cuius temporibus Constantinopoli quinta synodus habita est contra Theodorum & omnes hereticos, qui affirmabant beatissimam Virginem solum hominem, non etiam Deum & hominem peperisse: qua quidem in synodo statutum est, ut beata Virgo *θεοτόκος* diceretur, quod Deum suo partu nobis edidisset.

Interim verò Belisarius auctis copijs, cum per annum integrum & dies novem moenia urbis tutatus esset, egredi constituit, & collatis signis cum Vitigine decernere. Is autem copijs suis diffidens, incensis castris Rauennam magnis itineribus proficiscitur. Ed & Belisarius prope rē mouet ac Vitigin in vrbe captum cum omni familia & magna procerum parte, recuperataque ferè tota Italia, Constantinopolim secum ducit, quinto anno posteaquam in Italiam venerat. Idem quoque Mauros Africam vastantes, mira celeritate perdomuit, deque hostium manubijs crucem auream gemmis distinctam librarum centum, cerofratta duo magni precij, Petro Apostolorum principi dono misit. Duo item xenodochia, quæ nos domos hospitales appellamus, sua impensa Romæ ædificat: quorum alterum in via Lata, alterum via Flaminia exstabat. Condidit & monasterium sancti Iuuenalis apud Hortam urbem, additis fundis, vnde monachi pascerentur.

Instabat tum Theodora, ut Vigilius pontifex Constantinopolim proficisceretur, Anthemiumque, ut pollicitus fuerat, restitueret. Negat Vi-

gilius se id facturum, quòd malis promissis factum non sit. Censere enim se quæ Agapetus & Siluerius contra Athemum hereticum egissent, iure facta esse: & propterea eorum acta nullo modo sibi rescindenda videri, Irata Theodora, Romanis quibusdam adiuuantibus, Vigilius in iudicium vocat; & quòd eius fraudibus Siluerius circumuentus exsulatū abierit: & quòd ipso iubente, adolēscens quidam à nepote Vigilio Asterij consulis filio cæsus ad necem sit. At verò ne iudicij pœnam Vigilius refugeret, Anthemium quendam cum his mandatis Romam mittit, ut Vigilius parère recusantem, ad se vi etiam perduceret. Is verò Romam veniens, mandata facturus in basilica sanctæ Cæcilie hominem comprehendit, munera populo ob diem natalem suum distribuentem more Romano, ac captum quibusdam Romanis adiuuantibus Constantinopolim perducit. Ferunt Vigilius navi per Tiberim deuectum, fustibus & saxis cū execratione à populo impetitur: cumque hac exprobratione: Malè meritis de Romanis es, mala omnia tecum veniant. In Siciliam verò perueniens concedentibus his, qui captum ducebant, quosdam ad sacros ordines adsciuuit, ex hisque Ampliatum presbyterum, & Valentinū episcopum, qui clerum & Romanam ecclesiam interim gubernarent. Ei verò è Sicilia Constantinopolim mouenti, Iustinianus cum magno comitatu sit obuiam. Ingrediuntur urbem clero precedente, vsque ad templū sanctæ Sophiæ. Tentare tum Theodora Vigilius, ut quod pollicitus erat præstaret. Cui ille, malle se quoduis supplicium pati respondit, quàm sententiã mutare: & cum mulier, & qui secum aderant, minis instarent, ad Deocletianum se, non ad Iustinianum, quemadmodum arbitrabatur venisse, dicens, ita cæsus est, ut paulum absuerit, quin tum occideretur. Fugiens itaque in templum sanctæ Euphemie, quod haud procul aberat, inde à grassatoribus trahitur, & iniectò in collum eius fune, tanquam latro, per totam urbem vsque ad vesperam trahitur. Deinde verò carceri inclusus, pane & aqua tantummodò aliquandiu vitam duxit, ita patienter & æquo animo, ut semper diceret se etiam peiora meritum, si digna pro peccatis pœna irrogaretur. Clerici autem, qui hominem secuti fuerant, partim in exilium, partim ad excidenda metalla deportati sunt. Verum postea rogantibus Romanis omnibus, qui iam sententiã mutauerant & instante Narlate, quem Iustinianus contra Gothos Romam miserat, Vigilius ac

exsu-

exsules omnes in patriam remittuntur. At verò, cum Syracusas in Siciliam peruenissent, Vigilius quem tot mala, tot curæ occidere non poterant, ex calculo moritur: eiusque corpus Romanam defertur, & apud sanctum Marcellum via Salaria sepelitur. Vixit autè in pontificatu cum Romæ, tum alibi annis decem & septem, menses sex & viginti. Vacat tum sedes eius morte mensibus tribus, diebus quinque.

ANNOTAT.

Huius Vigilij ingressus parum legitimus fuit, cum præter ecclesiasticas regulas prædecessore suo Siluerio viuente, & Pontificatus administratione submoto, per vim pontificatum Romanum occuparit. Et idcirco sextum schisma, quod Siluerij morte finitum est, notauit. Proculdubio Vigilius ambitionis spiritu diu laborauit. Nam paulò antè sub Bonifacio Papa II. se in Pontificatu coadiutorem creari procurauerat, & eare ille tunc ex animo succedente, aliquo tempore post, Siluerij locum inuasit. Quæ omnia illi Siluerius exsul in epistola quadam, quæ secundo conciliorum tomo excusa est, vehementer exprobrat. Author Bibliothecarius.

P. PELAGIUS I.



62. PONT.

Totila
Gothorum
rex.

PELAGIUS primus, patria Romanus, patre Ioanne Vicariano,

Eo tempore fuit, quo Totila Gothorum rex Taruisio mouit cum magno exercitu, Italiam inuadens ac dir piès, adeò v: propter sæuitiam & rabiem, flagellum Dei vocatus sit, perueniès deinde ad montem Cassinatem in Campaniam

iturus, gregarij militis habitu à Benedicto viro sanctissimo dignoscitur: & minis deterretur, ne tantoperè in Christianos sæuiat. Inde verò mouens, in Samnium proficiscitur, Beneuentū oppugnat, vrbis mœnia demolitur, Neapolim obsidet, Cūmas recipit, & magna benignitate ac modestia vsus, plerasque matronas Romanas ibi captas, Romam ad suos intactas remittit. Capta deinde Neapoli, atque occupata omni illa Italiæ parte, quæ ad Siciliam vergit, in Romanos mouet: quos quidem occupato prius portu, vnde subuehi comeatus poterant, tam acriter obsidione pressit, vt inopia rerum, humana quidam vescerentur carne. Tandem verò Totila per Ostiensem portam vi irrumpens, urbem capit, ac directam incendit. Sunt tamè qui scribant, ei in animo fuisse urbem seruire, misisseque noctu precones per urbem, qui militibus mandarent, vt vrbis parcerent. Hoc verò vbi Iustinianus comperit, Narsetem Eunuchum cum magno exercitu in Italiam properè mittit. Narsetes enim, vt nonnulli scribunt, primò quidem bibliopola fuit, hūc cum in cubiculum suum accepisset imperator, cognita hominis virtute, eum in ordinem patriciatus adsciuit. Pietatis enim, religionis, misericordiæ, munificentia, gratia postremò vnicum exemplar tum in omnibus erat. Is igitur acceptis etiam auxiliariibus copijs ab Alboino Longobardorum rege, Gotthos inuadit, obtruncat, persequitur. Nam & Totila apud Brixellum malè pugnans occiditur, & Theias in eius locum successus, non lōge à Nuceria fortiter pugnans; virtute Narsetis opprimitur. Atque ita secundo & septuagesimo anno posteaquam Theodoricus eorum rex primò Italiam ingressus est, Gotthorum nomen cū regno interiit. Iustinianus quoque non multò post quadragesimo imperij sui anno moritur, vir quidem memoria dignus, cum merito suo Alemannicus, Gotticus, VVandalicus, Persicus, Africanus, more veterum imperatorum appellari posset, licet aliorum opera & suo consilio hæc gesta sunt.

Narsetes
militum.

Alboinus.

Pelagius autem ecclesiam Dei in tantis perturbationibus non deferens, constituit, vt hæretici & schismatici coerceri etiam sæcularium manu possent, quando ad sanitatem rationibus non deducerentur. Hic autem accusatur, quod malorum Vigilij causa fuisset, cum Iustinianus eum Vigilio præferret, vidente populo & clero crucem tangens & euangelium, iureiurando suscepto, se à tanto crimine purgat. Inde Narsetes ad urbem veniens, supplicationes pro rebus bene ge-

negestis à sancto Pancratio vsque ad sanctum Petrum celebrat, vrbemque à Gothis liberatâ, quoad fieri potest, instaurat. Vnâ verò eum Pelagius instituit, ne vllus ambitione vel precio ad quosuis sacros ordines admittatur. Pelagius præterea Valentinum notarium suum, virum probatæ fidei & religionis, thesauris ecclesiæ præficiens, basilicam Apostolorum Iacobi & Philippi inchoat. Sunt qui scribant, Cassiodorû monachum virum doctissimum, vsque ad tempora Pelagij peruenisse, qui primum consul, inde senator factus, postremò monasticam vitam, spreto rebus omnibus, complexus est. Aiunt & Victorem Capuanum episcopum librum Phasellum composuisse, quo potissimum Dionysij abbatem Romanum in scitæ arguit, qui per aschalem calculum ineptè nimium composuisset. Ornauerunt etiam Pelagij tempora sanctitate & doctrina Sabinus Canusinus, Gregorius Lingonensis, Vedastus beati Remigij discipulus, & Attrebatum episcopus. Herculanius verò Perusinus antistes à Totila interemptus, in sanctos refertur. Pelagius autem vndecimo sui pontificatus anno, mense decimo, die octauo & vigesimo moritur, & in basilica Petri sepelitur: vbi ex sacris ordinibus bis mense Decembri habitis, presbyteros sex & viginti, diaconos vndecim, episcopos vndequadraginta creasset. Vacatum sedes mensibus tribus, diebus sex & viginti.

IOANNES III.



83. Pent.
Iustinus

IOANNES tertius, patre Anastasio ex illi. Istri genere orto, Iustiani temporibus fuit, qui

Iustiniario successit, cuius certè nulla in re dissimulatio no successit.

Auarus enim, improbus, rapax, deorum atque hominum contemptor habitus est. Hanc ob rem, cum totus auaritiæ & cupiditati inhæret, libidine hædum in insaniam vertitur, cuius vxor Sophia imperium vsque ad Tiberij secundi tempora gubernauit: hæc autem mulier instigantibus quibusdam delatoribus, qui narsetem oderat, hominem ab Italia ad se cum ignominia verborum reuocat, videlicet vt eunuchus ad lanam & pensa rediret. Ferè id iniquo animo, vt par erat. Narsetes respòdet se talem orsurum telam, quæ in execrabiles errores amulicis atque inimicis suis præstaret, quod etiam fecit. Alboinum namq; Longobardorum regem cum omnibus copijs è Pannonia in Italiam ad capeffandas sedes vberiores, quas in Pannonia occupauerant, litteris & nuncijs accersit. Obtemperans itaque Narsetis monitis Alboinus Italiam per Sytmium ingressus cum coniugibus & liberis, cumque exercitu lectissimo, primò quidem omnem Venetiam occupat, inde Insubriam ingressus Mediolanum vi capit ac diripit. Papiam triennio oblessam, in potestatem suam tandem redigit. Hac autem victoria lætus Alboinus, Veronam se contulit, quam regni totius sedem constituerat. Vbi verò conuiuio exhilaratus, Rosimundam vxorem ea patera bibere compellit, quam ex patris ipsius mulieris capite à se occisi, in poculum redegerat. Erat autem in exercitu Alboini Helmechidis Longobardus adolescens forma insignis, & nobilitate atque armis præstantissimus, cuius consuetudine Rosimunda quidem delectabatur: quemque in cubiculum secretò ducens, propolita regni spe, Alboinum obruncare compulit. Verùm cum aduersantibus Longobardis de spe regni decidissent, ambo ad Longinum qui tum Rauenaræ præerat, confugere. Nec ita multo post, seipsos inuicè veneno petentes, diem extremum claudunt. Multas clades tum passa Italia est, irumpentibus in prouinciam barbaris, quas quidem portendere prodigia illa tempestate vita, & igneæ acies in cælo apparentes: ita etiam in immensum Tiberis creuit, vt inundatione sua populo Romano magnas calamitates intulerit.

Interim verò Ioannes pontifex & sanctorum cœmeteria restituit, & Iacobi ac Philippi ecclesiam à Vigilio inchoatam perfecit: & Narsetem Romanis non dissimulantur iratum, quod de se malè opinarentur, idque ad Sophiam scripsissent, e Ne-

Neapoli ad urbem ducit: vbi haud ita multo post Narfes moritur, cuius corpus loculis impositum, Constantinopolim deferitur. Actum tum demum de nomine Italico putassẽ in tanta rerum perturbatione, nisi sanctissimi viri perituræ provincie succurrissent. Nam & Paulus patriarcha Aquileiensis, & Felix episcopus Taruisinus, Alboinum vbi Italiam attigit, mitiorẽ ciuibus suis & provincie reddidẽ. Et Fortunatus vir singularis litteraturæ & eloquentiæ Gallos ad mitiorem cultum redegit scriptis & exemplo. Ad Sigebertum enim eorum regem, libellum de gubernando perscripsit, ac beati Martini vitam eleganter composuit. Sunt qui scribant, Germanum Parisiensem episcopum, virum quidem sanctissimum, hoc tempore fuisse, qui Franciæ Reges semper in officio continuit, & aded quidem, vt inter se certatum religione, pietate, gratia, humanitate sit. Nil enim in Germano cernebant, quod ipsi non imitarentur, tantum valent boni pastoris exempla. Ioannis autem, cuius temporibus Armenij fidem Christi recepẽ, moritur, ac in basilica Petri sepelitur pontificatus sui anno duodecimo, mense vndecimo, die sexto & vigesimo. Vacatum sedes eius morte mensibus decem, diebus tribus.

BENEDICTVS I.



BENEDICTVS patria Romanus, patre Bonifacio, Tiberij secundi temporibus fuit.

Qem quidem Iustinus per adoptionem in filium & regni heredem susceperat, ac meritò

certè, cum in homine ea ornamenta essent, quæ in optimo principe requiruntur, clementia, iustitia pietas, religio sapientia, cõstantia & perpetua fortitudo. Verum inter alias eius virtutes benignus & liberalis in omnes, potissimum verò erga pauperes habitus est, & ob eam rem dominus largas opes ei ministravit. Nam dum semel per ades suas contentius inambularet, cerneretque in pauimento marmoream crucem, eam religionis causa, ne pedibus conculcetur, auferri iussit, meliori que loco atque honestiore reponi. Post hanc verò vna atque altera inuenta est: sub qua tantam vim auri & argenti reperit, quantam hominis beneficentia requirebat: cuius quidem magnam partem pauperibus erogauit. Ferunt etiam Narsetis thesauros ad eum ex Italia delatos fuisse, quibus confatis ad munificentiam & liberalitatem vsus est. Ad Sigebertum nanque Francorum regem, qui se per legatos inuiserat, cum reliquis muneribus, quæ magna fuẽre, aureos etiam quinquaginta singularum librarum misit: quorum pars vna imagine principis signata erat his litteris, Tiberij Constantini perpetui Augusti. Altera verò pars quadrigam continebat cum ascensore: atque his litteris, Romanorum Gloria. Et ne quid ad integram eius felicitatem deesset, exercitus, quẽ in Persas miserat, victor rediens, tantam prædam cum elephantis viginti auexit, quantam nullus vnquam antea. Hoc requirebant eius merita erga genus humanum: hoc religio in Deum Salvatore nostru: hoc postremo eius beneficentia erga populum Romanu, quem & armis, quoad fieri potuit, ab hostibus tutatus est: & immisso ex Aegypto frumento, à fauissima fame liberauit, interuenientibus Benedicti precibus, quem Tiberius mirum in modu dilexit & obseruauit. Adeo enim Longobardi longè & latè Italiam vexauerunt diutino bello, vt ex illa vastatione rerum omnium caritas & inopia oriretur. Dum hæc in Italia agerentur, Ioannes Constantinopolitana vrbis episcopus, orientale ecclesiã quoad fieri potuit in fide continuit, legendo, disputando, scribendo monendo, docẽdo, licet multos aduersarios habuerit. Idem quoque fecit Leander Toletanus, *Leander* vel (vt quidã volunt) Hispanensis episcopus, in *Toletano* quo doctrina & eloquentia pari lance certabat. Multa enim cõposuit, tũ ad cõfirmationem nostri dogmatis tũ ad confutationẽ Arianae perniciæ, quæ tanquã terribilissimã labẽ Vvadali ex Africa in Hispaniam à Belisario pulsã, secũ detulerant. Benedictus autẽ (vt quidẽ scribunt) solitudine

Paulus
Patriar-
cha

Pastoris
boni ex-
empla

84. Pont.

dine & dolore, quem in calamitatibus vrbs Romæ & prouinciæ Italiæ conceperat, moritur quarto pontificatus sui anno, mense vno, & diebus octo & viginti. Vacat tum sedes mensibus duobus & diebus decem.

PELAGIVS II.



56. Pont.

PELAGIVS secundus, patria Romanus, patre Vnigildo, à Tiberio ad imperatorem Mauricium Tiberij generum peruenit.

Huic enim etsi Cappadox erat, imperium tamen ob virtutem & strenuitatem in rebus agendis commissum est. At verò Longobardi, cum post mortem Alboini viginti annis sub ducibus fuissent, Autharim regem sibi creant, quem & Flauium appellarunt: quo quidè cognomèto oēs Longobardorū reges deinceps vsi sūt: Mauricius autè pellere Italia Longobardos conatus, Sigibertum Francorū regem mercede ad id bellum sollicitat, qui statim comparato Gallorum & Germanorum magno exercitu, cum Authari decertans, magno accepto incommodo superatur. Hac autem elati victoria Longobardi, vsque ad fretum Siculum peruenere, vrbes Italiæ in potestatem suam redigentes, quò minus verò vrbe Roma diu obsessa potirentur, fecere imbres, & quidem frequentes: quibus hostes à mœnibus propelluntur. Tanta enim tum aquaram inundatio fuit, vt Noë diluuium renouatum crederetur.

Hæc autem vna fuit caussa, quare Pelagius iniussu principis tum pontifex creatus sit, cum extra obsessam ab hoste vrbe mitti quispiam nō posset. Nil enim tum à clero in eligendo pontifice actum erat, nisi eius electionem imperator

approbasset. Missus itaque Constantinopolim ad placandum imperatorem Gregorius diaconus vir optimus atque doctissimus, vbi ex sententia pontificis omnia peregrisset, nequaquam otio & ingenio suo abusus, & libros moralium in Iob composuit, & Eutygium quendam Constantinopolitanæ vrbs episcopum, ita præsentate Augusto disputationibus conuicit, vt omnia, quæ in libro suo de resurrectione cōscripserat, retractare coactus sit. Dicebat enim corpus nostrum in illa resurrectionis gloria vento aëreque subtilius futurum, & ob eam rem tangi nō posse. Quod contra illud dominicum est, Palpate & videre; quia spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videris habere. Pelagius autem vbi Gregorium rogatu populi Romani ad vrbe reuocasset, & domum paternā in xenodochion pauperum tenum redegisset, Hermetisque martyris cœmeterium ac basilicam Laurentij martyris à fundamentis extruxisset, pestilentia moritur: quæ tum maximè Europam omnem vexabat, anno pontificatus sui x. mense secundo, die decimo. Sepultus est autem in ecclesia beati Petri in Vaticano. Vacat tum sedes mensibus sex diebus octo & viginti.

Luce 24.

ANNOTAT.

In eo, quod Platina scribit, Pelagium Pontificem iniussu Principis creatum, nihilq̄ tum à clero in eligendo pontifice actum esse, nisi eius electionem imperator approbasset, non ita curatè rem hanc attigisse visus est, quæ sic habet. Gotthis Italia omni per Narsen patricium pulsus, eaq̄, cum vrbe Roma orientalis imperij parte facta: sub Iustiniano imperatore, ex auctoritate Papa Vigilij nouus quidam in comitijs Pontificijs mos inoleuit. Is fuit, vt mortuo Papa, noua quidem electio more maiorum statim à clero S.P.Q.R. fieret, verum electus Romanus Pontif. non ante consecrari, atq̄, ab Episcopis ordinari posset, quàm eius electio ab imperatore Constantinopolitano confirmata esset, ipseq̄, literis suis patentibus licentiam electo Pontifici concederet, vt ordinari & consecrari posset, atq̄, ita iurisdictionem pontificatus tum obtineret. Pro qua licentia consequenda electio necesse erat certam pecunia quantitatem imperatori transmittere. Quæ venia obtenta, ipse postea consecratur, & Romanum administrabat Pontificatum. Antè enim idè dies comitiarum, & consecrationis Pontificijs renuntiati erant. Hoc autem idè Iustinianum imperatorem, vel ex eius auctoritate Vigilium Papam iusti-

Mauricius
Tiberij
gener.

quædam
indatio.

instituisse credendum est, ut imperator certus esset de conditionibus noui Pontificis, cuius tum maxima esse auctoritas cœperat, imperatoribus præsertim Italia absentibus, ne aliquo pontifice factioso, vel imperatoris hoste ordinato, Vrbs & Italia eo auctore ab orientali imperio deficeret, sequē sinitimis barbaris trāderet, quod Siluerum Papam aliquando quesuisse sibi persuadebat. Qua ratione fiebat, ut in nouis comitijs eum potissimum Romanum Pontificem crearent, quem imperatori, à quo confirmandus erat, amicū esse scirent, & de quo ille consideret, nihil in Italia contra imperium moliturum, barbaris præsertim Longobardis, eam pauld post vexantibus. Perdurauit hæc consuetudo vsque ad Benedictum I I. cuius sanctitate permotus Constantinus imperator Heraclij pronepos edicto suo iussit, ut deinceps quem clerus S. P. Q. R. Pontificem summum delegissent, is nulla amplius imperatoris confirmatione expectata, more vetustissimo, statim ab episcopis ordinaretur. Rursus Hadrianus primus hoc ius, & pauld amplius Carolo magno Francorum Regi, & eius successoribus Regibus Francorum, primum, deinde Imperatoribus Romanorum concessit: quod successoribus eius ab Hadriano III. ereptum Othoni primo Germanorum Regi, & Romano Imperatori restituit Leo V III. Id postremū Gregorius V II. Henrico I III. ademptum Cardinalibus, & clero S. P. Q. R. primum, deinde alijs Pontifices, qui secuti sunt, Cardinalibus tantum permisere, quod ad nostra vsque sæcula perdurat. Ex epistola S. Gregorij I III. libri primi, Anastasio Bibliothecano in vitis Pelagij I I. Vitelliani, Agathonis, & Benedicti I I. Romanorum Pontificum. Item post Carolum magnum, Gregorij I III. Sergij II. Leonis I III. Benedicti II. Romanorum pontificum. Item post Carolum magnum, Gregorij IV. Sergij II. Leonis IV. Benedicti III. & Nicolai. Abbate Vrspergensis ex Ademaro monacho S. Germani in eorundem Pontificū enarrationibus. Registro Gregorij Papæ VII. Sigeberto in Chronico. Guilielmo Tyrio lib. 1. cap. 13. de bello sacro. Gratiano in decretis distinctione lxxij. Concilij Lateranensis sub Alexandro III.

Papa celebrati actis, & alijs vetustis

S. R. E. monumentis.

GREGORIVS I.



GREGORIVS patria Romanus, patre Gordiano, viro senatorio, vno omnium consensu inuitus etiam pontifex creatur, anno Domini DCX. Monachus namque erat, ac Leuita. Is autem, cum principis consensus requireretur, ut antea dixi, nuntios cum litteris miserat, qui Mauritium obsecrarent, ne pateretur electionem cleri & populi Romani in re valere. Interceptæ sunt literæ à præfecto vrbs. ac discerpæ, scriptæque aliæ, quibus rogabatur, ut quem populus ac clerus in pontificem legisset, eundem imperator confirmaret, quo nihil ei nunciari iucundius ac gratius potuit, cum secum familiariter, dum Constantinopoli erat, Gregorius vixisset, filiumque eius è fonte baptismatis leuasset. Remittit itaque Mauritius nuntios, ac quidem properè, qui Gregorium confirmarent, cogerentque hominem sanctissimum pontificatus gubernacula in tanta perturbatione rerum suscipere. Is itaque non sibi ipsi, sed vtilitati hominum, ac honori diuino consulens, quem certè ob religionem & pietatem rebus omnibus semper ante tulerat, spretis opibus, posthabitis voluptatibus atque omni ambitione, & potentia gubernacula reipublicæ Christianæ suscipiens, ita vixit, ut vsque ad tempora nostra neminem ex successoribus parem habuerit, nedum superiorem vel sanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina & scriptis. Nam & librum de sacramentis composuit, & Antiphonarium tam diurnum quam nocturnum, & commentarios in Ezechielem, & quadraginta homelias in eu-

66. Poet.

ange-

angelia, in Iob quoque (vt dixi) allegoricè ad mores, & historiam respiciens, eleganter scripsit. Edidit & libros quattuor in dialogo: & librum, quem Pastoralem appellauit, ad Ioannem Episcopum Rauennatem de ratione gubernandæ ecclesiæ. Instituit præterea, ne quid ornatus & concentus inter sacrificandum deesset, vt antiphonæ canerentur: hæ vulgò Introitus vocantur. Eius quoque inuentum est, vt nouies Kyrie eleyson caneretur, & Halleluia, interpositis Septuagesimæ diebus vsque ad Pascha. Cantatur etiam post Euangelium, post communionem suo mandato. Idem quoque in canonem redegit, Diesque nostros in tua pace disponas. Præterea verò supplicationes maiores, quas Græci litanias vocant, primus instituit. Stationum quoque magnam partem, maximè autem, quæ in basilica Petri habentur, de natali IESU CHRISTI, in epiphania, in dominica passionis, in albis pasche, in ascensione, in pentecoste, in natalibus apostolorum, in tertia dominica aduentus, in dedicatione eiusdem basilicæ, die festo sancti Andree, in cathedra Petri: dum maior Litaniam fit in sabato quattuor temporum. Quid plura de hoc sanctissimo viro commemorem? cum omnis institutio ecclesiastici officij, veteris præsertim, ab eo sit inuenta & approbata: quem quidem ordinem vtinam sequeremur. Non abhorrent hodie à lectione officij viri docti, quem admodum faciunt propter barbariem, nescio quam illi latinitati & compositioni additam. Ne verò vlla in re vir sanctissimus ecclesiæ deesset, synodum habuit apud sanctum Petrum, quattuor & viginti episcoporum, qua certè multa sustulit, quæ nocitura; multa etiam addidit, quæ profutura fidei nostræ videbantur. Misit & viros optimos in Britanniam, Augustinum, Melitum, & Ioannem, cumque his monachos quosdam probatissimæ vitæ: quorum monitis & prædicationibus fidei nostræ dogma Angli tum primum integrè receperunt. Redière etiam Gotthi Gregorij opera ad vniõnem catholicæ fidei. Sunt præterea qui scribant, Gregorium Dialogum suum de moribus ad Theudelindam Longobardorum reginam misisse, cuius lectione præferocem & indomitum viri sui Autharis animum, ad religionem & mitiorem cultum redigeret. Erat enim matrona insignis, & fidei Christianæ studiosissima. Nam & basilicam beati Ioannis Baptistæ Modoëtiæ adificauit, quod oppidum decem millibus passuum à Mediolano distat, & ean-

dem ecclesiam prædijs ac vasis aureis ornauit.

Ferunt eo tempore, quo Hermichildus à patre Leuigildo Gotthorum rege interfectus est, quòd fidem Catholicam confiteretur, IESU CHRISTI tunicam, quæ sorte vni militum obtigerat, inuentam esse apud urbem Zaphar in arca marmorea eo loci repositam, Thomæ Hierosolymitani Episcopi, & Ioannis Constantinopolitani, ac Gregorij Antiocheni tempore. Interea verò Mauritius, superatis in Etruria & Campania, Exarcho Romano duce, Longobardis, in omnia vitia & omnem arrogantiam prolapsis, legem tulit, vt qui Romanæ militiæ adscriptus esset, nisi finita militia, aut mancus, & debilis ex vulnerè factus, Deo militare non posset. Hanc ob rem motus Gregorius, hominem admonet, ne eius religionem impugnet, cuius benignitate ex infima sorte hominum, ad summum gradum dignitatis peruenerat. Præterea verò cum Ioannes Constantinopolitanus, episcopus habita Græcorum synodo, seipsum œcumenicum, id est, vniuersalem patriarcham creasset, monuissetque Gregoriū Mauritium, vt Ioanni obtemperaret, respondit homo constantis ingenij & fidei, potestatem ligandi & soluendi Petro traditam, eiusque successoribus, non Episcopis Constantinopolitanis: proinde desineret iram Dei in se concitare, dum seditiones studiosè nimium in eius ecclesia ferit. Nequaquam verò his malis contentus Mauritius, reuocatis militibus suis, qui in Italia erant, Longobardos adhortatur, vt spreto fœderibus iam istis, Romanos adoriantur: quare Agilulphus & Cisalpina mouens, vastatis longè ac latè Etruriæ agris, qua iter faciebat, urbem Romam magnis illatis calamitatibus integrum annum obsedit: quo quidem tempore Seuerus Aquileiensis Episcopus in hæresim prolapsus est, quæ multorum malorum seminarium fuit. Nam Seuero mortuo Aquileiensis Ecclesia bîsariam diuisa est, cum Agilulphus Longobardorum rex, Ioannem Aquileiensem, Gregorium Candianum Gradensem Foroiulianis Episcopos præfecissent. Agilulphus verò, omiſsa spe potiunde vr̄bis, obsidionem soluens, Mediolanum redijt. At Mauritius non spontè, sed coactè poenitentia ductus, cum Gregorio mitius agere coepit, quòd intellexerat quendam monachi habitu indutum, strictum gladiū in manu tenentem, in foro Constantinopolitano clamasse, imperatorem breui glad.º moriturum: hoc idem eius somnium confirmauit, quo

Seuerus
Aquileien-
sis.

Angli &
Gotthi re-
ceperunt
fidem.

quo se, uxorem ac liberos cædi videbat. Interim verò milites stipendijs suis defraudati, Phocam centurionem imperatorem creant, & Mauritium obruncant vndeigesimo imperij sui anno. At Gregorius exornatis quibuscumque rebus potuit basilicis Romanis, dedicataque Gothorum ecclesia, quæ in Sabura est Agathæ martyris nomine Fl. Ricimeris viri consularis opus (vt litteræ musicæ indicant) paternam domum in Clivo Scauri positam non longè à Circo maximo, in monasterium redegit, quo in loco & hospites continuè accipiebat, & pauperes vndique consuetis, cibo & potu in vita retinebat. Vir certè omni laude dignus, si vitam, si mores, si doctrinam, si solertiam in rebus tum diuinis, tum humanis inspicias. Neque est, cur patiamur Gregorium hac in re à quibusdam litterarum ignaris potissimum carpi, quòd suo mandato veterum ædificia sint diruta, ne peregrini & aduenæ (vt ipsi fingunt) ad urbem religionis causa venientes, posthabitæ locis sacris, arcus triumphales & monumenta veterum cum admiratione inspicerent. Absit hæc calumnia à tanto pontifice Romano, præsertim cui certè, post Deum patria, quàm vita, charior fuit. Multa profectò ex collapsis ædificijs exedit vetustas. Multa præterea demoliuntur homines ædificandi gratia, vt quotidie cernimus. Impasta illa foramina, quæ tum in concauo fornicum, tum in coniecturis marmorum quadratorumve lapidum videntur, non minus à Romanis quàm à barbaris auellendi æris causa crediderim. In fornicibus enim, quò leuior esset moles, ollas cum numismatibus collocabant. Lapidem verò quadratos æneis clavis firmabant. Factum id quoque à Romanis, dixi, si Epirotæ, Dalmatæ, Pannonij, & sex totius orbis terrarum huc missa, Romani appellari possunt. Gregorius autem confirmata omni ratione ecclesia Dei, anno XIII. mense sexto, die decimo, pontificatus sui moritur: Phocæ verò imperatoris anno secundo, sepeliturque collacrymantibus omnibus in basilica Petri ante secretarium, quarto Idus Martij. Eius verò in morte mensibus quinque, diebus decem & nouem, sedes Romana tum vacat.

ANNOTAT.

Multa de hoc Pontifice dicenda essent, à Platina vel omissa, vel leuiter tacta, quæ ego in meis Romanorum Pontificum vitis accuratè & copiosè describam, pura de stationibus, ritibus ecclesiasti-

cis, cantoribus, septem Romana ecclesia officijs, videlicet primicerio, secundicerio, arcario, sacellario, administratore, primicerio defensorum, & protoscriuario cum xij. scriuarijs, & alijs multis. Illud tantum de eius sepulchro dicam: Quod moriens in extrema porticu ante basilicam S. Petri apostoli, propè secretarium, quod nunc dicitur, sancta Maria de Febre (vbi etiam sepulti fuerunt Leo, Simplicius, Gelasius, Symmachus, & aliquot alij Romani pontifices) conditus est, vt libro quarto eius vitæ tradit Ioannes Diaconus, cuius corpus postea Gregorius IIII. intra basilicam transfudit, & sub B. Andrea Apostoli altare collocavit. Priori eius tumulo hoc epitaphium positum fuit:

*Suscipe terræ tuo corpus de corpore sumptum
Reddere, quod valeas viuificante Deo.
Spiritus astræ petit, lethi nil diræ nocebunt,
Cui vitæ alterius mors magis illa via est.
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,
Qui innumeris vixit semper vbiq; bonis.
Esuriem dapibus superauit, frigora veste,
Atque animas monitis textit ab hoste sacris.
Implebatq; actus, quidquid sermone docebat,
Esset vt exemplum, mystica verba loquens.
Anglos ad CHRISTVM vertit pietate magistra,
Acquirens fidei agmina gente noua.
Hic labor, hoc studium, hac tibi cura, hoc pastor agebat,
Vt Domino offerres plurima lucra gregis.
Hisq; Dei consul factus letare triumphis,
Nam mercedem operum iam sine fine tenes.*

SEdit BEATAE MEMORIAE
SANCTISSIMVS GREGORI-
VS PAPA ANNOS XIII. MEN-
SES VI. DIES VIII. OBIIT XIII.
IDVS MARTII. INDICTIONE
VII. ANNO DOMINICAE NA-
TIVITATIS DCIIII.



SABINIANVS I.



67. Pont.

SABINIANVS, cuius patria ignoratur, ac meritò quidem, Gregorio successit. Homo enim obscuro loco natus, obscurior moribus, rebus gestis Gregorij viri sanctissimi aduersatus est. Nam cum suo pontificatu fame laboraretur, instarentque pauperes, vt pietatem Gregorij elemosynis imitaretur, nil aliud respondebat, quam Gregorium popularem famam aucupantem, patrimonium ecclesie, largitionibus dissipasse. Paululum etiam abfuit, quin libri eius comburentur, adeò in Gregorium ira, & inuidia exarserat homo maleolus. Sunt qui scribant, Sabinianum instigantibus quibusdam Romanis, hoc in Gregorium molitum esse, quòd veterum statuas in tota vrbe dum viueret, & obtruncauerit, & disiecerit; quòd quidem ita à vero dissonum est, vt illud, quòd de abolendis ædificijs maiorum, in vita eius diximus. Iacent statuarum tum propter vetustatem collapsæ, tum etiam quia basibus sublatis, vel æris, vel etiam marmorum causa, stare tantæ moles non poterant. Quòd autem capitibus careant, mirum nequaquam videri debet, cum ipsius statuarum casu ea pars vtpote fragilior, & accipiendam læsionem paratior, potissimum frangatur. Sed quid ego has coniecturas quæro? Videmus statuas excisis capitibus, non diffractis iacere, quia facilius est, ca-

put statuarum, quàm totum corpus deferri: quòd hodiè quoque fit ab his præsertim, qui antiquitatis studiosi sunt. Non est igitur, cur tantum facinus Gregorio obijciatur. Ad Sabinianum redeo, cuius hoc fuisse institutum ferunt, vt & horarum in ecclesijs distinguerentur officij gratia, & accensæ lampades continuò retinerentur, potissimum verò in ecclesia beati Petri.

Sunt qui scribant, Phoca annuente, pacem cum Longobardis istam, reddita Agilulpho eorum regi filia, quæ in bello capta fuerat. Tanta verò hoc tempore apparuerunt prodigia, quanta nunquam antea, quibus certè futuræ calamitates portendebantur. Nam & cometes visus est perlucidus, & Bizantij puer quadrupes nascitur. Et apud Delon insulam, duo marina monstra omninò humanam speciem habentia, visa sunt. Sirenes fortasse fuere Acheloi filiarum, vt aiunt Poetarum: quòd si ita fuisset, nequaquam pro monstro habenda erant, cum elementum aquarum, animalia terrestribus similia, in omni specie producat. Sunt qui scribant, tempore Sabiniani & Ioannem patriarcham Alexandrinum-virum pietate & doctrina insignem, & Latinianum episcopum Carthaginensem Ioanni nequaquam dissimilem, dignitatem vtriusque ecclesie mirum in modum auxisse. Seuerus quoque Latiniani familiaris, vir doctissimus, multa tum in Vincentium Cæsaraugustanum Episcopum scripsit, qui in Arianum dogma declinauerat. Idem quoque de virginitate librum ad sororem scripsit, quem aureolum appellauit.

At Sabinianus cum annum vnum, menses quinque, dies nouem, in pontificatu sedisset, moritur, funusque eius à sancto Ioanne per portam Asinariam & pontem Miluium ad basilicam Petri defertur. Vacat sedes eius morte, menses vndecim, dies 26.

(::)



BONIFACIUS III.



68. Pont.
Phoca
imperat.

BONIFACIUS tertius, patria Romanus, à Phoca imperatore obtinuit, magna tamen contentione, vt sedes beati Petri Apostoli quæ caput est omnium ecclesiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus: quem quidem locum Ecclesia Constantinopolitana sibi vindicare conabatur, fauentibus interdum malis principibus, affirmantibusque eo loci primam sedem esse debere, vbi imperij caput esset. Affirmabant Romani Pontifices urbem Romam, vnde Constantinopolim Colonia deducta est, caput imperij meritò habendam esse, cum etiam Græci ipsi litteris suis Principem suum, τῶν βασιλευσιν αυτοκράτορα, id est, Romanorum imperatorem vocent, ipsique Constantinopolitani etiam ætate nostra βασιλεῖς, non Græci vocentur. Omitto, quòd Petrus Apostolorum princeps successoribus suis pontificibus Romanis, regni cælorum clauis dederit, potestatemque à Deo sibi concessam reliquerit, non Constantinopoli, sed Romæ.

Illud tantum dico, multos Principes, maxime verò Constantinum comparandæ synodi, ac dissoluendæ, confutandi vel confirmandi ea, quæ in synodis decreta erant, Romanæ sedis tantummodò concessisse.

Meritò igitur sedes Romana cæteris antefertur, cuius integritate, & constantia cunctæ hæreses confutatae sunt & explosæ. Idem quoque Bonifacius instituit, habita synodo Episcoporum duorum & LXX. presbyterorum XXX. diaconorum triù, ne quis sub anathematis culpa in locum demortui pontificis aut Episcopi

subrogaretur, nisi tertia saltem post obitum eius die: vtque anathematizarentur, qui largitione, & gratia ad pontificatum, vel Episcopatum aditum sibi quaerent. Voluit item electionem Episcopi à clero pariter, & populo fieri, eamque ita raram fore, si à principe ciuitatis approbata esset: & si summus Pontifex denique his verbis auctoritatem suam interposuisset, Volumus & iubemus: sancta quippè institutio, & per necessaria nostris præsertim temporibus, quibus in peius omnia dilabuntur. Est enim simile veri, clerum & populum, ac principem ciuitatis, si libera suffragia sunt, non alium electurus, quam qui meritò possit, & debeat alijs præesse, quòd est Episcopi proprium, vt vocabuli etymologiam, huic rei accommodatam repetamus. Licet reuera (pace bonorum dicam) multi Episcopatum desiderent explendæ auaritiæ, & libidinis suæ causâ, non quo communi utilitati, vt eorum exposcit officium & nomen, consulant. Quæritur enim, quantum reddat Episcopatus, non quot oves pascuæ in eo sint, sed de his satis. Ad Bonifacium redeo, cuius cum vita, vt video, etiam decreta extincta sunt, pontificatus sui mense nono, Sepultus est autem in basilica Petri. Vacat tum sedes mense vno, diebus sex.

ANNOTAT.

Vetustissima patriarchalium sedium privilegia in concilio etiam Nicæno canone 6. approbata fuisse, vt Romana sedes primum locum, secundum Alexandrinam, & tertium Antiochena, obtinerent. Nam Hierosolymitana longo tempore post inter patriarchales ecclesias connumerata est. Constantinopoli verò condita in concilio generali secundo in ea vrbe sub seniore Theodosio congregato, decretum est, vt Constantinopolitana sedes secundum post Romanam locum, & ante Alexandrinam obtineret, quòd Constantinopolis esset noua Roma. Ita eiusdem concilij vulgatus canon 3. & Socrates historia ecclesiastica libro 5. cap. 8. Quem tamen canonem suppositiuum esse, & à Græcis fictum fuisse apertè in Concilio Chalcedonensi proclamauerunt legati Leonis papa, & S. R. E. qui in Concilio Papa nomine præsidebant. Vt ex eiusdem synodi actione 16. liquet. Nam cum eius canonis occasione Concilium Chalcedonense prærogatiuum supra omnes Ecclesias post Romanam tamen, sedi Constantinopolitana deinde tribuissent, repugnarunt eidem le-

gati, affirmantes nihil tale unquam ei Ecclesia ante id tempus fuisse concessum, & decretum illud, quod ceterarum Ecclesiarum dignitatem tolleret, iniquum esse. Vt cunque autem sit, illud satis constat, quod Episcopi Constantinopolitani ambitione, & Regia vrbis magnificentia, splendoreque elati, non solum super ceteras sedes locum sibi vendicasse contenti, maiora etiam ausi, sub Leone Papa, vnus eorum Anatholius ceterarum sedium priuilegia, & eorundem Episcoporum consecrationem ad se vnum reuocare, eosque in ordinem cogere, & sibi subdere conatus, acerrimum oppugnatorem habuit Leonem Papam. Is enim scribens ad ipsum Anatholium Epistola 51. Post illa (inquit) ordinationis tuae non culpata principia, post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, vt sacratissimas Nicanorum canonum constitutiones conararis infringere, tanquam oportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdidit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit, vt


HIS LOCIS IVRITVO SVBDITIS
omnes Metropolitanis Episcopi proprio honore priuentur. De eadem re Martiano imperatore, & Pulcheria Augusta scripsit epist. 52. & 53. eius Registri. Cuius postremo industria res turbata, composita sunt. Ceterum aliquo tempore post sub Pelagio II. Iohannes, & qui ei successit Cyrillus patriarcha Constantinopolitani, longa maiora moliti, & aduersus ipsam sanctam sedem Apostolicam insurgere ausi. Vniuersalis sibi Episcopi nomine, & primum in ecclesia locum, in prauidicium non solum omnium ecclesiarum, sed etiam Romanae assumere conati, Gregorium papam eorum superbia resistentem habuere. Cuius in Registro suo de hac controuersia aliquot graues epistolae extant, vt libr. 4. epist. 76. 78. & 80. 82. & libr. 6. epist. 168. 169. 170. Et cum res Maurity inertia sub Gregorio transigi non posset, eo mortuo sub Bonifacio III. ab imperatore Phocita constituta est, vt Romanus pontifex, iuxta Apostolica dogmata, & vetustissimam sanctorum patrum traditionem, primum omnium locum in Catholica Ecclesia retineret, secundum vero Constantinopolitanus antistes. Ita Beda in libr. de temporum ratione: & Paulus Diaconus historia Longobardica libr. 4. cap.

21. & libr. 18. historia Romana Eutropie adiuncta. Processu temporis, & praesertim post Photium patriarcham Constantinopolitanum vtraque parte conueniente illud vsurari captum, vt ambo Episcopi, Romanus scilicet & Constantinopolitanus Oecumenici, id est, vniuersales appellarentur, hic quidem vniuersalis patriarcha, non quod sibi vni aliorum iura vendicaret, sed quod d' is dignior esset, primumque post papam locum haberet: ille vero vniuersalis papa. Additumque, vt Papa nomen, quod omnium vocabulorum Episcopaliū excellentius esse statutum est, solus Romanus pontifex, cum ante omnibus commune esset Episcopis, retineret: quo vno, & illi tantum particulari nomine, potestatis, eius dignitas, & supra ceteras Ecclesias vetus prerogatiua designaretur: ceteri vero quattuor Episcopi praecipuarum sedium, videlicet Constantinopolis, Alexandria, Antiochia, & Hierusalem patriarcha vocarentur. Ex his porro Episcopus Constantinopolitanus Oecumenici nomen, quod initio vsurpauerat, etiam continuauit, & praesertim post Photium, atque ita scribere solitus est: N. miseratione diuina Archiepiscopus noua Roma Constantinopolis, & Oecumenicus patriarcha. Episcopus vero Romanus superbi nominis ambizioso titulo semper abstinuit, neque alio quam humillimo nomine, videlicet N. Episcopus, seruus seruorum Dei, vel Catholica Ecclesia Episcopus se appellauit. In publicis tamen acclamationibus, quae in missarum solennijs, & celebratione conciliorum fieri solebant, hunc titulum sibi ab alijs attribui agra permisit, sic: D. N. N. vniuersali Papa vita, &c. Atque hic fuit latus sinus inter duos summos Christiani orbis Episcopos.

Quam rem ego ex historiis vtrumque Graecarum, tum Latinarum varia lectione obseruaui. Sed haec

libo abundantius.

(. . .)



BONIFACIVS IV.



69. Pont.
Maria ro-
gunda.

BONIFACIVS quartus, natione Marfus, patria Valerientis, patre Ioanne-medico, templum sanctæ rotundæ, quod veteres Pantheon quia Cybeli, & omnibus dijs commune esset, à Phoca imperatore obtinuit, consecrauitque quarto Idus Maij in honorem beate Virginis, omniumq; martyrum, eiectis prius gentium simulachris, iustratoque templo. Unde postea Virgo ad martyrum appellata est.

Hoc eodem tempore Persæ, Rege Chosdroe in Romanas prouincias irruptente, superato Phocæ exercitu, Hierosolymam occupât. Tempia Christianorum profanant & diripiunt. Lignum dominicæ crucis inde auferunt. Zachariam virum sanctissimum eiusdem ciuitatis patriarcham, in captiuitatem abducunt. Hanc ob rem ab omnibus, potissimû verò à senatu spreus Phocas, ab Heraclio copiarum Africæ prouinciæ duce imperio, ac vita priuatur. Cacanûs verò Auarorum rex, per Pannoniam & Illyricum in Italiam irruptens, Longobardorû reges ita superat, vt paulum abfuerit, quin prouinciam ipsam caperet, ita tamen Forumiulij prodicione Romildæ eius amore captæ diripuit, vt vix ipsius prouinciæ cernerentur vestigia. Dum hæc agerentur in Italia, Ioannes Gerundenfis episcopus religionem Christi prædicatione & scriptis vbique tuebatur. Hic enim genere Gotthus, in Lusitania natus, vbi sapere aliquid per etatem cœpisset, Constantinopolim proficiscens, ita Græcè & Latinè doctus inde discessit, vt in Lusitaniam rediens Arianam hæresim, quæ tum inualuerat, facillimè confutaret, hanc ob rem Barchinonam ab hæreticis

Ioan. Ge-
rundēsis.

relegatur. Verùm postea mortuo Lemungildo rege, qui hæreticis fauebat, in patriam rediens, & multa scripsit ad doctrinam nostram pertinentia, & monasterium condidit, rationemque viuendi monachis conscripsit. Eutropius quoque Valentinus Episcopus Hispanos doctrina & exemplo in fide continuit. Præterea verò Columbanus abbas vir sanctissimus, genere Gotthus, vt quidem affirmant, ex Scotia in Burgundiam primò veniens, Lexouienſe monasterium egregium id quidem extruxit: inde in Italiam abiens, apud Bobium in Apennino aliud monasterium amplum sanè ædificat inter Hæruscos, Ligures & Insubres.

His autem hac in re nequaquam cedens Bonifacius pontifex, domum paternam in monasterium redigit, fundosque suos monasterio ascribit in monachorum vsum. Verùm non ita multò post diem extremum obiens, sexto pontificatus sui anno, mense octauo, die x i i i. quo quidem tempore, peste, fame, & inundatione aquarum laboratum est, sepelitur in basilica Petri. Vacat tum sedes eius morte mensibus v i i. diebus quinque & viginti,

DEVS DEDIT I.



DEVSDEDIT patria Romanus, patre Stephano subdiacono, pontificatum omnium suffragijs adeptus, clementer mirum in modum dilexit & auxit. Ferunt quidam hunc tantæ sanctitatis fuisse, vt quendam obuium elephantis morbo laborantem, osculo suo lepta statim liberauerit. Constituit autem vir optimus, ne filius patrum

70 Pont

patrimi puellam è sacro fonte à patre leuatam, ducere in vxorem poffet.

Eodem quoque tempore Heraclius magno comparato exercitu, multas prouincias à Persis occupatas, in potestatem suam redigit. Ducem Persarum singulari certamine ex equo deturbat & interficit. Chosdroën regem Persarum opprimit, filium eius captum & baptizatum, in regnum paternum restituit. Persidem ingressus, turrim Chosdroë thesauris plenam capit, quorum partem militibus tribuit, parté verò reparandis templis, quæ Persæ deripuerat, & vastauerant, designat. Ipse præterea alia onustus præda cum septem elephantis Hierosolymam rediens, crucem domini à Persis ablatam secum deferens, eò loci reponit, in quo antea fuerat. Captos à Persis, in patriam remittit. Rediens deinde Constantinopolim, litteris & ocio delectatur, ad astrologiam se contulit. Sororis tamen suæ filiam tantus imperator cõtra ius, fatque in vxorem accipit: & vt sceleri scelus adderet, quod fieri consuevit, vbi quis in peiora labitur, ad Eutychanos transijt, eo potissimum tempore, quo Anastasius Persa monachus sub nomine Christi à suis, captus, martyrium passus est: cuius reliquæ postea Romam aduectæ sunt, & in monasterio beati Pauli repositæ ad aquas Saluias, vt vulgò dicitur. Ferunt eodem tempore Sisebutum Gotthorum regem,

plurimas Hispaniæ ciuitates, quæ ad Romanos defecerant, in fidem recepisse, Iudæosque omnes in regno deprehensos, grauioribus supplicijs ad Christi fidem compulisse, rogatu (vt aiunt) Heraclij, qui in fatis habuerat, sibi cauendum à circumcisis esse, cum tamen postea haud satis fati necessitatem circumspiciens, à Saracenis circumcisionem obseruatis, oppressus sit. Agebantur hæc in oriente, nec ius athleticis pro fide Christi carebat occidens. Arnulphus enim Metensis Episcopus consilio, & sanctitate Dagobertum Francorum regem in officio continebat, adiuuante Amando Traiectensi Episcopo, viro quidem optimo & religionis Christianæ defensore acerrimo. Hispanis quoque Isidorus Hispalensis Episcopus Leandri successor, multa tum scripsit, quæ fidem Christianam mirificè iuuant. De summo enim bono de viris illustribus, de vocabulis grammatices, & etymologijs libros composuit. Historiam præterea ab Adam vsque ad tempora Heraclij, vitas quorundam sanctorum, historiam Longobardorum, & breuem quandam cosmographiam itylo satis elegantè edidit. In eo homine pluris facienda

est certè sanctitas, quàm eruditio. Sunt qui scribant Isidorum Germanum fuisse, quanquam Hispani hunc suum esse affirmant: vt cunquē sit, satis constat, cum fuisse quauis laude dignū ob doctrinam & sanctitatem.

Deus dedit autem, cuius tempora adhuc etiam, quæ diximus, notiora fecere & terramotus, & scabies quædam ita ad elephantiam tendens, vt deformitate cognosci homines nõ possent, moritur pontificatus sui anno tertio, die tertio & vigesimo, ac sepelitur in basilica Petri, sexto Idus Nouembris. Eius morte episcopatus tum vacat mensem vnum, dies xvj.

ANNOTAT.

Hic ante pontificatum presbyter Cardinalis fuit tituli sanctorum Ioannis & Pauli, cuius mentio existat in vetusto diplomate S. Gregorij Pape tabulæ marmoreæ inciso, quæ adhuc est in ipsorum sanctorum titulo his verbis:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectissimis in Christo filijs Deus dedit Cardinali, & Ioanni archipresbytero tituli SS. Ioannis, & Pauli, & per vos in eodem titulo in perpetuum. Credite speculationis impellitur cura, &c.

BONIFACIUS V.



BONIFACIUS quintus, natione Campanus patre Ioanne, eo tempore pontificatum iniit. quo Eleutherius patricius Romæ ab Heraclio missus, vindicata Ioannis Exarchi morte, semetipsum regem Italiæ creat. At verò cum Romam proficisceretur, à militibus

71. PONT.
E. EMBE-
RI. PA-
P. 1100.

*Heraclij
imp ge-
sta.*

*Sisebutus
Gothorum
rex.*

*Arnulph.
Metensis*

*Amandus
Episcopus
Traiect.
Isidorus.*

tibus suis necatur, eiusque caput Constantino-
polim mittitur Huius in locum postea Isaaius
patricius Constantinopolitanus, Exarchus suf-
fectus est. At Theudelinda (vt diximus) mortuo
Adoaldo marito, vnà cum filio regnum Longo-
bardorum sapienter, & integrè gubernans, in-
ter Longobardos & Italos pacem decennio
continuit, ecclesias multas donis & muneribus
exornauit, fundos quoque his adiecit, quo-
rum prouentibus sacerdotes vterentur. Anno
verò duodecimo Heraclij Mahometes Arabs, vt
quidam volunt; vt alij, Persa, nobili genere na-
tus, patre, qui Deos gentium coleret, matre He-
braica Hysmaëlitici generis, magnum in Chri-
stiano populo excitauit incendium, & ita ma-
gnum, vt verear ne eius secta, nostra potissi-
mum ætate, reliquias Christiani nominis peni-
tus extinguat: aded tepessimus & animo, ac
corpore languidi interitum nostrum exspe-
ctantes concidimus. Inualescit eius secta nunc
multò magis quàm antè. Nam tota Asia & A-
frica, magnaque pars Europæ Mahumetanis
principibus subiecta est. Instant nunc Turci
terra, ac mari, vt nos tanquam cuniculos ex his
Europæ latebris eruant. Sedemus otiosi, alte-
rum expectantes, quasi hoc malum vniuersæ
reipublicæ Christianæ non immineat. Exspe-
ctant sacerdotes, vt à sæcularibus hoc tantum
bellum, & tam necessarium sumatur. Exspe-
ctant item sæculares, vt presbyteri tuendæ re-
ligionis causa pecunias in sumptus bellicos
polliceantur & subministrant, nec in peiores
vltus effundant, quemadmodum facere plerique
consueuere, pecunias elemosynis, & san-
guine martyrum comparatas, in aurea & ar-
gentea vasa, & prægrandia quidem fundentes,
parum de futuro solliciti, Dei, quem tantum
utilitatis gratia colunt, & hominum contemp-
tores. Ad Mahometem redeo, virum aded
versutum, & acris ingenij, vt cum inter Chri-
stianos diu veritatus esset, omnesque omnium,
qui ante fuere sectas cognouisset, nouam quan-
dam superstitionem introduxit, vt videmus,
qua propè nostra religio extincta est. Aulus
est etiam comparato ingenti Arabum exercitu,
fines Romani imperij turbare, cuius motus He-
raclius citò compescuit, sollicitatis eius ad de-
fectionem militibus, pollicitationibus, & præ-
mij.

Bonifacius autem Pontifex vir singularis
humanitatis & clementiæ, magna in homines
benignitate, & gratia vtens, nullum genus of-
ficij, quod bonum pastorem deceret, præter-

misit. Instituit præterea, ne, qui ad ecclesias con-
fugerent, inde vi retraherentur: neve acolyti
reliquias martyrum attrectarent quod est pres-
byteri, aut subdiaconi officium. Mandauit
item, vt quouis in loco sacrilegi anathematiza-
rentur: vtve testamentum iussu principis vbi-
que valeret. Coemeterium autem beati Nico-
medis fecit, & dedicauit. In clericos verò inte-
grè viuentes, vnice liberalis, & magnificus fuit.
Gallus autem beati Columbanij discipulus. ita
in occidentem tum viuebat, vt etiam in vita san-
cti nomen mereretur. Huius vestigia sacutus
est Eustachius abbas, secuta & sancta Aurea, in
cuius honorem beatus * Eligius monasterium *Eligium.*
virginum ædificauit. Ferunt etiam Basilium
quendam Isidoro æqualem vita, moribus & do-
ctrina insignem tum habitum fuisse. Moritur
autem Bonifacius Pontificatus sui anno quin-
to, die decimo, & in basilica Petri collachry-
mantibus omnibus sepelitur. Eius autem in
morte diebus tredecim sedes tum vacat.

HONORIVS I.



HONORIVS natione Campanus, patre *72. Pont.*
Petronio viro consulari.

Eo tempore pontificatum iniit, quo
Theudelinda moritur, eiusque filius Adoaldus
è regno deijcitur, suffecto in eius locum Arto-
aldo. Instabat tum (vt dixi) Heraclius, qui de
Persis triumphauerat, vt omnes Iudæi imperio
subiecti baptizarentur. Hanc ob rem Sarraceni,
& Arabes arma sumentes, à natiuitate Christi
anno DCIII. ac vigesimo, ita Heraclij duces su-
perarunt, vt hominem felicem primò, mox in-
felicissimum reddiderint, duce Mahomete, qui

cum magnum se Dei prophetam assereret, magicis artibus Asianos & Africanos deludens, ita populos quosdam concitauit noua à se religione imbutos, vt paulum abfuerit, quin omnino imperij nomen deleterent, capta Alexandria, multisque alijs Syriæ & Ciciiliæ vrbibus. Sarracenos sectatores suos habuit, * à Sara Abrahæ legitima vxore. ita appellatos, quasi legitimos diuinæ professionis successores & hæredes. Secutus est homo callidissimi ingenij hac in re Hieroboam exemplum, qui tribui suæ alios colendi ritus conscripsit, ne vnquam Iudæorum imperio subessent. Idem postea fecere Græci à Catholicis dissentientes, non ob religionem tantummodò, sed ob imperium, cuius gratia Nestorianorum, Iacobitarum, & Hebionitarum errores secuti sunt. Verùm postremò hac pertinacia eò deducti sunt, vt vnà cum religione & secta imperium omnino amiserint, in turpissimam seruitutem redactj. Mahometes autem (vt in Alcorano legitur) quò magis sectatores suos à religione Christiana seiungeret, hæreticos quosdam in componendis legibus, maximè verò Nestorianos secutus est, multa hinc inde contra legem Moseos, & euangelij Dei astutè colligens, ac in vnum quasi corpus redigiens. Ferunt Heraclium tum quidem desperatione, & scædam pacem cum Sarracenis inijsse, & Pyrrhi patriarchæ Constantinopolitani & Cyri Alexandriani Episcopi fraudibus deceptum, in hæresim quoque Monothelitarum incidisse, vnam tantummodò voluntatem in Christo esse dicentium, vnde nomen accepere.

Hos tamen postea tanti erroris auctores, hortante Honorio, & verum ante oculos litteris & nuntijs ponente, relegauit Heraclius. Honorius autem à rebus externis aliquantulum quietis adeptus, doctrina, & moribus sanctissimis omnem propè clerum renouauit. Basilicam beati Petri regulis æneis ex Ioue Capitolino sumptis cooperuit. Aedem Hagnetis martyris via Nomentana, vt carmen in apside indicat, ædem Pancratij via Aurelia restituit. Templum quoque S. Anastasij ac aquas Saluias, templum quatuor Coronatorum martyrum, templum beati Cyriaci via Ostiensi milliario septimo, templum S. Seuerini apud vrbem Tiburtinam magnificentissimis operis ædificauit: & argento, auro, porphyreticis, & marmoreis lapidibus, incrustatione parietum, opere tectorio, opere vermiculato exornauit. Restituit etiam cœmeterium S. Marcellini & Petri via Lauicana. Ec-

clesiam quoque beata Hagnetis apud sanctum Siluestrum, ecclesiam beati Hadriani in tribus foris, huius mandato, & impensa ædificatas fuisse, scribunt nonnulli: vt verò vnoquoque sabbato à sancto Apollinari ad diuum Petrum iretur cum litanijs, primus instituit. Moritur autem vir sanctissimus anno pontificatus sui duodecimo, mense vndecimo, die decimo septimo, ac in basilica Petri sepelitur quarto Idus Octobris. Eius morte annum vnum, menses septem, dies decem & octo sedes interim vacat.

ANNOTAT.

Video in sexta synhodi Constantinopolitana tertie vulgatis codicibus, sanctissimo huic viro Monothelitarum hæresis crimen impingi, cum falsissimum sit ipsum ei hæresi vnquam subscripsisse, immodò constet eam contemnasse, vt ex Maximi monachi eius centemperanei, qui sub Martino Papa vixit epistolis Græcis, & dialogo, contra Pyrrhum patriarcham Constantinopolitanum hæreticum Monothelitam, que in bibliotheca Palatina exstant, satis manifestum est. Eundem enim pontificem catholicum semper fuisse scriptis confirmarunt Emanuel Calleca Græcus, qui paulò post concilij secundi Lugdunensis sub Gregorio decimo Papa anno CCLXXIII. celebrati tempora vixit, & insignem librum pro latinis contra omnes Græcorum hæreses scripsit. Io. de Turrecremata in lib. de primatu S. R. E. & nostris temporibus Albertus Pighius in libris de Ecclesiastica Hierarchia. Caterùm, vulgata sexta synhodi exemplaria à Græcis corrupta, eiusque canones, in quibus Honorius condemnatur, supposititios esse ex Theophane Isauo Græco historia ecclesiastica scriptore docet Anastasius bibliothecarius in historia sua Latina, quam ex eodem Theophane, Nicephoro, & Georgio abbate composuit. Hac animaduertit Guillelmus Sirletus Apost. sedis protonotarius, vir doctrina, pietate, & omni virtutum genere cumulatissimus.



SEVERINVS I.



73 Pont.
Electus
papa. si. s.
impera-
tor confir-
mare so-
lebat.

SEVERINVS, patria Romanus, patre Labieno, in demortui Honorij locum subrogatus, ab Isaatio totius Italiae Exarcho in Pontificatu confirmatur. Vana tunc enim habebatur cleri ac populi electio, nisi ad Imperatores, aut eorum Exarchi confirmasset: Isaatius itaque ob eam causam Romam profectus cum pontificem confirmasset ne gratia tantam laboris suscepisse videretur, thesaurum & sacrum basilicae Lateranensis ad manibus Romanis quibusdam spoliat, restitutus ali quantum frustra tamen fuerat. In tempore quorum principes omnes potestate in ecclesia misit. Indignabatur enim Isaatius, eos tantum in thesauris habere, neque quicquam in usus bellicos conferre; praesertim cum milites inopia rerum omnium tunc laborarent. Huius praedae partem militibus concessit; partem secum Rauennam detulit, reliquum vero ad imperatorem misit.

Sarraceni autem, quos precio conductos ab Heraclio diximus, cum eis auare, maligneque pacta merces persolueretur, in Syriam profecti, Damascum imperio subiectam vi capiunt. Deinde verò cum reliquis Arabibus, qui domi remanserant coniuncti, comitatibus & armis adiuti; Mahometis furore incitati; Phoenicem & Aegyptum peruagati, resistentes cum imperio suo, tum legi Mahometanae passim caedunt. Versi deinde in Persas; Hormisda Persarum rege interempto non prius vastandi omnia finem fecere, quam Sarracenorum legem, & imperium suscipiunt. Verum Heraclius audita Sa-

racenorum licentia, capta praesertim Antiochia, veritus ne Hierosolimam occuparent crucem Domini Constantinopolim deferendam curauit, ne iterum in Agarenorum manus deueniret. Agarenos enim Graeci Arabas appellarunt ob ignominiam, quasi ab Agar ancilla Abraham ortos: neque ita multo post Hierosolyma capta est. Mahomete autem (vt quidam scribunt) ad Mechem mortuo, in principatu Calipha succedit. Post hunc Hali. Quo quidem pulso, quod nimium superstitiosus esset, quod Romanum vexaret imperium, Nisebutum Gotthorum regem omnes Hispaniae ciuitates Romanis ademisse: ac tum demum Romanos imperare in Hispania desisse.

Seuerinus autem pontifex vir singularis pietatis, & religionis, amator pauperum, in calamitosos benignus, in omnes munificus, in reparandis templis splendidus, pontificatus sui anno primo mense secundo moritur, ac sepelitur in basilica Petri quarto Nonas Augusti. Vacat tum sedes menses quattuor, dies vnderiginta.

IOANNES IV.



IOANNES quartus, natione Dalmata, patre Venantio, pontificatum iniens, statim mira pietate vsus est. Ex reliquis enim thesauris, quos Isaatius apud Lateranum reliquerat, captiuos omnes, quos potuit; Istros & Dalmatas à captiuitate redemit.

Interea verò Rhotaris, qui Arialdo in Longobardorum regnum successerat, licet iustitia & pietate insignis habitus sit, ad Arianos seque-

74 Pont.
Rhotaris
Arialdo
in regno
successit.
Ariana
tamen

ramen declinat, passusque est, ut eodem tempore omnibus regni sui ciuitatibus duo Episcopi pari potestate præsentent: alter enim Catholicus, alter Arianus habebatur. Tanti præterea ingenij fuit, ut leges, quæ sola memoria & vsu retinebantur, in seriem quandam redegerit, codicemque ipsum edictum appellari præceperit. In re autem militari ita præstans fuit, ut Etruriam omnem, & Liguriam cum ora maritima Massiliam vsque in suam redegerit potestatem. Anno deinde sexto regni sui moriens, Rhodoaldo filio regnum reliquit. Ferunt sacerdotem quendam Rhotaris corpus apud templum Ioannis Baptistæ sepultum, noctu aperto tumulo spoliasse: solent enim preciosa quædam cum regum corporibus reponi. Hanc ob rem beatus Ioannes homini apprensus, ei mortem interminatus est, si deinceps templum suum ingrederetur. Huic enim sancto Rhotaris mirum in modum in vita deditus fuerat. Idem contigit temporibus nostris Alouisio cardinali, patriarchæ Aquileiensi. Eruto enim sepulchro ab his spoliatur, quos ipse ex infima sorte hominum ad dignitatem sacerdotalem, & meliorem fortunam crexerat. Rhodoaldus igitur regni gubernacula suscipiens, Gundibergam reginæ Theudelindæ filiam in vxorem accipit, quæ religionem matris imitans, ut illa Modoëtiæ, sic ipsa Terracinæ Ioannis Baptistæ templum ædificat, plurimoque auro & argento exornat. At Rhodoaldus in adulterio deprehensus, à marito adulteræ interficitur. Huic autem successit Aripertus Godualdi filius, Theudelindæ reginæ frater, qui apud Ticinum Saluatoris oraculum condidit, variisque ornamentis insigniuit, & fundis dotauit.

Ioannes autem Pontifex veritus ne corpora Vincentij & Anastasij aliquando in manus barbarorum deuenirent, ut Romam quam diligentissimè ferrentur, curauit, ac iuxta fontem Lateranensem in oratorio beati Ioannis Baptistæ magna cum veneratione collocauit. Sunt qui scribant huius Pontificis tempore & Vincentium Beluacensem Episcopum, & Muardum Archiepiscopum Remensem, sanctitate & doctrina in præcio fuisse. His addunt & Riginolpham Gallam matronam, genere, & sanctitate insignem: & Renaldum Traiectensem Episcopum, vita & miraculis clarum. Iodocus quoque his nequaquam inferior est habitus, qui Britonum regis filius, spreto regno, cum aliquandiu in eremo vixisset, tan-

dem in pago Pontio moritur. Ioannes autem pontificatus sui anno primo, mense nono moriens in basilica Petri sepelitur quarto Idus Octobris. Vacat tum sedes mensum vnum, dies tredecim.

THEODORVS I.



THEODORVS, natione Græcus, patre Theodoro Episcopo Hierosolymis oriundo, pontificatum iniens, omnia, quæ ad dignitatem religionis Christianæ pertinere arbitrabatur, circumspiciebat, ut bonum pastorem deceret: in omnes, maxime autem erga pauperes, mira benignitate vtens.

Interea verò Heraclius trigesimo imperij sui anno, morbo intercutaneo perijt, cum paulò ante Theodorum cognomento Calliopam mortuo Isaatio Exarchum in Italiam misisset. In locum verò demortui Heraclij primò sufficitur Constantinus filius, qui quarto susce- *Constantinus filius in locum Heraclij sufficitur.* pti imperij mense, veneno opprimitur Martinæ noueræ & Heracleonis insidijs, quos quidem ad tantum facinus (ut aiunt) Pyrrhus patriarcha instigauerat. Heracleon itaque mortuo fratre imperium occupat, eo potissimum tempore, quo Cyrus, Sergius, & Pyrrhus Acephalorum hæresim instaurantes, vnam operationem in Christo, humanitatis scilicet & diuinitatis, vramque voluntatem prædicabant. Ex his autem Pyrrhus audita Heraclij morte, redeundi in patriam cupidus, ex Africa vbi exsulabat, Romam veniens, ac errati veniam petens non ex animo, sed fictè, à Theodoro viuendi formam accepit. Verùm prius vitam amisit, quam tanto scelere quæsitam dignitatè potuerit obtinere. Senatus enim, *popu-*

populusque Constantinopolitanus cognito scelere, in Martinam, Heracleonemque consurgens, cum hunc naso, illam lingua mutilatam relegasset, Pyrrhus de fuga retractum interficit. Constantium verò Constantini dolo necati filium imperatorem creat. In locum autem Pyrrhi Paulum Episcopum sufficit, quem Theodorus pontifex Romanus dignitate priuauit, quia orthodoxæ fidei normam, & rationem suscipere recusabat, adiuuante eius stultitiam Constantio, in eandem hæresim stolidè nimium prolapsus. Conuersus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda sanctorum corpora, Primi, & Feliciani martyrum reliquias ex harenario viæ Nomentanæ ablatas in urbem deferens, in basilica Stephani protomartyris in Cælio monte collocat: multis ornamentis, tum ex argento, tum ex auro adhibitis. Idem quoque basilicam ædificat via Flaminia non longè à ponte Miluio, & statim dedicat. Duo postremò oratoria construxit, & ornauit: quorum alterum erat apud Lateranensem basilicam beato Sebastiano: alterum verò via Ostiensi, Eupolo martyri dedicatum. His ita constanter, & sanctè peractis, moritur pontificatus sui anno sexto, mense quinto, die decimo octauo: sepeliturque in basilica Petri pridie Idus Maij. Episcopatus autem diebus duobus & quinquaginta tum vacat.

MARTINVS. I.



76. Pont. **M**ARTINVS primus, patriæ Tudertinus, patre Fabritio, in Theodori locum susceptus, legatos statim Constantinopolim misit, qui Paulum adhortarentur, ut omissis erroribus suis, aliquando veritatis cal-

lem ingrederetur. Is autem non modò pontifici benè monenti non obtemperat, verum etiam eius legatos Constantij auctoritate abusus, in diuersas insulas relègat. Quam ob rem indignatus Martinus, synodum centum, & quinquaginta Episcoporum Romæ habuit, in qua Cyri Alexandrini, Sergij, ac Pyrrhi damnationem renouauit, & Paulum patriarcham omnianathematis vinculo damnatum priuauit.

Intereà verò, dum hæc ita agerentur, pax Italiæ, quæ inter Romanos & Longobardos annis triginta durauerat; turbari iam cœpta est, Longobardis omnia ad vilitatem suam trahentibus: contra verò recusantibus Romanis, quæ præter ius fasque mandarentur, maximè verò cum Rhotaris Ariana labe inquinatus, nullam fermè ciuitatem haberet, cui non Arianum pariter, & Catholicum episcopum præposuisset. Hunc autem errorem emendare conati Theodorus & Martinus, rem sæpius frustra tentauerant. Ob has igitur causas instante etiam Theodoro Italiæ exarcho, bellum Longobardis indicitur. Non detrectarunt illi certamen: Ad Scultennam siquidem Mutinæ amnem acriter vtrinque pugnatum est. Tandem verò Theodorus superatus funditur, & fugatur. Quo quidem in prælio ex suis ad septem millia desiderati sunt. Rhotaris autem tanta victoria elatus, Liguriam omnem haud magno negotio breui in potestatem suam redegit.

Intereà verò Constantius fortunam cum duce mutaturus, reuocato Theodoro, Olympium Exarchum in Italiam statim mittit, qui primò quidem, & Monothelitarum sectam per omnem Italiam spargeret: & Martinum pontificem aut interficeret, aut captum ad se perdendum curaret. At Olympius Romam uenit ^{Olympius} niens, vbi iam synodus habebatur contra hunc, atque alios orientalis ecclesiæ errores, cum virus conceptum spargere non posset, licetorem suum immisit, qui Martinum in ecclesia sanctæ Mariæ maioris caperet, & ad se perduceret, vel saltem parere recusantem interficeret. Facturus mandata licitor, Dei miraculo subita cæcitate corripitur. Atque ita diuinæ maiestatis nutu tantum discrimen tum Martinus euasit. Hæc verò orientalis & occidentalis Ecclesiæ discordia frèti Sarraceni, Alexandria cum ^{Rhodus à} ingenti classe soluentes, Rhodum peruenire: ^{Sarracenis} captaque vrbe, colossam fama celeberrimam ^{nis capi-} demoliti sunt, ex cuius ære nongentos camelos ^{um.} onustos ferunt. Erat enim septuaginta cubitorum, cuius auctor Chares Lyssipi discipulus ^{habi-}

habitus est. Deinceps verò occupatis multis Aegei maris insulis, in Siciliam nauigantes, multa damna Siculis intulere: ob quod Olympius Martini precibus motus, eos insula depulit, non sine magna nauium, militum, ac suis ipsius iactura: ibi enim morbo correptus moritur. Constantius verò tot calamitatibus nihilo melior factus, Theodorum Calliopam cum his mandatis iterum in Italiam mittit, vt primo quoque tempore Martinum pontificem ad se victum mitteret: ei que rei socium addidit Paulum Pellarium, qui tantum facinus curaret. Theodorus à Romanis perbenignè exceptus, cum salutandi caussa adire pontificem simularet, homini catenas iniicit, eumque Constantinopolim mittit. Vnde postea in Chersonnesum Ponti exsiliij caussa deportatur: vbi quondam beatus Clemens Romanus praesul exsultauerat. Martinus autem multis calamitatibus circumuentus, ac inopia rerum omnium pressus, tandem in exsilio moritur, pontificatus sui anno sexto, mense vno, diebus sex & viginti. Sedes autem Romae quatuordecim mensibus tum va-

cat, quia nil certi de sanctissimi viri morte habebatur.



EVGENIVS I.



EVGENIVS primus, patria Romanus, patre Rufiniano è Cælio monte Martino in pontificatu successit, eodem fermè tempore, quo Petrus in locum Pauli hæretici Constantinopoli sufficitur.

77. Pont.

Hic enim etsi melius aliquantulum de religione sensit quàm Paulus, non tamen vsque ad eandem fidei normam tenuit, quam sancta Romana ecclesia prædicat & seruat. Cuius quidem litteræ Romam missæ duas operationes, & voluntates in Christo negantes, ita sunt explosæ, vt clerus ipse interdiceret pontifici ausus sit, quò minus in ecclesia sanctæ Mariæ maioris sacrificaret. nisi prius tam profanas litteras reiecisset.

Littere ad Eugenium negantes duas operationes & voluntates in Christo.

Interea verò Grimoaldus dux Beneuentanus Rhomoaldo filio Beneuenti duce relicto, cum ingenti exercitu in Galliam Cisalpinam mouens, Papiam Pertherim, Mediolano Gundibertum Arithperti filios expulit. Quod vbi Clodouæus Francorum rex intellexisset, casum adolescentum miseratus, magnas copias statim in Italiam misit, quæ adolescentes in regnum patrum resti-

VITALIANVS I.

restituerent. In Transpadana regione prælium vtrinque magna virorum concitatione committitur, cum illi redire in ditionem paternam, hic retinere bello partum conarentur. Tandem verò se inclinante ad Grimoaldum fortuna, fusi æ fugati Galli Italia expelluntur. Sunt tamen qui scribant, Gallos hac ratione deceptos esse. Longobardi enim simulata fuga, castra rerum omnium copia, ac vini potissimum plena relinquentes, haud longè in insidijs constiterant: Galli verò castra ingredienti, rati veram esse hostium fugam, in omnem voluptatem effunduntur, epulis, & vino replentur: quare superuenientibus hostibus, cum somnolentia grauatim passim, veluti pecora sine custode iacerent, ita ab hostibus cæduntur, vt vix nuntius superfuerit, qui tantam cladem Clodouæo nuntiaret. Hac victoria fretus Grimoaldus, omnem prouinciam statim in potestatem suam redegit.

Eugenius autem pontifex, vir miræ pietatis, religionis, mansuetudinis, comitatis, munificentia, pontificatus sui anno secundo, mense nono moritur: ac in basilica Petri sepelitur quarto Nonas Iunij. Vacat tum sedes
mensum vnum, dies
octo & viginti.



VITALIANVS patria Signinus, ex opido Volscorum, patre Anastasio, eo tempore pontificatum inijt, quo Casarea Persarum regina, nesciente marito cum paucis fidelibus Constantinopolim venit, anno sexcentesimo tertio ac LXXX. Quæ quidem ab imperatore honorificè suscepta, non multo post characterem baptismi suscepit, cuius rei causa profectò venerat. Hoc ubi intellexisset Persarum rex, legatos statim Constantinopolim mittit, qui vxorem ab imperatore reptant. Respondet imperator, in arbitrio reginae esse standi vel discedendi, proinde eam sciscitentur. Interrogata regina respondet, nunquam redituram in patriam, nisi rex Christiani nomen susciperet, qui statim recognita cum quadraginta millibus hominum Constantinopolim pacato agmine veniens, perbenignè ab imperatore susceptus, vnà cum militibus suis baptizatus, in regnum cum vxore reuertitur. Postea verò Constantius Constantino filio in partem imperij suscepto comparata ingenti classe, Constantinopoli soluens, Tarentum peruenit, copias etiam terrestres nauibus onerarijs secum vehens. Inde verò terrestri itinere in Samnium veniens, obsidere Beneuentum instituerat. Verùm ubi intellexit urbem valido præsidio, multisque comætibus Rhomoaldi diligentia munitam esse, Luceriam mouens, urbem vi coepit: ac direptam solo æquauit. Inde autem Acherontiam profectus, cum urbem munitissimam capere non posset, Beneuentum oppugnare adortus, statim obsidionem soluit, quòd intellexit.



lexerat Grimoaldum propediem cum magnis copijs adfuturum, vt filio Rhomaldo opem ferret. Neapolim igitur primò, mox Romam, inde Constantium petens, magna incommoda in itinere passus est. Saburro autem ciue Romano cum viginti millibus hominum apud Formias relicto, qui hostes reprimeret, tandem ad urbem peruenit, prodeunte obuiam pontifice cum clero, & populo vsque ad sextum lapidem honoris causa. Ductus per urbem plaudente multitudine ad basilicam Petri, pallium auro intertextum sancto obtulit. Interim verò Rhomaldus patris auxilio fretus, Saburro aggreditur, & superat, ac plurimos Græcos interficit. Hac desperatione motus Constantius, quinta postea, quàm urbem ingressus est, die, ad directionem conuersus, omnes statuas ex ære, & marmore ad ornatum urbis locis insignibus positas, omnia ecclesiarum ornamenta paulò decentiora distrahit, ac nauibus ad id subiectis imponit: plusque ipse ornamentorum septem diebus urbi detraxit, quàm barbari antea ducentis, & quinquaginta octo annis. ne dicant maleuoli, historiarum ignari, Gregorij pontificis iussu comminutas esse maiorum statuas & monumenta. Duodecimo autem die Roma in malam rem abiens Græculus nequam & perfidus, Neapolim contendit: inde quoque in Siciliam proficiscitur, vbi que tributa adeò acerbè colligens, vt filij obarati à parentum complexibus diuellerentur. Commoratus aliquandiu in Sicilia homo auarissimus, dum Syracusis in balneo libidini vacat, à suis occiditur: in eiusque locum Mezentius, cuius fraude necatum putant Constantium, imperator à militibus creatur. Magna fuit in hoc homine varietas. Nam primò quidem vbi intellexit, Vitalianum pontificatum in iussu, nuntios misit, qui ei suo nomine gratularerentur: quique euangelia aureis litteris scripta, ac multis gemmis ornata beato Petro condonarent. Deinde verò mutata sententia, nec dijs, nec hominibus pepercit, diuina humanaque omnia confundens. At Vitalianus cultui diuino intentus, & regulam ecclesiasticam composuit, & cantum ordinauit, adhibitis ad consonantiam (vt quidam volunt) organis. Theodorum quoque archiepiscopum, & Hadrianum abbatem viros doctissimos, atque optimos in Britanniam mittit (quam Angliam vocant) cum magna potestate ligandi, & soluendi, quò Britannos in fide, prædicationibus, & exemplo continerent. Pecere mandata ac quidem diligenter viri optimi. Librum præ-

tereà Theodorus scripsit, quo declarauit, qua poenitentia dilui vnumquodque peccatum possit. Sunt tamen, qui hoc opus Theodori pontifici adscribant. Vitalianus autem benè, & ex sententia quantum in eo fuit, gubernata ecclesia, anno xiiij. pontificatus sui, mense vj. moritur: ac sepelitur in basilica Petri, vj. Kalendas Februarij. Episcopatus autem tum vacat mensibus quattuor, diebus quindecim.

ADEODATVS I.



ADEODATVS patria Romanus, patre Iouiniano, ex monacho pontifex creatur, eo tempore potissimum, quo Lupus Foroiulianorum dux, regnum Italix occupare conatus est.

Lupus Foroiulianorum dux.

Grimoaldus enim (vt diximus) à filio Rhomaldo duce Beneuentano contra Constantium imperatorem in auxilium accitus, Lupo (vt aiunt) regnum, & oues commendauit. In Etruria enim, Aemilia, & Transpadana Italia omnia tumultu Lupus inuoluit. Hanc ob rem Grimoaldus Anaros duce Cacanno in Lupum pecunijs, & pollicitationibus mouet: qui primò congressu à Lupo superati sunt. Verum sequenti die prælium repetentes, Lupum superant, & obruncant, ac totum Forumiulij diripiunt. Grimoaldus autem abeunte ex Italia Constantio in Cisalpinam rediens, Forum Pompilij sabdato sancto aggressus, casis omnibus, diripuit, ac solo æquauit propter iniuriam, quam eo loci à Rauennatibus acceperat, cum in auxilium filij proficisceretur. Dum verò Arnefites Lupi filius, adiuantibus Dalmatis ductatum paternum repetit, ad Natifonem fluuium

Cantus ordinatur ab Vitaliano.

DONVS I.

uium à Longobardis superatus, duce Vectari Vincentinorum comite cæditur. Opitergini quoque hanc calamitatem sensere. Domo enim, & patria pulsi sunt, quia Arnefitis studiosi erant. In Sicilia verò tum quoque laboratum est: eò enim ex omnibus prouincijs Romanis profecti milites sunt ad opprimendum Mezentium, cuius dolo Constantius interfectus fuerat. Quo sublato, cum omnes passim dilaberentur superuenientibus cum magna classe Sarra- cenis, & Syracusæ, & tota insula occupatur. Vnde postea onusti præda Alexandriam redeuntes, vrbis quoque Romæ ea ornamenta secum detulere, quæ Constantius Syracusas aduexerat eo animo, vt inde Constantinopolim traicerentur. Indicabat profectò tot clades, tot mala, & stella crinita, quam Græci cometen appellant: quæ tribus continuis mensibus apparuit: & pluuiæ magnæ, ac frequentia tonitrua, qualia nunquam antea fuere. Sed cæcum est humanum genus: etsi enim futura præuidet, non tamen, vt deceret, sibi cauet. Ferunt autem his frequentibus pluuijs, omnes fegetes conculcatas iterum renatas esse: & ad maturam frugem peruenisse, in Cisalpina potissimum.

Cometæ
apparitio.

Intercà verò Adeodatus vir religione & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes beneficus, in hospites benignus, erga calamitosos misericors, ecclesiam beati Petri via Portuensi iuxta pontem Meruli tum instaurauit, ac dedicauit. Auxit & monasterium sancti Erasmi in Cælio monte ædificijs, & fundis, vbi ipse monasticam vitam duxerat. Supplicationes quoque frequentes habuit ad abolenda prodigia, quæ diximus tum apparuisse. Demum verò peractis pontificatus sui annis I v. mensibus I I. diebus v. vir sanctissimus moritur: & ab omnibus fletus ad basilicam Petri sepelitur, sexto Kalendas Iulij.

Vacatum sedes mensibus
quatuor, diebus
viginti.



DONVS patria Romanus, patre Mauri- S. Pont.
Grimo i-
duo Lu-
gubardus.
tio, eo tempore pontificatum inijt, quo Grimoaldus Longobardorum rex moritur IX. die post phlebotomiam in brachio factam, dum arcu in columbam sagittam acriter intendit, quod fieri non sine magna neruorum, & venarum contentione solet, vnde sanguis sine vlla intermissione prodijt. Fuere in hoc rege multæ præclaræ corporis & animi dotes. Tantum enim prudentia & consilio valuit, non solum in rebus externis, verum etiam in domesticis, vt quædam capitula ac quidem vtilia, Rhotaris, regis edicto addiderit, quæ postea legis formam accepere. Fuit præterea mediocris staturæ, corpore validus, capite caluo, promissa barba, nec animo minus in rebus agendis, quam corpore promptus. Sepultus est autem Papæ in basilica beati Ambrosij, quam ipse sua impensa ædificauerat. Pertharis autem Arithperti regis filius, quem pulsus à Grimoaldo diximus, dum exul ex Gallia in Britanniam traiceret, incerta voce admonetur, vt mortuo Grimoaldo regnum paternum repetat: qua quidem voce permotus, licet incertus haberetur auctor, in Italiam rediens tertio mense post Grimoaldi mortem, regno paterno sine contentione potitus est. Eodem fermè tempore Dagobertus Francorum rex, vir callidi, & astuti ingenij, nec consilio minus, quam manu promptus moritur, cuius animam è manibus dæmonum Lypaream insulam propè attingentium, liberatam ferunt Dionysij, ac Maurij martyris, ac



etiam Martini confessoris auxilio, quos semper, dum vixit, vt patronos coluit, & templis honoratioris reddidit.

Donus autem pontifex honori, & cultui diuino consulens, vestibulum beati Petri (quod paradysum vocant) quadriporticum marmoribus strauit, sublati (vt arbitror) ex illa pyramide, quæ in vaticano est à regione molis Hadriana. Instaurauit præterea, & restitutas dedicauit ecclesiam apostolorum via Ostiensi, & ecclesiam beatæ Euphemie via Appia sitam. Clerum quoque diuersis ordinibus distinxit, & honoribus auxit. Monachos verò quosdam Syros cum Nestorianis sentientes, in monasterio Boethiano deprehensos & castigatos, in varia monasteria diuisit: Boethianumque Romanis incolendum tradidit. Præterea autem tantum doctrina & sanctitate vitæ emicuit, vt Rauennatem ecclesiam à Romana iam pridem segregatam, & ob eam rem Allocephalim appellatam, sedi Apostolicæ obtemperantem reddiderit, Theodoro eiusdem ecclesiæ præside in hanc opinionem descendente. Sunt etiam qui scribant, huius temporibus & Proiectum episcopum in agro Cameracensi ob fidem Christi martyrij pœnam, & gloriam subiisse: & Mezelandum foeminam incomparabilis pudicitie tum habitam, quæ ab Ardenia amatore petita, & varijs cruciatibus affecta, etiam pro persecutore ob crimen, Dei nutu obæcato, ita orauit, vt eius precibus homini scelesto & intemperanti lux tandem sit reddita. At Donus pontificatus sui anno v. die x. moritur, ac sepelitur ad basilicam Petri Apostoli I I I. Idus Aprilis, cuius in morte Episcopatus vacat mensibus II. diebus sexdecim.

ANNOTAT.

In antiquo musæo, quod est Roma in ecclesia sancta Martina, hic pontifex Domino, non Domus, siue Domus appellatur: sic in antiquis codicibus Cuno, non Conon alius, qui paulo post pontifex fuit, vocatur.

AGATHO I.



AGATHO natione Siculus, patre Romano, anno Domini DCCII. ex monacho pontifex creatur, vir certè tantæ sanctitatis, vt leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Tantæ præterea mansuetudinis, & humanitatis fuit, vt neminem à se vnquam tristem dimiserit. Nactus itaque imperatorem moribus suis haudquam dissimilem Monothelitarum causa concilium habere constituit. Expectauit itaque donec Constantinus à bello in patriam rediret, qui Sarracenos à se victos, imperio Romano vestigales reddidit. At verò cum Bulgari ex Scythia venientes, Thraciam tum inuasissent, eorumque impetum retardare imperator coaretur, ab hostibus Pannoniam inter & Mœsiam ingenti clade superatur. Hanc ob rem pacem non æquis conditionibus inire necessè fuit. Pannonia siquidem & Mœsia his ad incolendum concessa est; non sine magno reipublicæ Christianæ emolumento & commodo. Hi enim tanquam propugnatores nostri, bellum iam septingentis & septuaginta annis contra Turcas Christiani nominis hostes, assidue gerunt. Pace itaque hac ratione parta, Agatho pontifex statim legatos Constantinopolim mittit, Ioannem Portuensis Episcopum, & Ioannem Romanæ ecclesiæ diaconum. Hos per benignè susceptos, mira charitate Constantinus adhortatus est, vt omissis cauillationibus & sophisticis altercationibus ex æquo & bono, omni controuersia sublata, duas ecclesias vnã tantem facerent. Aderant in ea synhodo ducenti, & octoginta.

81. Pontifex

Constantinum Sarracenis deuictis Romam rediit.



gintanouem Episcopi. Delati in medium sunt imperatoris iussu è bibliotheca Constantino-
politana libri, vnde antiquorum patrum sen-
tentia, & decreta perlegerentur. Invertebant
veras maiorum sententias Georgius patriar-
cha Constantinopolitanus, & Macarius An-
tiochenus, vnam tantum voluntatem & ope-
rationem in Christo esse dijudicantes. Verum
cum orthodoxi rationibus & auctoritatibus
instarent, ac Georgium in veram sententiam
deduxissent, Macarium; pertinacem anathe-
matizant, eiusque sectatores: & Theophanem
abbatem vera sentientem, in locum Macarij
Antiochenum Episcopum creat. Hac autem re
ex sententia feliciter gesta, vt Deo gratia age-
rentur, quòd vtranque ecclesiam vnam fecis-
set, sententia & animis, Ioannes Episcopus
Portuensis octaua Pasche coram principe ac
patriarcha, coramque populo Constantino-
politano in basilica sanctæ Sophiæ missam lati-
nè celebrat, approbantibus omnibus, qui tum
aderant, verum esse, ac sanctum illum sacri-
ficandi morem: & qui aliter sentiunt, à recto
& honesto discedere. Hæc est autem sexta
vniuersalis synodus ducentorum & octoginta-
nouem Episcoporum Constantinopoli habi-
ta, qua Cyrilli, Athanasij, Basilij, Gregorij, Dio-
nyssij, Hilarij, Ambrosij, Augustini, Hieronymi,
sententia conclusum est, duas naturas, & ope-
rationes in Christo esse, explosaque illorum
pertinacia, qui vnicam esse in domino volun-
tatem dicerent, vnde Monothelitz vocati sunt.
Prima enim synodus trecentorum & xiiii.
patrum (vt antea diximus) Nicenæ habita est,
pontifice Iulio* ac Constantino principe, con-
tra Arium, qui diuersas in trinitate substan-
tias ponebat. Secunda Constantinopoli cen-
tum & quinquaginta patrum, Gratiani prin-
cipis & Damasi Papæ temporibus, contra Ma-
cedonium & Eudoxum, negantes Deum esse
Spiritus sanctum. Tertia in Epheso ducento-
rum patrum Theodosio iuniore principe
& pontifice Celestino, contra Nestorium
Constantinopolitanum Episcopum, qui Vir-
ginem non Dei, sed hominis tantum gesitri-
cein appellauit: quique aliam personam car-
nis, aliam faceret diuinitatis: & seunctim alte-
rum esse filium Dei, alterum hominis prædi-
caret. Quarta Chalcedonæ, quæ vrbs è regione
Byzantiæ est, sexcentorum & triginta patrum,
Leone pontifice & Martiano principe, contra
Euthyeen Constantinopolitanum abbatem: qui
affirmare non dubitabat Christum post huma-

nam assumptionem, non ex duabus naturis
consistere, sed sola diuina contentum esse.
Quinta Constantinopoli, contra Theodorum *Quinta.*
& hereticos omnes, qui Mariam virginem so-
lum hominem peperisse dicebant, non Deum
& hominem: qua in synodo constitutum est,
vt beata Virgo theotocos diceretur, quia verum
Deum & hominè pepererat. De sexta synodo
satis superius diximus, in qua etiã plurimum
valuere litteræ Damiani episcopi Ticinensis,
Mansueti archiepiscopi Mediolanensis nomi-
ne missæ, quibus hæc porissimum inerant: Hæc
est vera Dei & hominis fides, vt duæ credantur
in Deo voluntates, duæ operationes: Ego (in-
quit) quantum ad diuinitatem, & pater vnura-
tumus: quantum verò ad humanitatem perti-
net, pater maior me est. Præterea verò secun-
dum humanitatem eum in naui dormientem
cernis, si diuinitatem inspicis, ventis, & mari
imperat. Agatho verò, cuius tempore post lu-
næ ac solis eclipsim peste, ac grauissima qui-
dem laboratus est, pontificatus sui anno se-
cundo, mense sexto, die quintodecimo mori-
tur, ac sepelitur ad sanctum Petrum quarto
Idus Ianuarij, cuius morte annum vnum, men-
ses quinque sedes tum vacat.

LEO II.



LEO secundus, natione Siculus, patre Pau- *Leo.*
lo, vir doctissimus fuit, latinè ac græcè,
vt eius scripta indicant. Præterea verò
ad ed musices peritus est habitus, vt psalmo-
diam compoluerit, hymnosque ad melio-
rem concentum redegerit, autem excitatione
confirmans. Idem quoque instituit, vt in ce-
lebra-

Sexta
Synodus.

Prima
Synodus
Nicenæ,
aliàs Sil-
uestro.
Secunda.

Tertia.

Quarta.

lebratione pax populo daretur. Sextam verò Synodum (de qua in Agathone diximus) ita suscepit, vt eosdem anathematizauerit, quos sancta synodus præfente Constantino damnauerat. Contudit etiam superbiam præfulum Rauennatum, quod Agatho inchoauerat. Instituit enim, ne electio cleri Rauennatis valeret, nisi eadem Romanæ sedis auctoritate confirmata fuisset. Antea verò Exarchorum potentia freti, diuina atque humana omnia pro arbitrio animi miscebant, nemini obtemperantes, quasi Romanis pontificibus pares Leonis quoque institutum est, ac quidem sanctum (quod vtinam hodiè obseruaretur) ne ad archiepiscopatum assumptus, pro vsu Pallij aliorumve officiorum quicquam ecclesiæ persolueret, cum ex largitione multa quotidie mala orirentur.

Agebantur hæc à Leone, cum Rhomoaldus dux Beneuentanus comparato magno exercitu, Tarentum, Brundisium, actotam Apuliam occupat, eiusque vxor Theodata mulier pietissima, ex his manubijs non longè à Beneuento Basilicam in honorem beati Petri ædificat, addito sacrarum virginum cœnobio. Moritur deinde Rhomoaldus, cui Grimoaldus filius sine stirpe virili succedens Gifulpho ducatum reliquit.

At Leo, in quo præter doctrinam & eloquentiam singularis religio, mira pietas & clementia fuit, qui que omnes verbis & exemplo ad iustitiam, & fortitudinem, humanitatem, benignitatem adhortabatur, pontificatus sui mense decimo moritur, sepeliturque collacrymantibus omnibus tanquam publico parente orbatis, ad basilicam Petri quarto Kalendas Iulij. Post eius mortem mensibus vndecim, diebus vno & viginti episcopatus vacat. Breuis fuit huius sanctissimi viri pontificatus, sed gloria tanta, vt diutius vixisse appareat, cum eius nomen omnium laudibus merito celebratur.



BENEDICTVS iunior, patria Romanus, 83. *Pont.*
 patre Ioanne, ab ineunte ætate Christo militans, diuinæ scripturæ ita operam dedit, vt doctrina & exercitatione in rebus diuinis singularis tum haberetur. Adde eius humanitatem, pietatem, gratiam in omnes, maximè verò erga pauperes, quibus virtutibus hominum corda ita sibi deuinxit, vt tum vnus haberetur, qui omnium suffragijs in locum demortui Leonis meritò subrogaretur. Ad hunc autem Constantinus imperator hominis sanctitate permotus sanctionem misit, vt deinceps quem clerus, populus, exercitusque Romanus in Pontificem delegisset, eundem statim verum Christi vicarium esse omnes crederent: nulla aut Constantinopolitani principis, aut Italia Exarchi expectata auctoritate, vt antea fieri consueuerat. Id enim ratum erat in creando pontifice, quod princeps confirmasset, vel qui eius vices in Italia gerebat.

Constantini sanctio de pontifice.
 Pertharis verò Longobardorum rex, religionem Benedicti & pietatem imitatus, monasterium Papiæ in honorem sanctæ Agathæ ædificat. Eius autem vxor Rhodelinda viri exemplo permota, extra moenia Ticinensium basilicam beatæ virginis extruxit, quæ ad Perticas dicitur.

Hoc autem fecere æmulatione moti, quòd intellexerant Benedictum pontificem, Romæ beati Petri Apostoli, Laurentij martyris in Lucina, beati Valentini via Flaminia, virginis genitricis ad martyres templa magnis sumptibus restituisse: eademque ophitico, & por-



porphyretico lapide, incrustatione parietum, opere testorio & vermiculato, argenteis atque aureis vasis, vestibus inauratis, & holosericis exornasse.

Erat & Perthari in animo maiora templa extruere, sed eum retraxit Alalchis Longobardus Tridentinus dux, qui elatus victoria, quod Bauaros ingenti clade superasset, in regem suum arma mouet. Verum Pertharis comparato exercitu hominem primo impetu fundit, ac fugat, clausum Tridenti aliquandiu obsidet: quo quidem noctu fuga inde abeunte, Tridento potitur. Tanta præterea Pertharis regis clementia fuit, vt & hominem ad se redeuntem in gratiam reciperet, & eum Brixanorum ducem creauerit.

Sunt qui scribant, Benedicti temporibus stellam iuxta Vergilias per aliquot dies & noctes apparuisse sereno cælo inter natalam Domini & Epiphaniam. Stellam ipsam apparuisse non negauerim, & quidem crinitam, atque aliquid portendentem. Sed de ortu Vergiliarum non cohæret, nisi id quoque prodigiosè factum arbitremur. Aequinoctio enim verno oriuntur Vergiliæ, cum sol Arietis signum ingreditur: quod fieri consuevit nono Kalendas Aprilis, occidereque incipiunt æquinoctio autumnali. Quod autem ex Vesuuio monte Campaniæ tantus ignis tum eruperit, vt loca circumquaque posita exusta sint, minus mirum videtur, cum Plinius ille, qui naturalem historiam scripsit, ex classe, cui tum iussu Traiani præerat, ad visendum spectaculum profectus, consumptus incendio dicatur. Vtunque sit, constat tamen non ita multò post, cædes, rapinas, incendia, mortes principum subsequutas esse, maximè verò Benedicti pontificis, qui vt æquè omnibus in vita charus fuit, ita post mortem ab omnibus & sanctus, & benè de humano genere meritis celebratur. Moritur autem pontificatus sui mense decimo, die duodecimo,

sepeliturque apud beatum Petrum Idibus

Maij. Eius autem in morte sedes va-

cat mensibus duobus, die-
bus quindecim.

IOANNES V.



IOANNES quintus, natione Syrus, patria Antiochenus, patre Cyriaco pontifex creatur fermè tempore, quo imperator Constantinus decimo septimo imperij sui anno moritur filio Iustiniano secundo in imperio relicto.

84. Pont.
Iustinianus secundus, filius Constantini imp.

Qua quidem tempestate Sarraceni Lybiam, & Africam inuasere, omniaque mari exposita haud magno negotio occuparunt. Verum Iustinianus confirmato aliqua ex parte imperio, comparatoque satis magno exercitu in Sarracenos mouens, eorum duci Abimelech (quem Admiratum vocant) tantum terroris inculsit, vt vltro pacem petierit, atque Africam restituerit. Sunt qui scribant, pacem in decennium his concessam, hac conditione tamen, vt mille nummos aureos, seruum vnum ex gente sua equo insidentem Romano imperatori singulis diebus penderent.

Ioannes itaque vir singularis religionis & mansuetudinis, vno omnium contentu pontifex creatus in ecclesia Saluatoris, quæ Constantiniana appellatur ad Lateranum, ea ratione, qua Leo secundus consecratur à tribus episcopis, Ostiensi, Portuensi & Veliterno: quem quidem morem posterius deinceps tenuere. Huius pontificatum celebrem eius fecere, & Felix Flauiani patruus, vir tantæ integritatis & doctrinæ, vt Condiperthus Arithperti filius Longobardorum rex, ei baculum argento & auro insignitum, virtutis gratia dono dederit: & Ioannes Bergomatum episcopus, cui ob sanctitatem & doctrinam reges etiam & principes ho-

noris



noris gratia affurgere consueverat. Ioannes autem, & antea, & in pontificatu valetudinarius, cum libellum de Pallij dignitate composuisset, pontificatus sui anno primo moritur, sepeliturque ad sanctum Petrum i. v. Nonas Augusti. Eius in morte sedes vacat mensibus duobus, diebus x l x.

CONON I.



85. Pont.

CONON Thracia oriundus, in Sicilia educatus, inde Romanæ ecclesiæ militans, ex presbytero pontifex creatur. Nam dum Romani Petrum archiepiscopum; exercitus verò Theodorum presbyterum in Ioannis demortui locum sufficere conarentur, tandem post longam altercationem in hanc sententiam venere omnes nutu diuino impulsis, ut Cononem eligerent, virum certè tanto principatu dignum, si animi dotes, si corporis inspicimus. Erat enim moribus, litteratura, pietate, religione, dignitatis specie insignis, quem nonnulli angelicum ob venerandam caniciem, & dignitatem formæ appellarunt: animi simplicis & integri, modellæ & iustitiæ singularis, constantiæ & prudentiæ plusquam humanæ semper est habitus. Hanc ob rem è vestigio omnes, ad quos pertinebat, eura confirmarunt cum maxima acclamatione laudum suarum. Idem fecit Theodorus Exarchus Rauennas, cui quidem in magistratu mortuo, non ita multò post Ioannes Platina in Exarchatu successit: hunc ego crediderim dedisse nomen meo natali solo, quod Platina appellatur, in agro Cremonensi positum. Nam cum inter Exarchos & Longobardorum

reges, frequentia bella committerentur, haud dissonum vero fit, cum ille locus propè medijs inter Rauennam & Papiam sit, quarum altera Longobardorum, altera Exarchi sedes haberentur, ibidem aliquando vel pugnatum esse, vel castra habita: quibus ex rebus locis ipsis plerunque nomina indita legimus: ut in eodem agro Vitellianam, oppidum à Vitellianis castris, & vicum Bebrignanum non longè à Bebrico Othonis clade insignem videmus. Ad Cononem redeo, qui post initum pontificatum statim in valetudinem incidit: vnde Paschalis * archipresbyter, ac thesauri pontificij dispensator, regnandi cupidus, Ioannem Exarchum pecunia sollicitat, ut eius suffragijs post mortem Cononis pontificatus sibi decernatur. Accepit pecuniam Exarchus: quanquam nihil eorum, quæ promiserat, deinceps præsterit. Non erat certè alio præmio quam frustratione dignus, homo auarus, & imperandi cupidus, qui thesaurum ecclesiæ, quem mandato Cononis, tum in elemosynas pauperum, tum in restitutionem templorum erogare debuerat, in largitionem effuderit: quo nihil potest esse, in viro præsertim ecclesiastico, detestabilius. Hoc non fecisset Gubertus episcopus Britannus, vir ea tempestate doctrina & integritate vitæ insignis: non Leodegarius martyr episcopus Augustodunensis, qui Theodorici Francorum regis iussu interfectus est, quòd eum persæpetyrannidis arguerit. Non Audoenus Rhotomagensis archiepiscopus, doctrina & sanctitate nulli secundus. Hi enim non in ambitione & avaritia, sed in Deo & doctrina spem omnem suam collocarunt: vnde postea condignam, cum apud Deum, tum apud homines acceptè mercedem felicitatis æternæ ac gloriæ. Moritur autem Conon pontificatus sui mense vndecimo, die tertio, sepeliturque ad sanctum Petrum vndecimo Kalendas Octobris.

Vacatum sedes mensibus duo-

bus, diebus tribus viginti.



SERGIUS I.



86. Pont.

SERGIUS natione Syrus, patria Antiochenus, patre Tyberio, Adeodati pontificis tempore Romam veniens, in clerum Romanum adsciscitur. Deinde verò ob eius doctrinam & diligentiam circa mysteria, ac rem diuinam, per ordines conscendens, sanctæ Susannæ ad duas domos presbyter cum titulo eius loci creatur. Frequentare tum magis atque magis cœmeteria cœpit, eisdemque in locis solemniter celebrare, qua ex retantum sibi nominis comparauit, vt defuncto Conone, in eius locum suffectus sit, non sine altercatione tamen. Populus enim Romanus bifariam diuisus, hinc Theodorum, hinc Paschalem archidiaconum petebat. Irruperat iam Theodorus cum factione sua interiorrem partem episcopatus Lateranensis: exteriora verò Paschalis occupauerat ab oratorio sancti Siluestri vsque ad basilicam domus Iulix, quæ campo imminet. Verùm cum ibi tanta altercatio & rixa esset, vt de pugna non ambigeretur, cum alter alteri cessurus non viderentur, nisi vi & armis pulsus, principes ciuitatis, cleri, militiaeque Romanæ, vnum in locum secedentes, quid maximè fieri oporteret ad tollendam seditionem, consultant. Tandem verò re ipsa discussa, cum neutri eorum, qui ob ambitionem tantos motus concitauerant, demandandum pontificatum censerent, Dei nutu nemine aduersante, Sergium pontificem deligunt: eundemque è media turba humeris tollentes, primò in oraculum Cæsarij martyris, mox in Lateranensem episcopatum detulerunt, refractis vi foribus,

Populi diuisio ob-
sersione.

repulsisque his, qui locum occupauerant. At verò Theodorus cognito omnium consensu, Sergium pontificem salutat, & osculatur. Idem fecit Paschalis alter competitor, licet inuitus, cogente multitudine, quæ armis circumstrepebat. Hic tamen clanculum Ioannem Platinam Exarchum Rauennatum litteris, nuntijs, & pollicitationibus aded concitauit, vt quæ antea pollicitus erat, largitione corruptus tandem præstaret, vt idem Ioannes Romam confestim veniret nullis præmissis nuntijs, quò negligentes & incautos opprimeret. Verùm vbi intellexit Sergium omnium consensu pontificem declaratum, instaratque, vt quæ Paschalis pollicitus erat, sibi præstarentur, aduersante Sergio quòd tantam largitionem improbaret, donaria quædam ex basilica sustulit. Verùm Paschalis tanti mali causa, magices accusatus & conuictus, vt fortilegus archidiaconatu priuatur: in monasteriumque poenitentia causa retruditur: vbi quinquennio post eadem semper pertinacia vsus, moritur. Interea verò Iustinianus cum in Deum, tum in homines, mira inconstantia vsus, & Sarracenos & Bulgaros præter foedera pacis inita adoritur, à quibus certè plus incommodi accepit, quam intulit: & Constantinopolim rediens, à ciuibus omnibus odio habitus, quòd scuitatis præfecti vrbis non compefcuisset, synnodum habuit, in qua nonnulla approbata sunt, orthodoxæ fidei nequaquam congruentia. Eadem quoque Sergij apocrifarius, qui tum Constantinopoli erat, subscriptione sua stolidè nimium confirmauit. Verùm cum postea Romam delata à Sergio exploderentur, qui non vnam, sed duas in Christo naturas tenebat, ac Virginem θεοτόκον fuisse, ita percitus Iustinianus, Zachariam protospatharium (quem nos principem militiae dicere possumus) Romam misit, qui Sergium ad se vinctum traheret: quod vbi sensere milites Exarchatus Italici, raptis properè armis, non solum pontificem à tanta iniuria tutati sunt, verumetiam parum affuit, quin Zachariam occiderent: quem pontifex ad se confugientem, in cubiculo suo aliquandiu conseruatum, clanculum ad imperatorem remisit.

Agebantur hæc Romæ, cum Leontius annuente Callinico patriarcha, plebe Constantinopolitana ad arma excitata, refractis omnibus custodijs vrbis; vnde multi nexi prodire, Iustinianum imperio deiecit, ac truncis

naribus exfulatum in Cherfonesum Ponti mittit. Hæc cum intellexisset Abimelech Sarracenorum admiratus, Africam statim inuadit seditionibus Constantinopolitanorum fretus, eò properè & Leontius copias suas mittit, quæ barbarorum impetum retardarent. Verùm non ita multò post seditione inter eos orta, Tiberium quendam ciuem Constantinopolitanum imperatorem creant: qui confestim Constantinopolim cum exercitu adnauigans, Leontium capit, & eodem affectum supplicio, quo Iustinianum diximus, in carcerem conijcit maiori ludibrio hominem referuans. Philippum prætereà Nicephori patricij filium, qui ei in adipiscendo imperio fauerat, in exilium mittit, quòd æqualibus suis narrauerat, se per quietem vidisse aquilam caput suum obtegere, veritus ne imperium adolescenti portenderetur. Dum hæc Constantinopoli agerentur, Pipinus Austriæ gubernator & dux, occupandi regnum Franciæ fundamenta iecit. Cùm enim intellexisset Bertarium quendam ignobilem, cuius opera Theodoricus Franciæ rex plurimum utebatur, omnibus odio esse, coactis in vnum ingentibus copijs, in Galliam traiecit, ac Theodoricum cum Bertario obuiam factum, collatis signis fundit, fugatque. Salutem sibi Bertarius fuga quaesuit. In regnum verò Theodoricus sese recipiens, Pipinum victorem pace sequestra regi gubernatorem & maiorem domus (vt Galli aiunt) efficit. Is autem in Austrasiam rediens, quòd à Germanis & Sueuis vexari suos intellexerat, superatis hostibus: in Franciam denuò redijt, quòd mortuo Theodorico regnum ad Childepertum fratrem eius peruenisse cognouerat, eò perueniens, & à rege per benignè susceptus, cùm filium Grimoaldum domus regiæ gubernatorem instituisset. in Sueuos & Germanos iterum rebellantes infesto animo redijt.

At verò Sergius pontifex, relegato Iustiniano pace ac quiete vsus, basilicam Petri ablati rudibus, renouatisque tignis, stillicidijs, ac parietibus, in antiquam formam restituit. Frontispicium basilicæ opere vermiculato exornauit, candelabra atque alia templi ornamenta ex auro & argento conficit in eadem basilica, & partem dominicæ crucis inuenit in capsula arca: & beati Leonis corpus vilius vsque ad tempora sua iacens, quàm eius merita requirebant, honestiore, ac celebratiore loco re-

posuit. Statuas Apostolorum vetustate exoletas renouauit. Multarum prætereà ecclesiarum, quas commemorare longum esset, ornamenta collapsa, vel restituit, vel noua de integro fecit. Constituit prætereà, vt in fractione dominici corporis, caneretur, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis: vt litanix quoque à sancto Hadriano quotannis dicerentur per urbem die Annunciationis sanctæ genitricis, ac Simonis, instituit: Rauennatibus autem Damianum, Berslauardum verò Britannis archiepiscopos dedit. Ecclesiam Aquileiensem quintam synhodum non omninò approbantem, ad sanitatem doctrina & auctoritate sua tandem perduxit. Sunt qui scribant, Lambertum virum sanctissimum, apud Leonardum ea tempestate martyrium subiisse, quòd Pipinum reprehenderit, qui vxori pellicem Elpiadem superinduxerat. Hoc autem facinus ipsius Elpiadis fratrem commisisse, qui postea morbo pediculari consumptus est. Sunt etiam qui scribant, Sergij virtute & sanctitate Saxones tum primum fidei nostræ characterem sumpsisse. His tot rebus vir sanctissimus insignis, pontificatus sui anno XIII. mense octauo, die III. & XX. moritur, in basilica Petri, collacrymantibus omnibus præ dolore ob amissum pontificem, comunem omnium parentem, magno funere sepelitur VI. Idus Septembris. Vacat tum sedes mensum vnum, dies viginti.

Lambertus episcopus.

IOANNES VI.



IOANNES sextus, natione Græcus, eo tempore pontificatus iniijt, quo Theophylactus Exar-

87. Pont.

Exar-

Exarchus Italiam petens, primò in Siciliam venit . Quod ubi sensere milites Itali, veriti ne quid mali eius aduentus portenderet, quòd superioribus temporibus ferè magis cum pontificibus, quàm cum imperatoribus sensissent, ingressurum urbem Romam interficere constituerant. Verùm Theophylactus auctoritate Ioannis pontificis defensus, qui sequestrum se inter duces & milites fecerat, compositis rebus omnibus Rauennam proficiscitur. Interea verò Gifulphus Beneuentanus dux, militum & Exarchi discordia fretus, Campaniam inuadit, Soram, & Arpinum occupat, villas incendit, rusticos, & pecora abigit: quibus malis permotus pontifex, legatos ad Gifulphum mittit, qui ei mandent, vt omnis Campaniæ & Hernicorum oppidis, in Samnium reuertatur: quòd si secus fecerit, breui sensurum omnipotentis Dei in se iram. His monitis perterritus Gifulphus oppida, quæ ceperat, restituens. Beneuentum reuertitur. Captiuos autem omnes, quoad per ærarium ecclesiæ sibi licuit, Ioannes redemit ex toto Samnio conquisitos.

At Iustinianus (quem diximus) à Tiberio in Chersonnesum Ponti relegatum, inde fugiens ad Cacannum Aurum peruenit, à quo primò ita perbenignè susceptus est, vt ei filiam in uxorem sponderit: verùm postea pecunia, & muneribus à Tyberio corruptus, hospitem & generum ei proderè instituerat. Hoc ubi Iustinianus intellexisset, ad Trebellium Bulgorum regem confugit, à quo etiam non ita multò post, vi, & armis in imperium restituitur. At verò dum hæc in Europa agerentur, Sarraceni occupata Lybia, & Africa, ex Lepta soluentes transmissio Atlantico fræto, omnes Hispanias præter Astures & Cantabros occupant. Hi enim sicuti vltimi fuère in Hispania, quos Romanum subigeret imperium; vltimi quoque, qui ab eo deficerent; soli postremò, qui Visigothorum à se discernerent iugum: ita nunc demum accepta Christi fide, & religione armis se à perfida Sarracenorum gente constantissimè tutati sunt. Africa igitur, quæ à Belisario primi Iustiniani duce recuperata, centum & septuaginta annis Romano paruit imperio, Sarracenis vnà cum Bærica Hispania (quam nunc Granatam vocant) occupata, eorum moribus & legibus iam septingentis & quadraginta annis obtemperat, cum maxima Christiani nominis ignominia: etsi Hispani, qui iactare ingenium & fortitudinem solent, nequeant tantam labem ab Europa propellere. Sunt qui scribant, Bedam, qui eisdem

temporibus fuit, hanc calamitatem litteris ad principes Christiani nominis, scriptis lamentatum fuisse, quòd bellum in hostes Dei atque hominum susciperent. Beda enim præter Græcæ atque Latinæ linguæ doctrinam, quam non mediocriter tenebat, ob religionem etiam atque modestiam, Venerabilis cognomentum adeptus est. Scripsit enim multa in actus Apostolorum, in Lucam edidit & librum de temporibus, & homelias plerasque, quibus multum Gallici sacerdotes vtuntur. Strabo quoque & Haymo viri doctissimi, Bedæ fratres sunt habiti: quorū alter plerasque homelias eleganti sermone composuit, alter verò Genesim commentatus est.

Strabo & Haymo Bedæ fratres.

At Ioannes pontifex restituta basilica sancti Andreæ in Vaticano, factoque testis diui Marci, atque ornato altari principis Apostolorum Petri, ductis columnis dextra læuaque, moritur pontificatus sui anno iij. martyrio, vt quidam volunt. Sed à quo martyrium passus sit, non satis constat. Sepultum ad catachumbas S. Sebastia. via Appia quidam affirmant. Eius ex morte vacat tum sedes mensis vnus, dies vnde viginti.

IOANNES VII.



IOANNES septimus, natione Græcus patre Platone,

Eo tempore pontificatum iniit. quo Iustinianus Constantinopolim reuersus, Tiberium & Leontium, à quo fuerat imperio deiectus, spectante populo interfici iussit. Multos præterea ex inimicis è medio sustulit vario genere mortis, plerisque in carcerem coniecit: quorum

88 Pont.

Sarraceni occupata Lybia & Africa Hispanias occupant.

Beda vnerabilis.

SISINNIVS I.

rum de numero quotidie aliquem supplicio afficiebat, cum nares emungendo illata iniuria reminisceretur. Præterea vero Callinicum patriarcham Constantinopolitanum confossum oculos, Romam exfulatum misit: Cyrumque abbatem, cuius munificentia in Ponto vixerat, in locum Callinici patriarcham sufficit.

Eadem vero stultitia vexatus, qua fuerat ante amissum imperium Sergio pontifice, duos metropolitanos Romam misit, qui Ioannem adhortarentur, ut habita synhodo, qua de hominibus crederent orientales, eadem vera etiam occidentales affirmarent, præpositis libellis, in quibus ei subscribendum erat. Homines autem re infecta ad imperatorem pontifex remisit, neque tamen (ut par erat) errores male de Deo opinantium emendandi censuris & interdictis, quemadmodum constantem pontificem decuisset. Sunt qui scribant (sine auctore tamen) Arithpertum Longobardorum regem religione motum, donasse alpes Gortias beato Petro: & quicquid à Taurinis, & Medullis Genuam usque, Ligusticamque protenditur. Alij autem affirmant, donationem ipsam ab Arithperto confirmatam fuisse: Verum cum de donatione nil certi habeatur, paleamque pontificij iuris periti appellant, quod sine frumento sit, nihilque Constantinianæ elegantia ac dignitatis habeat, quomodo de confirmatione constabit? Ad Ioannem pontificem redeo, virum certe multæ eloquentiæ & sanctitatis, qui in basilica Petri oratoriū (ita enim appellant locum orandi) in honorem Dei genitricis exstruxit, cuius parietes vermiculato opere intecti, dextera læuaque quorundam sanctorum patrum vultus ostendebant. Basilicam præterea sanctæ Eugeniæ restituit, iam pridem vetustate collapsam. Coemeteria quoque sanctorum martyrum Marcellini, Marci, Damasi que pontificis exornauit. Postremò vero multas Basilicas pictura, & statuis sanctorum cultiores reddidit. Has autem qui cernebant, ipsum pontificem intueri videbantur, unde exemplaria grauitatis & dignitatis pictores, ac statuarij sumplerant. Moritur autem Ioannes secundo pontificatus sui anno, mense septimo, die xvij. sepeliturque in basilica Petri ante altare

Dei genitricis, quod ipse exstruxerat, quindodecimo Kalend. Nouembris. Eius autem in morte tribus mensibus vacat.

(.)



SISINNIVS, vel (ut alij volunt) Zosimus, natione Syrus, patre Ioanne, xx. tantum diebus in pontificatu vixit, quo quidem tempore ferunt sancti Benedicti corpus è monte Cassino furto sublatum, propter solitudinem loci, & in Galliam translatum fuisse. Sisinnius autem licet podagra, & chiragra ita laboraret, ut neque ambulare, neque cibum capere possit, tamen ita urbis Romæ, & reipub. Christianæ curam gessit, ut nil prætermiserit, & ante pontificatum, & in ipso magistratu, quod bonum pontificem deceret. Iam enim materiam omnem parabat, qua & moenia urbis, & templa vetustate collapsa, in meliorem formam restitueret, celebrationaque redderet. Verum subita morte correptus in basilica Petri sepelitur octaua Idus Nouembris. Vacat tum sedes mensum vnum, & dies decem & octo.



CONSTANTINVS I.



in Pontum relegauit, orbatum prius luminibus aëneo vase concauo, ac quidem candente diu inspecto. Inde enim pyramis ignea exit, quæ faciliè oculorum aciem perstringit & obæcat. Nequaquam tamen hanc scitiam Constantinus probauit: redigere esim hominem ad sanitatem volebat, non tantis malis affici.

Interea verò cùm hæc à Pontifice & imperatore agerentur, Arisprandus regnum autum repetens, auxilio Baurorum fretus, in Italiam descendens, collatis signis cum Arithperto dimicat & vincit, regnoque Longobardorum potitur, Arithperto ipso dum trepidè nimium aufugit, in rapido flumine submerso. Verùm Arisprandus non ita multò post moriens, Luithprandum filium regni successorem approbantibus omnibus reliquit.

Iustinianus autem videndi Constantini pontificis admodum studiosus, hominem rogat, vt ad se proficiscatur, præmissa classe quò tutius nauigaret. Appropinquanti autem vrbì regie Constantino, Tyberius Iustiniani filius cum regio comitatu, & Cyrus patriarcha cum omnino clero honoris causa ad octauum lapidem obuiam prodeunt, eumque Camelanto pontificali amictu indutum, solemnè pompâ vrbem ingressi, in regiam perduxere. Inde verò Nicomediam proficiscens, quò venturus & imperator, Nicæa erat, non secus quàm Constantinopoli, à Nicomedensibus suscipitur. Iustinianus autem non ita multò post vrbem ingressus, non solùm pontificem amplectitur, verumeriam eius pedes venerationis causa exosculatur. Cùm verò sequentibus diebus multa inter se colloquuti fuissent, confirmassetque Iustinianus pontificè decreta, Constantinus abiens hominem adhortatur, ne in Philippicum in Gersoneso exulantem grauius aliquid decerneret; veritus ne aliquid mali oriretur, quòd Philippicū magni animi esse & cõsiliū virum intellexerat. Verùm Iustinianus consilio pontificis benè mōentis nequaquam obtemperans, classẽ in Pontum mittit eo animo, vt Philippicum interficeret: qui quidem deficiẽtibus ad se militibus, eadem classe viuis, duodecimo ab vrbe Constantinopoli milliario, cum Iustiniano & Tyberio dimicans eos vincit & interficit, imperioque statim omnium consensu potitur. Deinde verò Cyropatriarcha in Pontum relegato, quòd benè cum pontifice Romano sentiret, in eius locum Ioannem monachum hæresiarcham sufficit. Cuius quidem dogmata statim Romam misit,

CONSTANTINVS natione Syrus, patre Ioanne, eo tempore pontificatum inijs, quo Romæ triennio fame laboratum est: qua quidem in re ita omnes, tum vel maxime pauperes iuuit, vt Cõstantinum cælitum misum homines arbitrantur. Interea verò Iustinianus odio pontificij nominis Mauritium patricij ordinis virum, & Heliam Spatharium in Chersonesum, vbi exsulauerat, cum classe mittit, qui omnes pubertatem supergressos occiderent. Fecere mandata præfeti classis, vt rabiẽ imperatoris explerent. Et ne in homine solam crudelitatem fuisse existimes, tantæ ingratitudeinis fuit, vt Trebellium regem, cuius ope & copijs in imperium restitutus fuerat, cum Thracibus contendentem, de improviso hostili manu adortus sit; quem certè Trebellius non modò sustinuit, verùm etiam cum detrimento repulit. De pristina vita ob calamitates, quas perpeffus fuerat Iustinianus, nil immutauerat, præter hoc tantum, quòd se sem Apostolicam contrâ atque antea consueuerat, veneratione deinceps obseruauit, turatusque est. Nam cùm Felix archiepiscopus Rauennas ordines à Romano pontifice accepisset, cogere turque de more formulam obtemperandi scripto, & pecuniam Romam mittere, neque id præ arrogancia faceret, Iustinianus recognita Theodorum patriciū classis præfctum statim admonet, vt primo quoque tempore ex Sicilia in Rauennates moueat. Is autem dicto imperatoris obtemperans, & Rauennates prælio superatos, maximis affecit cladibus, & Felicem cathenis victum Constantinopolim misit, quem postea Iustinianus

Pont.

Iustinianus Imperat.

mandauitque vt omnium consensu approbarentur. At Constantinus habita synhodo, non modò Philippici & Ioannis monachi opiniones improbat, verumetiam decernit, vt sanctorum patrum imagines, qui concilijs ab omnibus probatis interfuerant, in porticu beati Petri depingerentur, cum intellexisset eas à Philippico è paritibus sanctæ Sophiæ ignominix causa abrasas fuisse. Præterea verò idem pontifex constituit, ne imperatoris hæretici nomen publicis scriptis, aut priuatis in ære, argento, plumbove reciperetur. At Anastasius cognomento Arthemius, sumptis armis Philippicum imperio deiecit, anno primo, & mense imperij v l. eumque captum oculis priuauit. Litteras præterea ad Constantinum pontificem mittit, quibus se Catholicæ fidei, ac sextæ synhodi accerrimum defensorem futurum pollicetur. Verùm hic quoque triennio post militibus spreus, imperio deiecit cogiturque à Theodosio, qui in eius locum successus est, sacros ordines recipere, ne ei sacrinitiato amplius redire ad imperium liceat. Theodosius autem Catholicus imperator, statim imagines sanctorum patrum (vt diximus) à Philippico demolitas, restitui pristino in loco mandauit. Felix verò (quem diximus) in Pontum à Iustiniano relegatum, à pristina hæresi discedens, in patriam reuertitur, ac sedem, vnde pulsus fuerat, repetit. Declaratum est etiam eodem tempore, Ticinensem episcopum Romanæ feditantum, non etiam Mediolanensi archiepiscopo obtemperare debere. Ea enim de re magna, & diuturna inter vtrunque antistitem contentio fuerat. Sunt qui scribant, duos reges Saxonum hoc eodem tempore Romam voti & religionis causa venisse, mortuosque ibidem esse peste, vt ait bitror. Post hos verò nõ ita multo post moritur Constantinus, vij. pontificatus sui anno, die x x. ac in basilica Petri sepelitur iij. Idus februarij. Sedes autem huius in morte mensem vnum, & dies xl. tum vacat.

ANNOTAT.

Primus omnium Romanorum pontificum imperatori Græco Philippico, qui Iustiniano iunioris Orthoxo principe occiso, imperium inuaserat, in os resistere palam ausus fuit Constantinus Papa. Imperator enim in Iconomachia hæresim lapsus, sanctas imagines vbique tollendas esse etiam Romano pontifici iusserat, quòd ille facere constantissime recusauit. Leoni verò III. Augusto similia iubenti,

Gregorius, qui Constantino successit, maior ausus, Italicum imperium, quod de Longobardis superat, iure eripuit anno Domini DCCXXIX. Gregorius deinde III. quem secundus moriens successorem reliquit, orientalibus destitutus auxilijs; primus ad Francorum opes longè lateq. patentes confugit, & ab ipsorum duce Carolo Martello, Pipini postea regis patre auxilia contra longobardos Romanæ vexantes implorauit. Quæ res semel incepta cū Longobardici regni excidio finita est. Ex Anastasio S. R. E. bibliothecario, in supradictorum pontificum vitis, Paulo Diacono lib. 6. cap. 11. & 13. hist. Longobardica, Annonio, qui ex Ademaro monacho de rebus gestis Francorum scripsit, lib. 4. cap. 57. item annalibus Constantinopolitanis, qui sub Eutropij nomine circumferuntur, lib. 21. Quorum auctor fuit Nicopherus patriarcha Constantinopolitanus, qui ante annos 70. vixit, eosq. Anastasius bibliothecarius è græco in latinum vertit.

GREGORIVS II.



GREGORIVS secundus patria Romanus, 91. Pontifex. patre Marcello, sub Sergio pontifice sacris initiatus, facellis, & bibliotheca præfuit, tantæ fidei & integritatis est habitus. Sumens deinde diaconatus ordinem; Constantinopolim cum Constantino pontifice proficiscitur: vbi cū acriter disceptaretur quibusdā de rebus ad fidem pertinentibus, ita acutè respondit, vt omnibus ingenij sui, & doctrinæ admirationem iniiceret: tantæ enim eruditionis & facundix erat, vt facilè conuinceret malè de fide nostra opinantes. Inito autem pontificatu, & moe-

*Imagines
sanctorum
Patrum de
pingi in
porticib.*

*Impera-
tor hære-
ticus.*

*Ticinensis
episcopus,
cui vt ob-
temperet
decretum.*

& mœnia vr̄bis aliqua ex parte vetustate collapsa instaurat, & trabes basilicæ principis Apostolorum, Laurentijque martyris extrâ muros, annositate quassas restituit relartis testis ac parietibus, introductisque de more aquis, compaginatis fistulis iamdudum vetustate, & hominû incuria vitiatas. Alias quoque ecclesias restituit, muneribusque tum aureis, tum argenteis exornauit: quas quidem enumerare longum esset. Non reticebo tamen, restitutum esse ab eo monasterium in via Ostiensis positum, non longè à basilica Pauli, cuius ruinas adhuc cernimus. Restitutamque etiam monasterium beati Andreæ, quod Barbaræ nuncupatur, ibique dispositos monachos, qui die ac noctu laudes Deo canerent. Huius præterea hæc peculiaris laus est, quod eius opera Germani ad fidem nostrâ conuersi sunt, misso eò Bonifacio monacho, qui eos è tenebris educeret proposita veritatis luce. Ipsorum autem Germanorum magnam partem Romam venientem, suis manibus vir sanctus baptizauit. Impulit item sua auctoritate Luithprandum, primò quidem recusantem, Arithperti donationem (de qua antè diximus) confirmare: quidem Luithprandum principio regni sui, & Baioariæ magnam partem occupat, & Rauennam obsidet, ac capit. Eiusdem temporibus Tiberis ad eò in immensum creuit, vr̄bem porta Flaminia influens, vt & in via Lata hominis magnitudinem aqua ferè æquaret, & à ponte Miluio vsque ad gradus sancti Petri nauigaretur linitibus non paruis. Durauit autem hæc illuuius diebus septem cum maximo ciuium damno & detrimento, euerfis domibus, ac erutis arboribus, satisque. Luna quoque eclipsim tum passa, vsque ad mediam noctem calorem sanguineum præsetulit. Dedit & signa futuri mali cometes, extensa ad septentrionem cauda. Gregorius autem, quo summi Dei iram à ceruicibus Christianorum auerteret, frequentes supplicationes vr̄be tota facit. Dum hæc Romæ à pontifice agerentur, nunciatum est Longobardos Beneuentano duce arcem Cumanam insidijs occupasse: qua ex re Gregorius vehementer commotus, Longobardos admonet, vt arcem præter fœdera pacis, fraude occupatam reddât, aliter eos breui indignationem omnipotentis Dei sensuros: cum hostes sapius moniti, res repetitas non redderent, Neapolitanos pontifex adhortatur proposito præmio, præmissisque etiam quibusdam militibus Romanis, vt arcem vi occupent. Hi verò mandata strenuè faciètes, Theodoro subdiacono hanc rem curante arcem

recipiunt, cæsisque trecentis ex his qui in præsidio erant, ad quingentos v. uos capiunt, ac Neapolim perducunt, vbi statim militibus præmia reddita sunt. Pace itaque foris parta Gregorius reparandis locis sacris animum adiecit, basilicam nanque sanctæ crucis in Hierusaleni iam pridem destitutam restituit, porticus circûaque positas instaurat fornicibus & testis. Oratorium Susannæ in monte Cælio, à fundamentis exstruxit. Domum paternam mortua matre in honorem Agathæ Christi martyris dedicauit, eoque loci monasterium exstruxit, additis suburbanis & rusticis prædijs ad monachorum vsum & commoditatem.

Sarraceni autem discordia Christianorum freti ex Lepta Africa in Hispaniam trajiciètes, prouinciam omnem præter Baticam à suis iam antèa possessam depopulantes, ad Aquitaniam vsque cum coniugibus & liberis peruenère, eam quoque prouinciam occupaturi. Erat tum Carolus Martellus Pipini ducis filius magno apud omnes in precio: duos enim filios Pipinus tum habuit, mortuo Grimoaldo, Carolomannum, & Carolum Martellum, qui postea solus hoc quoque mortuo regnum Franciæ obtinuit, multis tamen aduersantibus: maximè verò Eudone Aquitanæ duce & Chilperico rege quem Franci quidam post Theodoricum æmulatione moti regem constituerant. Verùm Carolus Martellus transmissio Sequana fluuio in Aurelianos mouens, vno impetu hostes fundit fugatque, ac regno Franciæ solus potitur. Rhenum deinde trajiciès, Saxones, Alemannos, Sueuos, Bauaros regno suo adiecit. Verùm cum intellexisset Sarracenos ab Eudone in Galliam euocatos, magnis itineribus in hostem proficiscitur: pugnantique potestatem facit, & vincit non longè à Turonum finibus. In eo autem prælio scribunt historici ad trecenta & LX. millia Sarracenorum cecidisse: ex Francis verò mille tantum odò centum, & quinquaginta desideratos. Sunt tamen qui scribant Eudonem tanto periculo motum, postremò cum Carolo sensisse. Hac itaque ratione Sarraceni beneficio Caroli à ceruicibus Hispanorum & Gallorum pulsi, rabiem omnem & indignationem ex tanta clade conceptam, in Constantinopolitanos vertere: vr̄bem enim terra marique triennio obsident. Verùm cum fame, frigore, peste, bello, postremò magna incommoda paterentur, obsidionem soluentes, ad sua quique redière. Ex Constantinopolitanis autem ad trecenta millia eadem peste consumpta traduntur. In Italia verò Longobardi duce

Luith.

Germani
ad fidem
conuersi.

Martellus

Luithprando, Rauennam diu obfessam, tandem capiunt, & diripiunt: inde Ticinum auferentes quicquid præclarum in vrbe erat, vnde crediderim tum equum illum æneum viro insidente, Papiam aduectum, quem accolæ Regis solem vocant. Sed ita fit in rebus humanis vicissitudo est. q̄ enim Theodoricus, alijsq; reges Gothorum, atque deinceps Exarchi Rauennates Roma Rauennam detulerant, id postea in varia loca dissectum est.

Interim verò Romæ à quibusdam seditiosis in pontificem coniuratur. principibus coniurationis Basilio, Iordano cartulario, Ioanne subdiacono cognomento Lurion, Marino spathario, qui ducatu Romano imperatoris nomine tum præerat. Verùm dilata in aliud tempus res est, quòd Marinum imperator reuocauerat. Tètare & Paulum Exarchum coniurati cœpère, quo quidem duce in tanta re vti volebant. Sed Romanus populus re ipsa tandem patefacta, arma capit, Ioannem & Lurionem interficit, reliquosque coniuratos dissipat. Basilium monasterio includit: vbi & vitam sibiuit. Paulus autem vehementer pontifici infensus, quòd ab eo prohiberetur, quò minus nona vêtigalia exigeret, clam & apertè mandato imperatoris viri sanctissimi mortem querere, sed Romani & Longobardi sumptis armis quòd min⁹ id fieret, prohibuère. Tum verò Leo tertius imperator, cum apertè inuehi in pontificem non posset, edictū proponit, vt omnes qui sub imperio Romano essent, sanctorum omnium, martyrum & angelorum statuas, atque imagines è templis abaderent, & auferrent, tollendæ (vt ipse dicebat) idololatriæ caussa: qui verò secus fecisset, eum se pro hoste publico habiturum. Gregorius autem tantæ impietati non modò non obtemperat, verum etiam omnes Catholicos admonet, ne in tantum errorem timore, vel edictò principis villo modo dilabantur. Qua cohortatione ad eò certè animati sunt Italiæ populi, vt paulū abfuerit, qu. n sibi alium imperatorem deligerent. Quò minus autè id fieret auctoritate sua obstare Gregorius ænixus est. Rauennæ tamen tanta seditio orta est, cum alij imperatori, alij pontifici obtemperandum dicerent, vt in ipso tumultu Paulus Exarchus cū filio occideretur. Mittitur deinde ab imperatore Eutychius eunuchus, qui pollicitationibus & donis Longobardos à benevolentia & societate Romani pontificis separaret. Verùm cum id frustra quereretur, rem toties tentatam ad tempus omisit, vnde pontifex tanta molestia liberatus, loca paupe-

rum, & basilicas inuifere cœpit, eaque restitueret, quæ ob vetustatem & incuriam, ruinam minabantur. Pacem præterea inter regem Longobardorū & duces Spoletinum ac Beneuentanū composuit. Hos enim rex ipse opprimere instituerat, cuius animum ad eò pontifex ad mansuetudinem redegit, interposita Saluatoris nostri auctoritate, vt omisso bello, armillas, baltheum, ense, ac reliqua arma templo principis Apostolorum offerret: cum exercitu enim vsque ad Vaticanum peruenerat, pacato tamen agmine, hac de re cum pontifice locuturus. Leo autem imperator phanatico spirititu iterum incitatus, omnibus mandat, vt simulacra, vel lignea, vel ænea, vel marmorea ad se deferat, & delata statim incendit non deferentes verò capit, & obruncat. Germanum patriarcham id potissimum improbatem, in exilium mittit, in eiusque locum Anastasium malè sentientem sufficit, quem postea Gregorius synhodo habita priuauit, & ab officio diuino semouit, nisi ad Catholicam fidem reuerteret. Sæpius præterea, vt sanctissimum virum decuit, literis imperatorem admonuit, vt omnis quorūdam improborum erroribus, veram tandem amplecteretur fidem: & abolere sanctorum imagines, defenderet, quorum memoria, & exemplari ad virtutem & imitationem excitarentur homines. Sunt qui scribant, Bonifacium huius pontificis temporis è Britannia Romam venisse, & ex monacho ob eius sanctitatem episcopum factum, ac in Germaniam ad confirmandos prædicatione & exemplo Germanos in fide missum, quod quidem ita egregiè fecit vt Moguntinus episcopus creati meruerit: in Frisiam deinde proficiscens, tum verbum Dei elegantissimè prædicaret, ab hostibus Christiani nominis occiditur. Ferunt & sanctum Egidium natione Græcum, exemplo & miraculis insignem tum habitum fuisse, & Petronacem ciuem Brixianum ex voto basilicam beati benedicti propè derelictā, sua impetā restituisse. At Gregorius, qui suo exemplo omnes ad virtutem & sanctitatem incitabat, pontificatus sui anno sextodecimo, mense nono, die vndecimo moritur, sepeliturque ad basilicam Petri, tertio Idus Februarij. Eius in morte episcopatus tum vacat dies quinque xxx. Centum autem & vij. ac xl. episcopos toto suo pontificatu creasse dicitur.

Germanum patriarcham in exilium missum.

Seditio
Rauennæ
propter
imperatorem
&
pontificem.

GREGORIUS III.



P. Pont.

GREGORIUS tertius, natione Syrus patre Ioanne, anno domini septingentesimo quinquagesimo nono omnium consensu pontificatum inijt. Fuit autem vir singularis doctrinæ, & humanitatis præcipua, græca atque latina lingua eruditus, mentem diuinæ scripturæ ita callens, vt nemo tum disertior prædicatione atque interpretatione rerum occultarum & admirabilium haberetur. Præterea verò, ne verbo tantum & cohortatione populos mouisse arbitraris, omnia, quæ exemplo mouere possunt, ita assidue obibat, vt iudicare difficile sit, promptiorne lingua quam opere habendus esset: Orthodoxæ fidei ita acerrimus defensor fuit, vt ob eam rem maximorum principum graues simultates & inimicitias sulceperit, non armis, non potentia, non minis cuiuspiam è gradu constantiæ suæ deiectus. Tanta postremò humanitatis fuit, vt pauperes mira charitate complecteretur, ac elemosynis foueret, captiuos redimeret, ære alieno nexos solueret, viduas & pupillos, quò minus à potentiibus circumuenirentur, tutaretur adeò, vt fere omnium parens ac pastor meritò vocaretur. Hic statim vbi pontificatum inijt, cleri Romani consensu Leonem tertium imperatorem Constantinopolitanum, imperio simul & communionem fidelium priuat, quod sanctas imagines è sacris ædibus abraisset, & statuas demolitus esset, quodque etiam de hominibus malè sentiret. Interim verò cum Luithprandus Longobardorum rex cupiditate imperandi motus, urbem Romam obsideret, captis circumquaque oppidis omnibus, Gregorius legatos nauit, quiater-

restri itinere non licebat, ad Carolum Franciæ principem statim mittit, qui hominem rogarent, vt primo quoque tempore laboranti Romæ & ecclesiæ auxilium ferret. Consiueuerant autem pontifices Romani si quid mali ab externo hoste immineret, auxilia ab imperatore Constantinopolitano petere. Quod facere Gregorius iussit, cum ob easdem causas, quas paulò antè commemorauit, tum vel maxime, quòd urbem regiam ægè: Leo à Sarracenis tutaretur, nedum alios defenderet. His itaque rationibus accedit, vt tunc primum tutela ecclesiæ ab imperatoribus, Constantinopolitanis ad alios translata sit. Carolus autem rogatus Gregorij patrocinium ecclesiæ suscipiens, Luithprandum regem amicum & compatrem rogat, urbem ne obsideat, ac pontificem ne vexet, hac re nil sibi fieri molestius quicquã aut grauius posse. Obtemperat Carolo Luithprandus, atque urbem obsidione soluit.

Nam inuito iam antea inter se foedere, Carolus Pipinum filium in Cisalpinam Galliam ad Luithprandum miserat, vt ei capillum de more sacrorum succinderet, vnde compates more Christiano inuicem facti sunt, quod est quoddam assinitatis vinculum. Remiserat puerum ad parentes Luithprandus multis ac maximis donatum muneribus. At Carolus pacatis Italiæ rebus, in Burgundiones versus, eos vi capit, & præmedellia socios appellat, Frisones idololatrias opprimit: Lugdunum Arelate, Massiliam de Vesogothis occupat, qui Athimur Sarracenorum regem in auxilium vocant. Is itaque cum magno exercitu Rhodanum traiciens, Auinionem vi capit, opportunitate loci pro arce vsurus. At Carolus re cognita, eò præperè cum exercitu mouit, & Auinionem recuperat, interfectis Sarracenis omnibus, qui in præsidio erant. Inde Narbonam proficiscitur, quòd aufugisse Athimur cognouerat. Ab obsidione Narbonæ discedens, quòd Amoreum alterum ex Sarracenis Hispaniæ regem, venire in auxilium Athimur cum magno exercitu intellexerat, haud procul inde, in vallem Corbariam descendit: vbi inerat planities ad dimicandum aptissima. Amoreus autem arbitratus Carolum desperatione rerum in fugam versum, in vallem ingreditur, statimque pugnandi copiam facit. Non detrectat certamen Carolus, licet hostium numerus propè infinitus esset. Tandem verò vbi acriter aliquando vtrique pugnatum esset, cadente autem in primis aciebus Amoreo, funduntur hostes funganturque: quorum

pars

Leo tertius imperator à Gregorio & imperio & cōmuniōne fidelium priuatur.

pars magna in proximis paludibus & stagnis, quò confugerant, oppressa est. Athimus verò fortè fortuna nauigium nactus, inde in Hispaniam vltiorem fugiens, omnes insulas, quas adijt, desperatione rerum ferro ac flamma vastat. Eodem fermè tempore beati Augustini corpus, quod antea ducentis & quinquaginta annis ab Hyppone in Sardiniam translatum fuerat, cù VVandali prædabundi Africam vastarent, diligentia Luithprandi ex insula ipsa Papiam delatū est, egregio in loco reconditum. At Sarraceni his cladibus domiti, intra Pyteneusè deinceps continent, vnde Vesogotthi omnes, qui citeriorem Hispaniam & partem Galliarum occupauerant, auxilio carentes, in potestatem Caroli deuenère, atque ita Gotthi, qui trecentis propè annis imperauerant, funditus deleti sunt præter paucos, quos Barchinonenses ab interitu liberarunt. Sunt qui scribant, Luithprandum copias auxiliares in tanto bello Carolo misisse, atque ita rebus benè gestis suos omnes onustos præda domum rediisse.

Interim verò Gregorius pontifex nequaquàm ocio & pace abutens, ad exornandas ecclesias animum adijt. Nam & altare beati Petri sex columnis onychinis augustius reddidit, dextra ac læua positis ad Philopareas vetustate ferè comminutas. Stabant in his columnis trabes argenteo delibutæ. In trabibus verò æquis spatijs, Saluatoris & Apostolorum simulacra distinxit. Struxit & oratorium in eadem basilica, in quo de reliquijs ferè sanctorum omnium recondidit, celebrariq; eo loci quotidie mandauit, atque in canone celebritatis hæc verba addidit, marmoribus circumquaque positis insculpta, Quorum solennitas in conspectu tuæ maiestatis celebratur domine Deus noster toto in orbe terrarum, &c. Quibus verbis nunc sacerdotes in secretis non vtuntur. Præterea verò huic basilicæ multa argentea vasa donauit, eius quoque iussu & impèsa aurea Dei genitricis imago Saluatoris amplectens, exstructa est, & in basilica sanctæ Mariæ ad Præsepe collocata. Restituit etiam tectum sancti Chrysogoni, eoque in loco monachos collocauit, qui rem sacram quotidie celebrarent. His addidit & fundos vnde viuere Monasteria quoq; multa partim restituit, partim verò à fundamentis extruxit, addita regula, qua monachi integrè & sanctè viuere. Instaurauit & moenia vrbis, magna ex parte vetustate collapsa. Idem etiam Centumcellis fecit iam propè desertis propter collapsa moenia. Instituit præterea, vt ferè sine interuallo, &

à presbyteris hebdomadarijs, & à monachis in ecclesia sancti Petri diuina officia celebrarentur: vnde apparet & monachorum & presbyterorum sæcularium domicilla multis in locis contigua fuisse, qui æmulatione moti, Deo quàm diligentissimè seruibant. Gregorius verò benè de Deo & hominibus meritis, anno pontificatus sui decimo, mense octauo, die quarto & vigesimo moritur, ac in basilica Petri sepelitur quarto Kalendas Decembris, collacrymantibus omnibus tanquam communi parente orbatis. Sedes autem dies octo tantummodò tum vacat.

ZACHARIAS I.



ZACHARIAS natione Græcus, ex patre Polycronio, inter optimos pontifices annumeratur. Fuit enim vir mitissimi ingenij, miræ suauitatis & gratiæ, omni virtute præditus, cleri ac populi Romani amator: ad iram tardus, ad misericordiam & clementiam promptissimus, nulli malum pro malo reddens, sed ad imitationem Saluatoris malum in bono vincens: & ad eò quidem, vt quos habuerit æmulos & inimicos, & eosdem postea inito pontificatu honoribus & præmijs affecerit. Cùm autem initio pontificatus sui ardente bellis Italiam offendisset, legatos de pace componenda statim ad Luithprandum Longobardorum regem misit, persequètem bello Transmundum Spoletinum ducem. Verùm cùm à legatis ea de re nil fieret, ipse comitante clero Romano in Sabinos proficiscitur. Ferunt autè octauo milliario à Narnia regem pontifici honoris causa obuiam factum, ex equo descendisse, ac

93. Pont.

se, ac pedibus virum sanctissimum in urbem comitatum fuisse. Qui sequenti die inter Missarū solemnia orationem publicē habuit, & quidē elegantem, qua ostendit, quid maximē regem Christianum deceret, siue pacem, seu bella gerat. Hac oratione ita permotum regem ferunt, vt statim arbitrium omne componendæ pacis ei commiserit. Iam verò Transmundum ducatu Spoletino rex priuauerat, in eiusque locum Agrandum nepotem suum suserat. Accipitur tamen in gratiam Transmundus rogatu pontificis: & ex duce in clericatum assumitur. Redduntur item Romanis oppida sua ex Sabinis capta: reddunt Narnia & Ancona ex Picentibus: & quicquid à Longobardis triginta iam annis in Etruria occupatum fuerat. Redduntur & captiui omnes eo bello capti. Mira etiam humanitate pontifex vsus est: adhibito enim rege in conuiuium, nullum genus comitatis & gratiæ prætermisit. Inde verò rex pacato agmine abiens, non ita multò post moritur, anno regni sui trigésimo secundo.

Fuit autem vir tanto regno dignus: quippe qui sapientia, prudentia, cōsilio plurimum valebat, ac ita manu promptus erat, vt nemo veteranus eo pugnacior haberetur. Iustitia autem & clementia ita insignis habebatur, vt difficilè iudicaretur, vtra in re maiorem laudem mereretur. Huic autem in regno Aldebrandus nepos succedit: quo quidem post menses sex defuncto, Rachis dux omnium suffragijs rex decernitur, vir certè omni laude dignus si v. tam eius, si mores, si animi integritatem inspicis. Redintegratum quoque fœdus cum hoc rege à pontifice est missis legatis, quibus omnia ex animi sententia rex ipse pius & religionis amator, benignissimè concessit. Post quartum verò regni sui annum, rex diuino numine tactus, spreto regno, vitam monasticam amplectitur: vxorem & filios, vt idem ipsi facerēt, adhortatus Huius quidem frater Aistulphus regnum occupat, qui ob astutiam ingenij & ferocitatem animi omnibus arma intentabat, maximè verò pontifici & Romanis: quorum ditionem sibi vindicare armis conabatur. Interea verò Carolus Martellus graui morbo correptus, suadentibus amicis, regna à se armis occupata filijs suis diuidit. Nam Carolomanno maiori nata Austrasia & Suenia, Pipino verò iuniori Burgundia, & pars Franciæ obtigit. Moritur autem Carolus vir animi & sapientiæ singularis villa Carisiaco apud Harim flumiū, anno magistratus sui (quem Maiorē domus vocant) quinto & trigésimo, sepelitur que

Parisijs in basilica Dionysij martyris. Habuit & alium filium Carolus ex prima vxore ortum, quem Grifonem appellabant: cuius cum nomine etiam mores conueniebant. Rapere enim ex alieno consueuerat, vnde & bella fratribus intulit, & Saxones, gentem ferocissimam contra eos sollicitauit. Carolus autem & Pipinus hostili manu prouinciam Saxonum ingressi, Theodoricum gentis principem in dedicationem accipiunt. Ab hac autem expeditione digrediens Carolomannus, Romam venit: ibique dimissa imperiorum & regni gloria; in montem Cassinatem ad monasterium sancti Benedicti proficiscitur: vbi & monachi habitum & mores suscipit.

At Pipinus regnandi cupidus, legatos suos ad pontificem mittit, eumque rogat, vt regnum Franciæ sibi auctoritate sua confirmet. Annuat pontifex eius postulatis accepti beneficii & veteris benivolentiæ memor, quæ inter pontifices & principes huius familiæ intercesserat, atque ita eius auctoritate regnum Franciæ Pipino adiudicatur, anno domini septingentesimo quinquagesimo tertio: ex Maiore nanque domus qui post regem summus erat apud Francos magistratus, reges Franciæ deinceps à Pipino secundo eiusque familia originem habuere Ferunt Carolum, quem diximus, monachi habitum sumpsisse, ex monte Cassino cum alijs monachis ad Zachariam pontificem venisse: ab eoque precibus obtinuisse, vt eis liceret repetere sancti Benedicti corpus surtim ablatum, quod tum in Floriacensi monasterio regni Franciæ collocatum fuerat. Annuat illorum precibus pontifex, & litteris Pipinum adhortatur, vt patiatur monachos sancti Benedicti corpus repetere. Quod quidem rex haud grauatè concessit, quia inde surtim ablatum à monachis quibusdam senserat. Zacharias aut pace iam vbique parta, multas basilicas ruinam inantes restituit. Porticum quoque & turrim ante basilicam Lateranensem à fundamentis erexit: vbi & cancellos & portas æneas extruxit. In ipso frontispicio porticus vbi orbis terrarum imago descripta erat, sanctorum imagines vetustate exoletas renouauit. Lateranentes ædes auxit & exornauit Bibliothecam beati Petri restituit. Vectigal præterea vnicuique basilicæ assignauit, vnde oleum pro lampadibus emeretur. Condonauit vestem altari beati Petri. auro gemmisque distinctam, in qua depicta inerat Iesu Christi natiuitas. Idem quoque basilicam beati Georgij in Velabro condidit, eoque loci caput ipsius sancti col-

eti collocavit. Aedificavit & oratorium beatae Cæcilie via Tiburtina quinto ab vrbe milliario. Huic autem basilicæ oratorium quoque addidit in honorem beati Cyri abbatis: addidit & fundos, vnde sacerdotes viuerent. Restituit & tectum Eusebii martyris, quod suo tempore corruerat. Constituit item, vt buccellarij quotidie elemosynas è Lateranensi palatio cuiusvis generis præberent. Venetis præterea inhiuit sub anathematis pœna, ne seruos Christi signo notatos, Sarracenis & gentilibus venderent, vt mercatores facere consueuerunt. Postremò verò ne litteras in tanto rerum fastigio eum prætermisisset arbitris, quattuor libros Gregorij in dialogo è latino in græcum transtulit, vt haberent Græci, vnde bene viuendi rationem perdiscerent. Cùm verò ita sanctè & integrè populum Dei annis decem, mensibus tribus cum maxima omnium beneuolentia gubernasset, moritur, ac sepelitur in basilica Petri Idibus Martijs. Eius autem ex morte episcopatus tum vacat diebus duodecim.

STEPHANVS II.



STEPHANVS secundus, natione Romanus, patre Constantino, per gradus ecclesiasticos ad pontificatum peruenit, licet defuncto Zacharia Stephanum quendam presbyterum Romanum pontificem populum statim creasset, qui tertia die pontificatus sui somno excitus, dum res domesticas disponere incipit, morbo apoplexiæ correptus interijt. Post hunc verò cleri ac populi consensu in templo sancte Dei genetricis ad Præsepe, Stephanus secundus pōtiffex creatus, humeris omnium (aded omni-

bus erat gratus) in basilicam Saluatoris, quæ etiam Constantiniana dicitur, deportatur, atque inde in patriarchatum Lateranensem. Erat autè vir singularis religionis & prudentiæ. amator cleri, ecclesiarum restitutor, Christianæ doctrinæ diligens prædicator & scriptor, pater pauperum, pupillorū & viduarum defensor acerrimus, fortissimus & constans in rebus agendis, non tamè pertinax. Placatè enim Aistulphum, Romanorum agros & fines bello vexantè, primò quidem verbis & muneribus conatus est. Nam tributum sibi rex auarissimus pendere volebat à populo Romano, quotannis singulis aureis in capita collatis: vnde pontifex coactus ad externa auxilia confugere, ad Constantinum imperatorem Constantinopolitanum legatos mittit, qui auxilium petant contra Aistulphum totam Italiam vexantem, quiq; iam Rauennâ Exarchatus sedem & magnam partem Flaminie coeperat. Verùm cùm id frustra ac sæpius tentasset, eius rei causa proficisci ad Pipinum regem Franciæ instituit. Mittit itaq; legatos ad regem, qui Aistulpho mandat, vt ei tutò liceat iter facere per regnum suum. Postulata concessit Aistulphus Pipini rogatu. Stephano iam fines regni Franciæ attingenti, Carolus Pipini filius, cui postea à rebus gestis Magno cognomen fuit, ad centesimum lapidem honoris causa sit obuiam. Idem facit Pipinus tertio ab vrbe lapide, qui ex equo descendens, & pedes sanctissimi viri exosculatus est, & à freno equi, quo pōtiffex vehabatur, pedes ipse nunquam discessit, donec hominem in urbem perduceret, & in cubiculo, vbi diuersaturus erat, collocaret. Aistulphus autem veritus, ne quid mali in se Stephanus moliretur, Carolomannum monachum ad fratrem Pipinum mittit, qui eum adhortaretur ne Stephani gratia bellum Longobardis inferret: qui certè non modò monacho non obtemperat, verùm etiam eum in Viennense monasterium relegat, vbi non multò post dolore animi & cruciatu moritur. Interea verò cū pro anni tempore bellum geri non posset, Pipinus veteri amicitie multum tribuens, legatos ad Aistulphum mittit, qui hominem adhortentur, res repetitas reddere: aliter enim se eas bello & armis breui repetiturum. Non paruit sanis admonitionibus Aistulphus, vnde Pipinus appetente iam verè, copias in Longobardos mouet, præmissis leuis armatura militibus, qui Aistulphi præsidia è claustris alpium deturbarent. In planitiem deinde Insubrium descendens, cum longè ac latè omnia depopulatus esset, nemine obstant-

obstan-

Papian Longobardorum
sedes.

obstante, Papiam Longobardorum sedem obsidione cingit & oppugnat, defendente Aistulpho, & qui cum eo in praesidio erant. At Stephanus tot calamitatibus hominis pertinacissimi & prouincialium motus: pacem vltro Aistulpho pollicetur, modò ablata restituat. Accipit tandem conditiones pacis Aistulphus, & plura etiam, quam quæ peterent, promisit iurcurando interposito. Hanc ob rem Pipinus satisfactum pontifici arbitratus, soluta obsidione in patriâ reuertitur, relicto Varreno huiusce pacis arbitro. Eunt Româ Stephanus & Varrenus, arbitrati Aistulphum promissa breui præstiturum qui contra istis celeriter vndique copijs tumultuario magis quam iusto exercitu eos subsecutus, Romam obsidione cingit, & suburbana omnia vastat & incendit, maiore propè damno ex hoc latrocinio accepto, quam trecentis iam ante & quattuor ac quadraginta annis ab inclinatione imperij sensissent. Rogatus denud Pipinus à pontifice, vt vrbi Romæ perfidia & rabie Aistulphi laboranti opem ferret, exercitum quanta maximè celeritate potest, comparat.

Interim verò Turci meliores sedes expetentes, Alanos primò, mox Colchos, & Armenios, inde minoris Asiae populos, postremò Persas & Sarracenos vincunt, & opprimunt, anno domini septingentesimo quinquagesimo quinto. Sunt qui scribât, hos fuisse Scythas, ex his præsertim, quos Alexander Macedonum rex intra Hyperboreos ferreis repagulis clausit, hac metaphora vsu, quòd gentem indomitam in angulum illum tanquam in ergastulum inclusisset. Verùm cum post multas illaras iniuicè & acceptas clades, de pace inter Sarracenos & Turcos conuenisset, decretum est, vt Turci, qui in Perside habitabant, Sarraceni appellarentur: atque ita æquiore animo Sarraceni in Asia regnare Turcos passi sunt: & quòd etiam eos breui accepturos Mahumetanam superstitionem videbant, ad eò erant eorum ingenia ad malum prona.

Pipino autem iam in Italiam cum exercitu descendenti, Gregorius Constantini quarti imperatoris protosecretarius fit obuiam, hominè imperatoris nomine admonet, ne Exarchatum Rauennatem oppreßum à Longobardis, ad se pertinentem, vel pontifici, vel Romanis dedat, si ei contigerit Longobardos superare. Cui Pipinus ita respondet, se quidem in Italiam ideò venisse, vt & pontifici, & populo Romano rem gratam faceret, consularumque eorum commodis quoad eius fieri poterit. Deinde verò Papiam mouens, ita Aistulphum obsidione pressit,

vt breui eum coegerit pristinas conditiones pacis accipere. Redditus itaque Romanis Exarchatus est: quicquid Padum & Apenninum interiacet à Placentinis vsque ad stagna Venetorum: & quicquid intra Isaurum flumen, Apenninum & Hadriaticum còtinetur. Addo etiam, quæ Aistulphus de Etruscis & Sabinis coeperat. Pipinus autè, qui ad radices Alpium tandem constitit, donec deditio fieret, relicto abbate Pholcaco cum parte copiarum, qui Aistulphum in venatione apoplexia interijisse, nondum planè deditioe facta. Desiderius autem, qui dux Etruriæ erat, copias Longobardorù statim vndique contrahit, regnum inuasurus. Idem quoque facit Rachisius Aistulphi frater, quem diximus monachi habitum sumpsisse. Hunc autem Longobardi oēs, præter eos, qui in Etruria erant, secuti sunt. Verùm Desiderius multa pontifici & Romanis pollicitus, eos statim in sententiâ suâ trahit, qui quidem properè legato ad Rachisium misere, atque inter hos Pholcadum abbatem, qui homini mandaret, vt armis discederet, ac Desiderio obtemperaret. Atque ita Fauentia & Ferraria postremò pontifici reddita, nomè Exarchatus cessat, qui centum & septuaginta durauerat annos, à Narsete vsque ad captam ab Aistulpho Rauennam. Foris itaque pace parta, atque aucta mirum in modum ecclesiæ ditione, Stephanus habita synhodo, oues suas atq; earù pastores recenset, delinquentes castigat seruata clementia: errantes in viam rectâ deducit, ignaros docet & admonet, quid deceat episcopum, quid presbyterum, quid denique omnes sacris initiatos, præponit. Litanias prætereà instituit ad placandam Dei iram. Itum est primo sabbato ad sanctam Dei genitricem ad præsepe, secundo ab beato Petrum in Vaticanum, tertio ad sanctum Paulum via Ostiensi. Restituit & basilicas quasdam ab Aistulpho, dum urbem obsideret, comminutas, non tamen recuperavit sanctorum reliquias, quas idem rex Papiam secum detulerat, ibiq; non indecore in quibusdam basilicis collocauerat. His itaq; artibus Stephanus vir sanctissimus bened. de Deo, de patria, de ciuibus suis, deque omnibus Christianis meritis, pontificatus sui anno v. mense primo moritur, ac sepelitur in basilica Petri collacrymantibus omnibus, tanquam communi parente orbatis, vj. Kalendas Maij. Vacatum

sedes dies duos & xxx.

(:)

Pholca-
dus alij
Holic-
dus.

Turci
quos vs
certum.

PAVLVS I.



95. PONT.

PAVLVS natione Romanus, patre Constantino, Stephani secundi frater, in patriarchatu mores & doctrinam ecclesiasticam perdidicit, sub Gregorio secundo & Zacharia pontificibus, à quo in diaconatus ordinem cum fratre adscitus est: verum mortuo fratre in ipso pontificatu cum successor quæreretur, fuere qui Theophylactum archidiaconum proponerent. Fuere item, qui dicerent Paulum ob integritatem vitæ & doctrinam in demortui fratris locum subrogandum esse: Exploso itaque post longam contentionem Theophylacto, solus bonorum omnium suffragijs Paulus pontifex decernitur Constantini & Leonis temporibus. Erat autè Paulus vir mitissimi ingenij clementiæque singularis. & adeo Saluatoris nostri imitator, vt nulli vnquam malum pro malo redderet, sed contra malos, à quibus per sæpè iniuria afficiebatur, in bono vinceret. Hic autem tantæ pietatis & humanitatis fuit, vt noctu cum duobus & eò amplius tribus familiaribus cubicula pauperum ægrorantiũ circuiret, vnum quenque eorũ & verbis & eleemosinis ad recuperandam valetudinem cohortatus. Carcere quoque frequenter adibat, indeque plerisque tre alieno nexos, persoluto creditoribus precio dimittebat. Pupillos & viduas circumventas fraude caussidorũ tuebatur, & eleemosynis sustentabat. Idem quoque congregato clero, vniuersoque populo Romano, corpus beatæ Petronellæ Petri filia, vnà cum sepulchro marmoreo his litteris notato. Petronellæ filia dulcissima, ex via Appia in Vaticanum detulit, canentibus (vt fit)

facerdotibus, populoque celebritatem agente. Atque corpus ipsum sanctissimũ in templo Apollinis ad caput Basilicæ patri dedicatæ collocauit. Interea verò cum Constantinus Imperator sacras imagines vbiq; demolitus, Constantinũ regis vrbs episcopum, impietati suæ resistentem, verberibus necasset. in locumq; demortui Nicetam spadonẽ sui sacrilegij consciũ suffecisset, pontifex ipse omni ex parte religioni consulens, nuncios Constantinopolim mittit, qui imperatorem adhortarentur, vt sacras imagines & statuas restitueret: id si facere recusaret, eidem anathematis censuram minarentur.

Sed Constantinus in sacrilegio suo pertinax, & sanas admonitiones contempsit, & Sabinum Bulgarorũ regem in demoliendis sacris imaginibus eius impietatem imitaturũ, in gratiam recepit, cum antea bello Bulgaros persecutus fuisset. Adscito deinde Leone filio eius nominis quarto in partem imperij, qui Irenen Atheniensem mulierũ omnium pulcherrimã, in matrimonium collocarat, fœdus cum Sarracenis iniit, stomachũ orthodoxis Christianis facturum. Interea verò Pipinus & Taxillonem Bauarorũ ducẽ suo imperio subiicit, & Saxones in amicitiam recipit, hac tamen conditione, vt ccc. equites, quoties bellũ gerere oporteret, auxilio mitterent, cum Aquitanis diuturnũ ei fuit bellũ: quod quidem postremò Carolo adolescenti comisit, cum ipse senio confectus, interesse non posset. Hoc bello absoluto, Carolus Borboniũ, Claremontem, & multa de Alueanis oppida, vi cepit: At Pipinus, quẽ diximus, annis grauem esse, non ita multo post moritur, duobus filijs Carolo ac Carolomanno in regno relicis. Sunt qui scribant, hoc tempore mortuũ esse Aistulphũ Longobardorũ regem, quem diximus multa sanctorũ corpora Romæ Papiã secũ detulisse: eorumq; sacella edificasse, ac monasteria virginũ, vbi & filias Deo dicauit. Monachos aut supra modũ dilexit, quorũ etiam in manibus regni sui anno sexto, mense quinto moritur. In principio regni nimis ferrox & audax, in fine moderatus. Tantæ præterea litteraturæ fuit, vt edicta Longobardorũ in leges retulerit. Huic (vt dixi) Desiderius dux militaris successit, languescente iam ob delicias Longobardorum virtute. Moritur & Paulus in basilicâ Pauli via Ostiensi, restitutis quibusdam ecclesijs vetustate collabentibus, pontificatus sui anno x. mense j. eiusque corpus magna ac solemnĩ pompa in Vaticanum deferitur. Vacat tum sedes annum vnum, mensem vnum.

STEPHANVS III.



96. Pont.

STEPHANVS tertius, natione Siculus, patre Olibrio, anno domini septingentesimo sexagesimo octavo pontificatum iniit, vir certè doctus atque eruditus, & in rebus agendis, maximè verò ecclesiasticis, strenuus admodum ac constans. Hic enim à teneris annis Romam veniens, mandato Gregorij in monasterio sancti Chryzogoni rationem benè viuendi, & doctrinam ecclesiasticam perdidicit, accepto clerici ac monachi ordine. Vocatus deinde à Zacharia pontifice in patriarchatum Lateranensem, cum eius vita & doctrina ab omnibus probaretur, sanctæ Cæcilie presbyter cum titulo instituitur, quem tamen & Zacharias, & Stephanus, & Paulus à se nunquam dimiserunt: tantæ probitatis erat & præstantiæ in agendis rebus. Mortuo autem Paulo, quem nunquam nē in extremo quidem spiritu reliquit, Desiderius, quem ex duce regem Longobardorum creatum esse adiuuante Paulo diximus, liberatus omni metu Pipini morte, Totonem Nepesinum ducem adhortatur, vt Constantinum fratrem vteriam, quando largitione & ambitionis fieri nō possit, pontificem deligat. Is itaque Romam cū exercitu profectus, Constantinum fauentibus quibusdam amicis largitione & pollicitationibus corruptis, pontificem creat. Fuere etiam, qui Philippum quendam huic præponerent, qui statim abdicare se magistratu armis compulsus est. Cogitur & Gregorius Prænestinus episcopus, Constantinum ipsum laicum sacris statim initiare, atque episcopum inungere, cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo

Constantinus laicus initiatur sacris.

dicuntur, vt eas ori admonere non possent. Cū verò Constantinus munera pontificatus per annum obstinatè exercuisset, tandem è sede deicitur à populo Romano, ira & indignitate rei percito: in cuiusque locum omnium suffragijs Stephanus tertius suscipitur. Hanc ob rem Constantinus in basilicam Saluatoris perductus, videntibus omnibus ac sacris canonicis perlectis, vt fieri solet, deposito pontificali habitu, magistratu se abdicat, in monasterio vitam priuatam ducere iussus. Tunc verò Stephanus in basilica sancti Hadriani inter tria fora à tribus episcopis cōlecratus, & ab vniuerso clero ac populo vt verus pontifex salutatus, ad corrigendos mores quorundam improborum, labefactare integritatem ecclesiæ Romanæ volentium, animum adiecit. Inducto itaq; concilio, Carolum litteris ac nuncijs adhortatur, vt primo quoque episcopos quosdam Gallie ad hanc rem doctrina & integritate morum idoneos, Romam quæ imprimis mittat. Idem quoque ceteris principibus Christiani nominis scribit. Obtemperarunt omnes mandato pontificis. In Lateranensi basilica conciliū habetur. Multa inter se de componendis ecclesijs rebus collocuti, Constantinum ad se perduci iubent. Nam cum Desiderij Longobardorum regis subornatione & Pauli cognomento Aphiarthe imperatoris Constantinopolitani fraude, crebræ seditiones in populo Romano orirentur, quòd Desiderius reuocare animos Romanorum à Carolo ad imperatorem studeat: & interfecti perij sunt, & Constantinus, cuius caussa tot mala committebantur, ab aduersa factione reclamante Stephano & indignante, oculis capitur. Sed ire obuiam populo in furorem verio non licet. Perductus itaque in medium Constantinus & accusatus, quòd nullis sacris initiatus, sedem apostolicam occupasset, omne crimen in vim populi & quorundam facinorosorum reijcit, quòd se etiam inuitum coegerint pontificatum obire. Cū verò in paupimento pronus & supplex iaceret veniam petens, commiseratione moti qui aderant, eum è medio duci iubent: atque ita eam integram in sequentem diem reijciunt, maturius consulturi, quid in tali re facere oporteret. Verùm Constantinus sequenti die in cōcilium rediens, mutata sententia, ostendit quæ adhuc egerat maiorum exemplo fecisse: quòd & Sergius Rauenatum archiepiscopus, & Stephanus Neapolitanorum, ex laico episcopus creatus sit. Ob hanc verò impudentiam indignati, qui in concilio

cilio aderant, eum turpiter eijcientē, ad componendam rempublicam Christianam animū adiecere, abrogatis primò Constantini decretis. Institutum est autem omnium consensu, ne quisquam laicus, nisi per gradus ecclesiasticos ascendens, pontificatum occupare, auderet sub anathematis pena. Promulgatum est item, vt qui episcopi dignitatem Constantini tempore consecuti fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordines reciderent. Quod si istorum vita & doctrina à populo probata fuisset placere, vt ad sedem apostolicam venientes, denud consecrarentur. Idem de presbyteris & diaconis adiudicatum est. Vetitum tamen est, ne qui istorum maiores gradus attingerent: vetitos credo, ne quid erroris, aut secta aliqua inde oriretur, tanquam ex seminario quodam discordiæ ac seditionis. Constitutum est præterea, vt quæ Constantinus in re sacra egisset, irrita haberentur, præter baptismum & christum. Postremò verò abrogata synhodo Constantiniana, qua decretum inter Græcos fuerat, vt sanctorum simulachra & statuae à templis abraderentur, eijcerenturve: constitutum est, vt eadem statuae vbiq; restituerentur, anathematizantes execrabilem & perniciosam illam synhodom, qua Dei immortalis conditio peior quàm hominū fieret. Referre enim statuas mortalium benè de repub. meritorum licet, ne ingrati videamur, vtq; eorum facta æmulatione imitari cogamur: Dei non licet, quem semper ante oculos, si fieri posset habere deberemus, si eius merita erga humanum genus, si naturæ diuinæ dignitatem inspicimus? His verò ex sententia peractis, decretum est, vt sequenti die supplicationes haberētur, quibus & Deo gratias agerent, & iram ipsius, si qua ex hominum peccatis concepta esset, placarent. Itum est autem à Lateranensi basilica ad sanctum Petrum cum maxima omnium religione nudis pedibus, & à pontifice, & ab omnibus, qui tum aderant.

Nunc verò ad eò refrixit pietas & religio, nō dico nudis pedibus, sed caligati & cothurnati vix supplicare dignantur. Nō sicut inter eundem, vel dum sacrificatur, vt illi sancti patres: sed rident, & quidem impudenter: de his etiam loquor, quos purpura insigniores facit, non hymnos canunt: id enim seruire videtur, sed iocos & fabulas ad risum concitandum inter se narant. Quid plura? quò quis dicacior est & petulantior, eò maiorem in tam corruptis moribus laudem meretur. Seueros & graues viros reformidat hic postter clerus. Quid ita? quia in tanta

licentia malunt viuere, quàm benè moneri, aut cogenti obtemperare, & ob eam rem Christiana religio quotidie in peius labitur.

Ad Stephanum virum sanctissimum redeo, qui peractis supplicationibus, statim quæ in concilio acta erant, & voce apocrisarij & scripto promulgauit, poenamq; anathematis illis proposuit, qui abrogare auderēt, quæ in sancta synhodo instituerant. Verum non ita multò post mortuo Sergio Rauennatum archiepiscopo, Michaël eiusdem ecclesiæ scriniarius sedem occupat, nullis sacris initiatus, adiuuante Desiderio rege & Mauritio Ariminensium duce, quos Michaël pecunia & largitione corruerat; pulso Leone archidiacono, quem potissimum clerus expetebat. Ausi quin etiam missis ad Stephanū legatis eum pecunia subornare, vt eundem Michaëlem in ecclesia confirmaret: qui non modò dona reiecit, verum etiam edictum proposuit, quo ille anathematis poena notaretur, nisi sedem relinqueret, quam contra ius fasq; occupauerat. Tam diu tamen vi Rauennatum eam obtinuit, quamdiu aliquid habuit & profanum & sacrum, quod Desiderio muneum cupientissimo elargiretur. Verum cum pontifex eò legatos suos misisset, cum oratoribus Caroli regis ob eam rem in Italiã missis, admonuissentq; quid maximè pontifex expeteret, statim eiecto Michaële Leonem deligunt, quem pontifex confirmauit. At verò cum ob hanc rem à Desiderio clanculum vexaretur, Carolum rogat, vt Desiderium admoneat, vt ab iniuria inferenda caueat. Fecit id Carolus, & quidem per diligerter, retinere tamen hominem in officio armis non potuit, quòd ei mortuo fratre, qui secum paribus animis biennio regnauerat, multa bella obire necesse fuit. Aquitanos enim, quod bellum pater inchoauerat, in potestatem suam redegit, Vascones domuit in Aquitania positos. Deinde verò transmissis Pyreneis montibus, fuis ac fugatis Sarracenis, vsque ad Bætim flumen peruenit, quòd nunc in Hispania Sarraceni Granatæ se continent. Interim verò Stephanus pastor quàm diligentissimus, & verus Petri successor, ac Christi imitator, quarto pontificatus sui anno mortitur mense quinto, die vij. & xx. sepeliturq; in basilica Petri. Eius autem ex morte dies ix. sedes tum vacat.

HADRIANVS I.



77. PONT.

HADRIANVS prim^o patria Romanus, patre Theodoro summa nobilitatis viro, pontificatum iniens, nequaquam à maioribus suis degeneravit. Nam magnitudine animi, consilio, doctrina, & sanctitate vitæ, cum quouis optimo pōtifice comparari potest. Cuius amplitudinem Desiderius Longobardorum rex veritus, statim de pace ineunda & de amicitia mentionem per legatos fecit. Verùm Hadrianus cognita hominis perfidia plusquam Punica in aliud tempus pacem distulit. Intereà verò mortuo Carolomanno, Berta eius cōiunx, Hildegardæ Caroli vxori amplitudinem mariti inuidens. Adoarij cuiusdam consilio vsa, cum filijs ad Desiderium regem in Italiam confugit, qui eam perbenignè suscepit: & quod se tutiorem futurum hac ratione ab impetu Gallorum existimabat, & quod Francs propositis Carolomanni filijs, facilius sumpturos arma in Carolomanni regem, si quid in se moueret, arbitraretur. Verùm cum obtinere ab Hadriano precibus non posset, vt filios Carolomanni reges inungeret, ad vim conuersus, in Rauennates motiens ditioni Romanæ obtemperantes, Fauentiã & Comaclum vi cepit. Præerat tunc Rauennæ archiepiscopus & tribuni tres, qui primo quoque tempore ab Hadriano auxilium petiere. Pontifex autem primò quidem Desideriū nuntijs & litteris adhortatus est, vt suis finibus se contineret, nec ditionem ecclesie inuaderet. Deinde verò vbi intellexit eum Vrbium, Senogalliam, & Eugubium cepisse, tum magis minari, cum paulò post adfuturum Deum vin-

dicem violati foederis diceret. Qui quidem in tantis minis nil aliud dicebat, quam pontifici in suas partes transeundum esse. Separare enim hominem ab amicitia Caroli omnino nitebatur, & ob hanc rem cum precibus & pollicitationibus id obtinere non posset, minabatur se urbem breui obsessurum. Iam enim Spoletium cum Aldagasio Carolomanni filio venerat, inde tamen ad urbem peruenturus (vt ipse dicebat) pacato agmine voti gratia. Verùm Hadrianus redactis in urbem reuersi filijs omnium basilicarum, quæ extra urbis mœnia habebantur, tres episcopos ad Desiderium misit, qui ei sub anathematis poena minarentur, ne vllò modo fines Romanos attingeret. Rex igitur veritus ne iram DEI incurreret, in Cisalpinam statim redijt. Intereà verò Carolus ab Hadriano de iniuria sibi illata certior factus, Desiderium per legatos admonet, ac frustra quidem, vt res iniuria ablatas pontifici restitueret: aliter se breui cum exercitu adfuturum, vt quod spontè nolle, id vi facere cogeretur. Vtrinque igitur magni parantur exercitus, sed Carolus mira celeritate vsus, pramissa parte copiarum, quæ in transitu alpium Iouis montem occuparet, cum reliquo exercitu per montem Cinisium in Italiam descendit, fusoque ac fugato Desiderio obuia facto, omnia longè ac latè populatur & capit. Desiderius autem desperatis rebus tanto accepto incommodo, Papiam se recepit, vxore ac liberis Veronam misit. At Spoletini, Reatini ac Longobardi omnes, qui eas rationes incolebant, audita Desiderij calamitate Romam venientes, se ac sua omnia Romani pontificis fidei committunt, adhibito iteiturando, deposito capillo & barba: quod apud eam gentem maximum veræ ditionis signum erat. Horum secuti exemplum Anconitani, Auximates, Firmiani, pontifici se ac sua liberè dedunt. Longobardis autem ad suos redire nolentibus, Vaticanam sedes ad incolendum concessa, quò postea ex tota Italia multi suæ gentis confluxere, istorum exemplo permoti: At Carolus relicto Bernardo patruæ suo in obsidione Ticinensis urbis, cum parte copiarum Veronam proficiscitur: quæ quidem ciuitas hand ita multò post inclinante in partes Francorum, Bertæ ac Carolomanni filijs ditionem fecit. Aldegisus verò Desiderij filius inde abiens, ad imperatorem Constantinopolitanum confugit. Carolus autem acceptis in ditionem

omnibus fermè Transpadana Italiae vrbibus, Romam petit, vnà cum pontifice resurrectionis festum celebraturus : cui iam vibi appropinquanti ad tria millia iudicum honoris gratia occurrisse Bibliothecarius scribit : iudices eos vocans, qui nequaquam sordidis artibus impliciti essent. Expectabat hominem Hadrianus cū clero suo in gradibus sancti Petri : quem quidem accedentem mira beneuolentia complexus est nec retinere eum potuit, quò minus pedes suos exosculetur. Inde post datam acceptamque salutem basilicam ingressi, cum ad iurare Apostoli simul peruenissent, iurauerunt mutuo Carolus ac pōtifex, Romani ac Franci, & perpetuam se amicitiam seruaturus : & communes eorum hostes fore, qui alteram partem laceffissent. Vrbem deinde ingressus, omnes basilicas piè admodum & religiosè inuisit, ac muneribus quibusdam ornauit. Nudius verò quartus posteaquam vrbem ingressus fuerat, quod dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat, eadem ipse amplioribus priuilegijs confirmauit iureiurando interposito. Quæ quidem (vt Bibliothecarius refert) hæc sunt, quicquid in Liguria ab vrbe Luca iam pridem euerfa vsque ad alpes Italiae fines pertinet, huic ditioni additur : & Corsica insula, & quicquid Lucam & Parmâ interiacet. Additur & Foruimilij cum Exarchatu Raeanatum, cumque Beneuentano & Spolefino ducatu. His autem rebus ita compositis, Carolus cum bona Hadriani gratia in Transpadanam rediens, sexto mense postea quam obsideri coepta est, Papiam deditione occupat.

In Desiderium autem clementia vsus, hominem spoliatum regno, non etiam vita, Lugdunū cum vxore & liberis exsulatum mittit. Versus deinde Arachinam Beneuentanum principem Desiderij generum, qui eius furores iuuerat, hominem pacem petere breui coegit, duobus filijs obsidibus datis. At verò dum iter in Cisalpinā facit, ad Cassinum diuertens religionis causa, omnia monasterij dona ab alijs principibus diuo Benedicto data confirmauit. Atque ita sedatis in tota Italia rebus, propostisque Cisalpinæ firmissimis præsidijs, cum magna prædia & gloria in patria reuertitur, Caroli fratris vxorem & liberos secum ducens, quos quidem semper in honore habuit. Paulum quoque Longobardorum Aquileiensis patriarchatus diaconum, Desiderio ob doctriam & ingenium admodū charum, secum in Galliam ducens, libertate donauit : in precioque aliquandiu habuit. Verum cum postea comperisset hominem Desiderij li-

bertatem quærere, eum in Diomedis insulam relegauit, vnde post aliquot annos aufugiens, & ad Arachin perueniens, rogatu Adelbergæ Desiderij filia & Arachis vxoris Eutropij historiae duos libros addidit, à Iuliano principe vsque ad primi Iustiniani tempora omnia perscribens. Mortuo inde Arachi, Cassinense cœnobium ingressus, reliquum vitæ sanctissimè vsque ad mortem ducens, sæpè ad Carolum regem litteras elegantes, & humanitatis plenas scripsit, ab eodemque, à quo fuerat ob literaturam seruatus, vicissim accepit. Longobardi itaque quarto & ducentesimo anno postquam in Italiam venerant, regnum amisere, anno Domini septingentesimo septuagesimo sexto. Carolus autem nulla interposita mora in Saxones idololatrias, qui ob eius in Italiam discessum rebellauerant mouet, eosdemque, quibus cum ad triginta annos bella gesserat, vincit, & fidem Christi omnino suscipere cogit. Conuersus deinde in Hispanos, à nostra quoque fide alienos, Pampalunam & Augustam vi captas militibus diripiendas concessit. Neque Hispanis pacem & quietem daturus erat, nisi ipsi quoque integrè fidem Christi recepissent. In Galliam verò tum quoque rediens, rebus ex sententia gestis, dum Pyrenæos transit, in Vasconum insidias incidit : quo in prælio licet se acriter tutatus sit, Anselmum tamen & Egibardum summos in bello duces amisit. Sunt qui eo quoque prælio cecidisse scribant Rolandum Caroli exfore nepotem, post editam ingentem hostium eadem & stragem. Perieritne siti (vt aiunt) an vulnere haud satis constat. Vascones verò tandem à Carolo superati, defectionis ac perfidiae meritas poenas dedere. Mouet bellum in Francos, Taxillo Baiouariae dux, Desiderij gener, sollicitatis Hunnis, quod quidem celeritate sua prius penè Carolus confecit quàm inchoatum sit huic quoque pacem non negauit acceptis prius obsidibus. Dum hæc in Gallia gererentur, Constantinus orientis imperator elephantia morbo correptus, vnde fortasse nata est illa de lepore magni Constantini vana opinio, ob similitudinem nominis, moriens Leonem quartum imperatorem reliquit, qui adeo gemmis delectatus est, vt direpto sacrario sanctæ Sophiæ, coronam magni ponderis ac precij sibi constituerit, qua quidem ita frequenter utebatur, vt aut propter pondus, aut ob frigiditatem lapillorum subito morbo correptus sit. Idem quoque accidisse nostra ætate Paulo secundo putauerim, qui adeo his muliebribus delinimentis de-

lectatus est, conquisitis vndique magno precio gemmis, & exhausto penè ecclesiæ Romanæ aërio, vt quotiescunque in publicum prodiret, Cybeles quædam phrygia acturreret, non mitrata, videretur. Hunc ego ortam tum sudore præpinguis corporis, tum gemmarum pondere apoplexiam illam puto, qua correptus sub eò morbo interiit.

Leone itaque mortuo, Irene eius vxor & filius Constantinus sextus imperium accipientes, concilio trecentorum & quinquaginta episcoporum in Nicana vrbe secundo habito instituere, vt qui sacras imagines delendas dicerent, perpetuè anathemate notarentur. Quam quidem constitutionem Constantinus adolescens patris flagitia secutus, quorundam improborum suasu, non ita multò post & abrogauit, & matri omninò administrationem imperij abstulit. Repudiata deinde vxore, Theodoram eius ancillam corona imperij augustiorem redditam, in suos complexus traduxit. Subornauit & duces suos, quos in Italia habebat, contra finitimos: hos quidem vnico nuncio sua auctoritate Carolus in officio continuit, qui tum in Sclauos & Hunnos (quos Vngaros merito dicemus) copias mouerat, quòd horum incurfionibus circa Danubium vexarentur omnia, quibus certè perdomitis, in Franconiam duxit maiorum suorum natale solum, vnde Franci nomen sumpsere. Qua quidem p̄uincia haud magno negotio in potestatem suam redacta, biennio post Theophylactus & Stephanus episcopi insignes Hadriani nomine synhodom Francorum Germanorumque episcoporum habuere: in qua & synhodus (quam septimam Græci appellabant) & hæresis Felicianiana de tollendis imaginibus abrogata est.

Hadrianus verò opera & auctoritate Caroli à terrore bellico securus, ad exornandam urbem sacræque basilicas animum adiecit. Nam & corpus beati Pauli laminis argenteis inclusit, & altare Petri Pallio exornauit auro intertexto in quo depicta historia inerat, quem admodum angelus beatum Petrum è vinculis liberauerat. Restituit item & strauit marmoribus Pauli Apostoli atrium, iam antèa vetustate collapsum. Instituit item, vt singulis diebus centum pauperes in atrio Lateranensi pascerentur, in quo etiam discumbentes pauperes, pisci cernebantur. Restituit præterè magna impensa aqueductus quosdam & vetustate & hostium maleficio collapsos: Alifetinum

potissimum ductum, iam antèa ab Augusto via Claudia ex lacu Alifetino duobus ac viginti millibus passuum in subiacentem Transiberinam regionem magis ad vsum hortorum, naimachie, thermarumve, quàm ad potum, cum aqua illa infalubris haberetur. Sabatinum verò ex lacu Sabatino nomen ducens, quem quidem lacum alio nomine Anguliaræ appellant, à tribus angulis, quos præfert, via Aurelia in Vaticanum duxit, vt eo vterentur sacerdotes beati Petri, tum ad vsum basilicæ, tum ad lauandum Christi pauperes, qui in Paschate elemosynam accepturi lauabantur ad imitationem apostolicæ doctrinæ & religionis. Molendi quoque vsum ea aqua interdum præstabat, è Ianiculo in planum cadens. Sabatinum autem lacum Anguliaræ etiam appellatum fuisse declarat emptio Polæ Rutiliæ, quæ fundum hac ratione in ripa lacus Sabatini, vel Anguliaræ emit, vt quicquid agri exhausto lacu desiccaretur, id fundo Polæ adiudicaretur, quæquã versum fundus tenderet. Restituit & Iuliam à duodecimo lapide via Latina in urbem ductam, quæ quidem (vt ait Frontinus) Tepulæ ex agro Tusculano ductæ riuâ intercipitur. Ita verò Claudiam formam reparauit via Sublacensi conceptam ad trigessimum octauum lapidem ex duobus fontibus amplissimis, vt eius aquæ pars in baptisterium Saluatoris ad Lateranum deriuaretur. Restituit etiam Virginis formam ab octauo lapide via Collatina in urbem introductam. Tecta quoque multarum basilicarum ob vetustatem ruinam minantia, refarsit. Dum verò his operibus detineretur Hadrianus, aded in immensum excreuit Tiberis, vt & portam Flaminiam à fundamentis euerterit, & pontem Antonini Pij quem olim Sublicium vocarunt, inter Ianiculum & Auentinum, & multa vrbs ædificia demolitus sit, secum & arbores, & segetes, & vrbs ornamenta trahens. In tanta autem calamitate hæc diligentia Hadrianus vsus est, vt per vicos nauiculas mitteret, vnde cibaria ob excreuentiam aquæ egredi domo nequeuntibus subministrarentur. Eos præterè, qui tanta calamitate magis ac magis vexati fuerant, & verbis & muneribus consulatus est. Turres & vrbis muros collapsos restituit, centum auri libris in eo sumptu expensis. Quid plura? nil prætermisit in vita Hadrianus, quod ad bonum principem, & ad optimum pontificem pertineret. Nam & religionem Christianam, & libertatem civium suorum, & vitam pauperum, pupillarum, vi-

sed unum acerrimè miratus est. Moritur autem pontificatus sui anno tertio & vigesimo, mense x. die secundo septimo: sepeliturque magna cum laude in basilica Petri sexto kalendas Ianuarij.

ANNOTAT.

Sub Hadriano papa, Desiderio Longobardorum rege à Carolo Magno praelio victo, & capto, ipsorum regnum, quod CC. & amplius annis durauerat, in Italia defecit. Auctores Anast. Bibliothecarius in vita Hadriani papa, Annovius ex Adimaro lib. 4. cap. 69. 70. & 71. Eginardus in vita Caroli Magni, & abbas Vrspbergenfis.

Nemo porro post apostolum Petrum Romanorum pontificum diutius in pontificatu, quam Hadrianus papa vixit. Sed et enim, ut ex eius sepulchri elogio intelligitur, annos xxij. menses x. dies xvij. Huius autem Epitaphium, quod à Carolo Magno editum, sepulchro eius in basilica sancti Petri collocatum est, subijcere placet, quod est eiusmodi.

Hic pater ecclesia, Rome decus, inlytus auctor

Hadrianus requiem papa beatus habet.

Vir cui vita Deus, pietas, lex, gloria Christus,

Pastor apostolicus promptus ad omne bonum.

Nobilis, ex magna gentis iam gente, parentum,

Sed sacris longe nobilior meritis.

Exornare studens deuoto pectore pastor

Semper ubiq; suo templi sacra ta Deo.

Ecclesias donis, populos & dogmate sancto

Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.

Pauperibus largus, nulli pietate secundus.

Et pro plebe sacris prouigil in precibus.

Doctrinis, opibus, muris erexerat arces

Vrbs caput orbis honor inlyta Roma tuas.

Mors cui nil nocuit, Christi qua morte perēpta est

Ianua, sed vita mox melioris erat.

Post patre lacrymans Carolus hæc carmina scripsi:

Tu mihi dulcis amor, te modo plango pater.

Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper

Cum Christo teneas regna beata poli.

Te clerus, populus, magno dilexit amore,

Omnibus vnus amor optime prasul eras.

Nomina iungo simul tuis clarissime nostræ

Hadrianus Carolus rex ego, tuq; pater.

Quisq; legas versus, deuoto pectore supplex

Amhorum mitis dic miserere Deu.

Hac tua nunc teneat requies charissime membra,

Cum sanctis anima gaudet alma Dei.

Vltima quippe tuas donec tuba clamet in aures,

Principe cum Petro surge videre Deum.

Auditorus eris vocem scio iudicis almam:

Imra nunc Domini gaudia magna tui.

Tum memor esto tui nati, pater optime, postea

Cum patre dic natus pergat & iste meus.

Opete regna pater felix caelestia Christi,

Inde innum precibus auxiliare gregem.

Dum sol ignicomo rutilus splendet ab axe,

Laus tua, sancte pater, semper in orbe manet.

Sedit beatæ memoriæ Hadrianus papa annos

xxij. mense x. dies xvij. obiit septimo kalend.

Ianuarij.

L E O III.



58. Pont

LEO tertius, patria Romanus, patre Azzupio, pontifex creatur, ac meritò quidem.

Ab ineunte enim ætate ita erat educatus & eruditus disciplina ecclesiastica, ut dignus esset, qui cæteris anteferreretur. Fuit præterea vir castus, integer, pudicus, facundus: doctorum virorum ita amator, ut eos vndiquaque ad se premijs alliceret, eorumque consuetudine mirum in modum delectaretur. Præterea verò ægrotos visere, eosque ad paciētiā adhortari, elemosynas indigentibus præbere, desperatos consolari, errantes in viâ rectâ deducere prædicationibus, admonitionibusque, quibus plurimū ob eloquentiā & doctrinam valebat, ei peculiare fuit. Homo certè ita mitis ingenij, ut omnes diligeret, neminem odio haberet, tardus ad iram, ad miserendum promptus, insignis pietate, fortissimus rerum ecclesiasticarum honorisque diuini procurator & defensor. Creatur itaque (ut dixi) pontifex vno omnium consensu in natali-

tij

tijs Stephani protomartyris, sequentiq; die acclamantibus omnibus præ favore, in sede Petri collocatur.

Iisdem verò temporibus Constantini imperatoris mater Irene, filij fragitia nequaquam ferens impellentibus quibusdam ciuibus Constantinopolim reuertitur, ac Constantinum captū oculis in carcerem conijcit: vbi & meritò tanquam sacrilegus minimaq; pietatis, quippe qui matrem relegauerat vitam finiuit. Interim verò cum Carolus multis rebellantibus vndique laceraretur, Pipinum filium in Vngaros misit, quos quidem grauibus prælijs superatos, tandè ad deditionem compulit. Adolphus aut Asturix & Gallicix rex, acceptis à Carolo auxiliariis copijs, superatisq; Sarracenis, Vlyxibonum vi cepit, qui verò in præsidio Barchinonæ erant, Carolo audita Adolphonij victoria, se cõfestim dedunt. Superanturq; & Bauari, qui Foro iulianos vexabant, ab Henrico Caroli præfecto.

Interea verò Leo tertius dum supplicationes à beato Gregorio institutas, Romæ agit cum populo & clero, Paschalis primicerij & Campuli presbyteri fraudibus apud ædem beati Siluestri captus, ac pontificali amictu priuatus, multisq; verberibus adedò cæsus, vt oculis & lingua captus putaretur, in monasterio S. Erasmi in vincula conijcitur: vnde postea Albini cubicularij industria custodes fallens, in Vaticanum sese proripuit: ibique tam diu latuit, quoad Vinigisius Spoletinorum dux clanculum acersitus, eum incolumen Spoletium perduxit, cohortibus militum in itinere stipatum, ne aliqua hostium vi obrueretur. At seditio si cùm sæuire in Leonem & Albinum non possent, eorū domos à fundamentis diruunt. Iidem quoq; (adèdò audaces erant & temerarij) ad Carolum, qui tum bellum contra Saxones gerebat, quoq; Leonem profectum intellexerant, accusandi hominis causa peruenere. Verum Carolus reiecta in aliud tempus deceptione, pontificem cum egregio comitatu Romam mittit, se eò breui peruenturum pollicitus, componendarum rerum Italicarum gratia. Leoni verò ad pontem Miluium honoris & gratulationis causa clerus ac populus Romanus obuiam factus, virum sanctissimum in urbem introducunt. Carolus autem non diu immoratus per Maguntiacos in Belgis positos, Moricumq; montem in Forum iulij descendens, Taruisinos graui supplicio afficit, quòd Henricum præfectum occidissent. Creato verò in huius demortui locum altero, Rauennam primò, mox Romam expectatus

proficiscitur, Urbem ingredienti omnia certè, & meritò quidem honoris genera adhibita sunt. Octauo autem die posteaquam urbem ingressus fuerat, in basilica Petri adstante populo & clero, episcoporum omnium, qui eò ex tota Italia & Francia conuenerant, sententias de vita & moribus pontificis rogat. Verum ab omnibus vna voce responsum est, sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput, à nemine (laico præsertim) iudicari debere. Omissa autè ob tam graue responsum à Carolo quaestione, Leo pontifex, qui id iudicium maximè expectabat, suggestum conscendens, ac euangelia in manibus retinens, iureiurando affirmauit, se omnium rerum, quæ sibi obijcerentur, infontem esse. Fuit is dies Idibus Decembris, salutis anno octingentesimo. Dum hæc autem Romæ ageretur, Pipinus mandato patris Beneuentanos duce Grimoaldo finitimos suos vexantes aggressus, magnis cladibus ita perdomuit, vt agrè se mœnibus tuerentur: cui bello Vinigisium Spoletinum ducem præficiens, ad patrem reuertitur imperij coronam breui sumpturam. Nam pontifex Carolo optimè de ecclesia Dei merito aliquam gratiam relaturus, cùm videret imperatores Constantinopolitanos agrè id nomen tueri, ac ob eam rem urbem & Italiam ipsam magnas calamitates passam, in basilica Petri post solemnia sacra populi Romani scito ac precibus ipsum Carolum magna voce Imperatorem decernit, ac diademate donat, ter acclamante populo Romano Carolo Augusto à Deo coronato magno & pacifico imperatori vita & victoria. Pontifex item hominem iunxit vnà cum Pipino filio, quem Italia regem solemnibus decreto pronunciauit. Accepta itaque imperij potestate Carolus, Campulum & Paschalem coniurationis reos, capite plestendos censet. At pontifex omni ex parte clemens, à Carolo rege tamen obtinuit, vt his vita condonaretur, in Franciam tantummodò relegarentur. Pòst hoc verò fuere, qui Carolo suaderent, vt omnes Longobardos Italia expelleret. Verum cum id nequaquam tutum videretur, quòd multis Italiae populis sanguine & affinitate coniuncti essent, censuere simul & Carolus & Leo, vt Longobardorum nomen ibi tantummodò remaneret, vbi ea gens præcipuè sedem habuisset.

Pipinus autè cum in Samniū redisset, frustra que per aliquot menses Beneuetum oppugnasset, Theate conferens, oppidum vi captum incendit ac diripit. Inde Ortonam & Luceriam mouens

Sedes apostolica omnium ecclesiarum caput.

monens, eas ciuitates timore percussas, in dedicationem statim accipit, ac Grimoaldum Bencuetanum ducem Luceriæ capit: qui non ita multo post dolore animi periit. Interea verò Constantinopolitana imperatrix, missis in Italiam legatis, cum Carolo pacem & fœdus iniit, imperiumque his terminis diuisit, vt Irene ea Italia parte potiretur, quæ ad dexteram Neapoli incipiens, ad sinistram Syonto (quæ vrbs nunc Manfredonia dicitur, infero superoque mari clauditur vnâ cum Sicilia. Reliqua verò Italia pars Carolo ipsi ex fœdere obtigit, ea tamen loca semper excipio, quæ ditionis ecclesiasticæ habebantur. At Nicephorus patricius ægrè ferens Irenes mulieris imperium, cum eam dolo captam Lesbium in exilium misisset fœdus iam antea in initum per legatos cum Carolo renouat, qui tum Saxones toties deficientes, migrare in Franciam cū vxoribus & liberis compulit, eos in itinere cum legionibus subsequens, ne quid maleficij inter eundem committerent.

At Leo cum seditionibus semper vexaretur, ab vrbe discedens, Mantuam proficiscitur ad visendum Christi sanguinem, qui tum miraculis magno in precio erat. Is autem à Mantuanis per benignè susceptus, approbato Christi sanguine ob frequentia miracula, ad Carolū proficiscitur, vt hominem veritatis cognoscendæ cupidam, eius rei certiolem faceret: simulque etiam, vt de componendis rebus Italicis inuicem colloquerentur. Rediens deinde in Italiam, adiuuante Pipino rege, mandato patris, de coniurationis quibusdam & seditionis non sine clementia supplicium sumpsit.

Carolus autem iam senio grauis, cum intellexisset Pipinum, quem (vt diximus) Italia regem præfererat, Mediolani mortuum esse, Ludouicum filium minorem natu, Aquitania regem & imperij successorem, Bernardum verò nepotem Italia regem declarat, eique mandat, vt Ludouico rebus in omnibus obtemperet. Fines imperij hos esse voluit: in Gallia Rhenum ac Ligerim, qui in Celtis oriens, eos à Biturigibus diuidit: in Germania verò Danubium & Sauum fluios: his autem prouincijs Aquitaniam, Vasconiam, magnam partem Hispaniæ, Cisalpinam Galliam, Saxoniam, vtramque Pannoniam, Istriam, Liburnos addidit: maritima verò Dalmatiæ imperio Constantinopolino subiecta erant. Rebus autem ita compositis, dum Aquisgrani esset valetudinis causa, propter aquas calidas, quæ ibi scaturiunt, febre ac dolore laterum moritur, ætatis suæ anno secun-

do & septuagesimo quinto Kalendas Februarij: salutis verò anno octingentesimo ac quingentesimo. Eius autem corpus nullo non genere honoris adhibito, in templo beatæ Virginis, quod ipse magnis sumptibus Aquisgrani exstruxerat, sepelitur hoc addito epigrammate:

MAGNI CAROLI REGIS CHRISTIANISSIMI, ROMANORVMQVE IMPERATORIS CORPVS HOC SEPVLCHRO CONDITVM IACET.

Fuit autem Carolus, si eius res gestas tum domi tum foris inspicias, tantæ amplitudinis & integritatis imperator, vt postea neminem superiorem, necdum parem habuerit. Ad eum autem (cum ei per otium liceret) studijs litterarum delectatus est, vt primus (suadente tamen Albino) gymnasium Parisiense instituerit. Tres autem menses argenteas habuit, quarum vnam (in qua vrbs Constantinopolitana insculpta erat) basilicæ beatæ Petri: aliam (vbi imago vrbs Romæ cernebatur) ecclesiæ Rauennati dono dedit: tertiam filijs reliquit, vbi inerat orbis terrarum descriptio. Sunt item qui scribant, hanc auream fuisse.

At verò Leo pontifex restituto sancti Pauli recto, quod terræ motu conciderat, ædificatoque à fundamentis apud sanctum Petrum amplissimo hospitali, quod Græci xenodochion vocant, necnon institutis trium dierum supplicationibus ante diem Ascensionis, quibus prima die ab ecclesia Dei genitricis ad Præsepe, ad basilicam Constantinianam; secunda ab ecclesia beatæ Sabinæ martyris ad sanctum Paulum; tertia à sancta Cruce in Hierusalem ad S. Laurentium extra muros ibatur: moritur primo ac vigesimo pontificatus sui anno, quo etiam cometes apparuit (vt nonnulli putant) tantæ calamitatis indicium. Sepelitur autem in basilica

Petri pridie Idus Iunij. Eius in morte sedes tum vacat diebus decem.



STEPHANVS IV.



99. Pont. **S**TEPHANVS quartus, patria Romanus, patre Iulio, pontificatus sui mense tertio ad Ludouicum imperatorem in Gallias proficiscitur: quamobrem autē id fecerit, haud satis constat. Sunt tamen qui coniectant, id ab eo factum ad vitandam seditionem & reliquias Campulianæ coniurationis: quæ iam inualeſcebat mortuo Leone. In Aurelianis tunc erat Ludouicus imperator cognomento Pius: qui vbi intellexit pontificem aduentare, statim ei honoratissimum quenque obuiam misit: maximè verò Theodolphum Aurelianorum episcopū, cum clero & magna populi parte. Ipse verò ad primum lapidem prodiens, cum hominem vidisset, ex equo descendit: atque eum, data acceptaque salute, cum maxima veneratione in urbem introducit, præcedente clero, ac sæpè carmen repetente, Te Deum laudamus. Erat enim Stephanus ex nobili genere ortus, tantæ doctrinæ & integritatis, vt facilè apud omnes sanctitatis nomen nancisceretur: quippe qui sub duobus sanctissimis viris Hadriano & Leone educatus, rationem benè ac beatè vinèdi didicerat. In urbem introductus, sustentante eum imperatore propter impetum multitudinis studio videndi concurrentis, in regiam diuertit, vbi & sæpè cum imperatore de componendis Italiæ rebus collocutus est: & ita se inuicem conuiujs excepère, vt raro alter sine altero cõuinaretur. Retinuiſſet hominem apud se diutius imperator, nisi cum grauibus implicitus bellis, sese obijcere hosti necesse fuisset. Nam & Vascones ab imperio defecerant, quos breui in potestatem suam redegit: & Britones res nouas molientes,

armis in officio continuit, & conuentu Aquisgranii habito, legatis Sarracenorum Casaream Angustam incolentibus, pacem concessit. Abiturus itaque Stephanus ad imitationem Saluatoris nostri, qui etiam inimicis pepercit, à Ludouico impetrauit, vt exsulibus omnibus, & captiuis, quos sceleris conuictos in Leonem admissi Carolus multauerat, redire ad urbem Romanam liceret. Secum quoque detulit crucem magni ponderis magnæque æstimationis, quam Ludouicus sua impensa beato Petro dicauerat. At verò sanctissimus pontifex ad urbem rediēs, septimo pontificatus sui mense vita functus in basilica Petri sepelitur. Sædes autem eius morte dies vndecim tum vacat.

PASCHALIS I.



100. Pont. **P**ASCHALIS patria Romanus, patre Bonoso, nulla interposita imperatoris auctoritate pontifex creatur: hanc ob rem vbi pontificatum inijt, statim legatos ad Ludouicum misit, qui eius rei culpam omnem in clero & populum reijcerent, quòd ab his vi coactus esset pontificium munus obire. Accepta hac satisfactione Ludouicus respondit populo & clero, maioram instituta & pacta seruanda esse, cauere ne deinceps maiestatem læderent.

In conuentu autem apud Aquisgranum habito, Lotharium filium maiorem natu, imperij socium sibi diligens, Pipinum secundum à Lothario Aquitanix, Ludouicum tertium Baniarię, reges appellauit. At verò cum Bernardus Italię rex, instigantibus quibusdam episcopis & seditionis ciuibus ab imperio defecisset, coëgissetq; ciuitates

ca. stros, passam & populos in sua verba iurax. Lo Louic. n. in se conceitavit, qui praefectus quosdam cum satis valida manu in Italiam misit. Hoc. um verò impetus retardare conatus Bernardus, in Alpihus superatur. Seditiois auctores statim capti necantur. Ipse verò Bernardus quamvis supplex veniam peteret, Aquisgrani supplicio capitali afficitur. Episcopi autem tanti mali auctores, synhodali decreto in monasteria quaedam relegantur. Sedato itaque Italico tumultu verius quam bello, in Saxones, qui ab imperio defecerant, copias mouet, eorumque tyrannum Viromarchum regnum affestantem, & secum congredi ausum superat atque interficit.

Deinceps verò Lotharium filium regem Italiae declaratum, ad pontificem misit, a quo in basilica Petri inungitur, & Augustus appellatur. Interea verò tumultuante Italia, & ad res nouas spectante, cum Lotharius tantis motibus nequaquam se parem cerneret, maiores copias paraturus, ad patrem se contulit. Hanc ob rem Theodorus Primicerius, & Leo Nomenclator Romae in Lateranensi palatio per seditionem confossis oculis necantur. Fuere qui tantum crimen in Paschalem reijcerent: qui quidem in synhodo triginta Episcoporum habita, & coniecturis, & rationibus, & inramento à tanto se crimine liberavit. Accepit hanc satisfactionem Ludouicus, & vt Bibliothecarius ait, cum Paschali rescriberet, ne deinceps seditio ex re incerta oriretur, ciuitates Etruriae imperio subiectas litteris declarauit: Arretinum, Volaterras, Chusium, Florentiam à patre Carolo restitutam & auctam, Pistorium, Lucam, Pisas, Perusiam, & urbem veterem: caetera verò ecclesiae Romanae ascribebat. Addidit & Tudertum in vmbria, & vltra Appenninum Flaminiam, ac Rauennae vrbis Exarchatum. Idem quoque Bibliothecarius scribit, Ludouicum liberam eligendorum episcoporum potestatem paschali dedisse, cum antea ea quoque in re imperatores consulerentur: quae potestatem ab Hadriano pontifice Carolo concessam, idem auctor refert. paschalis itaque, quem Stephanus ob eius virtutem & doctrinam viuere, monasterio beati Stephani martyris in Vaticano praefecerat, pontificatum iniens, & corpora sanctorum minus religiosè iacentia, in urbem cum maxima veneratione introducta, honestiore loco recondidit, & captiuos persoluto creditoribus precio, è vinculis liberavit. Idem quoque Praxedis beatissimè Christi martyris templum à fundamentis ex

struxit, non longe à veteri, quod iam ob vetustatem & incuriam sacerdotum ruinam minabatur: quo quidem in templo à se dedicato & persèpe celebrauit, & multorum corpora sanctorum collocauit, iam autem in coemiterijs passim & sine veneratione iacentia. Exstat & in eadem basilica oratorium beatae Hagneti dedicatum, quod ipse pluribus ornamentis augustius reddidit. Idem quoque beatae Caeciliae templum extruxit quod carmen in apside noratum nunc etiam indicat, eò quoque loci & ipsius virginis & eius sponsi Valeriani, Tiburtij, Maximi martyrum, Urbani, Lucij, pontificum corpora collocauit, multis additis muneribus & ornamentis ex auro, argento, & quouis genere marmorum. Restituit praeterea beatae genitricis templum ad praesepe vetustate quassum, eiusque apside in meliorem formam redegit. Qui non ita multo post nullo religionis, pietatis, humanitatis, benignitatis exemplo praetermissio, septimo pontificatus sui anno, mense tertio, die decimo septimo moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes dies quattuor.

EUGENIUS II.



Libera potestas eligendorum Episcoporum paschali data

EVGENIUS secundus, patria Romanus, 101. Pon. patre Boemundo, tantae religionis, sanctitatis, doctrinae, humanitatis & eloquentiae fuit, vt omnium consensu pontifex crearetur, eò maximè tempore, quo Lotharius in Italiam veniens, magistratum delegit, qui populo Romano ius diceret. Romani enim imperante Carolo ac filijs, libertate aliqua post longam & grauem seruitutem vsi sunt.

Inte-

Interim verò Ludovicus cùm quadraginta diebus ferro ac flamma Britanniam vastasset, acceptis obsidibus Rhotomagū petit, vbi Michaëlis Constantinopolitani imperatoris oratores audit, eum consulentes, quid de sacris imaginibus faciendum censeret, abolendane, an restituendane viderentur. Hos autem ad pontificem reiecit, cuius maximè intererat ea de re decernere. Bulgaros deinde Pannonias invadentes, primò quidem pepulit: verùm cùm Haydo Aquitanix præfectus rebellasset, Abderamanni Sarracenorum regis auxilijs fretus, omittere tantum bellum necesse fuit. hanc ob rem Bulgari per medias Pannonias in Dalmatiam infesto agmine penetrarunt. Sed antequam Ludovicus in Haydonem movisset, magnam Hispanix partem deficientibus populis iam occupaverat, dimissa circumquaque classe, quæ maritimas ciuitates vexaret. Solus autem Bernardus Barchinonensium comes terra marique vexatus, in imperatoris fide permansit.

At Eugenius dignitate corporis & præstantia animi insignis, spreis rebus omnibus humanis, vel potius fortunæ bonis, ad munificentiam & liberalitatem versus, ad eam rem frumentariam curavit, ut nullibi vilius, quàm Romæ, annonæ venderetur. Præterea verò pauperum, pupillorum, viduarum causas & vitam ita tutatus est, ut ab omnibus merito pauperum pater diceretur. Hoc autem genere viuendi & ante pontificatum vsus est: & dum beatæ Sabinæ in Auentino presbyter esset, quàm ædem pontifex in meliorem postea cultum restituit: & dum basilicæ Lateranensis archipresbyter esset, quo ex loco deinceps tantæ integritatis & modestiæ fuit, ad pontificatum omnium suffragijs traductus est. Huius præterea opera & precibus, captiui omnes & exules ex Gallia tandem ad urbem redire, quos bonis paternis & fortunis omnibus spoliatos, suis facultatibus sustentavit, & in vita retinuit. Per eum quoque non stetit, quò minus Sico dux Beneuentanus Neapolitanos obfisione solueret, quos tum vehementer premebat: vnde beati Ianuarij corpus Beneuentum transtulit, & in maiori basilica cum Desiderio & Festo honorificè collocavit. Siconem namque mouere in Sarracenes pontifex adhortabatur, qui Panhormum in Sicilia iam ceperant. Cùm his itaque artibus in pontificatu annis quattuor vixisset, moritur pontifex optimis collacrymântibus omnibus, & suam vicem potius, quàm morrem sanctissimi viri, dolentibus, cùm mors eius felicitatè via optatissima esset: sepelitur

autem in basilica Petri apostolorum principis.

VALENTINVS I.



VALENTINVS patria Romanus, patre 102. Pon. Leontio, tantæ virtutis & sanctitatis fuit, ut nondum presbyter, sed diaconus summum pontificatus gradum meruerit: nec mirum, quippe cùm apud Palchalem & Eugenium viros sanctissimos & doctrinam & rationem benè ac sanctè viuendi à teneris annis usque ad maturam ætatem didicisset. Non ludis, non iocis, aut volupratibus intentus, ut plerique omnes adolescentes facere consueuerunt, sed doctrinam & beatè viuendi normam ex lectione veterum & exemplo sanctorum pontificum sumens. Fuit præterea in homine tanta ingenij dexteritas, tanta eloquentia, ut facillè quod vellet, suaderet & dissuaderet: nil nisi sanum, & quod doctrinam saperet ac modestiam, proponens. Postremò autem pietate, clementia, liberalitate, tum in vita priuata, tum in pontificatu, nullo maiorum secundus est habitus. Has ob res omnium consensu pontifex creatus, meritis hominum, qui tum erant, id fortasse exigentibus, quadragesimo pontificatus suo die mortuus: ac in basilica Petri sepelitur, conquerentibus omnibus eum hominem sibi morte sublatum esse: quo stante labefactari Romana libertas, & Christiana religio vix poterat: Vacante autem sede, Sicardus dux Beneuentanus, qui patre mortuo tyrannicam vitam ducebat, Deusedit montis Cassini abbatem, à quo pecunias expetebat, in carcere coniecit, quo in loco non sine opinione sanctitatis mortuus est.

GREGORIVS IV.



103. Pōr.
Sarraceni
Asiam
occupante
vntē.

GREGORIVS quartus, patria Romanus, patre Ioanne, tituli sancti Marci presbyter, eo tempore pontificatum inijt, quo & Sarraceni Asiam occupantes, ad sancta Palæstinæ loca Christianis aditum interclusere.

Et Mauri in Sicilia classe delati, ipsius insulæ magnam partem vastauerunt, occupato (vt dixi) Panhormo. Nec prohibere Veneti potuere, quò minus id facerent, eò classe rogatu Michaelis imperatoris Constantinopolitani contententes. Maior enim erat Maurorum classis, maiores etiam nauales copix. Crescebat tum res Veneta, quæ originem à Venetis omnibus habuerat, eo max. mè tempore, quo Hunni Atila rege Aquileiam, Còcordiam, Alcinum, aliasque Venetæ prouinciæ vrbes ceperunt, ac diruerunt, à sæuitia barbarorum solis astuarijs & paludibus seipsos tuentes. Dux Venetorum Iustinianus Patritius tum erat, cuius nomen idè commemorare libuit, quòd suis temporibus corpus sancti Marci Alexandria à mercatoribus Venetis in patriam delatum est: vbi nunc in maxima veneratione habetur, extructo egregio templo in celebriore vrbis loco, multisque donarijs in ipso sacello reconditis. Hinc primū Veneti Marci imaginem vrbis patroni in vexillis retulere.

At verò Gregorius cū intelligeret, à Venetis barbaros pelli ex insula non posse, legatos ad Ludouicum & Lotharium misit, qui eos rogarent vt primo quoque tempore Siculis auxilium ferrent. Ter giuerantur hi, cū diceret id bellum ad Michaëlem imperatorem Constantinopolitanum pertinere, se tamen paratos esse

communi impensa communibusque copijs rem ipsam gerere. Interea verò cū legati ea de re vtrò utroque mitterentur, Bonifacius Corsicæ comes cum fratre Bertario, & auxilijs quorundam populorum Etruriæ, classe in Africam delati, inter Vricam & Carthaginem quater cum hostibus congressus, tantam hominum stragem edidit, vt coacti sint Mauri, vt olim à Scipione vexati, suos ex Sicilia reuocare, qui patriæ laboranti auxilium ferrent. Hac igitur ratione Sicilia à barbarorum manibus liberata est. Redijt itaque ex Africa in Corsicam Bonifacius cum classe victrici, ingenti præda onusta. Sunt qui scribant, dum omnia vbique in Italia placata essent, Lotharium ægrèferentem, quòd Ludouicus Carolum natu minimum, cui postea Caluo cognomentum fuit, rebus in omnibus sibi præferret, patri vincula indidisse, nec ita multò post eum liberum dimisisse: eaque opportunitate barbaros illectos, ex Africa cum ingenti classe in Italiam delatos, Centumcellis applicuisse: vrbemque (quæ nunc Ciuitas vetus appellatur) vt quidam volunt, delisse, atque inde Romani mouentes, vrbem ipsam cepisse, quòd quidem verò dissonum est. De Centumcellis non negauerim. Barbaros verò vrbem oppugnare adortos costat: sed Guidone Cisalpinæ Marchione eam acriter defendente, incensis suburbis ac basilicis Petri & Pauli via Latina, in saltum Cassinatæ mouentes, vbi sancti Germani oppidum, & monasterium beati Benedicti in monte positum auertissent, iuxta Lyrim fluuiū ad mare descendentes, classe ab Ostia eò auecta, Tarentum & Siciliam inuasere: atque (vt dixi) Bonifacij virtute in patriam à ciuibus bello oppressis reuocati sunt. Crediderim ego tum Bartholomæi Apostoli corpus ex Lypari Sicilia, Beneuentum translatum fuisse à Sicardo Beneuentanorum principe, qui tanto bello interfuit, ne sanctissimi Apostoli corpus in hostium Christiani nominis manus deueniret. Ad Gregoriū redeo, qui tantæ modestiæ fuit, vt electus à clero populoque Romano, non prius pontificium munus obire voluerit, quàm à legatis Ludouici imperatoris ob eam causam Romam missis, qui diligenter tantam electionem discusserant, confirmatus esset. Fecerat id Ludouicus non superbia motus, sed ne iura imperij amitteret, quippe qui natura clemens & humanissimus est habitus, qui que iura ecclesiæ & dignitatem semper tutatus est. Instituit enim, ne Christi ferui vlli seruituti humanæ subiecti essent: & vt vnaquaque ecclesia suos prouentus haberet, vnde sa-

Corpus S.
Marci à
Venetis
mercato-
ribus in
patriam
delatum
est.

de sacerdotes viuerent, ne ob inopiam re-
rum cultum diuinum desererent, neue ob
necessitatem quæstui sese dederent. Idem
præterea octingentesimo ac trigesimo Do-
minicæ incarnationis anno, synhodum
multorum episcoporum habuit, excogita-
tam ad honorem Dei & utilitatem ecclesi-
asticæ dignitatis: in qua quidem constitu-
tum est, ne episcopi & clerici cuiusuis gra-
dus pretiosas & exquisitas vestes, vt pote
sericas & coccinei coloris aut bracteatas
ferrent: neue in digitis gemmas, nisi dum
præsules sacrificant, ne in cingulis, calceis,
aut crepidis aurum & argentum ferrent,
quæ certè procul ab omni religione sunt,
& magnæ incontinentiæ ac vanitatis signa
manifestissima. Vtinam nostris temporib⁹,
Ludouice, viueres. Indiget nunc ecclesia
tuis sanctissimis institutis, tua celsura, ad eò
in omnè luxum & libidinem sese effundit
ecclesiasticus ordo, coccinatos & trabea-
tos nunc inspiceres non homines, quod le-
ue fortasè videretur, sed equos & iumenta,
præcedète, dum incedût, magno adoles-
cētum, & altero presbyterorū agmine sub-
sequente, non in asinis, vt Christus nostri
dogmatis auctor, & benè viuendi vnicum
in terris exemplar, sed in equis præferoci-
bus & phaleratis, ac si ex hoste deuicto tri-
umphum ducerent. De argenteis vasis, &
egregia eorum supellestile, de quæ cibarijs
non attinet dicere, cum & Siculæ dapes, &
Attalica ornamenta, & vasa Corinthia, si
hæc inspicias, nullius pretij dici possint.
Quid verò ex hac intemperantia nascatur,
prætermittam, ne hos (vt ipsi aiunt) in cælum
ponam. Ad Ludouicum redeo, qui his
artibus & humanis & diuinis rebus consu-
lens, imperij sui anno trigesimo sexto mo-
ritur, sepeliturque Metis in basilica beati
Arnulphi. Hunc autem non multò post se-
cutus est Gregorius pontifex, nobilitate
in signis, sanctitate clarus, doctrina & elo-
quentia præcipuus, diligentia ac sollicitu-
dine, tum in rebus diuinis, tum in humanis
admiratione dignus. Nam & populi sui
commoda mirum in modum curauit: diui-
tes in officio continendo, pauperes pas-
cendo, desperatos solando, errantes sanis
admonitionibus in viam rectâ deducendo,
ecclesias quoque multas vetustate collap-
sas restituit. Electos in sortem domini do-
ctrina, & exemplo, quoad vixit, in officio

continuit. Transiit idè sanctissimus pon-
tifex beati Gregorij corpus: atque eo loci
collocauit, vbi nunc iacet, magnis adhibi-
tis ornamentis, quo in loco multi tempo-
ribus illis, religionis aut voti causa excu-
bare consueuerant. Ferūt & ab eodem cor-
pora Sebastiani & Tiburtij à cœniterijs, in
quibus ante iacebant, ad basilicam Petri
translata fuisse. Sunt qui scribant, rogatu
Lodouici Gregorium Sâctorum omnium
celebritatem Kalendis Nouembris institu-
isse, eamque rem magnoperè à Rabano mo-
nacho theologo insigni, carminibus &
prosa laudatam fuisse. In his enim duobus
dicendi generibus vir doctus, vt illa maxi-
mè tempestate, satis valebat. Commētatus
est idem Rabanus in librū Paralipomenon,
& Machabæos. Habuit etiam sermones sa-
tis elegâtes ad populum, sed is potissimum
laudatur, quem habuit in celebritate om-
nium sanctorum. Moritur autem Gregori-
us pontificatus sui anno decimosexto, se-
peliturque in basilica Petri, ac sedes eius in
morte, diebus quindecim vacat.

SERGIVS II.



SERGIVS secundus, patria Romanus, 104. pōr.
Sparre Sergio è regione quarta, eo tem-
pore pontificatum iniit, quo Michael *Nomina*
imperator Constantinopolitanus mori- *pōtificiū*
tur. Sūt qui Sergium primo quidem Ospor- *immusā*
ci appellatum fuisse dicant, & ob turpitu- *di cōsua*
dinè cognomen, Sergij nomen sumpsisse, *tuda.*
eamque consuetudinem ad nostros manat-
se, vt qui pontifices creantur, si omissio,
maiorum nomina sumpserint.

omnibus non sit obseruatum. Vt cunctus est, constat Sergium ex illustri familia ortum, nequaquam à maioribus suis degenerasse, adiuantibus eius præclarum ingenium Leonetertio, Stephano quarto, Eugenio secundo, & Gregorio quarto: sub quorum moribus & doctrina ita vixit, vt solus mortuo Gregorio dignus haberetur, qui pontificiū munus obiret. Exarserat tum inter Ludouicum filios tantum odij, propter imperij diuisionem, vt in Antifiodorensi agro apud Frontanetum acerrimè à Ludouico & Carolo contra Lotharium fratrem dimicatum sit, quo quidem multi vtrinque cecidèrunt. Lotharius enim tandem victus, Aquisgranum confugit, atque inde quoque deturbatus instantibus hostibus, Viennam cum coniuge & liberis se contulit. Insecuti & eò cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solùm multi regni ipsius properes, sed ex Italia quidam iussu Sergij profecti sunt, inter quos Gregorius archiepiscopus Rauennas primus est habitus: qui cū secundo prælio apud Lotharium componendæ rei causa esset, ac fortuna ad Ludouicum & Carolum inclinasset, totum comitatum in prælio amittens (eò enim cum trecētis equitibus venerat) vix solus è tanta strage fuga prolapsus est. At verò hi communem totius regni calamitatem & interitum miserati, fœdera pacis in hunc modum ineunt, vt pars illa occidentalis regni, quæ à Britannico oceano vsque ad Mosam flumen pertinet, Carolo obtemperaret, in eaque etiam Francorum nomē maneret: vtque Ludouico Germania contineretur vsque ad Rheni fluentia, & trans Rhenum quicquid genitor possedisset. Lotharius autem cum imperij titulo urbem Romanam obtineret cum Italia & ea parte Galliarum, quæ olim Narbonensis, nunc Romana prouincia vocatur: huic autem addidèrunt eam quoque partem, quæ inter Schaldin & Rhodanum fluuios, Lotharingiæ nomen accepit à Lothario, vt arbitror. Rebus autè ita compositis, Lotharius Ludouicum filium, quem regni socium adsciuerat, in Italiam cum ingenti exercitu mittit: huic socios addidit Drogonem Metensem episcopum, atque alios viros ecclesiasticos prudentia & auctoritate dignos, quorum consilio uteretur. Is autem adolescens nimia felicitate elatus, quæcumque iter facit, cadib⁹

omnia & rapinis vastat, incendit, & diruit. Verùm cum vrbi appropinquasset, ei⁹; obuiam honoris causa Romani ciues prodissent. deposita ferocitate illa Gallica, mitior esse coepit, quòd ei præter sententiam ingredi urbem pacato agmine liceret. Prodeunt & obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus, & hoc cantu, Benedictus qui venit in nomine Domini, O sanna in excelsis. Atque eum vsque ad gradus sancti Petri comitantur, ibi pontificem offendens, mutuo osculo, muruque salute data & accepta, ad argenteas portas simul peruenire claufas quidem. Tum pontifex, si pacato magis, quàm hostili animo ad nos venisti, siq; ad reip. Christianæ utilitatem magis respicis, quàm ad voluptatem sauiendi prædandiue, meo iussu ingredi: sin aliter animatus es, fores ne tetigeris: nam supra caput enses habes scelerum omnium vltorem. Cùm autem bono animo esse pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere. Ingressi itaq; pariter magna Romanorum ac Francorū multitudine tum præcedente, tum sequente, cùm ad altare beati Petri peruenerissent, procidentes simul, omnipotentis Deo & Apostolorum principi gratias egerunt, quòd siue villo maleficio res ex sententia acta esset, pentecostes octaua. Verùm cùm postea à multitudine militum suburbia vastarentur, parumque abesset, quin urbem prædandi causa irrumperent, octauo, ex quo venerat, die videntibus omnibus, qui aderant, Ludouicū regem oleo sancto inungit, corona donat, Italiæ regem decernit. Ad quem Sigisolphus dux Beneuentanus salutandi hominis causa statim venit, qua quidem multitudine & arbores truncata, & pecora distracta, & segetes (vt sit) in pabulum equorum succisa sunt: Histitaque pontifex quicquid petiere, honestū præsertim, facillè concessit, quòd citius ab vrbe discederent. Vnde Romani tyrannicæ immanitatis metu liberati, sanctissimum pontificem verū Christi vicarium & vnicum patriæ parentē prædicabant. Qui quidem ad ornanda templa conuersus, basilicā sanctorum Siluestri & Martini vetustate collapsam restituit, in eaque vnà cum ipsis confessoribus, Fabiani, Stephani, Soteris, Asterij, Cyriaci, mauri, Smaragdi, Anastasij, Innocētij, Quirini, Leonis, Arthemij, Theodori, Nicandri corpora collocauit. Stru-

Ludouicus
cum Italia
rexit.
dece-
ditur.

xit & à fundamētis ad ipsius basilicæ latus, in honorem Petri ac Pauli monasterium, vbi continuè res diuina agebatur. Demum verò sanctissimus pontifex re ecclesiastica bene ac integrè gubernata, tertio pontificatus sui anno moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum eius in morte Romana sedes mensibus ij. diebus xv.

ANNOTAT.

Que hic Platina ex Martino tradit, Sergium II. primum fuisse, qui nomen mutauerit, apud neminem veterum auctorum inueni, imò ex Anastasio Bibliothecario, qui hoc tempore vixit, contrarium magis elicitur, eum scilicet etiam ante pontificatum Sergium vocitatum esse. Forè Sergij prænomen semper habuit, Ostorci verò cognomen & pontifex factus, cognomen, prænominè tantum retento, omisit. Sed ista nec sic concinnata mihi quadrāt. Ioannem XII. ego primum inueni, qui priscum nomen papa creatus mutauit, cum ante pontificatum Octavianus diceretur, vt infra ostendam.

LEO III.



105. Pōt. **L**EO quartus, patria Romanus, patre Radulpho, anno incarnationis octingentesimo quadragesimo octauo pontifex omnium consensu decernitur, ac meritò quidem. Vir enim fuit in omni vita, priuata etiam, religione, innocentia, pietate, humanitate, gratia, liberalitate, doctrina ecclesiastica præcipuè insignis. Tantæ præterea prudentiæ & virtutis fuit, vt euāgelij sententiâ serpētis astutiam, vbi oportebat, & columbæ simplicitatē imitaretur.

Tā constanti autem fama impulsus Sergius secundus Romanus pontifex, hominè totius virtutis exemplar, ex subdiacono presbyterum creat, eundemque titulo sanctorum Quattuor coronatorum præficit. Unde postea mortuo Sergio ad Lateranensem basilicam ductus, ac in sede Petri collocatus, vt verus & dignus pontifex ab omnibus salutatur. Exosculati sunt etiam eius pedes, qui propèderant, morem antiquum seruantes. Sunt qui arbitrantur huius sanctissimi viri orationibus Deum permotum, Sarracenorum rabiem naufragio, dum onusti præda domum redeunt, compescuisse. Nam superato apud Tarentum nauali prælio Theodosio Michaelis imperatoris duce, Italiam nemine obstante longè ac latè populati, captaque Ancona ac direpta, vexatoque item Dalmatico sinu, dum læti domum redeunt, volente Deo procellis flustum obruunt. Liberatus Sarracenorum metu Leo, & sedilia in vestibulo atrij Lateranensis posita ex marmore construxit, & solarium à Leone tertio inchoatum perfecit. Instituit item pius antistes, vt quotannis à cuncto clero in basilica Pauli, ipsius apostoli natalis dies hora vespertina celebraretur. Mandauit præterea, ne laicus quispiam presbyterium ingrederetur, dum sacra fierent. Habitus sunt etiam eius iussu eisdem fermè diebus supplicationes ad auertendā iram Dei, quam frequētes terræ motus præseferabant. Crucem quoque, quam Carolus Romanorum imperator Constantinianæ basilicæ donauerat, furto gemmis spoliata, mirum in modum exornauit. Hunc autem tantæ sanctitatis fuisse constat, vt & basilicum serpentem (quem Latini regulum appellare possunt) suis orationibus è fornice sanctæ Lucie virginis in Orthea expulerit, cuius halitu & veneno multi mortalium perierant: & incendium illud signo crucis exstinxit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum, diui Petri basilicæ appropinquabat. Hoc autem factum est octaua die ab assumptione beatæ Dei genitricis, qui dies postea vt festus celebratus est non longè à basilica Laurentij martyris extra mœnia. Eo namque loco ipsius virginis templum exstabat, cui munificentissimus pontifex multa dona ex argento auræ obtulit. Præterea verò opus musium basilicæ sancti Martini & Siluestri

in montibus, In crustationemque parietum à Sergio inchoatam ipse perfecit, vt epigramma indicat, quod solum superest: nam pictura iam pridem corruit, vel incuria hominum, vel vetustate & situ. Eius quoque iussu crux illa, quæ ante pontificem à subdico cono fertur ex auro facta, gemmis ornatur: de nullo enim genitum ornamentum reliqueret; quod ad dignitatem Salvatoris nostri pertinere Restituit quoque vrbis moenia & portas vetustate collapsas. Adhæc verò xv. turres propugnacula vrbis à fundamētis erexit; harum duas maximè necessarias, hinc dextera, hinc sinistra Tiberis amnis posuit infra Ianiculum & Auentinum, ne subuehi nauis hostium ad diripiendam urbem possent. Idem quoque sua diligentia corpora sanctorum Quatuor coronatorum inuenit, eorumque templum in splendidiorem formam instaurauit. Sanctos ipsos sub altari collocavit, Sempronianum, Cladium, Nicolstratum, Castorium. His addidit & corpora Seueri, Seueriani, Cargophorij, Victorini, Marij, Felicissimi, Agapeti, Hippolyti, Aquilæ, Priscæ; Aquilini, Benedicti, Marcellini, Felicis, Apollinaris, Benedicti, Venantij, Diogenis, Liberalis, Festi, Marcelli. Addidit & caput sancti Proti, & Cæcilie, Alexandri, Xysti, Sebastiani Praxedis. At verò dum his rebus, vt sanctissimum viram decebat, quam diligentissimè vacaret; nunciareturque de Sarracenos cum magna classe diripiendæ vrbis causa aduentare, & Neapolitanos ac cæteros illius orę maritimæ paulò post ipsi vrbis auxilio futuros, ipse statim cum quanta potuit manu Ostiam proficiscitur: eoque omnes auxiliâres copias conuocat, cum hostibus dimicaturus, si copiam pugnandi fecissent. Suos autem sanctissimus pontifex ad communionem primo adhortatus, vbi id obsequenti si non fecissent, orationem ad Deum his verbis habuit: Deus, cuius dextra beatum Petrum ambulantem in fluctibus; ne mergeretur, erexit; & coapostolum eius Paulum tertid naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi uos propitius, & concede vt a horum meritis horum fidelium tuorum brachia cõtra inimicos ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia; omnipotenti dextera tua corroborentur & cõualescant: vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis,

statim facto signo crucis pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pugnam iniere, ac si victoriam certam sibi propositam viderent: tandem verò post longum & acre certamen hostes superantur fuganturque: multi in ipso prælio, vt pote nauali, periere: plerique tamen viui capti, & Romam perducti sunt. Placuit etiam civibus Romanis quosdam ad terrorè non longè à portu Romano furca suspendere, aduersante tamen Leone ob mansuetudinem & clementiam, qua potissimum insignis habebatur: sed ire obuiam multitudini, in tanto præsertim furore, non licuit. Eorū verò opera, qui viui Romanam perducti sunt, vsus est Leo in restituendis ecclesiis, quas ipsi Agareni quodam diruerant & incendèrant, in exstruendis moenibus, quibus Vaticanum cinxit, Leonianamque urbem de suo nomine appellauit. Idque potissimum effecit, ne deinceps hostibus liceret ecclesiam beati Petri vna vel leui incurisione spoliare & incendere, vt antè consueuerat. Non caruere suis precationibus portæ: In ea enim, quæ ad sanctum Peregrinum ducit, hæc erant in marmore incisa: Deus, qui apostolo tuo Petro collatis clauibus regni cælestis ligandi atque soluendi pontificium munus tradisti, concede, vt intercessionis eius auxilio à malis nexibus liberemur: & hanc ciuitatem, quam nouiter te adiuuante fundauimus, fac ab ira in perpetuum manere securam, & de hostibus, quorum causa constructa est, nouos ac multiplices habere triumphos. In secunda verò porta, quæ apud Hadriani molem ad prata ducit, hæc verba inerant: Deus, qui ab ipso huius mundi principio hanc sanctam catholicam, & apostolicam Romanam ecclesiam ab hostibus custodire & confirmare dignatus es, iniquitatis nostræ chirographum propitiatus eneda; & urbem hanc, quæ tuo sancto nomini per apostolorum Petri & Pauli suffragia nouiter dedicauimus, ab omnibus inimicorum insidijs securam permanere concede. Tertia autem precatio erat in frontispicio portæ, qua ibatur ad scholam Saxonum, his verbis: Præsta quæsumus omnipotens & misericors Deus, vt ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro Apostolo, tuæ pietatis indulgentiam consequamur, vt vrbis, quam ego famulus tuus Leo quartus episcopus Romanus, te auxiliante

Leoniana vrbis.

Oratio pontifici ante portam primam.

Secundam.

Tertiam.

Oratio pontifici primam.

meo nomine Leonianam vocavi, nouoque opere dedicati, vt secura atque illaesa permaneat, apud clementiam tuam iugiter exoramus. Hanc autem, urbem primo pontificatus tui anno inchoatam, demum sexto absoluit: eamque Corfis, quos Sarraceni ex insula depulerant, incolendam dedit, assignatis viritim agris, vnde viuerent. Sed miror in portis ipsis aliam nunc inscriptionem legi versus hexametris ineptis quidem, quos certe Leonis nullo modo esse arbitror, licet sub eius nomine ferantur. Ex manubiis verò Sarracenorum dona quaedam, tum ex auro, tum ex argento basilicis Romanis obtulit. Sunt qui scribant, eius mandato etiam basilicam sanctæ Mariæ in via ædificatâ fuisse, & turrim in Vaticano apud sanctum Petrum, quam adhuc cernimus. Fores præterea sancti Petri ab Agarenis direptas, ex argento restituit. Synnodum septem & quadraginta episcoporum habuit, in qua ex decretis maiorum suorum Anastasium presbyterum cardinalem sancti Marcelli, multis criminibus conuictum damnat, & ab ecclesia reiecit, eò maxime, quod parochiam suam per annos v. contra canonum instituta deseruerit. Colonias præterea ex Sardinia Corsicæque, quæ pulsus Sarracenis iam respirare cœperant, Ostiam cultoribus propter insalubritatem aëris & frequentes direptiones vacuâ, duxit. Lothario postremo egregiè satisfecit, qui delatione quorundam impulsus Romam venerat, quod intellexerat Leonem transferendi imperium ad Constantinopolitanos consilia iniisse. De delatoribus in médicam deprehensis (vt par erat) supplicium sumitur, atque amicitia inter vtrunq; integratur. Sunt qui scribât, Ioannem Scotum huius temporibus fuisse, virum in rebus diuinis doctissimum, qui in Franciam veniens regis Ludouici iussu hierarchiam beati Dionysij è græco in latinum transtulit, nec ita multò post (vt aiunt) à discipulis stylo cõfossus periit. Tanti sceleris causa nusquam traditur. Ferunt item Alidulphum Angliæ regem, ob religionem, insulam vestigalem ecclesiæ Romanæ fecisse, singulis nummis argenteis in singulas domos quotannis collatis. Moritur autem Leo vir sanctissimus, & optimè de ecclesiæ Dei, deque vrbe Roma ac nomine Christiano meritis, consilio, auctoritate, diligètia, doctrina, magnificèntia præclarorum ope-

rum, anno pontificatus sui octauo, mente tertio, die sexto, xvj. Kalendas Augusti, sepeliturque in Basilica Petri. Vacatum sedes mensibus duobus, diebus xv.

IOANNES VIII.

IOANNES Anglicus, ex Maguntiaco oriundus, malis artibus (vt aiunt) pontificatum adeptus est. Mentitus enim sexum, cum foemina esset, adolescens admodum Athenas cum amatore viro docto proficiscitur: ibique præceptores bonarum artium audiendo tantum profecit, vt Romam veniens, paucos admodum etiam in sacris litteris pares haberet, ne dum superiores. Legendo autem & disputando doctè & acutè, tantum benevolentia & auctoritatis sibi comparauit, vt mortuo Leone in eius locum (vt Martinus ait) omnium consensu pontifex crearetur. Verum postea à seruo compressa, cum aliquamdiu occultè ventrem tulisset, tandem, dum ad Lateranensem basilicam proficisceretur, inter theatrum (quod Colossenum vocant à Neronis colosso) & sanctum Clementem, doloribus circumuēta peperit: eoque loci mortua, pontificatus sui anno secundo, mense vno, diebus quatuor, sine vlllo honore sepelitur. Sunt qui ob hæc scribant, pontificem ipsum, quando ad Lateranensem basilicam proficiscitur, de testandi facinoris causa, & viam illam cõsulò declinare, & eiusdem vitandi erroris causa, dum primo in sede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia ab vltimo diacono atrectari. De primo non abauerim, de secundo ita sentio, sedem illam ob id paratam esse, vt qui in tanto magistratu constituitur, sciat se non Deum, sed hominem esse; & necessitatibus naturæ, vt potè egerendi subiectum esse, vnde meritò stercoraria sedes vocatur. Hæc, quæ dixi, vulgò feruntur, incertis tamen & obscuris auctoribus: quæ ideo ponere breuiter & nudè institui, ne obstinatè nimium & pertinaciter omisisse videar, quod ferè omnes affirmant: erremus etiã nos hac in re cum vulgo, quàmquam appareat, ea quæ dixi, ex his esse, quæ fieri posse creduntur. Sunt qui dicât, huius temporibus beati Vincentij corpus è Valèntia citerioris Hispaniæ ciuitate, à quodam monacho in pagum Albiensem vltioris Galliæ depositatum. Dicunt præterea, Lotharium iam grandem natu, sumpto mona-

106 p̄r.

chorum habitu, filium Ludouicum imperatorem reliquisse, qui statim in Germaniam prouinciam rediens, omnes ad arma spectantes sua praesentia in officio continuit.

ANNOTATIO.

Hanc Ioannis sceminae fabulam, etiam antequam in historiaram penitioribus studijs versari cepissem, semper sustulit et habui, & iure neque enim mihi verum simile vnquam videri potuit, homines hac tempestate aded stupidos, & stultos fuisse, vt in tanta potestatis gradu ignotum hominem, & qui per longa tempora ipsis probatus non fuisset, immo sceminam pro masculo collocare potuerint. Quod si tanta fuisset huius saculi inertia, vt hoc facinus committere potuissent, non est existimandum, Deum tulisse, vt sedes Petri, quam ipse constituerat, a qua ecclesia sancta dirigitur, scemina nullius ordinis capax polluisset. Caterum cum multos & magni nominis viros historiam hanc suscipere, eam quoque vulgo veram existimari, adimaduertissem, dum ipse mecum haesitavi, postremo in animu induxi, vt vnde huius rei origo manarit, eiusque auctore, si fieri posset, inuenire, & subtili examinatione rem totam discuterem. Vt usque hinc igitur tam bibliotheca Vaticana, quam aliarum libris diligenter perleclis, ceterisque vetustis ecclesiasticis monumentis accuratè perlustratis tandem in aperta, & manifestam totius fabula cognitione deueni. Ostendam igitur primum, rem hanc nulla ratione vnquam fieri potuisse, sed fabulosam esse; deinde, vnde originem habuerit, & qui de ea primum scripserint, reperiam. Multis autem argumentis non graua bor rem omnem, qua Romana ecclesia tantam ignominiam, et dedecus attulit, dissoluere, & metas nugas esse, demonstrare. Primum autem incipiam de tempore disputare, in quod huius Pontificatum, qui de ea scripserunt, conijciunt. Omnes igitur, qui de ea meminerunt auctores, Ioannis sceminae pontificatum annorum duorum, mensium V. & dierum trium, insuper mensis uacationis sedes inter Leonis III. & Benedicti III. sacerdotium praeter vnum tantum mendosum indicem in sine septimilibri Othonis Frisingensis collocatam interponunt. Quo tempore Anastasius S.R. E. bibliothecarius, qui vitas Romanorum pontificum, vsq. ad Benedictum III. successorè Nicolaum scripsit, vivebat, & creaturibus Sergij II. Leonis III. Benedicti III. Ni-

colai I. Hadriani ij. et Ioannis viij. vt ipsemet refert, interfuit. Is non solum nullam biennalis pontificatus Ioannis sceminae mentionem facit, verum etiam Romanam sedem, post Leonis viij. obitum, dies tantum quindecim vacasse scribit, subijcitque Leoni mortuo non Ioannem aique, sed Benedictum ipsum iij. statim successum. Cuius verba haec sunt: Sanctissimus Leo Papa iij. obdormiuit in Domino xvj. Kalèd. Augusti, sepultus ad sanctum Petrum, et cessauit episcopatus dies quindecim. Quo mortuo mox omnis Clerus Romanae sedis, vniuersi proceres, cunctusque populus, ac senatus congregati sunt, Domini clementiam exorantes, vt beatificum illis in omnibus demonstrare dignaretur pastorem, qui Apostolatus culmen regere valuisset tranquille. Qui diuinitus, at hereticoque lumine inflammatus, vno consensu, vno conamine Benedictum protantem, quibus pollebat, sacris operibus, Pontificem promulgauerunt erigere. Miro verò vniuersa & alacris studio plebs, & populi catus ad Callisti titulum proferantes, eum cum hymnis & canticis spiritualibus, ad Patriarchum Lateranensem perduxerunt. & vt moris est, in pontificali solio collocarunt. Haec ille. Nullam igitur de hac scemina mentionem facit Anastasius. Ex quo etiam illud aperte intelligitur. Ioannem ipsam, veritate illius historiae stare, nulla ratione hoc tempore esse potuisse. Sed faciamus Anastasium ipsum eam in ipso loco collocasse, hoc quoque fieri non potest, cum temporum, & annorum ratio, quibus Romani pontifices huius temporis sederunt, aperte repugnet, neque biennij spatium inter se ab Hadriano j. vsq. ad Ioannem viij. illorum Pontificatum anni, qui ex horum temporum monumentis conuincuntur, sunt, capiam. Ab anno enim Christi DCCCLXII. quo Hadrianus primus creatus est, vsq. ad annum DCCCXCij. in quo obiit Ioannes viij. ne mensis quidem vnus, nedum duo anni alieni pontificatus interijci possunt, stante maxime temporum, & annorum serie quae ego accuratissime ex Anastasio ipso, non vetustis inscriptionibus, diplomatibus, & instrumentis constitui. Deinde cum annus agatur DCCVI. ex quo hanc sceminam pontificis fuisse scribant (eius enim creationem in annum Christi circiter DCCCLV. conijciunt) quam ratione fieri potuit, vt non solum Anastasius bibliothecarius, quibus hoc tempore vixit, sed nemo qui vitas Romanorum pontificum, aut ex instituto, aut obiter scrip-

ferunt (plures autem fuerunt) vsq; ad annū Christi DCCCL. per annos continuos quadringētos, nullam omnino de eam mentionē fecerūt? Paulo post anastasiū hystoriam, in qua frequenter summo vni Pontificū meminit, edidit Ademarū monachus sancti Hermanni Lutetie Parisiorum, quem Annonius eiusdem monasterij monachus ante quadringētos annos sequutus est. Regino quoque Abbas Prumiensis ante sexcentos annos, Hermannus Contractus, & Lambertus Schafnaburgensis ambo monachi ante quingētos, Otto Frisingensis ante quadringētos, Chiradus de Lichtenavv abbas Vrspērgēsis ante trecentos, chronica vel hystorias suas scripserunt, & nemo hunc Ioannem profiteretur, diligētes alioqui in Romanorum pontificum successione enumerāda. Sed nec Leo Ostiensis episcopus, Ioannes Cremonēsis presbyter, aut alius quispiā aliquid de ea tradiderunt. Exstant in bibliotheca Palatina sex vel septem Romanorum Pontificum breues enumerationes, siue indices, quorū vnus versibus exaratus est, quem paulō post subiiciam, ante Innocētium iij. varijs in libris scripti, nullus in his est Ioannes papa femina. Insuper in vetustis quinque Damasi, Bibliothecarij, & Pandulphi Pisani vitarum libris nulla huius femine memoria est, sed in margine inter Leonem iij. & Benedictum iij. alienis characteribus ab exemplaribus vetustis longē differentiibus, huius rei fabula à posteriore auctore est addita. Deinde quam ratione Leo nonus, qui ducentis plus minus annis post vixit, scribens ad Constantinopolitanum patriarcham Michaelē Cerularium, & Leonem Aridonum episcopum in heresim & schisma lapsos, in quadā Epistola reprehendere potuit ecclesiam Constantinopolitanam, quod femina & eunuchos in patriarchatu suo collocasset, (Nicetam, & Ignatium intelligit) si femina etiam Romae summū sacerdotium, quod longē peius est, tenuisset? Scribit enim in epistola illa magna, siue libello aduersus Gracorum hereses, cap. 23. Absit autem, ut velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitana ecclesia contigisse, ut eunuchos contra primum S. concilij Niceni capitulum passim promouendo feminam & in sede pontificum suorum sublimasset aliquando, hoc tam abominabile scelus, & detestabile facinus, nisi enormitas ipsius, vel horror, fraternaq;

beneuolentia non permitit nos credere: considerata tamē incuria vestra erga sanctorū censuram canonum, quod eunuchos & aliqua parte corporis imminutos nō solum ad clericatum, sed & ad pontificatum indifferenter ac solemniter adhuc promouētis fieri potuisse pensamus. Sed etsi faceremus multos eam scriptores commemorasse, id tamen fieri non potuisse, ex fabula ipsius contextu etiam ostēdam. Nemo Romae legitimus vnquam pontifex creatus fuit per annos plus minus nongentos, à S. P. Apostolo vsq; ad Formosum papā, qui ab in eunte etate Romana in Ecclesia educatus non esset, et per omnium ordinum ecclesiasticorum gradus ad diaconatū ad minus, vel sacerdotium solum non ascendisset. Quod facile pontificum seriem consideranti, inuiolabiliter obseruatum fuisse manifestū erit: & modò femina ignota, incerta originis, & patrie, sine vllō ordine, & testimonio ante acta vita inconstituto pontifex fieri potuit? Qua demū ratione eius fabulam concinnarūt? Ioannes (inquit auctor fabulae, ex quo Platina, & alij acceperunt) Anglicus natione Maguntinus, sedit annos ij. mensem vnum, & dies iij. alias, menses v. & dies iij. et cessauit episcopatus mensem vnū. Vide inscitiam scribendi: Anglicus natione Maguntinus. An Maguntia fortē est in Anglia, & nō in Germania? Sed Platina diligentior prater auctoris sententiam, eam quidem natione Anglicam refert, verum Maguntiacō oriundam. Subijcit: Hic (ut asseritur) femina fuit, & in puellari etate à quodam suo amasso in habitu virili Athenas deducta, sic in diuersis scientijs profecit, ut nullus sibi par inueniretur. Athenas profectam fabula narrat. Et cur? ut (inquit) literis operam daret? Respondeo: cū neque Athenae cōtempore, neq; in ijs amplius vllum gymnasiū esset, sed omnia tūc in Attica, ut ex horum temporū scriptoribus intelligitur, feda barbarie oppressa tenerētur. Adijgit: Aded ut postquā Romae fuit, pblicē legēs, magnos magistros discipulos, & auditores haberet, & cū in vrbe vitae, & sciētiae magna opinionis esset, in papā cōcorditer eligitur. Duo hic suffarcinat mendacia, primū eā tū bonas litteras publicē in vrbe professā esse, quod omnino falsum est, cū huius temporis hominibus nihil minus cura esset, quā ut in vrbe quispiam doceret: quod ex hystoriarum cōtextu facile liquet: alterum biennij spacio pontificatū adeptū

esse, ūm, vt dixi nō nisi presbyteris, vel diaconis cardinalibus in Romana ecclesia ab incunabilis nutritis pontificatus demād vī perpetua cōsuetudine fuerit. Sequitur. Sed in papatu per suū familiarem impragnatur. Verū tempus patius ignorans, cum de sancto Petro in Lateranum tenderet angustiat: inter colloseum & ecclesiā sancti Clementis peperit, & mortua, ibidem (vt dicitur) sepulta. H. c. animaduersione dignum, quod huius fabula auctor, qui rem hanc ita imperiū tradidit, eam diffidilem creditu etiā ipse existimauit. & idēd in iohi. (vt asseritur) inquit fœmin. sui. Nunc (vt dicitur) sepulta est, scribit. Rem non affirmat, sed per, vt aiunt, & tradunt, eam refert. Caterum h. c. mulier non nisi in papatu impragnatur? & quæ diu ante pontificatum amatorem habuerat sine partu aliquo nunc senex (vt ver. simile est) papa ingrauidata peperit? Nō me ante partum uterum intumescētem proferebat? & nemo ex tot familiaribus, ex tot aulicis, qui Romanum pontificem comitari solent, rem tam claram non animaduertit? Non, quia cum duobus, vel tribus tantum familiaribus clausa in palatio permanebat, immodē contra, nam spatio ante partum tempore, in quo magis verisimile est eam quiescere debuisse, à sancto Petro Lateranum profecta est, multo magis ante a quoq; grauida, sui conspicendi, & alloquēdi omnibus copiam faciebat. Fieri nō potest, vt sint, qui existiment omnes huius sæculi homines aded stupidos, et ineptos tūc deuenisse, vt nemo fuerit, qui à masculo fœminam quidem nouem mēsis grauidam, tot molestiis, qua partus premere solet circumuentam? nōne habebat seruos, familiares, medicos, aulicos, & nemo tam longē duorum annorum interuallo se cognouit. Res cerē Martino Cisterciensi monacho auctore digna est: qui vitas Romanorum Pontificum scribens, primus quod sciam, ante trecentos annos rem euulgauit. Sed antequam de hoc vir oloquar, fabulā expediamus. Et quia Dominus Papa eandem viam semper obliquat, creditur à pluribus, quod ob detestationem facti hoc faciat. Nec ponitur in Cathalogo summorum Pontificum propter mulieris sextum. Hæc ille. Porro autem, quod Papa Lateranum illac non pergat, ea non est causa, sed quia per medium amphitheatrum, cui via illa correspondet, ob lo-

ci angustiam magna hominum, & equorū manu comitatus transire nequit sinistra ad colloseum deflectit, deinde rectā progreditur versus SS. Petrum & Marcellinum, ne tot giris obsequitans, comitatus ordinem confundat, reuertendo denud circum amphitheatrum ad viam, qua sub SS. IIII. coronatis Lateranum ducit. Eadem ratio est cum reuertitur. Quam tamen rem à multis pontificibus omnino neglectam scio. De sacello verd, quod nunc eo loco existat, in quo eā sepultam tradūt, item sedibus porphyreticis Lateranensibus, ex quibus Papa an esset masculus cognoscebatur, aliquid dicere superfluum esset & inane existimo, cum omnia fabulosa sint et ab imperito vulgo ficta. Primus autē (vt dixit) qui huius fœminæ fabulam tradiderit, fuit Martinus quidam (vt ferunt) Polonus monachus Cisterciensis & Papa Innocentiū IIII. pœnitentiarius, qui vitas Romanorum Pontificum vsque ad sua tempora, item librum, cui Mirabilia Roma nomen est, conscripsit, ab alio postea grauioribus mendacijs auctum: & non est hic, vt quidam perperam intellexerunt, celeberrimus ille vir Martinus Cromerus Polonus, qui historiam Poloniam accuratissimē. & peritissimē edidit, sūiq; regis diu apud Imperatorem Ferdinandum optimum & integerrimum oratorem egit. Homo moribus, doctrina, rerum gerendarum experiētia, & omni virtutum genere cumulatisimus, sed ad Martinū illum redeamus, fabula huius (vt opinor) auctorem: Eā enim in nullo, qui ante ipsum scripserit, inueni, præterquam in vno Sigeberti chronico: in quo inter Leonem & Benedictum ita scriptum est: Ioannes Papa Anglicus. Fama est hunc Ioannē fœminam fuisse, & vni soli familiari tantū cognitam, qui eam complexus est, & grauis facta peperit papa existens, quare eam quidem inter pontifices non numerant, idēd nomini numerum non facit. Ita ibi. Caterum, hæc rem ex infectionibus Galfridi monachi, qui post Martinum vixit, aut Roberti, qui Sigebertum suppleuit, esse, testimonio est, quod in antiquis, veris, & germanis Sigeberti exemplaribus non exstet. Porro autem, vt quis hic Martinus, qui hanc rem primus scripsit, fuerit, quantūq; illi fides adhibenda sit, intelligamus, scitu dignum, hunc auctorem eum esse, ex quo Mirabilem vbiq; Roma libere

manavit, qui scripsit. Primus successor Romæ li
Pomilius pater Numæ, secundi Romanorum
Regis ponitur, eodem libro Virgilius, Numa Tô-
pilius Romæ tribunus plebis. Qui portas Ostien-
sem, Capenam et prope arcem sancti Angeli col-
liam vocat. Qui Panthæum Agrippæ, Cibeles
adem dicit. Qui amphitheatrum templis
fuisse tradit. Statuam M. Aurelij anciam ue-
stem Pusticum Tiburtinam cum bubone, et os
Quirinalis à philosophis factos, templum pacis
nocte Natalis Christi corruisse, & multa alia
eius modi primus scripsit. Ab hoc igitur haud
multum occupato, sed potius simplici scriptore
Ioannis femine fabulam, omnes quotquot post
eum scripserunt, hausere. Sed Platina rem totam
stylo paululum elaboratiore, quibusdam se suo
additis, tradit. Cui quantum credendum sit, iam
multis argumentis ostendi. Sed quoniam omnia
insignia mendacia ab aliqua veritate originem
habent, hanc famulam ex Ioanne papa XII. vi-
ri impuri vita manasse crediderim. Is Ioannes
per vim, patris Alberici Romani principis potē-
tia adhuc penè adolescens papa factus, aliquot
concubinas, ut Luthprandus Ticinensis illorum
temporum scriptor lib. 6. cap. 6. & 7. tradit, ha-
buit: in his præcipue erant Ioanna, Raineria, &
Stephania. Ex Ioanne igitur Papa, & eius item
sorto Ioanna, ad cuius fortè arbitrium tanquam
Pape omnia Romæ pendebant, Ioannis femine
Pape fabula manavit, qua processu temporis
aucta, in historia auctoritatem imperitii alicuius
scriptoris opera, paulatim irrepit.

BENEDICTVS III.



BENEDICTVS tertius, patria Roma-
nus, patre Petro, merito Benedictus
appellatus est ob sanctitatem vitæ &
rerum diuinarum gratiam. Sub Gregorio
enim militans, cum ab eò subdiaconatus
gradum accepisset, ita deinceps vixit, vt
mortuo Leone vnus Benedictus tanti pon-
tificis dignus successor haberetur. Ad hunc
itaque concurrentes orationem quam ad v-
rbum & benignissimam, eo in terra
missam, eum pontificem decernunt.
Qui flens, & Deum ac sanctos testes faciens,
se nequaquam dignum esse, qui tantæ sedi
præficeretur, dicebat. Acclamantibus itaq;
omnibus, & electionem approbātibus, in-
uitus tandem pontificium munus suscipi-
ens, in atrium Lateranense perducitur, &
in sede Petri collocatur. Inde verò in equo
albo sedens, ad ecclesiam sanctæ Mariæ ad
Præsepe ductus, ieiuniis triduo & oratio-
nibus vacauit, Deum rogans, vt sibi liceret
sanctè & integrè ecclesiam suam governa-
re. Eò autem post diem tertium iterum ve-
nere omnes, & eius pedes de more osculati
sunt. Hi potissimum, qui Rhodoaldi Por-
tuensis episcopi factionem secuti, alium ne-
scio quem: vel (vt quidam volunt) Anasta-
sium à Leone pontificatu deiectum, homi-
nem ignotum pridie eius diei Benedicto
preferre conati fuerant: sed cognito erro-
re (vt dixi) veniam petentes, in sententiam
bonorum tandem venere, & hominem san-
ctissimum de more adorarunt. Idem fecere
& Ludouici imperatoris legati, ad confir-
mandam cleri ac populi electionem Romam
missi. Sequenti verò die comitante populo
ad basilicam Petri deductus videntibus om-
nibus, vt mos est, & antiqua traditio di-
ctat, consecratus insignia pontificis susce-
pit, acclamantibus omnibus & plaudenti-
bus. Tantæ enim mansuetudinis fuit, tantæ
dignitatis corpore & animo, vt tam in ma-
gistratu constitutus, quam in vita priuata
charus omnibus & gratus videretur. Hic
quidem ad cultum diuinum conuersus, multa
ecclesiastica verustate collabentes res-
tituit, & dona pleraque in eandem sa-
craria reposuit. Instituit præterea, vt fune-
ribus episcopi, presbyteri, aut diaconi, pō-
tifex vnà cum clero interesset honorandi
corporis defuncti, commendandæ animæ
gratia: mandauitq; vt vicissim clerus mor-
tuis pontificis funus celebraret. Ipse verò,
quod

quod instituit, dum in vita esset, non verbis tantum, sed re ipsa comprobauit. sacerdotum enim funeribus semper interfuit. Aegrotos præterea inuisit, pauperes aluit, desperatos & calamitosos consolatus est, viduas & pupillos acerrimè tutabatur. His artibus vitam sanctissimam traducens suo magis, quàm populi Romani tempore, moritur pontificatus sui anno secundo, mense vi. die ix. Sepultus est autem ante fores basilicę beati Petri Apostoli. Interim verò dies xv. episcopatus vacat.

NICOLAUS I.



108. pör.

NICOLAUS primus, patria Romanus patre Theodosio, bene ac sanctè à teneris annis educatus, primò quidè subdiaconus à Sergio, mox verò diaconus à Leone creatur. In quo ordine adhuc constitutus, nullù genus pietatis omittens, benedicti corpus suis manibus tumulo collocauit, non sine multis lacrymis. At verò cum peracto de more funere, creare alterù pontificem necesse esset, cumque ieiuniis, vigiliis, orationibus instarent homines, vt talem à Deo consequerentur pontificem, qualèm amiserant, in basilica sancti Dionysij confessoris atq; pontificis (eò nanque eius rei causa cõuenerant) post longam consultationem Nicolaum ablentem pontificem creant: & fugientem in Vaticanum, latitantemque vitandi honoris causa, conquistum in atrium Lateranense perduxerunt; & nolètem etiam in solio Apostolico collocarunt. Deinde verò in basilica Petri consecratus, sumptaque de more pontificia corona, multa cum Ludouico Casare, qui tum aderat, collocutus est, tum

ad pontificatum, tum ad imperium pertinentia. Cum verò Ludouicus ipse ab urbe discessisset, consedissetq; in loco, quem Romani quintum appellabant, eò profectum Nicolaum ferunt cum proceribus vrbs Romę, itaque honorificè susceptum, vt imperator ad mille passus pontifici obuiam factus, ex equo descēdens, eum freno manibus atrectato in castra perduxerit. Erat enim tantę venerationis & maiestatis, & tantę eloquentiæ & doctrinæ, vt ab omnibus tanquam numen coleretur. Habito autem simul longo & secreto colloquio post epulas osculoq; inuicè dato & accepto, ad urbem pontifex redijt: quam quidem excrefcentia Tiberis ita vexatam inuenit, vt non nisi lintribus de vicæ ad vicum transfire liceret. Nam & ecclesiam sancti Laurentij in Lucina, & monasterium beati Siluestri, & totam illam planitiem, quę à via Lata ad radices Tarpeiæ rupis, & viam Argentariam, ad Auētinum ducit, ita occupauerat, vt instare diluuium vulgò putatum sit. Hac inundatione & multę domus euersę sunt, & plures arbores euulsę, & sata passim disiecta. Neque hoc semel eo anno, sed iterum Decembri mense Romę accidit. Emendare hæc damna, vel potius delenire pontifex enixus, nullum genus officij & pietatis in ciues suos omisit. Interim verò Michael Theophili filius Constantinopolitanę vrbs imperator, legatos cum muneribus Romam misit, qui & linina Apostolorum & pontificem inuiserent. Hęc autem munera fuere, patena aurea, & calix aureus iusti ponderis cum gemmis magna æstimationis. Hic est ille Michael, quem postea Basilius consors imperij factus, dolo necauit, vt solus imperio potiretur. Habiti sunt autem à pontifice perbenignè legati, & domũ vicissim cum muneribus misit. Nicolaus verò pontificiæ dignitati admodum consulens, Ioannem archiepiscopum Rauennatem, ad sedem apostolicam propter obiecta crimina venire reculantem, dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Ludouicum confugiens, ab imperatore litteras cõmendatitias ad pontificem obtinuit, & legatos, qui à pontifice impetrarēt, vt Ioanni archiepiscopo Romam ad causam dicendam tutò proficisci liceret: quod haud grauatè pontifex concessit. Ioannes autem facta dicendi copia in magno præfulam conuentu

Tiberis excrefcentia tam magna, vt diluuium instare Romani putauerūt

In domo Leonina, nil aliud factus est, quam se maiestatis reum esse, ob eam rem & à pōtifice, & ab his, qui eo in conuentu aderant, se veniam petere. Motus hac confessione pontifex, & precibus eorum, qui tum aderant, his conditionibus Ioannem in gratiā recipit, vt & se in concilio de hēresi purgaret, vtque quotannis Romam se profecturū pōlliceretur, quoad fieri posset: & ne electos etiam canonicē in Flaminia episcopos, cōsecrandi facultatem haberet, nisi id sibi à sede apostolica literis concederetur: neue eisdem episcopos Romam proficisci quotiescunq̄e vellent, prohiberet, vtque ei nullam exactionem, quam sacri canones non recipiunt, nullum morem, nullam cōsuetudinem introducere liceret. Postremò verò ei sub anathematis pœna mandatum est, ne de bonis ecclesiæ quicquam immutaret aut decerneret inconsulta sede apostolica: neue etiam profana ei recipere liceret, nisi id placere summo pontifici intellexisset. Has autem sanctissimas iussiones tota synodus ita approbavit, vt ab omnibus ter acclamatum sit, Rectum iudicium summi p̄sulis, iusta definitio pastoris vniuersalis ecclesię, Salubris institutio Christi discipulis omnibus placet. Omnes autē eadem dicimus, eadem sapimus, eadem iudicamus. Tum verò Ioannes videntibus omnibus, eadem se conseruaturum iureiurando & scripto confirmavit. Atque ita soluta synodo, Ioannes Rauennam ad suos redijt: liberatus autē hac molestia pontifex ecclesiam Dei genitricis (quæ prius antiqua, nunc vulgò noua appellatur) restituit, egregijsque p̄sulis exornauit, Regem Bulgarorum cum omni prouincia ad fidē Christi litteris & fanis admonitionibus conuertit, eisdemque Bulgaris episcopos & presbyteros dedit, qui neophytos in fide confirmarent, pulso Photino, cuius fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerant. Pacem prætereà inter Ludouicum imperatorem & Andalsium Beneuentanum ducem composuit, Sarracenos Beneuentum vsque aliquando peruagatos repulit. Postremò verò approbante Ludouico imperatore instituit, ne p̄ceps vllus secularis aut imperator concilij clericorum interesse auderet, nisi de fide ageretur, licere tum ac par esse censuit. Sunt qui scribant, beatum Cyrillum ex Chersona Ponti, sancti Clemen-

tis corpus Romam tum detulisse: idque in ecclesia his temporibus sancti Clementis appellata, reconditum fuisse, nec ita multò post Cyrillum mortuum eo Irci sepultum iacere. Nicolaus autem in omni genere virtutis vnici viri exemplar, septimo pōtificatus sui anno, mense nono, die decimotertio moritur, & ante fores basilicę beati Petri ex testamento sepelitur. Sunt qui scribant, post mortem eius, annis octo, mensibus septem, diebus nouem sedem vacasse.

ANNOTAT.

Ad hunc vsque Nicolaum Romanorum pontificum vitas, quæ adhuc apud me sunt, scripsit Anastasius monachus, & S. R. E. bibliothecarius, sub quo, & eius successoribus, Hadriano II. & Ioanne V III. in Vrbe floruit. Quæ sequuntur, concinnauit Guillelmus quidam alter bibliothecarius, quæ in libro, qui sub Damasinomine circumfertur, exstant. Porro autem cum sequentes pontifices, vsque ad Clementem II. neque perperuum quendam habeant scriptorem, & maiorem suorum actorum partem amiserint, tempora aduò incerta, & obscura habent, vt neque quo loco, neque quo erd ne aliquot Romanorum pontificum nomina reponerentur, satis liqueat. Quidam verò etiam noui irreperunt pontifices, vt post Marinum Agapitum, & post Hadrianum III. Basilius, quos Sigebertus in chronicis prodidit. Quibus stante maximè historia veritate, & temporum ratione, locus in hac serie esse non potest. Hi enim vel iisdē, nominibus mutatis, cum aliquot alijs pontificibus, vel schismatici fuerunt, vel omninò nunquā exstiterunt. Vnumquodque autem horum asserere dubium est, & incertum, ceterum si quæ alia animaduersione digna occurrerent ea non omittam.

HADRIANVS II.

HADRIANVS secundus, patria Romanus, pater Valaro episcopo, Sergio pontifici familiaris fuit, à quo cum aliquando denarios quadraginta dono accepisset domum rediens dispensatori mandauit, vt eos peregrinis & pauperibus, qui in vestibulo domus suę stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cum videret ne minima quidē parti tantula re satisfieri posse ad Hadrianū rediens, re ipsā exponit. Tum Hadrianus accepta pecunia ad pauperes



peres veniens, & ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi, rei familiari satis facturus referuauit, admirante dispensatore miraculo rei. Cui Hadrianus, Vides, inquit, quàm benignus & largus sit dominus, his præsertim, qui liberales & munifici in pauperes sunt? Hæc & alijs virtutibus tanto in præcio apud omnes fuit, vt cum de pontifice creando sermo haberetur, certatim omnes vnicum Hadrianum deligerent, quæ etiam ab ecclesia sanctæ Dei genitricis ad Præsepe, ad Lateranensem basilicam nolentem detulère, ac statim pontificem crearunt. Non est habita in tanto tumultu cuiuspiam ratio. Hanc ob rem Ludouici legati, qui eius rei causa aderant, indignati, quòd nusquam (vt par erat) dum hæc ageretur, interesse potuissent, & auctoritatem imperatoris in creando pontifice interponere. Legatis autem hac ratione satisfactum est, quòd diceerent multitudinis voluntatem in tanto tumultu moderari non potuisse, eos tamen rectè facturos, si virum optimum, quem & clerus & populus elegerat, de more pontificem salutarerent. Fecere id legati, quanquã apertè cernerent, clerum populum eligendi pontificis totam auctoritatem sibi vèdicare, ne deinceps principis cuiuspiã nutus exspectaretur: fortè etiã vt libertas ecclesiastica tũ inolesceret. Superuenere à Ludouico imperatore litteræ, quibus Romanos admodum laudat, quòd summum pontificem sanctè & integre creassent, non exspectato aliorum voto, qui fortè ea in re ob ignorantione personarum minus iudicij habuissent. Qui enim fieri posse dicebat, vt peregrinus

& hospes dignoscere possit, in aliena re publica, quis pontificum cæteris præferendus sit: id naximè ad cines pertinere, & ad eos præsertim, qui cum iquilis familiariter vixere. Hadrianus autem pontificatum adeptus, omnia, quæ ad honorem summi Dei pertinerent, diligenter circumspiciebat, verbis, exemplo, auctoritate, tum sua, tum maiorum, vniquemque ad benè beatèq; viuendum exhortatus: Circumuentus etiã aliorum iudicijs & potentia, acerrimè tutatus est. Habere enim Synhodom Constantinopoli passus est, qua & pulsus est Photius vir seditiosus, & restitutus Ignatius iam antea iniuria pulsus. Habita etiam in eadem Synhodo longa contentio est, Bulgari (quorum legati tum aderant) sedine Romanæ, an Constantinopolitanæ subiecti essent. Tandem verò Basilio contradicente, Romanæ sedi adiudicantur. Quare Hadrianus à Bulgaris rogatus, vt virum vita & doctrina in prouinciam mitteret, cuius auctoritate & exemplo in fide Christi retinerentur: tres sanctissimos viros eò cum summa potestate misit, qui ecclesias illas ex sententia ad meliorem cultum redigerent. Hi autè fuere Syluester subdiaconus Leopardus Anconitanus, Dominicus Taruisinus, qui re omnem ex sententia pontificis breui composuere. Quanquam Bulgari non ita multò post donis & pollicitationibus à Constantinopolitanis corrupti, pulsus Latinis sacerdotibus, Græcos receperint: quæ quidem seditio multorum maiorum incendia inter Græcos & Latinos suscitauit. Hadrianus verò sese omnibus ecclesiæ hostibus, quoad fieri poterat, obijciens, cum mortuo Ludouico Carolum filium inuicturum esset, moritur pontificatus sui anno quinto, mense ix. die xij. Eius autem ante mortem & tribus diebus sanguine apud Brixiam pluit, & locustæ Gallias mirum in modum vastarunt, tam calamitosæ mortis indicia pernoxima.

Tribus diebus sanguine pluit.

ANNOTATIO.

Synhodus, cuius leuiter Platina meminuit, & Latinis octaua vniuersalis Constantinopolitana iij. appellatur, CCCXXCII. Episcoporum, cui donatus Ostiensis, Stephanus Neptusinus episcopi, & Marinus S.R.E. diaconus, postea Pape, apostolica sedis legati præfuerunt. Quam ex greco in latinum Anastasius bibliothecarius, qui ei in-

ei interfuit. cōuertit. In qua Phorio patriarcha eius sedis in uisore pulso, Ignatius ex papa Hadriani auctoritate est restitutus, sed de hac re latius aliās. Huus synhodi tam græca quàm latina exemplaria exstare dicuntur. Latina autem apud me sunt. Eius etiam meminit Annonius libro quinto, capite vgesimo septimo de rebus gestis Francorum.

IOANNES IX.



110. pōr.

Carolus
imper.

IOANNES nonus, patria Romanus, patre Gundō, initio pontificatus sui Carolū, qui tūm Romam venerat, imperatorem decernit. Hanc ob rem indignati duo Caroli, Ludouici regis Germaniæ filij, contractis vndique copijs in Italiam descendunt, patrum Carolum imperio simul & vita priuaturi. Is autem Tridentinos saltus nepotibus clausurus, cum exercitu Veronam properans, apud Mantuam valetudine correptus, venenata potione moritur, quā Sedechias ludæus, quo medico utebatur, curandę valetudinis cāussa (vt creditū est) ei dederat. Ea recognita, Ioannes pontifex omnibus viribus annitebatur, vt Ludouicus rex Franciæ Caroli filius, imperator decerneretur. Quō minus autem id faceret, obstiterē Romani proceres, Carolū tertium Germaniæ regem, qui cum fratre Carolo manno iam partem Italiæ occupauerat, imperatorem esse cupientes. In tanta verō seditione cum non desisset, qui etiā Ludouico faueret, pontifex capitur, & in vincula conijcitur. Hanc ob rem non ita multō post, adiuuantibus quibusdam ami-

cis, è vinculis prolapsus, ad Ludouicū cognomento Balbum, in Franciam confugit: vbi per annum immoratus, & regem inunxit, & controuersias quasdam inter ecclesiasticos ortas sustulit. Nam Gibertus Neumanensis episcopus Leonem abbatem possessione monasterij sui vi priuauerat. Erat enim monasterium sancti Petri, in quo beati Egidij corpus quiescebat. Situs autem loci Flavianus appellatus est à valle Flauiana, quam Flavius quondam rex beato Egidio donauerat: is postea eò loci in honorem Petri & Pauli monasterium condiderat. Multis itaque episcopis & iudicibus adstantibus, pontifex cognita causa Leoni monasterium adiudicat. Arelate hæc contentio exstincta est, vnde Ioannes abiens, annuente Ludouico, apud Treas ciuitatē concilium habuit: in quo & multa ad fidem pertinentia sunt instituta, & Flandris, qui tum primū ex locis memorosis ad meliorem cultū venerant, episcopus datus est.

Flandri.

Verū n̄ cū Italia à Sarracenis vastaretur, cumq̄, in montis Cassini monasteriū cepissent ac diripuissent, Ioānes Romā accitus, adiuuantibus principibus Christianis, Agarenorum magnā partem Italia ac Sicilia expulit. Carolū præterea, quōd ei liberius in vrbe viuere liceret, imperij corona donauit, tertiusq̄ Carolus appellatus est. Qui postea in Normannos mouēs, Franciā & Lotharingiā vastantes, ita eos perdomuit, vt Rhothifredus eorum rex pacem petere, & fidem Christi suscipere coactus sit: quem imperator in gratiā recipiens, è baptismatis fonte leuauit, vt scribit Anastasius, qui tum in precio erat, Romane ecclesię bibliothecarius, vir sanē ita vtraque lingua doctus, vt è Græco in Latinum & septimā vniuersalem synodum, & Hierarchiam Dionysij Ariopagitæ, & vitas multorū sanctorum, Caroli gratia in latinum eleganter & doctē translulerit. Sunt qui scribant, Carolū ipsum multa monasteria condidisse, ac rem diuinam auxisse. Sed hæc eius præcipua laus, quōd multos ad scribendum impulit. Nam & Milo beati Amandi monachus, eiusdem sancti vitam accomodatē perscripsit: & Ioannes Scotus quædam nostræ religionis acutissimè disputata, grauius è composuit. Non caruit etiā hac laude scribendi: Ioannes pontifex dum adhuc priuatus esset. Diaconus enim, primū Grego-

Gregorij vitam quattuor libris egregiè cō-
scripsit. Cū verò in pontificatu annis decē,
diebus duobus vixisset, moritur, & in basi-
lica Petri sepelitur.

ANNOTAT.

Ioannes hic omnino V III. nō IX. est, vt à Pla-
tina describitur, nam etsi Ioannes sermone pa-
pa, quam proficitur, fuisse, non tamen numeri
notam habere debuisset, sacri ordinis non ca-
pax. Adde, quòd in omnibus huius pontificis hi-
storij, bullis, & instrumentis, Ioannes V III. sem-
per appellatur, Ad quem Ioannes quidam dia-
conus cardinalis S. R. E. quattuor libris vitam S.
Gregorij, ex eius potissimū operibus excerptam,
diligenterq; in vnum collectam, qua etiam cir-
cumfertur, conscripsit. Annonius in historia Frā-
corum libro 5. à cap. 32. vsq; ad 37. de hoc Ioan-
ne in Galliam profecto, multa, & maximè me-
moratu digna litterarum monumentis commē-
dauit. Huic soli Romanorum pontificum acci-
dit, vt breui temporis spatio tres imperatores
coronaret, Carolum Caluum, Ludouicum ij.
Balbum, & Carolum ij. Crasum. Annonius in
locis supra citatis, & Otho Frisingensis libro hi-
storiarum 6. cap. 7. & 8.

MARTINVS II.



ii. Pōt.
aliàs Ma-
rink.

MARTINVS secundus, natione Gal-
lus, patre Palumbo, post Ioannem
pontificatum inijt. Sunt qui hunc
Marinum vocent, quos ego similitudine
scriptionis deceptos puto. Martinus itaq;
appellatur: cuius vita ideo breuior est,
quia breui tempore in pontificatu vixit,
imperantibus apud Cōstantinopolim Leo-

ne & Alexandro Baslij filiis, in occidentē
verò Carolo tertio, quem ab Ioanne octa-
uo coronam accepisse scripsimus: quemq;
Normannos Galliam infestantes, ita con-
tinuis præliis attriuisse, vt eos & fidē Chri-
sti, & leges victoris accipere cogeret. Sunt
qui scribant, Martini fraude, vt in Formo-
so dicitur, Ioannem Pontificem ita seditio-
nibus agitatū fuisse, vt ei in vincula cō-
iecto aufugere necesse fuerit. Martinus au-
tem malis artibus pontificatum adeptus,
breui moritur. Annū enim & menses quin-
que tantummodò in pontificatu vixit, nil
dignum memoria gerens, vel ob breuitatē
temporis, vel quòd nil tum accidit, quo
nomen eius fieret illustrius, vel quòd Dei
nutu malis artibus principatus acquisitū,
veram gloriam, vnicum optimi principis
cibum amittunt.

ANNOTAT.

Pontifex hic, quem Martinum II Platina vo-
cat, in eius diplomatibus, instrumentis suo tem-
pore consecratis, & vetustis libris historijsq;, vt Le-
onis Ostiensis, Guillelmi Bibliothecarij, Annonij,
& similium, Marinus vbique vocatur, non na-
tione Gallus, sed ex Galleſio Faleriorum in E-
truria oppido ortus, quem admodum & eius af-
finis Romanus, qui & ipse paulò post Papa fuit.
Hoc ex antiquo Bibliothecario Guillelmo ani-
maduertit Antonius Massa Galesius in patria
sua describenda veritate diligentissimus. Vir
probitus, doctrina, fide & humanitate in vrbe
clarissimus, & de me optimè meritus. Idem de
Martino III. dicendū est, qui vbiq; in iisdem,
que supra citauī, monumentis Marinus II. siue
iunior vocatur. Quare Martinus III. & V se-
cundus, & tertius vocandi essent.

HADRIANVS III.

HADRIANVS tertius, patria Roma-
nus, patre Benedicto, tati animi fuit, ii. 1
vt initio pontificatus sui, statim ad
senatum populūq; retulit, anno Do-
mini octingentesimo nonagesimo quinto,
nē in creando pontifice imperatoris au-
toritas exspectaretur, vtq; e libera essent
& cleri & populi suffragia: quod quidem
institutum à Nicolao primo tentatum po-
tius, quàm inchoatum diximus. Necdum
credo hac opportunitate Hadrianum,
quòd Carolus imperator ab Italia cum ex-
ercitu



ercitu discedens, in Normānos rebellantes mouerat.

Fueratei in animo, gentem inquietam omninò delere. At verò cùm id difficilè videretur, nec fieri sine magna suorum clade posset, partem illam Gallia ad incolendum his concessit, quæ vltra Sequanam flumen est, quæque hodie à gente ipsa, Normandia vocatur. Pendere autem quotannis vectigal regibus Francia sunt iussi, ne vi, sed benignitate imperatoris Caroli loca illa obtinuisse viderentur. Interea verò Guilielmus cognomento Pius Aquitania dux & Aluernia comes, cùm stirpe virili caret, Cluniacense monasterium in fundo paterno Burgundia pago Masticensi magnificentissimis operibus inchoauit, eisdemque loco Bernonem abbatem præfecit, designatis prouentibus, vnde monachi viuerent. Ante tempus verò Guilielmus moriens, monasterium imperfectum reliquit, Elbo comite Pictauiensi hærede instituto, qui rem ipsam ex testamento curaret.

Hadrianus autem pontifex, de quo clerus populisque Romanus magnam spem conceperat ob eius virtutem & magnitudinem animi, anno primo & mense secundo pontificatus sui moritur, sepeliturque in basilica Petri, collacrymantibus omnibus & ingemiscuntibus, tantum parentem iniquo tempore tam repenti sibi ablatum esse.

STEPHANVS V.

STEPHANVS quintus, patria Romanus, ex via Lata, patre Hadriano, pontificatum in iusto tempore, quo Normanni adiuuatis sibi Dacis omnem fermè Gal-

liam ruptis fœderibus vastarunt.

Timore verò tantæ incursionis beati Martini corpus Turonis Antisiodorum deportatum est, & in ecclesia sancti Germani collocatum. Accidisse miraculum tunc ferunt, orta inter monachos discordia, cui potissimum sancto nomen ecclesie ascriberetur. Hanc ob rem discutiendæ ambiguitatis causa leprosus in medio vtriusque sancti collocatus, ea parte sanatur, quæ ad Martinum vergebat: conuersus deinde in alteram partem virtute beati Martini integer omninò redditur. Hoc rotum à Germano hospiti suo tributum creditur, ne de sanctitate eius ob translationem quicquam diminutum videretur. Sunt qui scribant, huius pontificis tempore Carolus cognomento Crassus, qui iam annis duodecim imperauerat, potestate deiectum ab optimatibus suis fuisse, ob segnitiam corporis & ingenij tarditatem: in locumque eius Arnulphum nepotem successum fuisse, qui septimus à Carolo Magno imperator est habitus. Hac itaque perturbatione rerum illeſti Hunni gens Scythica (vt Vincentius & Martinus scriptores referunt) in Pannoniam inferiorem ad consanguineos Vngaros descendentes, pulsus inde Gepidas & Auaribus, ipsam occupant: Inde in Germaniam hostili agmine mouentes, ad Belgicam vsque Galliam peruenire, ferro ac flamma omnia vastantes. Stephanus verò in tantarum perturbatione, sanctitate Luithprædi Ticinensis ecclesie diaconi, Valdridi Bauari, Bernardi Pictauiensis, miraculè recreabatur. Quorum vita ac moribus ir-

Christi-

Christiana fides inoleuit, vt & monasteria multa & sacella magnis sumptibus in vtraque Gallia sint condita.

Moritur autem Stephanus pontificatus sui anno sexto, die xj. Vacat tum sedes diebus quinque.

ANNOTAT.

Stephanus hic VI. dicendus esset, non V. & sic deinceps in ceteris huius nominis pontificibus numeri nota seruanda, quod ante Stephanum illum, quem secundum Platina vocat, fuerit Papa Stephanus alius, qui tridud tantum vixit, vt tradit Anastasius bibliothecarius. Non enim plus, vel minus viuendiaratio aliquem verum facit esse pontificem, sed vera & legitima comitia, quibus Stephanum illum secundum renunciatum fuisse constat. Idem & in Stephanis numerorum nota mutanda, & qui alius est II. III. IV. V. & sic deinceps, deberet esse III. IIII. V. VI. & ceteri vsque ad decimum.

FORMOSVS I.



104. P. 7

FORMOSVS Portuensis Episcopus, post Stephanum pontifex creatur, qui statim inito magistratu ecclesiam Petri principis Apostolorum leui pictura exornauit. Hic aliquando Ioannis pontificis seueritate veritus, Episcopatum suum deserens, in Gallias aufugit. Verum cum reuocatus redire abnueret, anathemate notatus, Romam veniens, omni ecclesiastica dignitate priuatus, profana indumenta simul cum moribus assumens. Sunt qui arbitrantur, hoc ideo Formoso accidisse, quod eius con-

iurationis conscius & auctor fuerit, qua Ioannes captus & in vincula coniectus est. Hac itaque contumelia motus Formosus, ab vrbe discedens, iureiurando affirmauit se nunquam postea vel Romam, vel ad episcopatum rediturum. At verò Martinus pontifex Ioannis successor, hominem postea iuramento solutum in patriam & pristinam dignitatem restituit, vnde ad pontificatum non ita multò post largitione potius, quàm virtute, contradicentibus quibusdam assumitur.

Arnulphus autem, quem septimum à Carolo imperatorem diximus, primo quidè strenuè sumptis armis Normannos adhuc rebellantes, magnis cladibus perdomuit. Verum postea nimio successu elatus, ita cōtumax in omnes, tum vel maximè in ecclesiasticos factus est, vt Dei nutu pediculari morbo breui consumptus sit. Huius in locum postea suffectum Ludouicum imperatorem legitur, quem tamen nusquam habuisse imperij coronam accepimus. Hic autem (vt Martinus scribit) cum Berengario duce Foroiuliano, à regibus Longobardorum originem ducente, & auctum patrumque regnum repetente, armis decernens, eum primò quidem superat & vincit. Mox renouato prælio apud Veronam Ludouicus superatus ingenti suorum clade capitur, & oculis priuatur. * Atque ita imperium, quo annis ferè centum Franci potiti sunt, demum in Longobardos transfertur, imperante apud Græcos Constantino Leonis filio. Verum nescio quo fato accidisse dicam, vt vnà cum industria imperatorum, simul etiam pōtificum virtus & integritas defecerit: quæ quidem tempora infelicissima esse arbitror, cum auctoritate Platonis tales solent esse reliqui ciues, quales sunt in republica principes.

Ad Formosum redeo, cuius tempora ne omninò infelicissima haberentur, effecit Remigij Altisiodorensis virtus & doctrina. Hic enim multa commentatus est, & scripsit in Matthæum potissimum & Pauli epistolæ. Sunt qui scribant, huius interpretationis auctorem fuisse Remigium Remensem, non autem hunc, de quo loquimur: vtcunque sit, constat vtrunque Remigium doctissimum fuisse, Formosus autem pontificatus sui anno quinto, mense sexto moritur. Vacat tum sedes diebus duobus.

Is nō est Ludouicus Arnulphi filius, sed alius.

ANONTAT.

Formosus Papa, ut ego obseruavi, primus omnium Romanorum Pontificum ex aliena dioceseos Episcopo, Romanus Pontifex est factus, cum ante ipsum non nisi ex presbytero, vel diacono cardinalibus factus fuisset Romae papa. Idem refert vetustissimus & sine auctoris nomine scriptus liber Bibliotheca Vaticana. Multa de hoc scribit Luitprandus Ticinensis libro primo, capite primo & octavo historiarum suarum, & Conradus Abbas Urspergensis. Quae verò de eius caduere ex sepultura à successoribus eruto dicuntur, procul dubio fabula magis quam vero similia sunt, quod ex illorum, qui de ea rescripserunt, diuersitate, & repugnantia facile liquet. & ego alibi demonstraui.

BONIFACIUS VI.



sed quia legitime & rectè pontifex creatus est: Moritur enim (ut dixi) pontificatus sui die sexto & vigesimo, sepeliturque in basilica Petri.

STEPHANVS VI.



STEPHANVS sextus, patria Romanus, A. 116. Pö. Snagninus episcopus, pontifex creatus, tanto odio persecutus est Formosi nomē, ut statim eius decreta abrogauerit, res gestas resciderit, licet quidam scribant ipsum Stephanum episcopatum Agnania à Formoso consecutum fuisse. Sed ego arbitror hoc odium ex ambitione ortum fuisse, cum iam eò deuenissent ecclesiastici, ut nõ coacti, ut antea, sed spontè & largitionibus pontificium munus obirent. Hinc odium ortum est, quo etiam in mortuum Stephanus sauebat, quò dei antea impedimento fuisset, quo minus optata sede potiretur. Refert Martinus scriptor, Stephanum tanta rabie desequisse, ut habito cõcilio, corpus Formosi è tumulo tractum, pontificali habitu spoliatum, indutumq; seculari sepulturae laicorum mandauerit, abscissis tamen dexteræ eius duob. digitis, illis potissimū, quibus in consecratione sacerdotes vtuntur: in Tiberimque proiectis, quod (ut ipse dicebat) contra iura sacramenti Romæ & sacerdotium repetisset, quo à Ioanne octauo iure spoliatus fuerat. Magna fuit hæc controuersia & pessimi exempli, cum postea ferè semper seruata hæc consuetudo sit, ut acta priorum Pontificum, sequentes aut infringerent, aut omni nõ tollerent. Quod hæcenus certè ab optimis illis Pontificibus, quorum vitas conscripsimus alie-

Martinus
historia-
ri scriptor.

115. Pö.

BONIFACIUS sextus, natione Tuscus, in demortui Formosi locum pontifex creatur. Quam diu autem in pontificatu vixerit, magna controuersia est. Plus enim alij, minus quidam temporis huic ascribunt. Sentio ego cum pluribus, qui affirmant, pontificem hunc diebus tantummodò sex & xx. in pontificatu vixisse. Hoc ut credam, faciunt historie, in quibus nulla vel parua de hoc homine fit mentio. Quo enim modo fieri posset, ut huius tempora sub silentio præterirentur, si annis duodecim (ut quidè referunt) in sede Petri vixisset? Ponere itaque hunc hominem in catalogo summorum Pontificum iustitè, non propter res gestas, quæ nullæ sunt (quid enim geri in tanta breuitate tæporis potuit?)

nam fuit. paulùm certè abfuit, quin noſtra tempeſtate Paulus ſecundus Venetus Formoſi nomen, (vt fit) ſibi inderet, quòd id nomè ei maximè conuenire videretur, propter proceritatem corpòris & maièſtatem. Quòd minus autem id faceret, deterruère eum Cardinales quidã hiftoriæ non ignari, ne poſt mortem id accideret, quod olim Formoſo. Tulit id agrè Paulus, quia nil ei præter hoc nomen ad ſummam felicitatem deeſſe videtur.

Interim verò ignauia Pontificum fretus Conſtãtinopolitanus Imperator Symbaticum patritium protospatarium ſuum, in Italiam cum exercitu mittit, qui Beneuentum tertio mēſe poſtea quàm obſideri ceptum eſt, in poteſtatem ſuam redegit; poſſeſſum ante à Longobardis annis CCC. & XXX. Verùm anno tertio poſt Guido Longobardus, pulſis Græcis, urbem recuperat, atque ita denuò ad Longobardos recidit.

Ad Stephanum redeo, qui pontificatus ſui anno primo, mēſe tertio moritur. Sedes autem eius ex morte tribus diebus tum vacat.

ROMANVS I.



117. Pör.

ROMANVS patria Romanus, vbi pontificatum inſiit, Stephani Pontificis decreta & aſta ſtatim improbat abrogatque. Nil enim aliud hi pontifices cogitabant, quàm & nomen & dignitatè maiorum ſuorum exſtinguere, quo nihil poteſt eſſe peius & anguſtioris animi: qui enim his artibus nituntur, nulla virtute muniti, eo de loco abradere benè merentes

conantur, quem ipſi ob ignauiam & malitiam attingere non poſſunt. Neminem ſiquidem vnquam inueuius alienæ famæ inuidere, niſi qui omnibus probris contaminatus, deſperat ſuum apud poſteros celebre nomen aliquando futurum. Hi ſunt, qui fraude, malitia, dolo, maledicentia de humano genere benè meritos mordent, lacerant, accuſant, concordunt, tanquam ignauis canes & inutiles, nec feris ſeſe obſicientes ob timiditatem, ſed victas & caueis incluſas mordentes. Commemorare tamen huius Pontificis nomen libuit, quia de more Petri ſedem obtinuit, in qua tertio pontificatus ſui mēſe demoritur.

THEODORVS II.



118. Pö

THEODORVS ſecundus, patria Romanus, pontifex creatus, veſtigia ſeditioſorum ſequitur. Nam & Formoſi aſta reſtituit, & eius ſectatores in precio habuit, imperante adhuc in Italia (vt quidã volunt) Arnulpho, regnante in Francia Carolo Simplici, Conſtantinoque Leonis filio orientale imperium gubernante.

Quo quidem tempore Sarraceni Apuliam ingreſſi, occupatoque ſancti Angeli monte, magnam vim hominum & pecorum cepere. Verùm Itali tumultuaria manu comparata, magna ex hoſtibus edita ſtrage prædam recuperant. Agebantur hæc in Italia, cum Guillelmus cognomento ſectoriferi, Engloſinæ comes, à Carolo Caluo originem ducens, monaſterio Carthufienſi reliquias ſanctorum, quæ in criffionis Normandiæ tempore inde ablata fuerat,

ſectori ni Engloſina cometo

teſti

restitui mandauit. Videbat enim seditionem inter populos orituram, quiescentibus iam Normannis, nisi in loco pristino reliquæ collocarentur. Qui fuerint Normanni, haud satis constat. Sunt tamen qui dicant, eos ex Noruegia in Galliam descendisse.

At Theodorus vigesimo pontificatus sui die moritur, nulla magnoperè de se relicta memoria ob breuitatem temporis.

IOANNES X.



portunitate illecti Vngari, gens quidem fera & indomita, hostili manu Italiam primò, mox Germaniam & Galliam ita inuadit, nemine propè resistente, vt ferro ac flamma omnia quoquò proficisceretur, absumeret, nulli mortalium ætati aut sexui parcens. Præterea verò Afri Calabriam ingressi, cum iam magnam prouinciæ partem cepissent, oppugnarentque Consentiam, eorum rege in oppugnatione istu fulminis diuinitus mortuo, passim dilabuntur, & ad suos redeunt. Deus enim populi sui calamitatem miseratus, à principibus terræ derelicti, tum demum telum suum in hostes Christiani nominis direxit: quod nisi fecisset, de nomine Italico, deque ecclesia actum profectum putabatur, ad eos socordes & nullius precij homines in principatibus tumerant.

Ioannes autem pontificatus sui anno secundo, die decimo quinto moriens, nil de se dignum memoria reliquit, nisi quoddam seditiones quasdam propè extinctas reuocauit.

BENEDICTUS III.



IOANNES decimus, patria Romanus, pontifex creatus, Formosi causam in integrum statum restituit, aduersante magna populi Romani parte, qua ex re tanta leditio orta est, vt paulum admodum ab iusto prælio abfuerit. Is autem Rauennam profectus iiii. & lxx. episcoporum habito conuentu, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, diiudicans perperam à Stephano factum, qui censuit eos iterum ordinandos esse, quos Formosus ad sacros ordines adsciuerat. Hoc idem accidisse putauerim ego, cum quia pontifices ipsi à Petri vestigijs discesserant, tum vel maximè, quia respub. Christiana ignauos & desides principes habebat, quorum maximè intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari: ne si gubernator aliquando respiceret, principes ipsos vt malos nauatas è repub. deijceret.

episc.

Deditus erat voluptatibus Arnulphus, non multum distabat à suo cognomento Carolus rex Franciæ, quem Simplicem vel potius stolidum vocabant. Hac autem op-

BENEDICTVS quartus, patria Ro. manus, pontifex creatur ob eius humanitatem & clementiam. Verùm nil suo tempore gestum est, quod magnoperè collaudari possit. Acciderat huic ætati, quod alijs interdum solet, vt hominum industria in quouis genere virtutis consenesceret, nullis calcaribus adhi-

adhibitis, quibus hominū ingenia ad laudem excitarentur, quod fieri à bene institutis populis optimisq; principibus consuevit. Constat enim (vt antea dixi) falsum Ludovicum Arnulphi filium imperiū paternum repetere conantem, eo tempore Veronæ captum & interfectum à Berengario fuisse, atque tum primū genus Caroli Magni ignauia posteriorum Principum tã Franciã quã etiam Germaniã imperij titulos amisisse. Verū est certè, quod Crispus ait, Quæ orta sunt, occidunt: quæ aucta, senescunt. Imperium ipsum magnum habuit incrementum: verū postea principū ac populi Romani ignauia splendor ille Romani nominis in obscuras tenebras conuersus est, tum vel maximè, vbi remissa exercitatione virtutis, voluptatib. se & thermis ad effeminanda corpora inuentis, tradidère. Idem etiam accidisse pontificali dignitati dicere possumus. Sanctitate enim & doctrina, quæ non nisi magnis laboribus consummataque virtute comparantur, pontificium decus sine vllis opibus primo quidem auctum est inter tot hostes & obstinatos persecutores Christiani nominis: mox verò vbi cum ipsis opibus lasciuere cœpit ecclesia Dei, vniuersis eius cultoribus à seueritate ad lasciuiam, peperit nobis tanta licentia peccandi, nullo principe flagitia hominum tum coercente, hæc portentosa à quibus ambitione & largitione sanctissima Petri sedes occupata est potius, quàm possessa. Hæc tamen Benedicti laus est, quòd in eam corruptis moribus gauiter & constanter vitam ducens, pontificatus sui anno tertio, mense quarto moritur. Vacat tum sedes diebus sex.

LEO V.

121 P. t.

LEO quineus, cuius patriam historici non ponunt, pontificatum adeptus, à Christophoro eius familiari dominandi cupido capitur, & in vincula conicitur: quod quidem fieri non sine magna seditione & multorum interitu potuit. Quarta enim auctoritatis pontificatus tum esse & vitio priorum pontificū, ex hoc vel maximo comprehendi potest, quòd à viro priuato tanta dignitas vi & factione vno ferè momento occupata est. Verum est certè, quòd dici solet: plus auctoritatis dignitates ex hominibus capere, quàm ex dignita-



tibus homines, vt in censura Romana apparuit, quæ primò vt exiguus magistratus posthabita est: verū vbi ciuitatis optimates obire munus illud dignati sunt, tantam ei auctoritatem tribuere, vt inter optimates infelix propè haberetur, qui censoriam dignitatem consecutus in vita non fuisset. Christophorus itaque sedem occupat xl. Leonis in pontificatu die: quem ego præ dolore animi paulò post periisse crediderim, quòd ab eo potissimum honore spoliatus fuisset, quem ipse vt lupum domi aluerat: vt illud Theocriti, Enutrito lupos, qui te comedant.

CHRISTOPHORVS I.



CHRISTOPHORVS, cuius patria & cognomentum ob ignobilitatem ignoratur, pontificatum malis artibus adeptus, malè amisit. Septimo enim mense dignitate

aitate ac meritò quidem eiectus, monasticam vitam, vnicum calamitosorum refugium, obire cogitur. In monasteria enim tanquam in insulas clerici malè de ecclesia Dei meriti, tum relegabatur. Sunt qui scribant, Christophorum deiectum pontificatu fuisse, Ludouico tertio imperate: alij hæc tempora Berengario ascribunt, quem diximus è duce Foroiuliano imperatorem creatum, quòd in Italia oriundus esset è stirpe Longobardorum regum: quodque etiam in eo solo spes vnica imperij collocari tum maximè poterat ob virtutem & nobilitatem. Vt autem credam, Berengarium tum imperasse, facit & pontificum, qui antè fuère, breuis vita, quos tanquam monstra quædam è medio breui Deus sustulit, & ipsius imperatoris tempus, qui superato Guidone duce Spoletino, interfectoque Ambrosio comite Bergomate, quos primo hostes habuerat, accepta à Formoso imperij corona, annis ix. vixit. Quid verò postea Christophoro acciderit, è pontificatu deiecto, in Sergio dicitur.

SERGIUS III.



ita improbauit, vt denud ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit, quos Formosus antea sacerdotali ordine indignos censerat. Neque hanc quidem ignominiam mortuo intulisse contentus, eius cadauer è sepulchro tractum, capitali supplicio, ac si viueret, afficit, corpusque ipsum in Tiberim proijcit, tanquam sepultura & honore humano indignum. Ferunt piscatores corpus ipsum inter piscandum repertum, ad basilicam Petri detulisse, atque dum funus celebratur, sanctorum imagines, quæ in templo locatæ erant, corpus ipsum veneratas fuisse: & ob eam rem creditum esse, Formosum iniuria quidem tali ignominia affectum fuisse. Sed factumne sit hoc à piscatoribus, haud satis constat, viuente præsertim Sergio, qui Formosi factionem persequebatur quod antea ei impedimento fuerat, quò minus pontificatum consequeretur. Vide quæso, quantum isti degenerauerint à maioribus suis. Illi enim, vt pote viri sanctissimi, dignitatem vltro oblatam contemnebant, orationi & doctrinæ Christianæ vacantes: hi verò largitione & ambitione pontificatum quærentes, & adepti, posthabito diuino cultu, inimicitias non secus ac sæuissimi quidam tyranni inter sese exercebant: suas voluptates postea securius expleturi, cum nullibi exstarent, qui eorum vitia coèrcerent. Crediderim ego Sergium hæc facere à Lothario compulsum, quod Formosi opere à Gallis in alienigenas imperium translatum sit. Sergius autem his artibus vitam ducens, septimo pontificatus sui anno, mense quarto, die xvj. moritur: cum paulò antè igneæ faces in cælo & stellæ micantes, discurrentesque præter consuetudinem sint visæ. Vnde non ita multò post Vngari Italiam cum exercitu ingressi, multas vicissim intulère acceperèque clades.

ANASTASIUS III.

ANASTASIUS tertius, patria Romanus, eo tempore pontificatum iniit, quo Landolphus Beneuetanus princeps, graui prælio in Apulia cum Græcis decertauit, & vicit. Nam Patritius Leonis Constantinopolitani imperatoris dux Italiam ingressus, se omnia breui euerfurum minabatur, nisi Leoni properè obtemperaret. Verùm (vt dixi) Landulphi virtute imperium

124. par.

13. par.

SERGIUS tertius, patria Romanus, patre Benedicto, pontificatum iniens, basilicam Lateranensem, quæ tum corruerat, restituit, Christophorum è monasterio tractum in vincula coniecit. Rebus deinde confirmatis, Gallias profectus, Lotharij gratia & amicitia fultus, qui tum regnabat, in Italiam rediens, & Christophorum arctiore custodia reuinxit, & Formosi acta



perium simul cum loquacitate omisit, quã quam verò à Berengario iam pararentur copix, quæ Patricio obuiam fierent, plus terroris quàm virium secum ferenti. Anastasus autem, à quo nil memoria dignum moritur, & in basilica Petri sepelitur. Hũc tamen pontificẽ hac vna in re laudare possumus, quòd neminem eorum, qui ante se in pontificatu fuere, ignominia aliqua notauerit, vel maledicetia persecutus sit: modestè enim & integrè vixit, nec in se quicquam habuit, quo reprehendi possit.

L. A. N. D. U. S. I.



135. Pot.

L. A. N. D. U. S. patria Romanus, Anastasio scẽce sit. Huius autẽ vita ita obscura fuit, vt etiam sint, qui eum inter pontifices non numerent, maximè autem Vincentius historicus. Aliter tamen Martinus

& Cusentius sentiunt, horum de numero & Gothifredus est, qui scribit, Landum auctoritatem suam interposuisse, quò minus Berengarius & Rodolphus comitis Guidonis filius, inter se decertarent.

Sunt qui scribant, Rodolphum apud Veronam Berengarium superasse, ac imperio tribus annis positum esse. Magna enim tum erat inter Italos, Germanos & Francos de possessione imperij concertatio. Vnde & grauissima bella orta sunt, nec extincta sine multorum interitu, omniumque prouinciarum calamitate. Annitebantur tamẽ Romani Italiq̃ imperij nomen in prouincia retinere, obstantibus barbaris omnibus, licet duce & auctore tam præclarifacitoris indigerent, extinctis iam non solùm illis præclaris luminibus, quæ Italiã quondam per totum orbem terrarum illustrarunt, verùm etiam sublato omninò & exciso illo egregio seminario, vnde tam præclaræ radices pullulabant.

Landus autem sexto pötificatus sui mense, die vigesimoprimo moriens, in basilica Petri sepelitur.

I. O. A. N. N. E. S. X. I.



I. O. A. N. N. E. S. vndecimus, patria Romanus, 126. p. a. patre Sergio pontifice, anno Domini nonagesimo nono pontificatum inijt, Præsul Rauẽnas is antea fuerat, episcopatu deiectus populi tumultu. Verũ Lando mortuo, pontificatũ adeptus spiritus militares magis, quàm religioni deditos gessit. Indigebat huiuscemodi pontifice tum quidem & ecclesia & Italia. Nã Græci (vt diximus).

Landulphi virtute superati, Sarracenos in Italiam vocant, qui ex Calabria & Apulia in Lucanos & Campanos mouentes, vrbi Romæ exitium se illaturos propediem minabantur. Hoc autem periculo motus Ioannes, Alberico Etruriæ Marchione in auxilium accito, habito delectu cum Sarracenis confligens & superans, ab vrbis finibus submouit. Verum nil actum ea victoria existimans, nisi fugientes insequeretur, eos ad Lyrim fluuium nactus, (quem Gariglianum vocant) apud Minturnas tanta clade superat, vt de relinquenda omnino Italia cogitauerint, locaque omnia fermè, quæ in litore Italico obtinebant, incenderint. Postea tamen mutata sententia occupato monte Gargano incursionibus loca circumquaque posita vexabant. Interim verò Ioannes in triumphi modum Romam rediens, cum omnia sibi vèdicaret, Alberici odiù ita in se concitauit, vt ingens seditio sit orta, qua quidè Marchio pulsus, Ortam proficiscès, Opido munito & arce, Vngaros præmiis sollicitatos in Italiã vocat: qui certè prouinciã ingressi, plus prope calamitatis Italiae intulère, quàm olim Sarraceni. Pueros enim & virgines abducebant, grandioribus natu necatis: neque ipsis quidem Etruscis pepercere, quos ex foedere Alberici intactos esse oportebat: immò verò magis in hos, quàm in ceteros Italos sæuitum est, incensis & euerfis ferè omnibus oppidis, quæ ipsi occupauerat. Crediderim ego Berègarium, qui tum Cisalpinam tautummodò tuebatur, hostibus iter in Etruriã dedisse, modo sine villo suorum maleficio transirent. Hac autè dulcedine prædæ illecti Vngari, frequenter deinceps Italiam repetebant. Qua calamitate Romani permoti, cum sæuire in eum stem præferocem & potentem non possent, Albericum capiunt & obruncant. Ioannes quoque seditione militari, maximè verò à militibus Guidonis comitis captus, & in vincula coniectus, ceruicati in os coniecto necatur pontificatus sui anno xiiij. mense ij. die ij. Cuius in locum alter Ioannes subrogatur: verum quia visedem occupauerat, è loco statim deiectus, connumerari inter pontifices non meruit.

ANNOTAT.

Hic Ioannes X. (vt dixi) appellandus esset, fuitque vt ex horum temporum scriptore Luth-

prando Ticinensi lib. 2. cap. 13. rerum per Eudopam suo tempore gestarum liquet, natione Romanus, ante ex episcopo Bononiense factus archiepiscopus Rauennas, Ioannis cuiusdam, vt auctor est Guillelmus Bibliothecarius, non papa Sergij iij. filius. Cui Ioanni papa ceruicali super os coniecto, & suffocato, si Luthprando Ticinensi h. e. rum temporum scriptori credere volumus, Ioannes XI. Sergij papa & Marocienobilissima inter Romanas femina filius, matris, qua tunc in vrbe potentissima erat, auctoritate & studio successit. Ceterum omnes quotquot de Romanis Pontificibus scripserunt, plures autem fuere, Ioanni huic non alterum Ioannem, sed Leonem V I. & illi Stephanum VII. subiiciunt. Post quos Ioannem ipsum XI. Sergij papæ filium, communi cõsensu referunt. Quos & magis sequendos esse existimo.

LEO VI.



LEO sextus, patria Romanus, legitimis suffragiis pontifex creatus, nil tyrannicum in vita prætulit, integrè ac modestè vitam ducens, ac rei diuinę consulens, quantum illa tempora in tam corruptis moribus patiebantur. Reuocare enim ciues ad concordiam, temeritate & stultitia priorum pontificum adhuc tumultuantes, componere res Italas, pacare externũ hostè, propulsare barbaros à ceruicibus Italiae conatus est: quò certè nil melius aut laudabilius in tã brevi magistratu fieri potuit. vij. n. mēse, die xv. pōtificatus sui moritur,

127. P. 6.

sepeliturque in basilica Petri, magno sui a-
pud Romanos desiderio relicto.

STEPHANVS VII.



128. pōt.

STEPHANVS septimus, patria Romanus,
eo tempore pontificatum iniit (vt qui-
dam scribunt) quo Vngari Alemanniã
Saxoniãque populantes, ab Henrico Ger-
maniã rege apud Merspurgum ingenti cla-
de superati sunt.

Ferunt tum etiam Rodulphum Burgun-
diorum regem, in Italiam hostili manu cõ-
tra Berengarium secundum descendisse, e-
umque suorum fraude regno spoliatum ad
Vngaros confugisse, qui sumptis armis, ter-
tio anno post pulsum Berengarium in Ita-
liam cum magno exercitu duce Salardo
venientes, Papiam vi captam, ferro & igne
magna ex parte vastarunt. At verò Itali cū
non satis virium in Rodulpho cernerent,
Hugonem Arelatensem comitem in Itali-
am vocant. Huic autem non sine contenti-
one tamen Rodulphus cedens, cum hostes
acriter instarent, in Burgundiam sese rec-
pit. Hugo verò non satis his fidens, qui se
vocauerant, multos in exsilium pepulit:
qui quidem ad Arnoldum Bauarorū ducem
confugientes, hominē regnandi cupidum
mouere cõprias in Italiam propellunt. Def-
cendentem itaque ex Alpibus Veronenses
statim intra moenia benignè ac comiter re-
cipiunt: verum Hugo in eum mouens, com-
misse praliè hominem superat, Veronam-
que statim recipit. Mortuo autem apud Ba-
uaros Berengario, vt alij volunt, apud Vn-
garos; Berengarius tertius primi Berègarij

ex filia nepos, in Italiam veniens, anno sa-
lutaris nongentesimo trigesimoquinto im-
perio potitur. Sunt autè qui hæc, quæ scrip-
si, huius pontificis temporibus ascribant.
Ego verò & priorum quorundã, & sequen-
tium temporibus assignanda crediderim,
cū ea, quæ breuiter scripsi, non sine diu-
turnitate geri potuerint. Sed satius fuit in
tanta scriptorum varietate temporum, om-
ninò aliquid scribere, quàm quæ sunt ali-
quando gesta, ob incertos auctores omitte-
re. Consulimus posteritati, nec ita supersti-
tiosi sumus, vt nolimus ea credere, quæ va-
rij auctores sparsim conscripserunt.

Huius quoque pontificis temporis meri-
tò ascripserim sanctum Vgibertum nobi-
lem Lotharingiã principem, qui Gembla-
cense cœnobium pròpria impensa magnis
operibus breui extruxit. Ferunt & hac tẽ-
pestate Spireneum Bohemiã ducem fidem
Christi tum primum recepisse. Nam duces
antea qui Bohemiã prærant, nunc demum
reges appellantur auctis opibus & copiis.
At Stephanus, cuius vita mansuetudinis &
religionis plena fuit, secundo pontificatus
sui anno, mense vno, die duodecimo mori-
tur, inque Petri basilica sepelitur.

IOANNES XII.



129. pōt.

IOANNES duodecimus, patria Romanus,
patre Sergio pontifice, vt quidam vo-
lunt, eo tempore pontificatum iniit,
quo sanguinis fons (vt Martinus & Vicen-
tius aiunt) Genuæ largissimè effluxit, fu-
turæ calamitatis indicium. Nam & Genua
à Sar-

à Sarracenis ex Africa venientibus tum capitur ac diripitur, & Vngari Italiã ingreffi, longè omnia ac latè populati sunt. Verùm dum onusti præda Pelignorum fines attigiffent, à Marfis, qui repentè arma ceperant, opprimuntur, atque ita prædam omnem cum vita amifere. Scripsit tum multa Racherius ex monacho Veronenfis epifcopus factus, in exiliumq; Papiam ab Hugone rege miffus, quòd apertè nimium in eius mores inueheretur. Ioannes autè pontificatus fui anno quarto, mense decimo, die xv. moritur. Vacat tum fedes diebus duodecim.



LEO VII.



nis feditionibus vexatus eft, vt nil memoria dignum ab eo geri potuerit, immò verò (vt Martinus refert) in tanta feditione mutilatus turpiter aliquandiu vitam duxit, cum ob inhonesta vulnera prodire in publicum eruberet. Parabat quidem rex Hugo tantam iniuriam vlcifci, fed in ipfo apparatu moritur: cui quidem Lotharius filius in regno fuccedens, hac de re nullam mentionem fecit: vel quòd populi Romani amicus effet, vel quòd breui regnavit: biennio enim tantum poft mortem patris fuperuixit. Otho autem Germanorum rex, Vincellai Bohemiæ regis mortem vlturus, in Boleslaum, qui fratrem per fcelus interfecerat, copias mouens, hominem tandem poft multas illatas acceptasq; clades, in potefatem fuam redegit. Stephanus verò pontificatus fui anno tertio, mense quarto diebus xij. moritur. Vacat tum fedes diebus x.

MARTINVS III.

MARTINVS tertius, patria Romanus, mansuetudinem & placabilitatem Stephani feptimi imitatus eft: pontificatum enim adeptus, bella omittens, religioni fe totum addixit, templa veruftate collapfa inftaurans, pauperes eleemofynis pascens. Non caruit tamen huius temporibus Europa ipfa bellica rabie. Nam cum Otho anniteretur Italiam ingredi aduerfante Lothario, magna cades vtrinque commiffæ funt. Adhortante tamen eos Martino pontifice, vt ab armis difcederent, tum vel maximè, cum vbique fame & penuria

132. Pôr.
alias Martinus, 11.

STEPHANVS VIII.

STEPHANVS octauus, natione Germanus, pontificatum iniens, ita à Roma-

Racherius e-
pifcopus
Veronen-
fis.

30. Pôr.

31. Pôr.



nuria rerum omnium laboraretur, succisis vndique arboribus, prostratis segetibus, & abductis grauiſſimo bello colonis ac pecoribus: apud Constantinopolim quoque tumultuatum vehementer eſt. Nam ciues ipſi Cōſtantinum imperatorem captum, abraſſo capite, in inſulam relegarunt. Verū non ita multo poſt Cōſtantinus Leonis filius imperium adeptus, ſeditioſos ciues eadem turpitudine tantū affectos, qua ipſi Cōſtantinum notauerant, in eadem inſulam exſulatu mittit. Martinus autē tertio pontificatus ſui anno, menſe ſexto, die decimo moritur, & in baſilica Petri ſepelitur. Eius autem in morte ſedes Romana diebus duodecim tum vacat.

AGAPETVS II.



3. Pōr. **A** GAPETVS ſecundus, natione Roma.

nus, ardente tumultu bellico in Italia pontifex creatur.

Vngari enim tum etiam hoſtili manu Italianam ingreſſi, iam ferè omnē oram Tranſpadanam occupauerant, cū Henricus Bauiarū dux, ſumptis properè armis, comparatoque exercitu in prouinciam mouens, nō ſine magno incolarum incōmodo duobus grauiſſimis præliis eos ſuperat, ac prouinciam omnem ab Aquileia Papiam uſq; occupat. Vnde non ita multo poſt properè in Aſtriam diſceſſit, quod iam aduentare Berengarium cum magno exercitu intellexerat. Potitus autem Italia Berengarius, imperatoris nomen ſibi indit, filiumque Albertum regem Italix nuncupat, conieſta in carcerem Adalinda Lotharij fratris filia, ne Papiam urbem dotalem repeteret. Interim verò Agapetus pontifex, Italixq; proceres, cognita Berengarij ſuperbia, quod omnia ſibi contra ius faſque vendicaret, Othonem Germanix regem in Italiam vocant: qui quidem per Forum iulij prouinciam cum quinquaginta milibus hominū ingreſſus, deturbatis ſtatim è regno Berengario & Alberto, Adelindam Lotharij filiam è carcere ductam in vxorem accepit, ex qua poſtea filium ſuſcepit, cui Othoni ſecundo nomen fuit, Otho tamen Italia decedens, hac moderatione uſus eſt, vt Berengario & Alberto gubernandæ prouinciæ arbitrium permiferit, compoſitis inter pontificem & Berengarium rebus. Idem quoq; Otho Lodouicum regem Franciæ magnis ed properè deductis copiis iuuit, quæ proceres prouinciæ adiuuante Hugone Pariſiorū comite, ipſius Othonis ſororio propè è regno depulerant. At verò Albertus Berengarij filius, qui tum Rauēnæ præerat, Comacleſium claſſe & auxilijs fretus, mercatores Venetos aduerſante Agapeto pontifice inſeſtbat, vnde Veneti ira incēſi comparatis properè quibusdam nauigiis, Comaclum expugnatum incendunt.

Dum hæc itaque hoc modo agerentur, Agapetus pontifex vir innocens, & reipublicæ Chriſtianæ amator: pontificatus ſui anno nono, menſe ſeptimo, die x. moritur, ed ferè tempore, quo Oddo Cluniacenſis monaſterij abbas in Domino quieuit. Cuius quidem diſcipulus habitus eſt Domaiculus, vir miræ ſanctitatis & monaſticæ diſciplinæ reſtitutor.

Hēricus
Bauari
dux



14. pōt.
ome
no an-
i con-
les.

IOANNES decimustertius, patria Romanus, de via Lata patris Alberici potentia fretus, pontificatum occupat. Octavianus is quidem primo vocabatur, homo sane ab adolescentia omnibus probis ac turpitudine contaminatus, venationibus magis, si quid temporis à libidinibus supererat, quam orationi deditus. Erant tū Romæ duo annui consules, ex nobilitate præfectus vnus, qui ius populo diceret: ex plebe autem decarchones xij. creabantur, qui vicem senatus gererent. Non carebant aliqua ditione Romani, nam & vicina Etruriæ oppida intra Vrbeuetanum Tudertinumque agrum, & quicquid à Neapoli Beneuentoque, à Maris, à Reatinis ad urbem spectat, Romæ ciuitati obtemperabat. Vtiora partim Græci, partim Sarraceni occupauerant. Quis tum Picenum spoletinumque agrum obtineret, incertum est. Octavianus itaque patris potentia in satis libera ciuitate fretus, pōtificium munus humeris suis nequaquam conueniens, sibi desumit. Hac quidem indignitate moti duo Cardinales, literis Othonem obsecrant, vt clerum populumque Romanum è manibus Berengarij Ioannisque duodecimi vindicare conetur, aliter Christianam fidem vnà cum imperio perituram. Otho enim tū magno in pretio erat, domito Boleslao (vt dixi) Bohemiæ rege, superatisque tribus grauissimis præliis Vngaris Germaniã vastantibus, ac captis tribus eorum regulis, quos Germani, contradicente imperatore, vitam finire laqueo cogere. Interim verò dum Otho expectaretur, re per indices patefa-

cta, Ioannes pōtífex cardinales ipsos capít, & huic nasum, illi verò manum abscindit. Hanc ob ré Otho in Italiã mouens, primò quidem Berengarium & Albertum filium in potestatem suam redigit: alterumque Cōstantinopolim, alterum in Austriam relegat. Mox urbem ingrediens, ab ipso Ioanne honorificentissimè suscipitur, coronaturque (vt quidã tradunt) accepto Germaniæ Pannoniæque titulo, quod reliqui imperatores deinceps obseruarunt, translato tū primū ad Germanos imperio. Alij verò à Leone octauo, de quo paulò pōst dicemus, hoc factum existimant, quorum opinionem Gratianus in decreto secutus est. priorem sententiam Richardus & Cusentinus non improbant, Lateranensis autem bibliothecarius Othonem Ioannis tempore Romam venisse scribens, de coronatione eius nullã mentionem facit, ad id confusa sunt & perturbata hæc tempora, scriptorum negligētia & incuria: Otho autē cōposito aliquantulum statu ciuitatis, cum Ioanne secretò collocutus, hominem primò blandè appellando à flagitijs deterrens, ad virtutem adhortabatur: verum cum nequaquam moueri à sentētia verbis eum cerneret, ad minas conuersus, concilium indicit, conuocatis episcopis Italiæ, quorum iudicio vitæ sceleratissimi hominis diiudicaretur. Is itaque iudicium bene sentietium reformidans, in Hemicos aufugit, in syluisque morè feræ aliquandiu delituit. Hæc obrem Otho persuadente clero, Leonem Romanum ciuem Lateranensis ecclesiæ protoscriuariū pōtificē creat. Verum abeunte imperatore, Ioannis cognati & clientes, pulso Leone, Ioannem ipsum reuocant: quem quidem diuinitus eidem fermè diebus periisse creditū est, ne ecclesia Dei perniciosa seditione iã gliscente labefactaretur. Sunt qui scribant, hunc sceleratissimū hominē, vel hoc monstrum potius, in adulterio deprehensum & confossum interiisse. Verum nō ita quoque leuata seditio est. Nā Romani mortuò Ioanne, in eius locum Benedictum subrogat, idque ab imperatore, qui tum Spoliti erat, confirmari contendunt. At imperator iratus, nō solūm Romanos, vtpote iniqua pōsulant, à se repulit, verum etiam eisdem armis (vt postea dicitur) cogit abrogato Benedicto Leonem suscipere. Ferunt multa prodigia tum in Italia apparuisse.

Nam

Nam & lapis de caelo mira magnitudinis cecidit sauiente ventorum atque imbrum procella, & in vestibus multorum signum crucis, ac quidem cruentæ, diuinitus apparuit. Quæ quidem portenta indicare magnas clades & calamitatem ecclesiæ multi interpretabatur. Ioannes autem vir omnium, qui vnaquam ante se in pontificatu fuisse, perniciosissimus & sceleratissimus, pontificatus sui anno ix. mense iij. die quinto moritur. Eius verò in morte sedes in seditione dies xij. tum vacat.

ANNOTATIO.

Ioanem hunc Xii. ab omnibus scriptoribus (præter unum Platinam) appellari obseruauimus. Quem primum esse iuueni, qui nomen in pontificatu mutauit. Nam cum antea Octavianus vocaretur, ut Guillelmus bibliothecarius scribit, gentili nomine omisso tanquam parum maiestatis & religioni pontificia idoneo, se Ioannem appellauit. Cuius exemplum sequentes pontifices, qui deforme, & parum conueniens tanto magistratui nomen habere, sensim, & paulatim sequuti, leuem consuetudinem tanquam in legem perpetuam transtulerunt. Ceterum hanc rem Romani pontifices, & maxime ex Germania lecti, Bruno, Gereberius, Suidegerus, Poppo, alius Bruno, Geberardus, Fridericus, Gerardus, Cadolus, Anselmus, Hildebrandus, & similes maxime confirmarunt, barbarorum nominum deformitate commoti.

BENEDICTVS V.



BENEDICTVS quintus, patria Romana, ex diacono in seditione pontifex creatur, ab his potissimum, qui Ioan-

ni cognatione factioneque coniuncti fuerant, ægrè ferentes Leonem ab Othone Ioanni antelatum. Verum cum imperator hanc electionem nequaquam probaret, Romanos id maxime expetentes à se repulit, eosque ferro & flamma omnia circa urbem posita vastans compulit, pulso Benedicto vel dedito potius, Leonem suscipere, ad actos sacramento, nil se earum rerum immutaturus, quas ipse imperator in re pontificia constituisset. Compositus autem hoc modo rebus, Otho in Germaniam rediens secum Benedictum ipsum duxit, qui non multo post dolore animi apud Hamburgum moritur, ubi relegatus erat. Vixit autem in pontificatu mensibus sex, diebus quinque. Sedesque deinceps diebus * triginta vacauit.

ANNOTATIO.

Hunc Benedictum V. appellari ab omnibus, & in eius numeri nota illius rationem haberi à sequentibus pontificibus, qui illud nomen tulere video, & id quidem parum accurate factum fuisse existimo, cum schismaticus fuerit contra Leonem VIII. papam legitime creatum, per vim renuntiatus. Duo autem simul legitimi papæ esse non possunt. Ille germanus, & verus pontifex semper censetur, cuius in ecclesia successio exstat, qua quidem Leonis VIII. non Benedicti V. est Regino lib. 2. Luitprandus lib. 6. cap. 11. & Guillelmus bibliothecarius auctores.

LEO VIII.



LEO octauus (ut antè dixi) protoscribarius, à clero populoque Romano, pulso Ioanne pontifex creatur. Nam cum

cùm Ioannes flagitiosè nimium & intemperanter uiueret, instarentq; Romani apud imperatorem, vt alterum pontificem abrogato Ioanne crearet, respòdit, electionem ad populum & clerum pertinere: Eligent, quem maxime idoneum putarent, se eum statim approbaturum. Vnde cùm Leonem elegerent, quem ipse confirmauerat, deinde mutata sententia abrogato eodem, Benedictum successissent, iratus Otho, eos vi & armis compulit, dedito etiam Benedicto Leonem suscipere, qui statim Romanorum inconstantiam pertæsus, auctoritatem omnem eligendi pontificis à clero populoque Romano ad imperatorem transiulit. Verùm Leo in pontificatu non diu uixit. Anno enim primo mense quarto moritur.

IOANNES XIII.



IOANNES decimusquartus, Narniensis episcopus, patria Romanus, patre Ioanne episcopo, Leoni successit. Verùm Romani inita iam consuetudine pellèdi pontifices, huc quoque seditionibus fatigant. Accersito enim Iofredo Campaniæ comite, Laieranenses ædes vi irruptentes, Ioannem capiunt, captumque primò in Hadriani molem perducunt, mox inde hominem in Campaniam exultatam mittunt. Verùm interfecto Iofredo eiusque vnico filio à Ioanne Campano Principe Pontifex vndecimo mèse sui exsilij Romam properè redijt. Otho præterea cognita pontificis calamitate, cum Othone filio ingentibusque copijs magnis itineribus Romam perueniens,

consules & præfectum cum Dearchonibus captos in vincula coniecit, sciturus coniuurationis capita. Quæstionibus autem recognita, consules in Germaniam mittuntur: Dearchones verò laqueo suspensi, pœnas statim dedere. Petrus autè vrbis præfectus, malorum omnium fons & origo, diu cum ignominia per publica vrbis loca tractus ac virgis cæsus, in Germaniam uinctus mittitur. Sunt qui scribant, Petrum ipsum excarnificandum pontifici traditum abraza barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiniani alsquandiu stetisse, vt eius exemplo talia facinora malefici declinaret. Inde autè n ablatum, asinoque superimpositum, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, atque ita per urbem ductum, & virgis cæsum ferè vsque ad interitum fuisse: postea verò in Germaniã exsulatum missum. Hac etiam seueritate (exempli gratia) in Iofredum à Ioanne principe Campano (vt diximus) cæsum, imperator usus est, vt eius ac filij caduera è loco sacro tracta, in profanum proijci iusserit. Interea verò Sclau, qui Hadriani tertij pontificis, & Suerophyli principis Dalmatiæ tempore fidem Christi susceperant, in Italiam traicientes, Sarracenos ingenti clade superatos monte Gargano deiecerunt. Horum autem exemplum & virtutem imitari Vngari, reliquias Sarracenorum ita attriuere, recuperata Cõsentia iam ab hostibus capta, vt Othoni magni Othoni filio eò cum exercitibus misso, hand difficile fuerit reliquias bellorum absoluere. Nec contentus Sarracenos cedere, Græcos quoque, qui cum Mauris fœdera inierant, grauissimis præliis ita perdomuit, vt eos ferè omni Calabria & Apulia eiecerit. Sunt qui scribant, idcirco Othonem Græcos persecutum fuisse, quia Nicephorus Constantinopolitanus imperator filiam iam ei pactã in matrimonium daturum se negabat. Cõstat tamen Othonem ipsum adolescentem egregium, pulso Nicephoro, & Ioannem filium in imperio confirmasse, & Theophaniam sororem in vxorem accepisse, quam quidem Ioannes terriusdecimus vnã cum marito apud Lateranensem basilicam corona imperij exornauit, annuente Othone senè, qui filium consortem imperij creauerat. In tanta autem & rare publica læticia, Campana ecclesiæ Metropolitanæ nomen

à Ioanne pontifice consecuta est. Otho vero in Germaniam proficiscens, senio confectus, Viennæ moritur: quem non ita multo post Ioannes pontifex sexto pontificatus sui anno, mense xj. die v. subsecutus est. Eius in morte dies xij. sedes tum vacat.

BENEDICTVS VI.



138. Pöt.

BENEDICTVS sextus, patria Romanus, Boanni in pōtificate & calamitatibus iucessit: à Cintio enim Romano ciue & quidem præpotenti captus, in Hadrianâ molem (quam sancti Angeli arcem nunc vocant) custodiam noxiorum, vel potius innocentium includitur, eodemque in loco non multo post strangulatur: vel (vt Cusertinus refert) fame moritur. De tanta iniuria nullam sumptam esse vindictam, vel à ciuibus Romanis aduersæ factionis, vel ab Othone Imperatore, non possum ego non admirari, præsertim cum Otho ipse vir optimus sit habitus, & ecclesiæ Romanæ defensor acerrimus. Sed vereor ne talia fuerint Benedicti merita, quale præmium à Cintio consecutus est. Malè tamen à Cintio actum est: neque enim ad se pertinebat, etiamsi Benedictus grauius deliquisset, Pontifici manus iniicere. Sed heus, vt rerum omnium vicissitudo est. Nam Romani Pontifices nostra ætate Romanos ciues, aut delinquentes, aut ob potentiam suspectos, eò loci tanquam in Tullianum carcerem includunt & macerant. Crediderim ego Othonem aliis negotiis implicitum, Romano Pontifici præstare auxilium nequise, ob eamque rem anno primo, mense sexto, pontificatus sui mortuum esse.



DONVS secundus, patria Romanus, tã. 139. p̄
 a modestæ fuit, vt si nihil in pontificatu gesserit, quò magnopere laudaretur, non tamen vel aliqua iniuria affectus, vel ignominia notatus est. Huius autè tempora, ne omnino obscura essent, effeceret res quædam, tum à principibus quibusdam, tum à sanctis viris gestæ.

Nam Baianus artis magicæ peritus Bulgarorum princeps, ita Basilium & filium Cōstantinum Byzantinos principes bello vexabat, vt paulum ab capienda vrbe regia abesset, negligentia Græcorum propè derelicta. Inita tamen sunt inter eos foedera, licet nõ æqua, & pax composita est. Adalbertus autem Bohemus Pragensis episcopus, tantæ sanctitatis tum habitus est, vt diuino spiritu impellente in Pannoniam descendens, & Regem Vngarorum baptizauerit, & omnes prouinciæ episcopos ad benè de Deo promerendum exemplo & vita instruxerit. Profectus deinde in Prussiam, dum fidem Christi quàm diligentissimè prædicat, martyrio coronatur. Ferunt & beatum Eduardum Angliæ regem, sancti tate in precio tum habitum fuisse, quem certè noueræ dolis & fraude interfectum constat. His addit & Richardus scriptor sanctum Maiolum abbatem, qui in Cluniaco magnum sui apud posteros vita & miraculis exemplum reliquit.

Donus autem anno pontificatus sui primo moritur, & in basilica Petri sepelitur: diebus tantummodò duobus sedes tum vacat.

Vixit autem Bonifacius in pontificatu mensibus septem, diebus v. Vacat tum sedes dies viginti.

BENEDICTVS VII.



BONIFACIUS septimus, cuius cognomen & patria ob ignobilitatem credo reticeretur, pontificatum malis artibus adeptus, malè etiam amisit. Nam inito magistratu conspirantibus simul bonis ciuibus, relinquere urbem coactus, preciosissima quæque è basilica Petri subtrahens, Constantinopolim confugit: vbi tandiu subsistit, quoad diuenditis, quæ sacrilegio abstulerat, magnam vim pecuniarum comparasset, quibus tanquam adminiculis occupandæ tyrannidis fretus, urbem repetit, ciues Romanos largitione corrupturus. Obstabant conatibus suis viri boni, maximè verò Ioannes diaconus cardinalis, quem captum adiuuantibus quibusdam perniciosissimis hominibus, oculis statim priuauit. Atque ipse tantorum malorum auctor, gliscente maiorem in modum seditione, siue timore, siue pœnitentiâ patrati sceleris, turpiter vitam finiuit. Vide quæso quantum degenerauerint hi pontifices à maioribus suis, qui hanc rempublicam Christianâ tam amplâ, tamque magnificam suo sanguine nobis reliquere. Pontifex Romanus sacrorum pater & rex, sacra ipsa furto abstulit: & qui vindicare sacrilegia debuerat, tanti sacrilegij factus est auctor. Hoc autem contingere in quauis rep. consuevit, quando plus malorum ambitio & auaritia valet, quàm bonorum virtus & grauitas. In clerum igitur deligendi essent, quorum vita & doctrina probata sit: non autem hi, qui cum nil virtutis & religionis habeant, ambitione & largitione sibi potentiam quærunt.

BENEDICTVS septimus, patria Romanus, statim inito pontificatu, Arnulphum episcopum Remensem seditione quorundam pulsum, habita synhodo in integrum restituit.

141. Pôr.

Et maxime tempore, quo Otho secundus & Henricum Bauarorum ducem rerum nouarum cupidum perdomuit, & in Lotharium mouit, qui Lotharingiam Romani imperij prouinciam occupauerat, Aquisgranensemque agrum populatus fuerat. Otho autem superato Lothario, vastatisque Sueffionum agris, ac incersis Parisiorum suburbiis, dum in patriam copias reducit, apud Auxonam fluuium non nihil incommodi accipit. Deinde verò comparato maiore exercitu in Italiam contra Basiliû & Constantinum Imperatores Græcorum veniens, qui iam Calabriam & eam partem Italix occupauerant, quæ ad Siciliam vergit, apud Basentellum superatus, scapham conscendens, salutem sibi fuga querebat. A piratis autem fortè fortuna captus, in Siciliam defertur. Verùm Siculi redempto homine, ac Romam misso, de piratis supplicium sumpsere. Otho deinde comparato satis iusto exercitu, animaduertente in Romanos & Beneuentanos constituerat, à quibus initium fugiendi factum fuerat, dum ad Basentellum contra Græcos pugnaretur, agere ad in Romanos minus tutum visum est.

Bartho-
lemei
corpus
transfr-
tur.

In Beneuentanos itaque conuersus, urbem capit & incendit, translato inde sancti Bartholomæi corpore, Romæque in insula Tiberina collocata, eò loci maximè, qui olim Iouis hostia Lycaonia dicebatur, quiq; triremis puppim præsefert. Nâ insula, vt adhuc ex Tiburtino lapide cernitur, triremis formam habuit, ad similitudinè illius credo, qua Aesculapius Romam aduectus est: visitur adhuc serpens lapidi insculptus, visuntur transtra, ad eò viri illi excellentes studiosi erât, vel naturam in artem redigere, vel artem ad naturam. Ad Othonem redeo, qui non multò post translatum sancti Bartholomæi corpus Romæ moritur, & in vestibulo beati Petri (Paradisum vocant) labro porphiretico, quod adhuc introeuntibus ad lauam apparet, honorificèssimè sepelitur. Cùm autè de creando nouo Imperatore consultatio haberetur, & alij Othonem tertium secundi filium, alij verò Hêricum Bauariæ ducem, primi Othonis ex fratre nepotem exposcerent, instarentq; Itali quidâ, vt Crescentio Nomentano viro clarissimo res cõmitteretur, Germani statim, qui tum frequètes Romæ aderant, Othonè tertium d. l. gère.

Instabat Benedictus vir optimus vnumquemque rogando, vt in creando Imperatore reipub. Christianæ consulerent, quæ tum maximè perito & solerti gubernatore indigebat. Tandem verò ne seditio aliqua oriretur, Germanorum sententiam approbat. Moritur & ipse pontificatus sui anno octauo, mense sexto. Vacatque sedes diebus quinque, Valderico Amburgensi episcopo tum maximè in pretio existente doctrina, moribus, & sanctitate vitæ.

IOANNES XV.

142. p̄t.

IOANNES decimus quintus, patria Roma nus, vel (vt nonnulli volunt) Papiensis, post adeptum pontificatum mense tertio à Romanis capitur, & in mole Hadriani, vt publica custodia inclusus, ibi tandiu pedore carceris, inedia & molestia animi maceratur, quoad vitam turpiter finiuit. Sunt qui scribant, eum vi mortuum fuisse à Ferrucio Bonifacij septimi parente, magnæ potentia viro, ob eam rem credo, quod filio in pontificatu aduersatus fuisset. Vt cūque est, cõstat eum in carcere mortuum, & in basilica Petri sepultum. Deiectusne pon-



tificatu fuerit, vel ob impotentiam & tyrannidem, vt quidam coniectant, vel ob inuidiam maleuolorum & seditiosorū quorundam, haud satis constat: ad eò sunt consusæ istorum temporum historia.

Fuisse tamen in pretio hac tempestate constat & Odilonem abbatem Cluniacensem, & Berengarium Turonensem, viros sanctitate & doctrina insignes, quanquam sint, qui dicant, Berengarium amplitudine doctrinae consilium, primo in fide errasse, cū de Sacramento Eucharistiæ malè opinaretur, erroremque suum postea publico concilio Romæ habito emendasse, ac statim omissio studio sophisticiæ disciplinæ, cū esset archidiaconus Andegauensis, omnia pauperibus erogans, labore manuum suarum victum sibi quæsuisset.

IOANNES XVI.



Ioannes

13. pōt.

IOANNES decimus sextus, patria Romanus, patre Leone presbytero, è regione Gallinæ albæ, pontificatū adeptus, miro odio in clericis exarsit, vnde meritò ab ipsis clericis odio habitus est, maxime verò quòd diuina humanaq; omnia cognatis & affīnibus suis elargiebatur, posthabito Dei honore & Romanæ sedis dignitate, quem certè errorè ita posteris tradidit, vt ad nostram quoque ætatem peruenerit. Qua quidem consuetudine nil certè dici perniciosius potest, cum non ob religionem & Dei cultum appetere pōtificatum nostri sacerdotes vīdeātur, sed vt fratrum, vel nepotū, vel familiarium ingluuiem & auaritiā expēcant. Apparuisse cometem tum ferūt futuræ calamitatis indicium: nam & fame & peste diu laboratum est, & terræ motu Beneuentum ac Capua concussa, eaq̃ue mala ob superbiam & rapacitatem pontificis, contemptumq; Dei & hominum accidisse putatum est. Moritur autem Deo volente octauo pontificatus sui mense, sepeliturq̃ue in basilica Petri.

IOANNES XVII.



4. pōt.

IOANNES decimus septimus, patria Romanus, pontificatum iniijt Othone imperante; sed nondum coronam imperij adeptus. Fuit autē Ioannes vir tantæ doctrinæ, vt multa quidem eleganter ediderit, quemadmodum Martinus scribit. Agitatus deinde seditionibus à Crescentio consule Romano, imperium vr̃bis sibi vendicare conāte, cupiditati hominis cedēs, exsulatū in Hetruriam abiijt. At ve. ò Crescentius

cognita Ioānis indignatione, qua percitus Othonem cōtra se cum exercitu in Italiam vocabat, ipsius pontificis cognatos & amicos, qui in vr̃be remanserant, ad hominem mittit rogatum, vt omīssa accersendi Othonis cura, ad vr̃bem cum potestate redeat, polliceturq̃ue se ei rebus in omnibus obtemperaturum. Precibus autem suorum motus Ioannes, verius etiam, ne si Otho cū exercitu Italiam ingrederetur, plus maleficij, quàm beneficij secum afferret, ad vr̃bem veniens, prodeunte obuiam Crescentio cū omnibus magistratibus, & vr̃bana multitudine, in ædes Lateranenses magno comitatu introducitur: & quidē in vestibulo eius pedes Crescentius & omnes seditionis auctores, petita venia, exosculati sunt, atque ita in concordiam redacti, vitā simul quietē traduxere.

Ferunt cum Henricum abbatem Lobiensem in Lotharingia, & Adeoboldum episcopum Yltraieciensem, qui multa in laudē beatæ Virginis, sanctæq; Crucis scripsit, & Albonem abbatē Floriacensem (qui postea in Vasconia ob fidem Christi martyriū passus est) doctrina, religione, sanctitate, magno in pretio habitos.

Moritur autem Ioannes pontificatus sui anno decimo, mense sexto, die decimo. Vacatum sedes diebus sex.

GREGORIVS V.



GREGORIVS quintus, natione Saxo, patre Othone, Bruno ante vocatus, 145. pōt. Othonis tertij auctoritate ob affuitatem pontifex creatur. Verūm abeunte la

Germaniam Othone, seditionibus Romanorum exagitatus, in Etruriam primo, mox in Germaniam ad imperatorem confugit. Interim vero Romani Crescentium denuo cum summa potestate consulem decernunt, qui statim Iohannem quendam natione Græcum, episcopum Placentinum, non minus pecuniosum, quam doctum, pontificè creat, cuius certè nomen inter pontifices quidam supprimunt, ut potè minus legitime creatum: alij verò xvij. hunc vocant, quod populi clerique Romani consensu, ad quos electio spectabat, pontificatum iniisset. At Crescentius cognito Othonis cum magno exercitu ad urbem aduentu, urbis mœnia & portus quam diligentissimè firmat, moles Hadriani munit, positis in vnaquaque statione firmissimis præfidiis. Hinc est, quod postea moles Hadriani, Crescentij arx appellata est, sumpto nomine ab ipso munitore Crescentio. Superueniente deinde imperatore, urbemque oppugnare adorto, populus Romanus, cum nequaquam tantis copiis par esse posset, clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tunc Crescentius & Iohannes consilij & auxiliij inopes, in arcem Hadriani confugiètes, sese acriter contra hostes tuebantur. Verùm proposita spe veniæ, dum ex arce ad imperatorem se conferunt, multis vulneribus à multitudine Crescentius confoditur. Iohannes autem, effossis prius oculis, pontificatu simul & vita priuatur, in pristinamque sedè Gregorius xj. mense, posteaquam pulsus fuerat, restituitur. Is autem cognita imperij imbecillitate, varietateque fortunæ, quò diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeque cæteris præfesset, qui virtute & dignitate cæteris præstaret, sanctionem retulit haud abnuente Othone de imperatore eligèdo anno Christi M. ac secundo, quam vsque ab tempora nostra seruatam videmus, videlicet, solis Germanis licere principem deligere, qui Cæsar & Romanorum rex appellatus, tum demum imperator & Augustus haberetur, si eum Romanus pontifex confirmasset. Hos autem imperatoris eligendi auctoritatem primo habuisse Ptolemæus refert, archiepiscopum Maguntinum Germaniæ, archiepiscopum Treuerensem Galliæ, archiepiscopum Coloniensem Italiæ nomine. His additi & iij. principes, Marchio Brandemburgensis, im-

peratoris post electione camerarius, comes Palatinus qui dapes, dux Saxonie quiensem fert. Sunt qui scribant, Bohemie regem electorem, imperatoris pincernam esse: hincque in eligendo additum esse, ad tollendam discordiam partium: ad utros enim inclinasset, ea pars certè potior habebatur. Tulisse hoc iniquo animo Fracos aiunt. Verùm quia in Ludouico Lotharij filio genus Caroli Magni defecerat, regnumque illud ad Hugonem duce cognomento Caputiū venerat (nam à regibus ad duces res aliquandiu translata est) repetere imperium destitère: maximè verò quod ipsi duces noui homines, illa fortuna tum contenti, moliri maiora non sunt ausi: quippe qui nondum bene regni fundamenta iecerant. Laudatur tamen & meritò quidem Robertus magni Hugonis filius, regnum à patre accipiens fortitudine, iustitia, modestia & religione. Hic enim etsi rei militaris admodum studiosus erat, tū ubi per otium licebat, ita Dei templa frequentabat, diuinaque officia celebrabat, ac si sacrorum omnium initiatus fuisset. Ferunt cantum illum eius inuētum fuisse: Sancti Spiritus adsit nobis gratia. His artibus autem non minus quam armis crediderim ego Robertum conciliaffe sibi animos vulgi, eosque à prima illa Caroli Magni stirpe, ad genus suum nouum transtulisse. Ferunt tum quoque magno in pretio fuisse Robertum quendam Carnotensem episcopum, doctrina & sanctitate vitæ. Multa enim scripsit, & canendi modum in sacris meliusculū reddidit. Gregorius autè ij pontificatus sui anno, mense v. moritur. Vacat tum sedes diebus xv.

ANNOTAT.

Quæ hic Platina de Electoribus iradit, satis à me examinata sunt in libro, quem de comitijs imperatorijs scripsi. Nam quæ sub Gregorio X. inscripta sunt, Quimo adscribunt. Huius sepulchrum adhuc in basilica sancti Petri prope altare sancti Andreae existat, cum hoc epitaphio.

Hic, quem tegit humus, oculis vultuq; decorū,

Papa fuit Quintus nomine Gregotius.

Ante tamen Bruno Francorum regia proles,

Filius Othonis, de genitrice Iudith.

Lingua Teutonice Vangia doctus in urbe,

Sed iuuenis cathedram sedit Apostolicam.

Germanis solis electio imperat. p. r. m. f. s. g.

adi

Ad binos annos & menses circiter octo,
 Ter senos Februo connumer ante dies.
 Pauperibus diues per singula sabbata vestes
 Diuisit numero cautus Apostolico.
 Vfus Francisca vulgari, & voce Latina,
 Instituit populos eloquio triplici.
 Tertius Otho sibi Petri commisit ouile,
 Cognatis manibus vnctus in imperium.
 Exiit, & postquam terrena vincula carnis,
 AEquiuoci dextro substituit lateri.

Discessit xij. Kal. Mart.

IOANNES XVIII.



6. pōr.

IOANNES decimus octauus, Placentinus episcopus, vt diximus, potentia Crescentij Romani consulis fretus, quem pecunia corripuisse creditum est, tempore Gregorij quinti per factionem pontificatum occupat. Tantum enim pecuniarum ex Constantinopoli ad vrbem secum detulerat, vt constantes etiam sua largitione ad maleficium impelli potuissent, nedum Crescentius homo avarissimus & regnadi cupidus. Miror ego historicos Ioannem ipsum inter pontifices numerasse, cum viuentem adhuc Gregorio sedem occupasset, nisi forte in conscribendis pontificum vitis ita faciendum censent, vt in perpetua historia sit. Nam & tyrannorum peruersa facta, opertimorum principum rebus gestis annumerantur, vt quantum inter se boni & mali dissideant, a legentibus cognosci possit, quod malorum exemplo a vitijs deterreantur: & bonorum exemplo ad virtutem impulsu,

vitam ducant in terris felicem & beatam: qua quidem beatitudine Ioannes caruit, furcerte in pontificatu & latro: non enim, vt par fuerat, per ostium intrauit. Moritur autem, atque cum ignominia quidem decimo vsurpati pontificatus mense. Vacatum sedes dies viginti.

SILVESTER II.



SILVESTER secundus, Gerebertus antea vocatus, natione Gallus, malis artibus (vt aiunt) pontificatum adeptus est. Adolecens enim & Floriacensis coenobio in Aureliana dioecesi sito dedicatus monachus & addictus, relicto monasterio, diabolium secutus, cui se totum tradiderat, Hispaniam ciuitatem Hispaniae bonarum artium causa peruenit. Erat enim admodum doctrinae & litteraturae cupidus, qua in re tantum profecit, vt breui ex discipulo optimus preceptor sit habitus. Discipulos autem eius hos fuisse Martinus testatur, Othonem imperatorem, Robertum Franciae regem, Lotharium virum nobilitate & doctrina insignem, qui postea Senonensis archiepiscopus creatus fuit. Gerebertus igitur ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, largitione primo quidem archiepiscopatum Remensem, inde Raennatensem adeptus, pontificatum postremo, maiore conatu adiuuante diabolo consecutus est, hac tamen lege, vt post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cum Gerebertus regnandi cupidus, diabolum sciscitaretur, quamdiu in pontificatu

147. pōr.

victurus esset, respondit humani generis hostis ambiguo, vt solet: Si non attigeris Hierusalem, diu viues. Dum itaque pontificatus sui anno quarto, mense vno, die decimo in basilica sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret, fato moriturum se statim cognouit, vnde pœnitentia motus, & errorem suum coram populo fassus, omnes primò posthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad benè & sanctè viuendum adhortatus est: deinde verò vnumquenque rogauit, vt post mortem truncum corporis sui laceri & disiecti, quemadmodum merébatur, bigæ superimponerent, eoque loci sepelirent, quò spontè ab equis vectus foret. Ferunt itaque Dei nutu & providentia, vt scelerati sciant apud Deum locum veniæ sibi relictum esse, si in vita aliquãdo eos pœnituerit, equos ipsos spontè ad Lateranensem basilicam peruenisse, eoque loci sepulchrum eius corpus fuisse. Scribit idem Martinus, tam ex collusionione ossium, quàm ex sudore ipsius sepulchri, vel humectatione potius, deinceps morituri pontificis signa, & quidem manifestissima colligi, idque ipsius sepulchri epitaphium indicare. Verùm ne sit, an secus, ipsi pontifices viderint, ad quos pertinet.

ANNOTAT.

Huius in bibliotheca Alexandri Farnesi Cardinalis amplissimi exstat in membranis scriptus vetustissimis characteribus liber, cum hac præscriptione: INCIPIT LIBER GEOMETRICAE ARTIS EDITVS A DOMINO GERBERTO PAPA ET PHILOSOPHO, QVI ET SILVESTER II. EST NOMINATVS. Cuius mortis fabulam ex Martino Cisterciense, & additionibus Galfridi in chronicon Sigeberii sequutus est Platina, qua re nihil absurdius, magisque in se repugnans. Non possum certè non mirari, tantam fuisse hominum in eiusmodi rebus perquirendis negligentiam, immò facilem credulitatem, vt viris optimis & doctissimis, ab horum & sequentium temporum parum diligentibus scriptoribus, talia crimina impingi impune non solum permiserint, verùm inscitiam quoque ipsorum sequuti sint. Vir fuit Silvester II. vt Antonius libro 5. de rebus gestis Francorum ca. 46. Guillelmus bibliothecarius: Verustissimus liber

regni Sicilia, qui est in bibliotheca Vaticana, & alij tradunt, doctissimus Mathematicus, & philosophus egregius, monachus ex Floriacensi cenobio, propter insignem doctrinam primum archiepiscopus Remensis, deinde ab Othone III. imperatore archiepiscopus Rauennas, dein papa creatus, quòd omnes etiam horum temporum scriptores referunt. Verùm quoniam rari admodum tunc in occidentem erant, qui philosophia, & mathematicis operam darent, si quis eiusmodi esset, ab imperito vulgo statim magus, & nigromanticus vocabatur, caterum hanc de morte eius, siue diaboli percussione famam alibi commodius conuelli. Addam tantum eius sepulchri, quòd Laterani adhuc vñsitur, elogium, quanquam barbarum, rem tamen totam aperiens, ab eius successore Sergio papa factum, sic.

Iste locus mundi, Siluestri membra sepulti,
Venturo Domino conferet ad sonitum.
Quem dederat mundo celebre doctissima virgo,
Atque caput mundi culmina Romulea.
Primum Gerbertus meruit Francigena sede,
Remensis populi Metropolim patria.
Inde Rauennatis meruit conscendere summum,
Ecclesia Regimen nobile sitq, potens.
Post annum Romam mutato nomine sumpsit,
Vt toto pastor fieret orbe nouus.
Cui nimium placuit sociale mentis fidelis,
Obtulit hoc Casar tertius Otho sibi.
Tempus vterque comit clava virtute sophia,
Gaudet & omne sacrum frangitur omne reu.
Clauigeri instar erat, calorum sede potitus,
Terna susceptus, cui vice pastor erat.
Iste vicem Petri postquam suscepit abegit
Lustralis spatio sacula morte sui.
Obroguit mundus diffusa pace triumphus,
Ecclesie mutans de didicit requiem.
Sergius hunc loculum miti pietate sacerdos,
Successorq, suus compsit amore sui.
Quisquis ad hunc tumultum deuexa lumina
vertis,
Omnipotens Domine, dic miserere sui.

OBIIT ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS M. III. INDICATIONE I. MENS. MAII
DIE XII.

IOANNES XIX.



148. pör. **I**OANNES decimusnonus, cuius cognomen-
 tum & patria ob ignobilitatem ig-
 noratur, quarto mense, die xx. post initū
 pontificatum moritur. Vnde ob breuitatē
 pontificatus nil ab eo, vel à quopiam alio
 gestum memoria dignum scribitur, nisi
 quod illo quinquemestri pontificio multa
 prodigia apparuere, futura mala indicantia:
 visus & cometes, & terramotu multæ
 vires concussa.

Satum est bene viuendo laudē & gloriam, quā malè agēdo diuitias cū ignominia reportare.
 In his autem malis vnicum leuamen Hugo præfectus Othonis in Italia, & Etruriæ gubernator est habitus, ad eum enim iustè & integrè prouinciam sibi creditam rexit, vt optimi principis desiderium nemini non prouincialium reliquerit. Quem postea Pistorij mortuum Etrusci omnes non secus ac publicum parentem luxere, nullo non genere honoris funeri eius adhibito. Placuit hoc loco Hugonis laudes commemorare, vt gubernatores prouinciarum intelligant, satius esse bene & integre viuendo laudem & gloriam, quā malè agendo diuitias male partas cum ignominia & nota sempiterna reportare.

IOANNES XX.

149. pör. **I**OANNES vigesimus, patria Romanus, è regione portæ Methodij, pontificatū iniens, ad otium conuersus, nil dignum memoria gessit.

Robertus rex Fræcorū.
 Laudari vel maximè Robertus rex Franciæ potest, qui ea tempestate non minus pi- am, quā regalem vitam ducebat. Nam & doctrina & sanctitate omnes reges Christi-

anos ita anteibat, vt disputationibus nulli secundus haberetur: longè aliter sentiens, quā quod nostrorum temporum reguli arbitrantur, nequaquam principe dignum esse dictitantes, scire literas, cum eos maxime deceat, qui populos regūt, bene gubernandi rationem ex aliorum præceptis colligere: quod fieri sine doctrina & lectione non potest. Quid enim aliud est princeps illiteratus, quā imago leonis ceteris feris imperantis? Sedent affectus tum suos, tum populorū necesse est, qui digni haberi volunt, vt aliis imperent. Merito igitur Robertum laudamus, cuius præterea tâta fuit religio, vt quoties sibi per occupationes bellicas liceret, horas canonicas vnâ cum sacerdotibus caneret. Hac autē pietate hoc meritum ferūt, cum oppidum quoddam ex hostibus obsideret, neque horas suas intermitteret, mœnia hostij diuinitus corruerent, statimque irruentibus suis oppidum caperetur.

Ioannes verò (vt quidam auctores ferūt) pontificatus sui anno quarto, mense item quarto moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat. ū sedes diebus vndeuginti.

ANNOTATIO.

Ioannes hic, quem xxi. Flatina vocat. se ipse xix. appellat, in suis, quæ apud me exstant diplomatibus item publicarum tabularum instrumentis suo tempore factis, quare Ioannes illi, quos nos xxi. xxij. & xxij. vocamus, xx. xxi. & xxij. dicendi essent.

SERGIUS IV.

SERGIUS quartus, patria Romanus, patre 150. pör. Martino



Martino, vir sanctissimæ vitæ gratæq; consuetudinis & antè pontificatum, & in ipso magistratu fuit. In pauperes liberalis, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemens, in cõtumaces modestus. Tantæ præterea prudentiæ fuit, vt toto suo pontificatu nil commissum sit, quo merito reprehendi gubernantis negligentia possit. In Deum enim omnem mentem conuertens (quod facere pontifices omnes deberent) iustè atque integrè omnia ex animi sui sententia benè natura & moribus instituti gubernabat. Interea verò huius cõsilio & monitionibus principes Italię composito foedere cõsilia ineunt pellendi Sarracenos è Sicilia. Idque moliri paribus animis & copijs instituunt.

Erant tum in Italia Tancredi magni Normandi ducis filij plerique, quorum de numero Guillelmus cognomèto Ferrabrach, tanti animi fuit, vt assumpto in societatem expeditionis Malochi Michaëlis Catalaici Constantinopolitani imperatoris copiarum duce, Sarracenos è Sicilia breui expulerit, adiuuantibus etiam Campano & Salernitano principibus. Verùm cum postea Malochus prædam malignè diuideret, Guillelmus dissimulandum esse ad tempus ratus, in Italiam rediens cum quadraginta milibus Normannorum militum, qui tum ab expeditione Hierosolymitana redierat, Apuliam Græcis obtentam occupat: ad Meliphiam Malochum cum exercitu occurrentem fundit fugatque. Atque ita virtute Guillelmi à Græcis ad Normannos regnum Apuliæ transit. Verùm postea mor-

tuo sine hæredibus Guilhelmo Drogo, frater. Drogoni autem Hunfridus iunior successit, vnde postea Robertus Guiscardi & Rogerius frater originem habuere.

Dum hæc autem in Apulia agerentur, laborante Italia, ac ferè toto orbeterrarum fame ac peste, Sergius vir sanctissimus secundo pontificatus sui anno, die quinto-decimo moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus octo.

BENEDICTVS VIII.



BENEDICTVS octauus, patria Tululanus, patre Gregorio, inito pontificatu in demortui Othonis tertij locum Henricum primum è gente Bauara imperatorem, secundum institutionem Gregorij quinti creatum, corona imperij donat. Sunt qui scribant, Othonem ipsam Romę mortuum, eiusque corpus in Germaniã delatum fuisse: alij autem in basilica Petri sepultum affirmant. Vt cunque est, constat Henricum Barbarorum ducem virum optimum ac sanctissimum imperatorem creatum, habuisseque vxorem, quæ nequaquam mariti laudibus, pietate, religione, humanitate cederet.

Verùm dum is res Germaniæ componit, Sarraceni Italiam ingressi, Capuam occupant, Barum obsident. Barenibus autem fame laborantibus, Veneti annonam classe important. At verò dum nihilominus ciuitas ipsa obsideretur, ijdem Veneti adiuantibus Græcis Sarracenos aggressi, multis interfectis Barum obsidione liberant, anno salutis octauo & millesimo: quo quidẽ

tempore

tempore Turci Hierosolymis captis, non tamen sepulchrum Domini ecclesiasque montis Syon aut Bethleem violauere. Laborantibus Hierosolymis succurrere Veneriserat in animo, nisi Iaderenses hostes eos detinuisent. Quos quidem Veneti apud Lauretum tanta clade perdomuere, vt nunquam postea inferre bellum finitimis sint ausi. Henricus autem compositis Germanicis rebus Romam veniens, accepta imperij corona Capuam mouens, Sarracenos inde expulit, ac Bubaganum Græcorum ducem, qui Mauris fauerat, acerrimo bello ad eum persecutus est, vt eum quoque à Troia eiecerit, quæ in finibus Apulia à se eo loci condita fuerat, vbi olim Hannibalis castra sunt habita. Sunt autem qui scribant, Henricum cum vxore Chuneguda ita castè ac sanctè vixisse, vt vterque in morte miraculis claruerit. In vita enim nil prætermisit, quod ad honorem Dei pertineret. Nam & Bambergensem fundauit episcopatum, & sororem suam regi Vngarorum in vxorem collocauit, cuius opera rex ipse & populi omnes imperio eius subiecti, integram Christi fidem accepere. Moritur autem Hêricus decimo octauo imperij sui anno, magno de se relicto apud suos desiderio.

Benedictus verò mortuo Henrico, quo defensore rebus in omnibus utebatur, per seditionem alio in locum eius successo pelitur. Verum postea inita cum inimicis suis concordia, pulso adulterino pontifice, in urbem cum dignitate rediens, vndecimo pontificatus sui anno, mense vno, die xiiij. moritur, sepeliturque in basilica Petri. Sunt etiam qui referant, episcopum quendam die in solitudine vidisse Benedictum equo nigro insidentem, eumque interrogasse, quid causa esset, cur mortuus equo nigro veheretur: Tum Benedictum hominem rogasse, vt pecunias, quas occultauerat, (locum indicat) pauperibus suo nomine erogaret: quæ à te data fuerat elemosynarum nomine, nil ei profuisse, quia ex rapinis partas constabat. Facit mandata episcopus, ac statim episcopatu se abdicat, & vitam monasticam amplectitur. Scribit Vincentius Gerardum Canonicum episcopum, doctrina & moribus eisdem temporibus magno in pretio fuisse. huic addit G. thet episcopum Pragensem doctrina & sanctitate vitæ tum præcellentem, & ob eam rem ab hostibus or-

thodoxæ fidei martyrio coronatum. Tanta præterea eodem tempore peste laboratum est, vt plures mortui, quam superstitis sint habiti. Quam quidem calamitatem in Lotharingia fons saluberrimæ aquæ indicauit, in sanguinem tum versus.

IOANNES XXI.



IOANNES vigesimus primus, patria Romanus, patre Gregorio, episcopus Portuensis, vt quidam volunt, vt alijs placet, nullis sacris antè initiatus, pontificium munus suscepit, eo tempore, quo Conradus Sueuus in demortui Henrici locum triennio post legitimis suffragijs imperator creatur. Hoc autè interregno crediderim ego multas Italiae ciuitates spe libertatis erectas, ab imperio defecisse.

Hanc obrem Conradus vir in re militari præstans, quippe qui apud Henricum diu ordinum dux fuerat, coactis properè copijs in Italiam descendens, primò in Mediolanenses ducit tantæ defectionis auctores, eos obsides, suburbia incendit, excidiumque & interitum vrbi minatur: Mutata deinde sententia obsidio rem soluit, Colonienfianfite id ei suadente, quod diceret beatum Ambrosium sibi inter missarum solemnias apparuisse, exitiumque omnibus minitantem, nisi ab vrbe discederent, cuius patrocinium ipse sumptulerat. Romam itaque Conradus proficiscens, accepta à Ioanne pontifice imperij corona, in Sclauos & Vngaros ducit, qui rebellantibus Italicis auxilia præstiterant, eosque breui perdomuit. At verò

Rodolphus Burgundionum dux, suorum seditionibus vexatus, Conradi fidei & patrocinio se commisit. Quamobrem Burgundia deinceps imperialis prouincia aliqua ex parte habita est. Ferūt Conradum ipsum leges multas ac peruitiles quidem tulisse, hanc præcipuè, vt cuius principi capitale esse pacem & quietem prouinciarum turbare. Hac itaque ratione motus, Lapuldum comitem Germaniæ acerrimè persecutus est, quodd ab eo turbandi otij & quietis, initium ortum fuerat. Nuncios prætereà misit, qui Græcis & Normānis inter se de regno Apuliæ concertantibus imperarent, vt ab armis discederent. Romanis quoque exitium interminatus est, si diutius quemadmodum cœperant, pontificè seditionibus vexassent, cuius tempore quorundam abbatū sanctitate & vita monastica religio in Gallia præcipuè floruit, & Himericus beati Stephani Vngarorum regis filius, sanctissimus ob miracula est habitus.

Ioannes autem, cuius vita mirificè laudatur, vndecimo pontificatus sui anno, die nono moritur. Vacat tum sedes diebus octo.

BENEDICTVS IX.



Verum non ita multo post Conrado vita functo, Henricus filius eiusdem nominis secundus, patria succedens comparato statim exercitu, cum Olderico Bohemorum rege dubio Marte decertat. Repetito deinde certamine Oldericum superat & capit, vestigalemque factum incolumem dimittit. Mouès deinde in Vngaros de regno inter se dissidentes, Petrum ab Alboino pulsum in regnum restituit.

Interim verò Romani Benedictum hominem ignauum, & nullius precij perosi, è sede deiiciunt, in eiusque locum sufficiunt Ioannem Sabinum episcopum, Siluestrum tertium appellantes, quo post nouem & quadraginta dies pulso, denuò Benedictus restituitur. Is autem cum cerneret se iterum subiturum eadem discrimina, Ioāni archiepiscytero sancti Ioannis ad portam Latinam, qui postea Gregorius sextus appellatus est, pontificium munus libere celsit: vel (vt quidam affirmant) vendidit. Hanc ob rem meritò ab omnibus Benedictus ipse accusatus est, & iudicio diuino damnatus. Constat enim simulacrum eius admodum monstruosum post mortem cuidam apparuisse: interrogatumque quid illa horrida imago præferret, cum antea pontifex fuisset. Quia (inquit) in vita sine lege & ratione vixi, ideò volente Deo & Petro, cuius sedem omnibus probris foedauī, simulacrum meum plus feritatis, quàm humanitatis in se habeat. Nam cum annis decem, mensibus quatuor, diebus nouem per intervalla sedem Petri occupasset, tãdem moritur. Nec vacasse tum sedes dici potest, cum pontificatum vendiderit. Sunt qui scribāt, hoc tempore Gerardum Venetum Vngarorum episcopum, virum optimum & doctissimū, ab hostibus Christianæ fidei martyrium æquissimo animo passum. Ad currum enim ligatus, ex altissimo monte in præceps demittitur ac laceratur.

SILVESTER III.

153. P. r.

BENEDICTVS nonus, vt quidam voluit, Ioannis nepos, patria Tusculanus, patre Alberico, eo tempore pontificatum inuit, quo Cumitus Anglorum rex, voti & religionis gratia Romam venit, qui voti compos factus, in patriam rediens, filiam suam Henrico Conradi filio in matrimonium locat.

SILVESTER tertius, patria Romanus, patre Laurentio, in locum pulsi Benedicti subrogatus, non diu in pontificatu mansit. Nono enim & quadragesimo die factione suorum Benedictus restituitur. Eo enim tum pontificatus deuenerat, vt qui plus largitione & ambitione, non dico sanctitate vitæ & doctrinæ valeret, istantummodo



dò dignitatis gradum bonis oppressis & reiectis obtineret, quem morem vtinam aliquando non retinuisset nostra tempora. Sed hoc parum est, peiora (ni Deus caueat) visuri aliquando sumus. Ad Siluestrum redeo cardinalem Sabinum pontificè creatum, non dico à collegio Patrum, quod tolerabilius fuisset, sed largitione, vt quidam tradunt: quo quidem pulso, ac merito, cum non per ostium, sed per posticum intrasset vt fur & latro, Benedictus denuò restituitur tumultuante vrbe, & nunc aliù appetente: quod fieri ab his populis consuevit, qui duce & rectore carent, quiq̃ue malos pluris, quàm bonos faciunt.

GREGORIVS VI.

155. Pöt.

GREGORIVS sextus, sancti Ioannis grad portam Latinam archipresbyter, pontificatum (vt diximus) à Benedicto nono accepit. Has ob res Henricus secundus in Italiam cum magno exercitu veniens, habita Synhodo, cum Benedictum nonum, Siluestrum tertium, Gregorium sextum tanquam tria terribissima monstra abdicare se magistratu coegisset. Suidegerum Bambergensem episcopum, cui Clementi secundo appellatio fuit, pontificem creat. Gilbertus tamen historiarum scriptor, affirmat Gregorium bonè de ecclesia Dei meritum esse, cum sedis apostolicæ dignitatem negligentia priorum pontificum labefactam, sua auctoritate & animi magnitudine breui restituerit. Nam & ditionem ecclesiæ recuperauit, & latrones circa vr-

bem positos, quorum sauitia peregrini ad urbem religionis causa accedentes necabantur, è medio sustulit, prius execrationibus & interdiciis admonitos, deinde vi & armis domicos. Hanc ob rem ferunt à perniciosis hominibus vulgò homicidam, siminiacum, & sanguinis humani appetentissimum habitum, idq̃ue à Cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Motum itaque Gregorium ipsum in ea ægitudine, qua postea moritur, Cardinales ad se vocatos vrbs castigasse, quodq̃ue iustè & sanctè fecisset ipsi liuore mori reprehenderent: & vt, inquit, scire possitis, vbi mortuus fuero, rectè an perperam fecero, corpus meum ante fores ecclesiæ sistite vetricibus obseratas: si diuino nutu aperientur, censebunt me dignum Christiana sepultura: sin secus, corpus meum vna cum anima damnatum, quo volueritis, eicitote. Fecè mandata Cardinales, itaq; ita portæ coorto graui vento aperta sunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ sanctitatis introlatum est. Hæc ferè sunt, quæ à varijs auctoribus de Gregorio scribuntur: quem quidem constat in pontificatu sedisse annis duobus, mensibus septem, durante schismate.

ANNOTAT.

Huius temporis schisma accuratè sanè describitur ab Hermanno Contracto monacho in Chronicis, Leone Ostiensi h storia Cassanen. lib. 11. cap. xxi. & xxii. & Othone Frisinge, si episcopis in historiarum sua ù lib. 6. cap. 32. & 33.

ex quibus ego illud diligenter in meis libris de-
geſſi. Illud igitur à Platina omiſſum ſentū dig-
num Benedicte viij puſo Silueſtrum iij ſuffectū
eſſe, quo à Bene dicto ipſo v. b. exacto, Benedi-
ctus cum ordinari fecit alium Pontificem no-
mine Ioannem. Atque ita tres Pontifices Ro-
manam ſedem vexabant. Quibus proborum ho-
minum precibus & pollicitationibus ſacerdotio-
rum ſuorum ruri cedentibus, quatuor ſuffectus
eſt Ioannes Gratianus archipreſbyter S. Ioan-
nis ante portā Latnam Gregorius vi. vocatus,
qui Cluniaci pōtificatu priuatus (quo ab impe-
ratore Hērico tertio relegatus fuerat) mortuus
eſt, & non, vt Platina tradit, illo mortis genere
adhuc pontifex affectus. Ea enim, quæ poſt eius
mortem accidit ſcribit, minus certa ſunt, pro-
batoſq; ſcriptores deſiderant. Multa de eo ſcrip-
ſit Gregorius Papa viij. qui eius diſcipulus, & a-
lumnus fuit.

CLEMENS II.



156. p̄r.

CLEMENS ſecundus, Suidegerus antea
vocatus, Bambergensis epiſcopus in
Synhodo pontifex creatur, annuente
Henrico ſecundo, vel imperante & cogente
potius. Verūm Henricus accepta à Cle-
mente imperij corona, Romanos in verba
ſua iurare coegit, pontificum electioni ſe
nequaquam interſuturos, niſi iuſſu impera-
toris id facere cogerentur. Videbat enim
imperator eò licentiæ factioſum quenque
& potētem, quamuis ignobilem, deueniſſe,
vt corruptis ſuffragijs tantam dignitatem
conſequeretur: quæ certè niſi ſanctitate &
doctrina bene meritis volēte Deo deman-

dari cuiſiam nō deberet. Inde verò Capuā
profectus, rebus in prouincia bene diſpo-
ſitis, conductisq; eo loci militibus, qui Sar-
racenis hoſtibus reſiſtēt, Roma deinceps
in Germaniam iter facit. Abeunte itaq; im-
peratore, vt quidam ſcribunt, Romani pō-
tificem iniaſſu ſuo creatū, veneno è medio
ſuſtulēre, pōtificatus ſui menſe nono. Scri-
bunt auctores, venenum ipſum in hos vſus
à Stephano paratum, qui ei in pontificatu
ſucceſſit, Damasusq; ſecundus appellatus
eſt, eò maximè tempore, quo Odiloni abba-
ti Cluniaceni in magna ſanctitate mortuo
Hugo abbas ſubſtituitur, vir genere, pieta-
te, religione, clementia, doctrina inſignis,
regnante altero Henrico in Frācia, Alphō-
ſo in Hispania, Michaele cum filio Conſtā-
tino Byzantiij: quod quidem imperium iam
tum maximè labefactatum erat.

DAMASVS II.

DAMASVS ſecundus, natione Bauarus,
cognomento Bagnarius, vel Popo- 157. p̄r.
vt quidam volunt, pontificatum per
vim occupat, nullo cleri populiq; con-
ſenſu. Ad eum enim inoleuerat hic mos, vt
iam cuique ambitioſo liceret Petri ſedem
innadere. Sed obſtitit Deus iuſtus vindex,
vt is cateris exemplo eſſet, ne quod virtus
dare conſuevit, ambitione & largitione
quæreretur. Nam tertio & vigefimo ponti-
ficatus ſui die moritur. Censent nonnulli
hunc inter pontifices nequaquam numerā-
dum eſſe, cum non rectè pōtificatum adep-
tus ſit. Miranturq; cur Romani tanta rei in-
dignitate moti contra iuſturandū Henrici
iuſſu habitū abdicare ſe magiſtratu homi-
nem ſtatim non coegerint. Sed cum breui
admodum tempore vixerit, cumq; vix ſui
colligendi Romanis facultas data ſit, ne-
quaquam eos aliqua cenſura dignos puta-
uerim. Ad Leonem deinceps tranſeamus.

LEO IX.

LEO nonus, natione Alemannus, anno
Domini milleſimo quadrageſimo nono 158. p̄r.
no pontificatum hac ratione inuit. Nā
cum Romani legatos ad imperatorem mi-
ſiſſent oratum, vt optimum pōtificem ſibi
daret, is ſtatim Baunonem epiſcopum Tul-
leſem, virum bonū & ſimplicis ingenij, le-
gatis & eccleſiæ Romanæ obtulit. Cui qui-
dem Romam pontificio habitu perenti, ab-
bas Cluniaceniſis, & Hildebrandus mona-
chus



chus doana oriundus obuiam facti perlua-
fere, vt deposito pontificali ornatu, Romā
priuatus ingrederetur, quod dicerent Hen-
ricum nullam creandi pontificis potestātē
à Deo habere, sed ad clerū populūq; Ro-
manū id pertinere. Motus his verbis Leo,
cū etiam vocem è cælo inter eundem au-
diuisset, Ego cogito pacis cogitationes, nō
afflictionis, deposito pontificio apparatu,
priuatus urbem ingreditur, seipsum accu-
sans, quōd imperatori maluerit, quā Deo
obtemperare. At verò Romanus clerus sua-
dente Hildebrando eundem Baunonem in
pontificem eligunt, eō libētius, quōd om-
nem auctoritatem eligendorum pontificū
ab imperatore (vt par erat) ad clerum tran-
sulisset. Fecerant tamen vitia quorundam
pontificum, quemadmodum scripsimus, vt
meritō ipsi clero sublata potestas videretur
Dei iudicio, quōd in melius eorum mentes
flagitiis contaminatæ aliquando verterē-
tur, ne Christiana resp. malis rectoribus cō-
missa pessundaretur. Pontificatum itaque
hōc modo Bauno adeptus, ac mutato nomi-
ne Leo nonus appellatus, Hildebrandū ip-
sum statim sanctæ Romanæ ecclesiæ subdi-
aconum cardinalem creat: eidemq; sancti
Pauli ecclesiam gubernandam committit,
vt quasi consors pontificij muneris secum
videretur, cū alter Petri, alter Pauli tem-
plū tueretur & regeret. Interim verò Dro-
gone Normannorū comite in Apulia mor-
tuo, Gisulphus frater regnum adeptus, Be-
neuentum urbem Romano pontifici deditā
per vim occupat. Nam cū Héricus impe-

rator in honorem beati Gregorij templū
Bambergē condidisset, cuperetq; id in ca-
thedralem ecclesiam consecrari, annuente
Benedicto octauo, quotannis census nomi-
ne daturam ecclesiam ipsam Romano pon-
tifici centum argenti marcas cum equo al-
bo ac Falerato. Leo nonus dono Beneuen-
tum ab imperatore accipiens, Bambergen-
sis ecclesiæ tributum remisit. Hanc itaque
ob rem Leo suo iure & copijs imperatoris
fretus, cum in Gisulphum in composito ag-
mine mouisset, ab eo superatur & capitur.
Nec ita multo post Romam incolumis cū
magno comitatu remittitur. Sunt qui scri-
bant, Robertum Guiscardi è Gallia in Ita-
liam cum exercitu profectum, fugatis Gre-
cis & Afris, Apuliam occupasse, statūamq;
reperisse circa caput æneum circulum ha-
bentem his literis notatum; Kalendis Maij
oriēte sole aureum caput habebō. Vnde
Sarracenus quidam magicæ obseruationis
peritus, à Roberto Guiscardi captus, nota-
tō termino vmbræ ipsius statuæ, Kalendis
Maij oriēte sole effosso loco thesaurum
inuenit, quōd se à Roberti manibus libera-
uit.

Ad Leonem redeo, virum certè pietate,
innocentia, benignitate, gratia, hospitali-
tate ad eō insignem, vt eius domus peregrini-
nis & pauperibus semper patuerit. Nam
cū semel ante fores suas leprosum pau-
perem inuenisset, eumq; præ misericor-
dia collocari in lecto suo mandasset, aper-
tis manè à ianitore foribus, nusquam pau-
per inuentus est, Christum pauperis nomi-
ne eo loci recubuisse creditum. In rebus
præterea ad religionem pertinētibus tanta
diligentia & solertia vfuse est, vt & in con-
cilio Vercellenſi Berengarium hæreseos
auctorem damnauerit, & Constantinopoli-
tanium imperatorem suis monitionibus
impulerit sepulchrum Domini Hieroso-
lymis à Barbaris diruptum restituere, eō
maximè tempore, quo & Theobaldus no-
bilis Francus sanctitate vitæ apud Vincen-
tinos in pretio fuit, & Vincentius Franco
Leodienſis episcopus doctrina & moribus
inſignis, ad Hermannum præſtātis ingenij
virum de quadratura circuli doctè multa
& acutè scripsit. Moritur autem Leo pon-
tificatus sui anno quinto, mense secundo,
die sexto,

VICTOR II.



159. p̄r.

VICTOR secundus, Gebhardus antea vocatus, natione Alemannus ex Bavarua, pontificalem dignitatem post Leonem adeptus est, magis Henrici gratia, quam liberis suffragiis. Verebatur enim clerus populusque Romanus Henrici potentiam, quem in creandis nouis pontificibus aliquando lacerant. Ne itaque contra iusiurandum moliri aliquid videretur, Victorem proponunt, legato Hildebrando ad Henricum ob eam rem misso, qui omnia ex sententia Romani cleri imperatorisque perfecit. At Victor in sede omnium consensu confirmatus, magnam synodum anquente imperatore Florentiae habuit, in qua quidem multos episcopos, tum Simoniaci, tum fornicationis causa episcopatu priuauit, clerumque admonuit, quid maxime ad se pertineret, proposita poena his, qui leges canonicas transgrederebantur. Sunt qui scribant, Victorem ad Henricum profectum, magnificentissimi meque ab eo habitum: sed ego solum Hildebrandum eo profectum puto, qui auctoritate legationis fretus, Henricum tertium Henrici filium, Casarem creat.

Interim vero dum Capua a Sarracenis consideretur, trepidarentque omnes finitimae ciuitates, Robertus Guiscardi sumptis armis, fugatis Sarracenis, & Campanos obsidione, & finitimos omni formidine vno impetu liberat. Vnde autem originem habuerit Robertus ipse, haud satis constat, cum alij Normannum, alij Francum fuisse existi-

ment. Vtunque sit, constat eum magni animi excellentisque ingenij fuisse, & ob eam rem merito Apuliae regnum adeptum.

Victor autem pontifex, de quo nunc sermo fit, securus pontificatus sui anno, mensis tertio, die quartodecimo moritur. Vacatum sedes diebus xi.

STEPHANVS IX.



STEPHANVS nonus, Federicus antea vocatus, natione Lotharingus, Cassinensis abbas, pontificatum adeptus, statim curauit, vt Mediolanensis ecclesia, quae a Romana ducentis ferè annis se subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, vt verae omnium ecclesiarum parenti & alteri, quae postea non secus obseruauit, ac verae filiae pietissimam matrem facere consueuerunt.

160. p̄r.
Eccle.
Medi.
nesis
mane
stitus.

Hoc ferè tempore & Henricus tertius in locum Henrici patris demortui sufficitur: & Alexius Nicephoro Imperatori Constantinopolitano succedit. Et Robertus Guiscardi Graecis magno praelio superatos, & Calabria omnino expulit, relictis tantum modò Graecis sacerdotibus, qui vsque ad nostram aetatem linguam seruant cum moribus. Aded enim Constantinopolitanum imperium iam erat imminutum a Sarracenis, vt egrè Thraciam, Galatiam, Pontum, Thessaliam, Macedoniam, Achaiam obtineret, & quibus provinciis nunc Turci, nunc Sarraceni quotidie aliquid subtrahant.

Stephanus autem septimo pontificatus sui mense, die octauo Florentiae moritur, quo

quoq; in loco honorificè sepelitur, vt Martinus scribit. Sunt qui dicant, Stephanum pontificem in Henricum imperatorem hæreseos nomine inuectum esse, quòd summorum pontificum auctoritatem diminueret, contempta religione, spretoq; immortalis Deo.

BENEDICTVS X.

i. pōte
BENEDICTVS decimus, natione Campanus, qui prius Mincius dicebatur, Veliternus episcopus, factione quorundam nobilium eo maximè tempore pontifex creatur, quo Hagnes Henrici tertij mater, Gibertum Parmensem virum insignem, regni Italici gubernatorem instituit.

Erat & tum in Italia Gotifredus Mithildis comitissæ foemina nobilissimæ maritus, vir sanè potens. Nam Mithildis mater Beatrix, Henrici ij. imperatoris soror fuerat, nupseratq; Bonifacio cuidam viro potentissimo ac nobili Luca vrbe Etruriæ oriundo: quo mortuo, omnis potentia primò ad Beatricem, postea ad Mithildem & maritum Gotifredum peruenit. Nam & Lucam, & Parmam, & Rhegium Lepidi, & Mantuam, & eam partem Etruriæ possidebant, quam nunc patrimonium sancti Petri vocamus.

Ad Benedictum redeo, ab Hildebrando pontificatu pulsum, quòd non per ostium, quemadmodum dicebat, sed per vim & largitionem intrasset. Fidem enim dederant clerici omnes Hildebrando subdiacono, non prius se habituros suffragia noui pō-

tificis creandi, quàm ipse Florentia, quòtum proficisceretur, ad vrbe reuerteretur. Rediens itaq; cum Gerardo episcopo Florentino, in omnes acerbissimè inuectus est, tum vel maximè in eos, qui fidem dederant se eius aduentum expectaturos. At verò cum hac de re magna contentio esset, probarentq; nonnulli Benedictum ipsum vt virum optimum & sapientissimum: contra autem eam electionem pleriq; magnis clamoribus improbarent, vt potè minus canonicè & legitimè factam: tandem plurimorum consensu Hildebrando instante, Gerardus vir tanto magistratu dignus, eiecto Benedicto, pontifex creatur. Sunt tamen qui scribant, hanc electionem Senis factam, cum libera suffragia Romæ ob factionem quorundam potentum haberi non possent. Benedictus itaque mense ix. die xx. pontificatu deiectus, Velitras exsulatum abiit.

ANNOTATIO.

Hic Benedictus legitimus pontifex non fuit, cum simoniacè per vim, & metum contra Canones, & iuramenta pontificatum occuparit. Quod disertè in epistola quadam refert Petrus Damiani episcopus Ostiensis, qui hoc tempore vixit. Vnde meritò alio subrogato, exactus est, quare in numeri nota eius ratio habenda non esset. Vide auctores Hermannum Contractum, Lambertum Schafnaburgensem, Leonem episcopum Ostien hist. Casinen lib. 2. cap. 102.

NICOLAVS II.



NICOLAVS secundus, natione Allobrox, 162. Pōte Gerar.

Gerardus antea vocatus, episcopus Florentinus, ob virtutem & animi præstantiam abrogato Benedicto, haud legitimè creato, p̄t̄ifex maximus Senis decernitur, qui statim inito pontificatu Sutrium concessit; ibique anno Domini millesimo quinquagesimonono concilio habito, cui non solum episcopi, verum multi Italiæ proceres interfuere, Benedictum abdicare se p̄t̄ificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatum abire. Inde verò Romam proficiscens, secundo apud Lateranum concilio habito legem tulit, vt in decretis legitur, Romanæ ecclesiæ admodum salubrem, quæ talis est: Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari militariue tumultu sine concordia & canonica electione cardinaliũ in throno Petri collocatus, is non apostolicus, sed apostaticus, id est, à ratione deficiens merito vocetur: liceatque cardinalibus, clericis & laicis Deum colentibus, illum vt prædonem anathematizare, & quouis humano auxilio à sede apostolica propellere: atque quouis in loco, si in vrbe nõ liceat, Catholicos huiusce rei causa congregare. In eodem quoque concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconũ Andegauenfis ecclesiæ ferunt, qui arbitratur in sacramento eucharistiæ & calicis non esse verum Christi corpus, integrumque sanguinem, nisi vt in signo & figura mysteriõ: quem quidem errorem instante & urgente Nicolao & Alberico diacono viro doctissimo, publicè confessus est, affirmans illud esse verum Christi corpus, integrumque sanguinem. Scripsimus hunc errorem à Leone nono damnatum, non tamen emendatum fuisse. Quæ certè laus tota Nicolai est, vt Lanfrancus scribit, vir ea tēp̄state doctissimus, qui errores eiusdem Berengarij præclaro opusculo notauit. Dum hæc à pontifice Nicolao Romæ agerentur, Gotifredus Normanus, qui Drogoni fratri in Apuliæ Calabriæque comitatum successerat, moriens Bagelardum filium comitatus heredè instituit: verum Robertus Guiscardi frater (vt quidam volunt) hoc ægrè ferens, pulso nepote, Apuliam & Calabriã occupat, adiecta Troia, quæ pontificibus Romanis parere consueuerat. Hanc autem ob rem indignatus pontifex, non nihil Roberto succensuit. Is verò cum postea rogatu Roberti in Apuliam profectus fuisset, re-

ceptis, quæ de ecclesia amiserat, non solum hominem in gratiam accepit, verum etiam eundem vestigalem ecclesiæ factum, Calabriæ & Apuliæ (prouincias Romanæ ecclesiæ cēsuaras) ducem creat. Accepto deinde magno à Roberto exercitu, ad urbem rediens, Prænestinos, Tusculanos, Nomentanos Romanæ ecclesiæ rebelles perdomuit. Tiberim quoque traiciens direpta Galeria, aliisque Gerardii conitibus Sutrium vsque castellis expugnatis, ditionem Romanam tutiorem reddidit. Sunt qui scribant, Henricum tertium à Nicolao secundo coronam imperij accepisse, totoque tempore pontificatus sui ob beneficium acceptum, nil contra ecclesiasticos molitum esse. Nicolaus autem vir omni vita probatus, tertio pontificatus sui anno, mense sexto, die vi. & xx. moritur. Vacat tum sedes diebus xij.

ALEXANDER II.



ALEXANDER secundus, Anselmus antea vocatus, patria Mediolanensis, episcopus Lucensis, mortuo Nicolao, ob humanitatem, benignitatem, & doctrinam absens etiam pontifex creatur. At verò Cisalpini episcopi arbitrati ob dignitatem prouinciæ suæ, par esse, vt è suo numero aliquis eligeretur, Giberto Parmensi viro potentissimo admodum annitente, ab Henrico imperatore obtinere, reclamante eius matre Hagnete, vt alter quoque p̄t̄ifex eligeretur. Quare episcopi ipsi habito concilio Cadolum Parmensem episcopum pontificem creant. Cui statim Cisalpini omnes

omnes obtemperauere, præter Michildim optimam fœminam, & cum ecclesia Romana bene sentientem. Superueniente deinde Cadolo ab his, qui Alexandro aduersabantur, accito in pratis Neronianis sub radicibus aurei môtis graue prælium committitur: in quo multi vtrinque cecidère, Alexandro & Gotifredo Mithildis viro sese ad ædes Lateranensium continentibus. Inceri enim erât, quibus potissimum se tutò committerent, aded omnia infida & fluxa videbantur. Sunt qui scribant, Alexandrum antè prælium commissum, Lucam profectum vitandæ cædis causa, eoque loci quietè aliquandiu vixisse. Neque ingratum tantæ erga se Lucæ benevolentia, ecclesiam & ciuitatem multis priuilegiis, vt in eorum annalibus apparet, insigniorem reddidisse. Repulsus tandem ab vrbe Cadolus, non diu in prouincia quieuit: accitus enim à Romanis quibusdam, quorum maximè intererat omnia Romæ perturbari explendarum voluptatum causa, comparato maiore exercitu, quàm antea Romam venit, ac urbem Leoniam ecclesiamque beati Petri vi occupat. At verò erumpentibus Romanis cum Gotifredi copiis, tantus terror repète hostes inuasit, vt & effusa fuga omnes abierint, & paulum absuerit, quin Cadolus caperetur à suis derelictus, quem Cincius Romani præfecti filius, factò cum suis cuneo, per media ciuim agmina agrè in arcè Hadriani perduxit, vbi aliquandiu obsessus, cum nullam liberè abeundi subesse spè videret, trecentis argenti libris ab his se redimens, qui arcem obsidebant, consensu strigossissimo equo inde solus aufugit. At verò Anno Colonienfis archiepiscopus, apud Henricum adolescentem Hagnetem criminatus, quod contra maiestatem imperij Christiana respub. mulieris nutu gubernaretur, accepta potestate componendæ ex arbitrio ecclesie Dei Romam veniens, Alexandrum primò quidem grauissimis verbis increpat, quod sedem Romanam iniussu Cæsaris, & contra atque còsuetudo & lex ipsa iubeat, occupasset. Tum Hildebrandus archidiaconus, qui fortè tum aderat, partes pontificis acerrimè tutatus, quod diceret electionem ad clerum pertinere, si ius, si antiquam còsuetudinè velle inspiceret, facillè Annorem in sententiam traxit. Quare Henricus cògnito errore ad se postremò rediens,

Alexandrum rogat, vt concilium, quod se peruenturum pollicetur, indicet. Vrbs Mantua ad eam rem potissimum idonea visa est, eò proficiscuntur omnes, ad quos pertinere videbatur ecclesie salus & tutela. Vbi compositis rebus omnibus, imperator ipse non solum in gratiam pontificis rediit, verùm etiam precibus ab eo impetravit, vt & Cadolo veniam petenti ignosceret, & Gibertum tanti mali (vt diximus) auctorè Ravennatis ecclesie archiepiscopum crearet. Primùm haud grauatò fecit, Saluatoris nostri exemplum imitatus, qui voluit etiam pro persecutoribus exorare. secundum inuitus concessit, & nõ nisi precibus Henrici fatigatus: quod verebatur, sicuti postea accidit, ne ea res ecclesie Romanæ magnas calamitates afferret. Abiens Mantua pontifex, ac Luca iter faciens, ecclesiam maiorem, cuius episcopus antea fuerat, sacris solemnibus adhibitis cõsecrat, tãdiu ibi immoratus, quoad ab Hildebrãdo archidiacono res in Apulia pacatiores redderentur. Is enim acceptis à Mithilde comitissa auxiliaribus copiis, nõ solum Richardi & Guillelmi impetus repressit, verùm etiã eos cõegit, quæ de ecclesia cepissent, restitueret. Veniẽs itaque ad urbem Alexander pòtificatus sui anno vndecimo, mense sexto moritur, in basilicaque Lateranensi sepelitur, nullo genere honoris, quod impendi summo pontifici potest, nõ adhibito, & à clero & à populo: Fetũ tum magno in pretio fuisse Ioannem Gualbertum monachũ Vallis umbrosæ, & illius ordinis auctorem, virum sanctissimum, tum miraculis insignem.

ANNOTAT.

Cadolus hic schismaticus, de quo Platina scribit, Honorius II. in suo pontificatu vocatus est, vt ex antiquo eius diplomate didici.

GREGORIVS VII.

GREGORIVS septimus, Hildebrandus antea vocatus, natione Etruscus: patria Soanenfis, patre Bonicio, omnium bonorum consensu pontifex creatur. Ipsi autem electionis verba ita annotata sunt, Nos sanctæ Romanæ ecclesie cardinales, clerici, acolyti, subdiaconi, presbyteri, presentibus episcopis abbatibus, multisque tum ecclesiastici, tum laici

164. pòt.
Verba
quibus
in ponti-
ficibus e-
ligendis
vt. b. an-
tur.



laici ordinis, eligimus hodie decimo Kalendas Maij, in basilica sancti Petri ad vincula, anno salutis M. LXXIII. in verum Christi vicarium Hildebrandum archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis, modesti, sobrii, continentem, domum suam gubernatæ, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris ecclesiæ liberè à teneris annis vsque ad hanc ætatem educatum, doctum: quem quidem cum ea potestate ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit. Adeptus pontificatum Gregorius, statim Henricum imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus & beneficia alicui per Simoniacam cupiditatem committat, aliter se vsurum in se & delinquentes censuris ecclesiasticis. His admonitionibus & quidem sanis non modò non obtemperauit Henricus, verùm etiam Hagenetem imperatricem benè admonentem, quid fieri cum religione oporteret, omni administratione depulit, quæ Romam profecta, non diu superuixit, dolore animi vitam cum morte permutans. Tandem verò multis legationibus vltro citorq; missis, imperator in gratiam cù Gregorio rediit, eundemque in pontificatu confirmauit, vt tum imperatorum mos erat. At verò cùm Henricus in bono leuis, in malo peritiuax, Simoniam nequaquam omitteret, sæpius admonitus: illos anathematis censura pontifex notauit, qui episcopatus & beneficia largitione adepti erant. Et ne id temerè fecisse videretur, concilio apud

Lateranum habito, in quo multi episcopi interfuere, maximè verò Gibertus Parmensis archiepiscopus Rauennas, rationem reddidit, quamobrem censuris ecclesiasticis Simoniacos notasset: facturum quoque id in imperatorem crebrò dicebat, nisi sententiam mutaret. Tum verò Gibertus soluto concilio, & criminandi Gregorij occasionem nactus, ad pontificatum viam quærens, Cincium Romanum ciuem Stephani præfecti vrbs filium, hominem temerarium & seditiosum, in pontificem animat, magnæ ei pollicitus Imperatoris nomine, si tantum facinus ex sententia confecisset. Structis itaque in sidijs Cincius, dum pontifex media nocte natalis Domini nostri celebrat in templo beatæ Mariæ ad Præseppe, quæ maior nunc dicitur, irrum pens cù satellitibus & coniuratis, dum hostiam sacrificij comminuit, hominem capit, & in regionem Parionis secum trahens, in turri quadam munitissima eum collocat. Sequenti verò die populus Romanus, cognito facinore, in Cincium arma suscipit, pontificem liberat, ædes ac turrim scelerati hominis à fundamentis euertit, familiamque eius nares mutilatam ab vrbe pellit. Ipse verò Cincius tanti mali auctor, fuga salutem quærens, in Germaniam varijs tramitibus ad imperatorem tandem peruenit. Gibertus autem tanti doli machinator, cùm insidiæ ex voto non successissent, simulata beneuolentia à pontifice dimissus, Rauennâ peiora moliturus se contulit. Nam & Theobaldum Mediolanensem archiepiscopum, & plerosque alios Cisalpinæ antistites cõiurare in Gregorium pollicitationibus pepulerat. His addidit Hugonem Candidum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem: qui & si ante idem fecerat, in gratiamque simulato animo redierat, nunc malum animum, malam mentem præsetulit. Is enim viribus omnibus annexus est imperatorem & Normannos inter se de imperio dissidentes, composita pace, initisque fœderibus, in pontificem concitare. Quod vbi Gregorius resciauit, congregata ad Lateranum synodo, propositis rationibus quare id faceret, Gibertum & Hugonem dignitatibus priuatos anathemate notat. Dum hæc Romæ agerentur, Henricus cum Saxonibus hostibus feliciter pugnans, ad eam felicitate illa elatus est, vt habito conuētū apud

Vormatiam, Sigifredo archiepiscopo Maguntino negotium procurante, interdiceret omnibus ausus sit, ne vlla in re pontifici Romano obtemperarent. Ex illo autem conuentu mandato Henrici Rolādus clericus Parmensis Romam veniens, & Gregorio publicè interdixit, ne quid ageret deinceps quod ad magistratum pōtificis pertineret: & cardinalibus ipsīs mandauit, vt relicto Gregorio, alium habituri pontificem, ad se proficiscerentur. Tum Gregorius tantam iniuriam diuinæ maiestatis causā non diutius ferens, & Sigifredum aliosque clericos cum Henrico sentientes, dignitatibus ac beneficiis priuauit, & imperatorem ipsum anathemate notauit, priuatum prius omni regia administratione. Abrogationis autē pontificiæ habita ferè hæc formula est: Beate Petre Apostolorum princeps, inclina quæso aures tuas, & me seruum tuum exaudi, quem & ab infantia educaſti, & vsque ad hunc diem ab iniquorum manibus vendicasti, qui me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt. Tu mihi testis es optimus, & pia Iesu Christi mater, & frater tuus Paulus tecum martyrij particeps, me non spōtè, sed inuitum pontificatus gubernacula suscepisse. Non quod rapinam arbitratus sim sedem tuam legitime conscendere, sed malebam vitam meam in peregrinatione degere, quàm locum tuum pro fama & gloria tantum occupare. Fateor ego, ac merito quidem, mihi tua gratia, non meritis meis, populi Christiani curam demādatam esse, concessamque ligandi & soluendi potestatem. Hac itaque fiducia fretus, pro dignitate & tutela ecclesiæ suæ sanctæ, omnipotentis Dei nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, & Henricum regem Henrici quondam imperatoris filium, qui audacter nimium & temerariè in ecclesiā tuam manus iniecit, imperatoria administratione regiaque deijcio: & Christianos omnes imperio subiectos, iuramento illo absoluo, quo fidem veris regibus præstare consueuerūt. Dignum est enim, vt is dignitate careat, qui maiestatem ecclesiæ imminuere conatur. Prætereā verò quia monita mea, immò tua ad sui ipsius populorumque salutem pertinentia contempsit, & se ab ecclesia Dei, quàm seditionibus pessandare cupit, separauit, eum anathematis vinculo colligo, certò sciens te esse Petrum, in cuius petra, vt in vero funda-

mēto rex noster Christus ædificauit ecclesiam suam. Fuere tum multi post exsecrationem, qui pacis mentionem facerent: Quibus ita Gregorius respondit, se pacis conditiones non abnuere, modò Henricus ipse primò cum Deo pacè ineat. Nò ignoratis, inquit, quandiu & quantis malis Romanā affecerit ecclesiam, quotiesque à me sit admonitus, vt meliorem vitam moresque probatiores indueret. Hoc tribuimus beneuolentiæ & charitati, qua Henrico patri coniuncti olim fuimus. Sed nil profecimus, addèd mores à patre auersos imbibit. Instabant tamen ex his, qui aderant, nonnulli, regem non ita citò anathematizadum esse. Quibus ita pontifex respondit: Quando, inquit, Christus Ecclesiam suam Petro commisit, & dixit, Pasce oues meas, excepitne reges? Nam cum eidem ligandi & soluendi potestatem daret, nullum excepit, vel neminem eius potentia subtraxit. Hanc ob rem, qui dicit se vinculo Ecclesiæ ligari nò posse, restat etiam vt fateatur se absolui ab eius potestate nullò modo posse: & qui hoc impudèter negat, à Christo & ecclesia eius se omnino leiungit. At Henricus cognita Gregorij censura, multas litteras ad gentes & nationes conscripsit, quibus se cōtra ius fasque damnatum à pontifice ostendebat. Gregorius autem id à se iure factum, non verbis tantum & literis, verum etiam ratione & testibus comprobabat, re ipsa antea oculos omnium proposita. Interim verò cum pars regni ab Henrico defecisset, & iā Saxones bellum cōtra Henricum quàm diligentissimè pararent, Alemanni principes veriti, ne quid mali in prouincia nasceretur, conuentu habito decernunt, vt si Gregorius in Alemanniam pergat, Henricus supplex veniam errati petat. Quod se facturum rex ipse interposito iuramento pollicitus est. Motus itaque pontifex his pollicitationibus & precibus Treuirensis archiepiscopi Henrici oratoris, Augustam prætoriam petiturus, Vercellas vsque iam peruenerat, vbi ab episcopo loci ipsius regni Italiæ cancellario, clam rescivit Henricum hostili in se animo cum exercitu aduentasse. Tum verò pontifex on. isso instituto itinere, Casossam se recipit, oppidum agri Regiēsis, ditioni Mithildis Comitissæ subiectum. Venit & eò properè cum omnibus copijs Henricus, qui statim deposito regali

Abrogationis
pontificiæ
formula.

ornamēto, nudis pedibus, vt oppidanos ad misericordiam cōmoueret, portæ oppidi appropinquans, suppliciter intromitti petebat: denegatū ingressum æquo animo tulit, aut tulisse dissimulauit, quamuis aspera esset hyems, & gelu cuncta rigescerent. In suburbio quidem oppidi triduo immoratus, continuo veniam petens, tandem rogatu Mithildis & Adelai Sabaudienfis comitis, & Cluniacensis abbatis introductus ab soluitur, & ecclesiæ reconciliatur, pace iureiurando confirmata, obediētia promissa. Regij autem iurisiurandi hæc formula est: Rex Henricus composita pace ex sententia Domini nostri Gregorij septimi, affirmo me pacta & foedera conseruaturum, curaturūq; , vt quoquo voluerit idem pontifex sine vllō discrimine sui ipsius & comitatus proficisci possit, maximè autē per loca imperio nostro subiecta, neq; per me staturū, quò minus libere pontificio munere vbiq; locorum vti possit, & hæc obseruaturū me iureiurando addico: Actum Canossæ quinto Kalendas Februarij, Indictione decimaquinta. Tum verò rebus ita ex sentētia peractis, dilabentibus inde omnibus varijs itineribus, dum Hēricus Papia iter facit. Cincium amittit subita febris correptum non tamen mortuo tā pernicioso homine, Henricus rebus nouis studere destitit. Pacis enim foedera abrūpens, eo Alemannos principes indignitate rei motos pepulit, vt Rodolphum Saxoniam ducem, regem prouinciaz crearent posthabito Henrico. Petiit primo quidem Henricus à pontifice, vt Rodolphum execrationibus ab occupatione regni depelleret. Id verò cū impetrare nequisset, sumptis armis, magna clade & incerta victoria vtrinque dimicatū est. Missum quidem ab vtroque legatum ad pontificem rogatum, vt in partes suorum declinaret: quibus nil aliud ipse respōdit, quam vt ab armis discederent.

Pugnarent iterū simul æquo Marte Henricus & Rodolphus. Verū cū tertio prelium iniissent, magna cæde vtrinque commissa, ac superior aliquantulum Henricus videretur, Rodolphus legatos pacem petētes audire noluit, ad pontificem: quæ denū scripsit, vt Rodolphum regnum occupare conarentem, execratione anathematis notaret. Quòd cū facere Gregorius recusaret, tanta ira percussus Henricus est, vt die no-

ctūque nil aliud cogitaret, quàm quod ad pontificis perniciem & exitium vergeret. Interea verò ne quid in orbe Christiano deesset, quod seditionibus non ageretur, Michaël cum Andronico filio à Nicephoro cognomento Botoniata, vi ab imperio Constantinopolitano deiectus, ad Gregorium confugit, qui & Nicephorum excommunicauit, & Rogerio Romanæ ecclesiæ feudatario negotium dedit, vt Michaelē, quo cum Ceparani locutus est, in imperiū restitueret. Is itaque mandato pontificis comparata classe, Rogerio minore natu in Italia dimisso, Boemundum alterum filium secum ducens, Auleon primò adnauigat, & ad Dyrrachiū castra facit, vrbem tanto bello per necessariā primò occupaturus. Sed Dominicus Siluius dux Venetus cum Nicephoro sentiēs, Rogerium ab obsidione repellit, magno illato acceptoque incōmodo. Verū non ita multò post Nicephorus ab Alexio cognomento Mega copiarū suarū dūce deceptus, libertate simul & ciuitate priuatur, quam triduo Alexius militibus diripiendum ex pacto concessit. Captus ipse Nicephorus in templo sanctæ Sophiæ, vita donatur, hac conditione tamen, vt monachi habitum cum vita susciperet. At verò Gregorius cū videret Henricum contra ecclesiam Dei à quibusdā seditiosis episcopis concitari, habita indēti synodo, Giberto Rauenanati archiepiscopo ob superbiam & malitiam interdicit sub anathematis poena, ne episcopali & sacerdotio munere fungatur. Vocatus præterea ad sedem apostolicam, scelerum suorum conscius parere desierat, qua ex re tātummodo poenam anathematis merebatur. Rolandūque Tarusinū censura notauit, quòd legatus ad res componendas inter Henricum & se factus, cōsequendi episcopatus causa semina discordiarum, nō pacis seuerat. Nec Hugoni quidē tituli sancti Clementis Cardinali pepercit, quòd cum Cadolo Parmensi episcopo in seditionibus & hæresi sensisset. In eodem postremò cōuentu tres legatos delegit, Bernardum diaconum, alterum Bernardum Massiliensem abbatem, Odonem, Treuerensem archiepiscopum, qui de latere sedis apostolicæ ad componēdas res inter Henricum & Rodolphum proficiscerentur. Videbat enim sapientissimus pontifex, eam discordiā, dissi sedata foret, mag-

was aliquando calamitates populo Christiano pariturã. Verum quia certo sciebat, non defuturos perniciosos quosdam, qui id quod minus fieret, impedire conarentur, quod eorũ maximè intererat discordias augeri, non tolli. Literas apostolicas in hunc modum cõscriptas, legatis ad principes & nationem dedit: Cognita imbecillitate, cupiditate & ambitione homani generis, mandamus, ne quis priã cuiusvis conditionis sit, vel rex, vel archiepiscopus, episcopus, dux, comes, marchio, siue miles, aliqua elatione temerariõve ausu, fraude, dolo, cupiditate ductus, legatis nostris resistere audeat, ne pacem & concordiam ex æquo & bono componere possint. Quicumque autem temeritate ductus, quod nõ optamus, huiusce nostræ constitutionis violator exstiterit, legatisque nostris impedito fuerit, quod minus pacem componant, eum anathematis vinculo alligamus: & non solum in spiritu, verum etiam in corpore, atque in omnibus fortunæ bonis apostolica potestate colligamus, victoriamque in armis partam ei auferimus, vt saltem confundatur, ac duplici pœnitentia conteratur. Mandatum præterea legatis est, vt in Alemannia conuentu habito, mature decernant, vtri duorum regum ex æquo & bono ius competat, eidemque consensu bonorum regnum decernant, cuius causa iustior & potior videbitur: se verò post eã re cognita, quod egerint, confirmaturum, interposita omnipotentis Dei & beati Petri auctoritate, qua nulla potest esse maior. Interea verò Gregorius, ne Romana ecclesia ob largitionem & Simõniacum cupiditatem aliquid incõmodi caperet, conuentu habito, maiorum decreta ad rescindendam hanc labem pertinentia cõfirmavit, his verbis: Sanctorum patrum instituta nunc sequentes, quemadmodum in prioribus concilijs fecimus, auctoritate omnipotentis Dei decernimus ac cõfirmamus, vt qui deinceps episcopatum, vel cœnobium, vel aliquod aliud ecclesiasticum beneficium à laico acceperit, nullo modo in numero episcoporum, abbatum, vel clericorum is censeatur: neue idem sub censura anathematis limina apostolorum attingat, priusquam locũ ambitione & cõtumacia conquistum, quod est idololatricæ scelus, respiscendo commutauerit. Eisdem quoque censuris teneri volumus &

alligari reges, duces & principes, qui episcopatus ecclesiasticæ dignitates, quod contra ius fasque est demandare alicui fuerint ausi. Confirmamus præterea anathematis sententiam meritò latam in Theobaldum Mediolanensem, Gibertum Rauennatam archiepiscopum, in Rolendum Tarusinum præfulem, & Petrum olim Redonensem episcopum, nunc autem inuasorem Narbonensis ecclesiæ, pari censura damnamus.

Præterea verò gratiã S. Petri & ingressũ ecclesiæ his interdiciamus, quousque pœnituerint, satisfecerintque, siue Normanni sint, siue Itali, vel cuiusvis nationis, qui aliqua ex parte læserint, aliquõue incommodo affecerint Marchiam Firmam in Picëtibus, ducatum Spoletinum, Campaniam in Hernicis, agrum Sabinum, Tiburtinum, Prænestinum, Tusculanũ, Albanum: & quicquid in Volscis & Etruscis ad mare vergit. His addo monasterium sancti Benedicti: & quicquid in Cassinatim agro positum est, nec Beneuentum in Samnitibus excipio. At si quis istorum auferẽdi res repetitas & nõ redditas habere iustam causam se dixerit, prius à nobis vel à magistratib. nostris iustitiam requirat: quod si eis non fuerit factũ abundè satis, concedimus vt ad res suas recuperãdas inde tantam auferant, quantum sat est: nec more prædonũ modum excedãt, sed agant vt Christianos decet, & eos maxime, qui sua magis repetunt, quã aliena percipiant: quiq; & iram Dei & execrationẽ beati Petri reformidant ac timẽt. Præterea verò execrationem in Héricum his verbis denud cõfirmavit: Beate Petre Apostolorum princeps, & tu Paule gentium doctor, vestras quæso aures mihi paululum præbe, meque clemẽter exaudite: nam veritatis discipuli estis & amatores: quæ dicam vera sunt. Hãc causam suscipio veritatis gratia, vt fratres mei, quorum salutem exopto, mihi obsequentius acquiescant, sciant, intelligãt, quod vestro auxilio fretus post Christũ & matrem eius semper virginem flagitiosis & iniquis resisto: fidelibus autẽ præsto adsum & auxiliũ fero. Non enim volẽs & libens hanc sedem conscẽdi, sed inuitus & lachrymãs, quod me indignũ iudicabã, qui in tam excelso throno sederẽ. Hęc autem dico, quia non ego vos, sed vos me eligistis, & grauius hũ pòdus humeris nostris

Execratio pontificis in Henricum.

impofuiftis. In me autem veltro iuffu montem ipfum confcendentem, clamantem & annunciantem populis eorum scelera, & filijs ecclefiæ peccata, membra diaboli confurrexere, & ad fanguinẽ vſque manus ſuas in me coniecere. Adſtiterunt enim reges terræ & principes ſæculi, cum his coniurârunt eccleſiaſtici quidam & vulgares in Dominũ & nos Chriſtianos eius, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum: hoc autem fecere, vt me vel morte, vel exilio multarêt: quorum de numero fuit Henricus, quem regem vocant, Henricus, inquam, Henrici imperatoris filius, qui cornua & calcem contra eccleſiam Dei ſuperbè nimium erexit, facta coniuratione cum multis epifcopis Italici, Gallici, Hermaniciq̃ue nominis, cuius ſuperbiæ veſtra, adhuc reſtitit auctoritas, qui fractus potius, quàm ad ſanitatẽ redactus, ad me in Ciſalpinam perueniens, abſolutionem anathematis ſuppliciter quæſiuit: Hunc ego, quem ad pœnitentiam veniſſe credideram, in gratiam recepi, huicq̃ tantum modò communionem reddidi, non tamen in regnum, è quo eum in Romana ſynhodo meritò depuleram, reſtitui, nec veſtigalibus regni, vt ad finem redirent, conſeſſi. Hoc ideo feci, vt ſi redire in gratiam cū finitimiſ ſuis, quos ſemper vexauerat, diſſerret, reddereq̃ue res tum eccleſiaſticas, tũ profanas ex fœdere abnueret, cogi ad officium exſecrationibus & armis poſſet. Hac opportunitate adiuti quidam Germaniæ epifcopi, & principes ab hac fera beſtia diu vexati, in locum Hèrici ſuis flagitiis è regno cadentis, ducem ſuum & regem Rodulphum deligunt. Qui regia modèſtia & integritate vſus, ſtatim nuncios ad me miſit, à quibus intelligerem, ſe coactum regni gubernacula ſuſcipere, non eſſe tamen ad eò regnandi cupidum, vt non malit nobis, quã regnum pollicètibus obtemperare: futurũ ſe in Dei poteſtate ſemper ac noſtra, idq̃ue vt arbitremur ipſum facturum, filios obſides pollicitus eſt. Stomachari tum Hèricus: coepit, & nos primò quidem precari, vt Rodulphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me velle videre, cui ius compereret, & eò miſſurum nuncios, qui rem omnem reſciſcerent, meq̃; deinceps iudicaturum vter ipſorum in cauſa potior habèdus eſſet. Venuit Henricus quo

minus rex à legatis noſtris, decerneretur, multosq̃ue tũ ſæculares, tum eccleſiaſticos interfecit, eccleſias diripuit & profanauit, atque hoc modo ſeſe anathematis vinculis illigauit. Hanc ob rem fidẽs in Dei iudicio & miſericordia, inq̃ue patrociniò beatæ Virginis, fultus etiam auctoritate veſtra, ipſum Henricum eiſq̃ue fautores vinculo anathematis colligo: atque iterum regiam ei poteſtatem adimo, interdicoq̃ue Chriſtinis omnibus illo iuramento abſolutis, quo fides regibus dari conſuevit, ne Henrico vlla in re obtemperêt, Rodulphum in regẽ ſuſcipiant, quem multi prouinciæ principes abrogato Henrico in regem optia ū ſibi delegere. Etenim par eſt, vt ſicuti Henricus ob ſuperbiam & contumaciam facultatibus ſuis priuatur, ita Rodulphus omnib⁹ gratus, pro ſua pietate & religione regia dignitate & poteſtate donetur. Agite igitur Apoſtolorũ ſanctiſſimi principes, & quod dixi veſtra auctoritate interpoſita confirmate, vt omnes nunc demum intelligant, ſi poteſtas in cælo ligare & ſoluere, in terra quoq; imperia, regna, principatus, & quicquid habere morales poſſũt, auferre & dare nos dare poſſe. Si enim, quæ ad Deũ pertinent, iudicare poteſtis, quid de his inferioribus & profanis cenſendum eſt? Et ſi Angelos dominantes ſuperbis principibus veſtrum eſt iudicare, quid in ſeruos illorum facere * vos decet? Edificant nunc reges huius exẽplo & omnes ſæculi principes, quid in cælo poſſitis: quanti q̃; apud Deum ſitis, ac deinceps timeant ſanctæ eccleſiæ mādāta cõtemnere. Hoc autem iudicium citò in Henricum exercete, vt intelligant omnes iniquitatis filium non fortuitò, ſed veſtra opera è regno cadere. Hoc tamẽ à vobis optauerim, vt pœnitẽtia ductus, in die iudicij veſtro rogatu gratiam à Domino cõſequatur. Actũ Romæ Nonis Martij, Indictione tertia. Ad hoc verò Gibertum diſcordiarũ omnium & hæreſum, quæ tũc erant, auctorem, ab eccleſia Rauennate deiiciens, ſacerdotibus omnibus eidem eccleſiæ obtemperantibus mandauit, ne Giberto facinorum omnium auctori, & ob eam rem execrationis vinculo illigato vlla in re obedirent. & ne populi illi gubernatore indigerent, Petrum imitatus, qui Apollinarem quaſi ſupplemẽtum mittere conſueuerat, vbi oportebat, eò alterum archiepiſcopũ proficiſci

ibet cum integra potestate, qui & hæresim Giberti auelleret, & mentes hominum in fide confirmaret. Tum verò Henricus irritatus magis his censuris, quàm monitus, capto Ostiensis episcopo è legatione redeunte, habitoque episcoporum secum malè sentientium conuentu, Gibertum olim Rauenatensem archiepiscopum pòtificè creat, Clementemque appellat. Verùm cùm à Saxonibus premeretur, relicto ad tempus nouo Pontifice, in eos mouet, ac còmissò prælio magno suorum incommodo superatur. Victor Rodolphus accepto vulnerè paululum abscedens, mortuus inuentus est. Ferùt Henricum ea clade adeo perterritù fuisse, vt vix decimo septimo die repertus sit, quo quidem tempore Germani Henricum eius filium, eiusdem nominis quartum, in locum patris successerant. Qui simul postea coniunctis copiis in Italiam venientes, Clementem suum in pontificatum collocatari, pulso Gregorio Mithildim obuiam cum exercitu factam leui prælio superant. Quæ quidem mulier primo marito mortuo, paulo ante Azonem Marchionem Estensem prioris viri consanguineum, ac tertio gradu affinitatis sibi coniunctum, in coniugem accepit. Verùm re postea cognita suadente Gregorio, diuortium cum Azone fecit. Henricus itaque superata apud Parmam Mithildi, eiusque marito Azone Romã hostili animo proficiscens, in pratis Neronianis castra collocat: urbem Leonianam ingreditur, sancti Petri basilicam cum suo Clemente profanat, porticusque demolitur. Idem quoque factum de Basilica Pauli constat. At verò cùm urbem ingredi non posset: Tibur concedens, inde tanquam ex arce belli in Romanas quotidie incursions faciens, vastatis rebus omnibus, ed inopiã eos redegit, vt pacem quavis conditione expeterent. Ad motis itaque cõiis Henricus re per transfugas cognita, urbem ingreditur. Tum pontifex haud satis populo fidens, in molè Hadriani se confestim recepit, vbi aliquandiu obsessus est, acriter, qui in præsidio erant, arcem ipsam defendentibus. Non est vsus ea fortuna Gregorij nepos ex fratre, qui eo tumultu ad Septem solia Seueri Afri opus confugiens, cùm ferre oppugnationem non posset, deditio-nem turpiter fecit. At verò Henricus, cognito Guiscardi aduentu Apuliæ ducis in

auxilium Gregorij, non amplius immorandum ratus, ad dolos conuersus, Cluniacensem abbatem ad Gregorium in arcem mittit, qui diceret se in Germaniam properè cù exercitu rediturum, si ab eo in Laterano coronaretur: populus quoque Romanus, vt idè fieret, precibus instabat. hæcaturum se id Gregorius dicebat, si errata sua Henricus corrigeret, veniamque peteret: quòd cùm facere recusaret, & iam aduentare cum exercitu Guiscardum sentiret, Clementem antipapam in Lateranensi basilica corona pontificia publicè donat, eam rem procurantibus Bononiensì, Ceruiensì, Mutinensì episcopis. Quo factò, statim Senas proficiscitur Clemente secum ducto. Guiscardus autem per portam Flaminiam irrumpens, resistentibus ciuibus vsque ad triumphalè Domitiani arcum urbem incendio consumpsit. Munierant Capitolium ciues, & se acriter contra Guiscardum defendebant, qui Lateranù iã ceperat vnde cùm multa crebrò vtriusque cõmitteretur certamina, & illa pars urbis euersa est, quæ Lateranù & Capitoliù interiacet, & ipsum Capitoliù postremò vi captum, ferè vsque ad solù æquatur. Inde verò superata iam & capta Roma, fortunisque ciuium militibus in prædam datis, ad molem Hadriani profectus, vbi pontifex obsidebatur, hominem multis calamitatibus vexatum, tãdem è manibus hostium liberauit, secumque Cassinum ac Salernam perducit. Vbi nõ ita multo pòst pontificatus anno xij. mense vno, diebus tribus sanctè & piè moritur. Vir certè Deo gratus, prudens, iustus, clemens, pauperum, pupillorum, viduarum patrosus, atque vnicus ecclesiæ Romanæ fortissimus, & acerrimus defensor cõtra hæreticorum improbitatè, & malorum principum potentiam, res ecclesiasticas per vim occupare conantium.

ANNOTAT.

Huius Gregorij viri celeberrimi, & maximè memorabilis vitæ, & res gestas quinque libris conscripsi. An. mus erat quadam de eo cognitu dignissim. hic subijcere, neque à Platina, neque ab alijs qui circũferuntur auctoribus, quod sciam, scripta: sed rei ipsius moles longè maiorè locum quàm annotationis desiderat: illud tantum dicam, hunc maximum pontificem, totius ecclesiæ libertatis vnicum assertorem fuisse, qui

quanquã vir sanctissimus esset, vt ab infinitis penè suorum temporum scriptoribus traditur, tamen nec ipse ineptissimam vulgarij hominum opinionẽ effugere potuit: ab alijs enim necromaticus, ab alijs Simoniacus, à qualabe supra omnes alienus fuit, ab alijs sanguinarius & similibus nominibus appellatur. Qua omnia in gratiam imperatoris, quo cum maximas inimicitias ob libertatem ecclesiasticam, qua e. u. ex tyrannide deprimebatur, recuperandam gesserat, conficta fuerunt Sed de his alijs latius. Multa de hoc pontifice & scitu digna scribit Lambertus Schafnaburgensis monachus Iserueldensis, Leo episcopus Ostiensis libro tertio historia Casinensis, qui eo tempore vixerunt, Orto episcopus Casinensis, qui eo tempore vixerunt, Orto episcopus Frisingensis historiarum libri 6. & 7. & alij complures.

VICTOR III.



165. Por.

VICTOR tertius, Desiderius antea vocatus, motis Cassini abbas, pontifex creatus, statim Gregorij partes suscepit. Hanc ob rem crediderim cum quoque Hericum regem hoste habuisse, cuius fraude (vt Martinus scribit) veneno in calicem iniecto dum sacrificat, necatur. Vincentius tamen longè aliter sentit, cum dysenteria perijisse hominem dicat, quod à suspitione dati veneni nequaquã alienũ est, inde, quod in dysenteria veneno petiti interdum veruntur, correptis & labefactatis intestinis. Vindicasset autè tantam iniuriam Guiscardus, ne ei mori properè nimium contigisset. Superatis enim Græcis in Cassiopam insulam delatus moritur, cui absente Bo-

mũdo Rogerius natus minor in Apulia ductu successit. Ferunt & eodem tempore in toto ferè orbe terrarũ fame laboratũ esse, qua quidem occasione Auful Gallatix rex, Toletum multis annis obsessum de Sarracenis cepit, eandemq; urbem Christianis incolendam tradidit. Henricus præterea in Germania sinistro Marte cũ Saxonibus dimicans, quattuor millia militũ amisit Deo volente, vt tandem desisteret ecclesiam suã persequi, & calamitatibus vexare. Sunt qui hoc tẽpore multa prodigia apparuisse scribant, quod & aues domesticæ, vt pote gallinæ, anseres, columbi, pauones, ad loca montana confugerint, siluestresq; sint factæ, & pisces tũ fluuiales, tũ marini magna ex parte perierint. Terræ motu etiã quædam vrbes ad eũ conuulsæ sunt, vt Syracusis maior basilica concruens, dum vesperæ celebrætur, omnes qui tum in templo aderant, contriuerit, duobus tantũ diuinitus superstintibus diacono scilicet & subdiacono. Sũt qui dicant, hoc tẽpore corpus sancti Nicolai Barum translatum à mercatoribus esse, ibiq; in precio habitum, vt Martinus Scotus vir magnæ doctrinæ singularisq; vitæ, in sua historia conscribit. Victor autè, cuius gratia Deus dedit librum canonum in ordinẽ redegit, anno vno, mense quarto pontificatus sui nõ sine suspitione dati veneni moritur.

Nico
corp
trans
eum.

ANNOTATIO.

Victoris III. vitam, & res gestas diligentissimè scripsit Leo Mariscanus monachus Casinensis. Ostiensis episcopus in lib. 3. historie Casinensis. Vir cerè tanto pontificatu, & qui Gregorio VII successit, dignus Obijt Casinensi, cuius monasterij antè pontificatum abbas fuerat, ibiq; cum hoc elogio sepultus.

Cassinai, in monasterio S. Benedicti, Victoris III. sepulchro.

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantusq; docerẽ
Si quis fortè velit, aurea scripta docent.

Stirps mihi magnatũ, Beneuentus patria, nomẽ
Est Desiderius, Tuq; Casine decus.

In actũ sponsam, matrẽ, patriamq; propinquos
Sperrens huc propero, monachus efficitur.

Abbas dehinc factus studij pro tempore totum;
Vt nunc adspicitur, hunc renouare locum.

Interea fueram Romanã clarus in vrbe
Presbyter ecclesia Petre beatæ tuæ.

Hoc senis lustrũ minas annõ fundus honore
Victor apostolicum siando dehinc solium.

quis.

*Quatuor, & senis vix mensibus inde peractis
 Bis, sex lustra gerens, mortuus his tumulor.
 Solū Virgineo stabat lux vltima signo,
 Cum me sol verus hinc tulit ipse Deus.
 VRBANVS II.*



rediens, viginti millibus Sarracenorū bello conductis fratrem Boemundum Melphi obsidet, acriter ciuitatem qui in præsidio erant, defendentibus. Pontifex itaq; cum in Italia nullibi quietis locū cerneret, in Gallias profecturus, Placentiæ synhodum habuit, in qua licentiā quorundā ecclesiasticorum mirifice compescuit. Inde verò in Gallias abiens, rem memoratu dignam aggressus est. Concilio enim apud Clarumontem habito, ita principes Galliarum ad recuperandam Hierosolymam à Sarracenis iam diu occupatam animauit, vt anno salutis millesimo & octogesimo quarto trecenta millia hominum nomen in militiā Christi dederint, signumque crucis susceperint: quo facto Romam statim rediit, vt compositis in Italia rebus, Italos ad eam quoque rem animaret.

*Placentia
 Synodus.*

Non destitit interim Henricus rex hominibus perniciosus, Robertum Flandriæ comitem prælio lacerare, quo eū à sancta expeditione auerteret. Multi tamē Petrum quendam eremitam virum incōparabilis sanctitatis secuti, per Germaniā & Pannonias iter facientes, Constantinopolim cōmunē belli sedem peruenēre, quos nō ita multò post secuti duo fratres sūt Gotifredus, Eustachius & Balduinus, cognomento Boliouf, Galliarum comites, viri & animi cōstātia & corporis robore insignes. Præterea verò & Podiensis episcopus & Raymundus sancti Egidij comes, & Hugo Magnus Philippi regis Frācorū frater, & duo Roberti: quorū alter Normādiæ, alter Flādiæ comes erat, & Stephanus Carnoti Comes transmissis Alpibus magnis copijs iter per Italiā faciētes, primò Romam peruenēre. Vnde recognitis primò sanctorum locis, sacellisq; inuisis, accepta à pontifice benedictione Brundisium peruenēre, inde in Epirum traiecturi. Verum quia nō omnes idem portus capiebat (tanta erat multitudo) pars Barum, pars Idrūtum petijt. Boemundus autem (quem diximus Melphim occupasse) cupiditate gloriæ incensus, relicta Melphi, cū duodecim millibus delectorum hominū Italicæ iuētutis in eādē expeditionē proficiscitur. Huius autem virtus & animi præstantia adeo fratrem Rogerium permouit, vt positis armis dixerit sibi ōnia cum fratre cōmunia deinceps fore, ac statim Tancredū filiū pugnantem cupidum, belli comitem fratri tradidit.

66. pōi.

VRBANVS secundus, Otto vel Obdo ante vocatus, monachus Cluniacensis primò, deinde Cardinalis Ostiensis, postremò quinto mense post mortem Victoris pontifex creatur, ac meritò quidem. Doctrina enim & sanctitate vitæ quouis grandi magistratu dignus erat. Tū verò Rogerius opportunitatē nactus, quòd mortuo Gregorio res ad Urbanum nouum hominem deuenisset, Capuam urbem & quicquid inde vsq; ad Tiberim pertinet, de Romanis & pontifice vi cepit. Hæc ob rem Urbanus parū etiam Romanis iam pridem rebus nouis studentibus fidēs, Melphim se cōtulit: ibi verò synhodum habiturus, quòd tutius eò proficisci liceret, Rogerio & Boemundo inter se de ducatu Apuliæ contententibus imperat, vt ab armis discedāt, hac tamen cōditione, vt Rogerius permissa Boemundo Apuliæ parte, ipse reliquam patri ditionem haberet. Tū pontifex ex sententia animi sedatis rebus Italicis, compositoq; rei ecclesiasticæ statu, quantū in tanta perturbacione licuit, Troiam proficiscitur, recogniturus quid maximè clerus eo loci ageret, correcturusque errores quorundā malè viuentium. Interim verò Boemundus fratre Rogerio in Sicilia contra Sarracenos bellum gerente, Melphim furto occupat. Hæc autē ob rem Rogerius è Sicilia

Peruenerat iam Constantinopolim Petrus eremita, & in suburbiis castrametatus, tot mala ciuibus inferebat, nō spēte, sed militū licentia, vt omnium interitū Græci peroptarent. Permotus itaq; suorū malis Alexius imperator, Petrum cōpulis negato cōmeatu, ante tempus Bosphorū traicere: qui Nicomediam primò, mox Nicæam peruenientes, ciuitatē ipsam natura & præsidio Sarracenorum munitā, opugnare adorti sunt. Verūm cūm obsidētibus cōmeatus deficerēt, dilaberēturq; passim milites Christiani, eius rei caussa à Sarracenis infidiis oppressi, ac relinquere obsidionem coacti, tantum in fuga detrimentū accepēre, vt & Reynaldus dux Alemannorum abnegata Christi fide, cū aliquot militibus deditiōnē fecerit, & Petrus legationis nomine sine militibus Constantinopolim redierit. Quæ res Alexio grata admodū fuit, quòd speraret Christianos tanto accepto incōmodo, eam expeditionem omisso. Interçā verò superueniētibus aliis copiis, cūm eos aperto Marte repellere Alexius non posset, clā noctu in suburbiis Constantinopolitanis castrametatis aggreditur, sed nil est actū, acriter, qui in statione erant, castra defendentibus, donec reliqui milites somno excitati, arma caperent. Pugnatum est itē sequenti die paruo vtrinque accepto incōmodo. Tum Boemundus exercitus nomine ad Alexium missus, hominem partim minis tum pollicitationibus ad pacē ineundum cōpulis his fœderibus, vt & iter tutum per loca imperio eius subiecta facere liceret, & cōmeatum ac supplementa præberet, vt quæ, quod è Sarracenis caperetur, eius Imperio subiiceretur, excepta Hierosolyma. Peractis his rebus ex sententia, transmissoque Bosphoro, primò Nicomediam, inde Nicæam ventū est, à Turcis, qui in præsidio erāt, acriter defensam. Sarraceni enim & Turci paribus copiis auspiciisq; bellū cōtra Christianos tum gerebant. At sexaginta enim Turcorū millia, qui proximos mōtes infederant, signa eruptionis oppidanis præbentes, Christianorū castra adorti, magno accepto incōmodo, ad mōtes ipsos, re infecta, rediēt. Difficile tamen erat vrbem oppugnare, quia cōmeatus & supplementa militū submitti per lacū vrbi adiacētē cōtinuò poterant. Verūm superuenientibus è Constantinopoli lembis non paucis, in lacumq;

missis rerum omniū inopia oppidani pressi, dies post duos & quinquaginta ab initio obsidionis deditiōnē fecēre, Turcis, quæ in præsidio erant, cū rebus suis & armis abire permissis. At verò Christiani munita Nicæa, inde abeuntes, cū iter per loca deserta facere necesse esset, bifariā copias diuisēre. Cūm autem Boemundus herbidum solum ad riuum quēdam inuenisset, castris positis reficere militem labore itineris festum instituerat, cūm subitò eum Sarraceni & Turci Solimanno duce adorti sunt: quæ certè oppressissent abundante vndiq; multitudine, ni Hugo & Gotifredus cum quadraginta millibus equitum ei confestim reper nūtos cognita opem tulissent. Pugnatum est vtrinque acriter & diu, nec dirimi nisi noctis interuentu certamen potuit. Eo autem prælio, quo Medi, Turci, Syri, Chaldei, Sarraceni, Arabes interfuerē, quadraginta millia hominū cecidisse sequenti die cognitum est. Solimannus autē effusa fuga inde abiens, ac vbique prædicans se victorē fuisse, decem millia Arabum ad exercitum venientiū obuiam habuit, quos statim secū in Lycaoniam duxit, Christianis eò proficiscētibus cōmeatus & iter intercepturus. At Christiani segetibus iam maturescētib; adiuti, sine vllò incōmodo Iconium primā Lycaoniæ ciuitatē peruenēre: qua in potestatem dederunt ciuibus redacta, pari felicitate Heracleā, Tarsumq; cepēre. Tum Balduinus præstātis animi & ingenij vir, primus omnium in Asia dominatum adeptus est, Tarso donatus, & quicquid in ea regione caperet: qui quidem paulò post Edessa & Manisa vrbibus potitus est. Flexit inde in Ciliciam maior exercitus, quæ nunc minor Armenia vocatur. Quam quidem primo in petu captā, Palinuro Armenio cum nostris militare solito, regendam cōmisēre. Capta deinde Cæsarea Cappadociæ, in Antiochiam mouēre, transmissis altissimis montibus. Antiochiæ verò Cæsarianus rex tum præerat, quæ vrbs antea Reblata appellata est. Hæc autem duplici muro circumdatā, de suo nomine rex ille quōdam Asiæ dominator appellavit, ductis circumquaque quadringentis & sexaginta turribus. Hæc itē quondam Petri Apostoli sedes fuit. Hinc Lucas euangelista, & ille Theophilus originem duxerunt, ad quæ Lucas euangelium & actus apostolorū scribit

Hic tamen primū Baptismatis fontere nati, Christianos se appellauerunt: in eaq; sub Christiano imperio mille annis florere. Centū etiam ac lx. episcop. sub Patriarcha Antiocheno fuisse constat ante urbē à barbaris captam, in qua ad trecetas & lx. ecclesias fuisse legimus. Anno igitur salutis nostræ millesimo nonagesimo septimo, vrbs Antiochia magnis operibus obsideri coepit est.

Quo quidē tempore Urbanus maximis seditionibus exagitatus, in domo Petri Leonis potentissimi ciuis biēnio se cōtinuit, apud ecclesiā S. Nicol. in carcere Tulliano. Verū mortuo Ioanne pagano seditionissimo homine, liberior factus, ad componendum ecclesiæ statum animū adiicit. Nam & archiepiscopū Mediolanensem iam antea magistratu pulsum, quod ab vno tantū episcopo contra ius diuinum consecratus fuerat, in gratiam recepit, cum antea mutato habitu eius rei causa in cōnubio spōtē ac sanctissimē vixisset, & eidem palliū suppliciter petenti cum integra potestate trāmisit, his verbis: Litteris tuis exorati, cum apostolicæ sedis benedictione palliū fraternitati tuæ mittimus, quod quidē dignitatis genus nulli antē nisi p̄sentis cōcessū est. Præterea verò Toletano archiepiscopo, qui Romā veniens de more in verba Pontificis iurauerat, palliū & priuilegia quædā concessit, eundemq; totius Hispaniæ primatē instituit. Regē autem Galliciæ cū omni diocesi sancti Iacobi, anathematis vinculo illigauit: quia prouincię episcopū in carcerē, inaudita causa coniecerat. Eodem ferē tempore Henricus Suesonenfis episcopus Romā ad Urbanū veniens, apiscopatu, quem à rege Francorum acceperat, liberē se abdicat sine vlla restitutionis spe. Hęc ob rem Urbanus, cū necessitas prouinciæ ita exigeret, nolenti & recusanti episcopatum restituit, accepto iureiurando. His tamen verbis in restitutione hominem vsūm ferunt: Ex cōmunicatis ab hac sedē deinceps scies & volens non cōmunicabo: Si militē verò cōsecrationibus eorū, qui episcopatus vel cōnubiā à laicis contra ius fasq; acceperint, nunquā interero: & ita me Deus adiuet, & hæc sacta Dei euāgelia, vt nunquā de sententia cedere insitauerim. Idem quoq; in Beluacensem episcopū actū ferūt. Nec est, cur cū ob has res pertinac. m

quispiam fuisse putet. Didicerat enim vbi erat opus, mutare sententiam, quod est viri boni propriū. Nā cū clericū quendā à Gilberto antipapā ad ordinē subdiaconatus antea prouectū, iterū ad sacros ordines admisisset, sententiam mutauit, quod ea res mali exempli videretur, parituraq; aliquādo esset ingentia mala. Cisterciensem autē ordinem primò in Burgundiam excitatum, sua auctoritate cōfirmavit. Sunt etiam qui scribant, Carthusienses religiosos huius pontificis tempore originē habuisse. Alii autem temporibus Victoris tertii hoc ascribūt. At verò cū Urbanus sanctissimus pontifex non opere solū & exēplo, verū etiā scriptis cōtra hereticorū dogmata ecclesiam Dei confirmasset, duodecimo pontificatus sui anno, mense iiii. die xix. apud sanctum Nicolaū in carcere Tulliano, in ædibus Petri Leonis ciuis, egregiē moritur 4. kal. Augusti, cuius corpus per Transiberinam regionē ad vitandas inimicorū insidias, qui etiam mortuū ledere conabātur, ad S. Petrū in Vaticano delatum est, ibique honorificentissimē sepultum.

PASCHALIS. II.



PASCHALIS II. Rainerus ante pontificatum vocatus, natione Italus è Flaminia, patre Crescētio, matre Alsacia, cōferē tempore pōtifex creatur. quo Christiani in Asia dimicantes Antiochiā cepere Pyrrho Antiocheno ciue admodum potente, vrbs ingressum præbente.

Qui Boemundi virtutem admiratus, dediturum se illis urbē spondit, si reliqui

167. Pōr.

Christiani eidē cum imperio præesse Boemundum paterentur. Ingressi vrbē Christiani omnibus ferē pepercere, in præsidia Sarracenorū tantummodo sicutū est. Cassianus autem rex ad loca montana confugiens, ab Armeniis trucidatur. Sola arx supererat: quam dum Boemundus acerrimē oppugnat, femur sagitta traicitur: & aded grauiter, vt per aliquot dies ab oppugnatione destiterit. Verū superueniēte Corbane Perfarum regis militiæ principe, cum Sensadolo Cassiani filio Antiochiam recuperatūris, Boemundus iā ex vulnere integer obuiā cum exercitu factus, statim pugnandi copiā facit. In montibus se hostes continebāt, nec elici ad certamen vllō modo poterāt. Quare Boemundus penuria rerum omnium vrgēte, decertare omnino instituit etiā iniquo locō Prælata itaq; lancea illa tanquā vexillū optimo, qua Christi latus transfixū à Longino fuit, nuper in basilica S. Andreæ Antiochiæ reperta, hostes primō acriter resistentes superat & cædit, quorū de num. ad 10000. periisse constat. Præterea verō in eorū castris ad 1500. mill. camelorū capta traditur: indeq; tāta præda aucta, vt ab extrema inopia ad sumā rerū omniū vbertatē ventum sit. Præfectus autem arcis, cognita suorum calamitate, & arcem Boemundo tradidit, & Christi fidem suscepit: permissum & his, qui in præsidio erant, vt si Christi fidē amplecterētur, abire cum rebus suis liceret quoquod vellēt. Magna deinde inter Boemundū & Raimundum concertatio orta est, cum Boemundus sibi Antiochiam deposceret, & Raimundus instaret, vt Imperatori Constantinopolitano ex fœdore prius inito sine vlla cōtrouersia traderetur. Sacerdotes autem, quibus eius rei arbitrium commissum est, Boemundo Antiochiā statim adjudicāt. In rēā verō mortuo Hugone Magno, qui cōponendarum rerum causa Constantinopolim iuerat, reliqui duces, Raymundo excepto, qui cæsaream cappadociā obsidebat, proficisci Hierosolymam cum exercitu instituere, in Lyciam simul conuenientes. In itinere autem Tortosam oppugnare adorti, tribus mensibus frustra cōsumtis soluta obsidione, Tripolim mouere: cuius regulus pecunia, comœatu, armis benignē præbitis, pacem hac lege impetrapit, vt si Hierosolymē capere vellent, Christianum nomen amplecteretur & fidem, inde verō mouentes ac cæ-

stris Hierosolymam tandem peruenire, in arduo monte sitam, ac pluribus cōuallibus distinctam, aded vt non nisi à maximis exercitibus obsideri vrbis posset. Adde quod aquis fontanis & fluuiialibus caret, quæ exercitibus maximē necessaria sunt. Solus enim Syloe amnis: & is quidem ætate per tenuis, ac interdum nullus, per montem Syon in conuallem Iosaphat delabitur. Sūt tamen permultæ in vrbe & in agris cisternæ, quæ solis ciuibus aquam præsent, non etiam magnis exercitibus & iumentis militaribus. Christiani tamen comparato omnifariam comœatu quattuor locis oppugnare vrbem magnis viribus adorti, eā Hierosolymitanis acriter defendētibus, Idib. Iul. vi cēpere, 39. die posteaquam obsideri ccepta est anno salut. millesimo nonagesimo: anno quadringentesimo nonagesimoq; posteaquam imperante Heraclio à Sarracenis occupata fuerat. Præcipua tamē in recuperāda tanta vrbe laus Gotifridi fuit, qui partē muri ei ac fratribus ad oppugnandum assignatam primus cōscendit: Baldvinoque potestatem fecit, vt in vrbem descendens, Christianis portas recluderet: quibus certē irrumpentibus, tanta cædes facta est, cum in vrbe, tum vel maximē in templo, vt morietū cruor talos hominum supergrederetur. Cepissent eadem quoque die templum, nisi nox superuenisset. Verū sequenti die repetita oppugnatio est: & his venia concessa, qui positis armis suppliciter salutem petière. Christiani autem tanta victoria potiti, vbi & diebus octo à bellicis rebus quiescissent, & sancta vrbis loca ac Domini sepulchrum de more visum iuissent, vno omnium consensu Gotifredum humeris etiam in regiam delatum, regem decernunt. Qui regni quidem titulū non abnuis, coronam verō auream reiecit, indignū arbitratus illiç aureo diademate hominē vti, vbi rex regum Christi spineam coronam pro redemptione humani generis tulisset. Præterea verō Arnulphus presbyter patriarcha creatus, ab episcopis, qui tum aderāt consecratur. Perterriti autem hac victoria Neapolitanæ vrbis Assyriæ ciues, legatos ad Gotifredum misere, qui se ac sua omnia illi dederent. Verū cum non ita multo post nunciatum fuisset, Solimanni Babylonis regis ingentem exercitum Afcalonem peruenisse, vrbem viginti millibus passuū ab Hierosolymis distantem, Hierosolymitano-

tanoque populo semper infensam, occurrere hosti Gotifredus statuit, Petro eremita ad custodiendam urbem relicto: reuocatoque; Eustachio & Tancredo, quos Neapolim cum duabus legionibus miserat. In hostem itaque profectus, cum ex captiuis coperisset Clementem esse regis Babyloniorum Solimanni militie principem, quo cum quinquaginta millia hominum militarent, eundemque; habere classem frumento & machinis onustam, decertare omnino instituit. Unde pugna commissa, victoria compos, ad triginta millia hominum interfecisse traditur. Clemens autem hostium dux, nauifugiens, salutem sibi quaeruit. A coloniz verò tanto accepto incommodo, urbem statim Gotifredo tradidit, in qua tantum auri & argenti deprehensum est, quantum alio vquam in loco. Recuperatis itaque Hierosolymis, multi principes voti compotes facti, redire in Europam ad suos instituerunt. Inter quos sancti Egidij Tercensisque; comites sunt habiti. Gotifredus autem cum fratribus mira felicitate victoria usus, & Ioppem maritimam, & Ramulam urbem expugnauit, quae impedimento Christianis erat, quo minus tutum ab Ascalone Hierosolymam proficiscerentur. Obsedit & Caipham, quae alio nomine Prophoia dicitur, ad Carmeli radices sitam, & quattuor millibus passuum ab Acton semotam. Verum durante adhuc obsidione, Tiberias Galileae ultra sese obtulit. Caipha non ita multo post foedere recepta. Sed nihil in humanis rebus quod ad felicitatem pertineat, diuturnum est. Anno enim vno post captam tot laboribus Hierosolymam, Gotifredus febri correptus moritur, cui statim Christiani, ne ob interregnum aliquid detrimenti caperent, Balduinum fratrem in regnum sufficiunt, anno salutis nostrae centesimo primo ac millesimo.

Ad Paschalem autem redeo, quem quidem Gregorius septimus ob virtutem & doctrinam sancti Clementis presbyterum creauit, in quo quidem loco clerus ipse post Urbani mortem eundem Paschalem vitam priuata contentum (quippe qui antea monachus fuerat) etiam nolentem & latitantem pontificem creat, quod diceret humeros suos nequaquam tanto oneri suffecturos, sed expetente populo, eligente clero, collaudante Cardinalium senatu, pontificium munus suscepit: maximè verò cum

ter acclamatum esset, S. Petrus, Rainerium virum optimum Pontificem elegit, cui postea primiscrinij & scribarum regionarij, Paschalis nomen indidit. Indutus deinde coccineam chlamydem, tiaraque capiti eius imposita, comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perducitur, maximè verò ad eam porticum, quae ad austrum versa, in Basilicam Saluatoris ducit, quam Constantinianam vocant: vbi cum in sede ad eam rem de more parato aliquandiu quiescisset, atrium Lateranense conscendens, balteo succingitur, vnde septem claues, septemque; sigilla pendebant, vt intelligeret se secundum septisariam sancti spiritus gratiam sanctarum ecclesiarum, quibus Deo auctore preerat claudendi, sigillandi, aperiendi, recludendi, rationem habere. Inuisit sceptrum pontificium manibus gerens, ea quoque; loca, quae solis pontificibus sunt adiudicata. Sequentibus verò diebus consecrationem accepturus, ad basilicam beati Petri proficiscitur, in qua eum chrismate iniungere Oddo Ostiensis episcopus, Mauritius Portuensis, Gualterus Albanus, Bono Lauicanus, Milo Praenestinus, Offo Neposinus, Oddoni Ostiensis primae partes, quas adhuc retinet, obtigere. Post uictionem verò in urbem rediens, coronam de more accepit. Hoc ita futurum Albertus Alatinus episcopus aliquando diuinauit. Nam cum ab amico interrogaretur, quem Urbano successurum putaret: Rainerium, inquit, propter fidem & constantiam Deus eligat. ferunt & eundem Albertum tempus ipsum, quo in pontificatu victurus erat, praedixisse. At verò Paschalis Ecclesiae Dei propè labenti quorundam seditionibus consulturus, copias suas in Gibertum antipapam mittit malorum omnium caput. Vt autem tanto bello sufficeret pontifex posset, Rogerius Siciliae comes ei turmas aliquot, & mille auri uncias auxilio misit. Albarum Maiforum Gibertus homo perniciosus tum degebat. Qui vbi intellexit hostes aduentare, haud satis copiis suis fidens, à Richardo Campano comite acceptis, relicta Alba in Furconensium montana, quae nunc Aquillanorum mutato nomine habentur, sese proripuit. Vbi non ita multo post subita morte corruptus sui sceleris poenas luit. A malis tamen ecclesiae Dei non statim, tam pernicioso homine sublato, quieuit. Richardus enim, quem diximus Giberto copiis & opibus fauisse, in locum demortui Albertum quandam

sufficit Atellanum ciuē, quæ vrbs Aduersa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuā posita, qui statim à benesentientibus abdicare se magistratu coactus, resegatur. Cauēses autem agri Prænestini incolæ, Richardi stultitiam & arrogantiam imitati, Theodoricum quendam pontificem creauēre. Verū hi quoq; pœnitentia ducti, quinto & centesimo die è pontificatu deiectum, anachoritarū habitum induere cogunt, & vitā ducere priuatā. Tertius præterea Maginulphus Romanus ciuis apud Rauennam pontificatus titulum vsurpare ausus est: quem quidē & Romani exsilio mulctarunt, & Rauennates omni humana ope destitutum, ab vrbe sua pepulēre. Pacata autem hoc modo Romana ecclesia, Paschalis vir magni ingenij atq; animi, à religione ad arma conuersus, adiuuante Rogerio, vrbem Castellanam & Beneuentum ab hostibus occupatam recipit. Interim verò Petrus Columna Romanus ciuis, impellente Richardo Campano comite, cuius maximè intererat copias pontificis distrahere, Cauas occupat pontificiæ ditionis oppidum. Hanc ob rem pontifex in eum mouens, non solum Cauas recipit, verum etiam Zagarolum & Columnam paternā hæreditatis castella ei abstulit. Ex Columna hanc familiam cognomentum duxisse certè putauerim. Erat & alia Romæ familia admodum potens, Corsi hi sunt appellati, Gregorio septimo adeo fideles, vt eorum domus sub Capitolio posita ab Hærico tertio sint exusta & solo æquata. Verū postea mutato consilio Stephanus eiusdem familiæ princeps, absente Paschali, sancti Pauli basilicam & castellum eo loci ædificatum furto occupat: vnde incurSIONIBUS mirum in modum vrbem Romam cōtinuò vexabat. Hanc ob rem omiſſis rebus externis, pontifex ad vrbem properè rediēs, Stephanum inde vi deiecit: quem ideo incolū mē abijſſe credimus, quòd monachi habitū indutus, irrupentes decept. Apparuisse tum multa prodigia auctores pleriq; scribunt, quòd & mare quibusdam in locis litus præter solitum viginti passibus occupauerit: in quibusdam verò à litore in altū centum exceſſerit. Hoc ego quoq; superiore anno apud Puteolos vidi, exciſis quibusdam columnis marmoreis vsque ad tres cubitos, quas mare (vt incolæ dicebant) triēnio ante ablucere cōsueuerat. Apparuisse &

cometem miræ magnitudinis tū affirmant, qui in occasu cadente sole statim apparuit. Non mouebatur his prodigijs Paschalis, quippe qui fieri hæc natura cernebat. Verum cum intellexisset Florentinum episcopum affirmare solitum Antichristū natum esse, eò statim proficiscitur, concilioque habito re ipsa admodum discussa, cum leuitate quadam, vt alicuius magnæ rei auctor videretur, motum episcopum cernebat, hominem verbis castigatum dimittit, atque inde in Cisalpinam proficiscitur. Vbi ad Guardastallum conuentu multorum principum & episcoporum habito, de homagijs, de feudis, de sacramentis episcoporum laicis antea exhibitis, exhibendisue, magna est habita ratio. At verò cum intelligeret Gallos sacerdotes, non ita integrè, vt dicebat, vitā ducere, eò profectus, apud Trecas conuentu habito, redactis ad laudabiliorem cultum ecclesijs, earumque præsidibus partim pulsis, partim castigatione emendatis, in Italiam properè rediit, quòd intellexerat omnia seditiosorum quorundā factionibus perturbari. Stephanus enim Cortus motem altrum & Ponticelum de ea parte Etruriæ, quam nūc principis apostolorum patrimonium vocant, ceperat, præſidijsque munierat, vnde frequēti incurſione omnia circumquaque vexabat, quæ pontifex inſecutus, ex altero castello deiecit: alterū vi capere non potuit, natura loci obſtante & hyeme, quæ iam appetebat. Iturus itaq; in Apuliā componēdarum rerū Italicarū gratia, Lauicano episcopo ecclesiā, Petro Leonis, & Leoni Fregepani vrbe vrbanaq; omnia, Ptolomeo Sublacensi domino, quæ circa vrbem sunt, quàm diligentissimè cōmendauit, relicto Gualfredo nepote militiæ principe: qui vnā cū his ditionē ecclesiasticā tueretur. Verum absente pontifice, quem ferunt Ptolomeum tanti mali auctorem dicere solitum, nunquā amplius ad vrbe rediturū, ab ecclesia Dei hi homines defecēre: Petrus Columna, quem pontifex in gratiā receperat, Farfensis abbas cū Anagninis, Prænestinis, Tiburtinis, Tusculanis, Sabinis. Ausus & idē Ptolomeus cōparato exercitu Albā latinam oppugnare, ciuibus ipsis acriter vrbem defendentibus. Verum superueniente pontifice cū principe Caietano, cumque Richardo Aquilano egregijs copiarum ducibus, pulsus tyrannis ecclesiā

Cōuen
ad Gu
dastal

Familiæ
cognomē
tum ex
columna.

Dei occupare conantibus, & Albam obsidione liberat, & reliqua oppida, quæ iam defecerant, in deditioem recipit. Tibur obstinatè resistens expugnat non sine magno vtriusq; partis incommodo. Montem altu, deiecto inde Stephano, recipiens, totum patrimonium breui pacatum reddidit. Pace deinde composita, ad bellum Asiaticu animu adijcit, principes Christianos literis & nuncijs ad eam rem quam diligentissimè animat, quod intellexerat Gotifredo Hierosolymis mortuo, Sarracenos recuperandæ Hierosolymæ causa magnos exercitus eduxisse: superatisq; Christianis ingenti clade, & comitem Burgundiæ in ipso prælio cecidisse, ac Boemundum viuum in manus hostium deuenisse, ipsum veru Balduinum regem Gotifredi fratrem, ægrè ex tâta clade sese proripuisse, nec paulum abesse, quin vrbs caperetur.

Veruntamen barbari tanta victoria potiti, obsidè Hierosolymâ nequaquam sunt ausi. Tancredus autem egregie defensa Antiochia, Laodiceâ vrbe imperio Constantinopolitano subiectam vi cepit, quod intellexerat Alexium imperatorem Christianorum clade delectatum, militibus quoq; nostris impedimèto fuisse, quo minus supplementi causa ex Europa in Asiam traferent, Felicitate & audacia Tancredi Balduinus rex percitus, cõparato properè exercitu, in Accon ducere statuit, vocatis in auxilium Genuensibus & Venetis: qui eò properè cù octoginta rostratis nauibus ac trimemibus plerisque profecti sunt: qua re & vrbs terra mariq; acriter oppugnata, vigesima die tandem capitur, & Sarraceni, qui eò venerant tuendæ vrbs causa, fusi fugatique sunt. Tãcredus autem tantæ fuit pietatis in patrum Boemundum ab hostibus triennio in vinculis detentum, vt ei magna vi auri redempto, Antiochiæ principatum restituerit. Postea verò idem Boemundus Antiochiam ipsam Tancredo committens, in Italiam primò, mox in Galliã profectus, Constantiam Philippi regis Francorum filiam in vxorem accepit. Cognito deinde Alexij imperatoris Constantinopolitani conatu, qui maritimas Antiochiæ vrbs infestabat, in Italiam rediens, parata classe in Dalmatiam nauigat, Dyrrhachium, que obsidet, vt ea ratione Alexium à bello Asiatico reuocet, quod etiam breui factum est:

pacem verò petenti Boemudus hac lege dedit, vt bello Antiocheno omisso militibus Francis nullo malificio per sua loca transfuerentibus, iter in Asiam tutò facere liceret. Composita autem pace, cum ea classe, quam in Alexium parauerat, in Asiam Boemudus contendens, ad eò Christianorum animos recreauit, vt Balduinus rex Berytum vrbe maritimâ Phoeniciæ inter Sidonem & Byblium positam, ac Tyro metropoli obtemperantem, obsessam duobus mensibus vi tandem ceperit, non sine magno suorum incommodo. Hanc ob rem & passim in omnes sauitum est, & vrbs ipsa tanquam colonia Christianis omnibus concessa est. Eodè quoque tempore capta & Sidon est. In tâta verò Christianorum felicitate Boemundus clarissimus princeps morte sublatus, luctu omnia compleuit, qui Boemundum filium paruulum admodum, ex Constantia vxore susceptum, principatus Antiocheni successorem relinquens, Tãtredo nepoti donec adolesceret commendauit.

Interea verò Henricus quartus mortuo patre, quem apud Leodium bello superauerat, compositis in Germania rebus in Italiam veniens, apud Sutrium substitit, quod senserat eius aduètum Paschali parum admodu gratum esse: quippe qui & ecclesiâs multas in bellis euerterat, & episcopatus contra ius fasque pro libidine animi, cui placuisset, demandauerat. Veru missis vltro citroq; legatis, cum imperator iureiurâdo interposito polliceretur se, & pacato agmine vrbe ingressurum, & coacturum suos episcopos, vt se à possessione episcopatum abdicarent, quos largitione acceperant & potentia, portæ repentè apertæ sunt. Nam Sutrio mouens Henricus ad montè Guadij, vel (vt alij voluñt) ad montem Malum (sunt etiam qui montem Aureum hanc appellèt) castra posuerat, vnde postea aueniente populo prodeunteq; obuam honorato quoque, vrbe Leonianam primò ingreditur, precedētibus sacerdotibus cum infulis & reliquiis sanctorum à mole Hadriani. Nã per eam portam vrbe Leonianam ingressus est vsque ad basilicam sancti Petri, cuius in gradibus pedes pontificis eousq; ad cardinalibus prodeuntis exosculatus est. Postis deinde militibus suis in stationibus, vnâ cum pontifice, ad dexteram tamè templum ingreditur, in quo post orationem ad alta-

re factam, à pontifice petit, vt illos confirmer, quibus ipse episcopatus dederat, licet iniuriatum antea interposuisset, se nunquã id à pontifice petiturum. Paschalem verò id facere recusantẽ, intronissis militibus, dato signo, vna cum cardinalibus statim capit, eumque cum magna parte cleri spoliati prius in castra perducit. Permotus tam insigni iniuria populus Romanus, sumptis armis, Teutonicos ex vrbe Leoniana pellit, portasque omnes claudit. Tum verò imperator ad Soractis montem perueniens, quem nunc sancti Siluestri vocat, in loco excelso & munitissimo pontificem & cardinales collocat, dispositis circumquaque custodibus, & præsijs, ne inde aufugere vel retrahi ab aliquo possent, quo facto, statim reliquas copias vrbe oppugnaturus mouens ad Anienem peruenit. Vnde occupato prius ponte Mammæo, à Mammæa matre Alexandri imperatoris nomen ducẽte, ac tanti operis auctore, incensis circumquaque villis, incursionis continuò in Romanos faciebat. Quare pontifex incommodis ciuium & precibus motus, ad pontem salarium perductus, accitis ex vrbe notarijs, qui pacta conscriberent, eos omnes (licet inuitus) in episcopatu confirmauit, quos ante Henricus delegerat. Hoc itaque modo compositis rebus, dimissis captiuis omnibus, imperator à pontifice coronatur in basilica sancti Petri, clausis prius vrbis portis, ne populus erumperet, firmataque stationibus ipsa ab Henrico basilica. Vnde non ita multò post vtrique compos factus, in Germaniam rediit. Pontifex verò pacata aliquantulum Italia, Pisanos nauali gloria admodum potentes adhortatur, vt ex insulis Balearibus, quas iam antea occupauerant, in Sarracenos moueant, mare nostrum & litora Christianorum infestates. Quare Pisani cupiditate glorię capti, comparata ingenti classe, impositaque maiore iuuentutis sue parte, in hostem proficiscuntur. Verùm dũ apud vada Volaterrana ventũ exspectant, Lucensens eorum vrbe defensoribus vacuã inquadunt, quam quidem Florentini Pisano rum precibus moti, repulsis Lucensibus, acerrimã tutati sunt. Ob quã rem Pisani de Sarracenis victores domum redeunt, Florentinos duabus porphyreticis columnis donant: quæ adhuc ad portam sacelli beati Ioannes Baptistę visuntur. Interim verò

Paschalis cõcilio apud Lateranum habito, omnia, quæ Henrico promiserat, reuocat quòd coactus, non libens in eius sententiã armis, non rationibus munitam descendisset, instantibus cardinalibus, qui in vinculis erant, populoque Romano, qui ab Henrico bello vexabatur, vt quauis conditione pacem componeret. Satius itaque visum est retractare malè acta, violenter præsertim, quàm pati exẽplo pernicioso, vt id quoque reliquis principibus licere videatur, quòd Henricus ab inuito pontifice extorserat. Hoc autẽ tempore Mithildis comitissa admodum senio confecta moriens, Romanę ecclesię ex testamento reliquit, quicquid à Pissia amne & sancto Quirico agri Venensis vsque; ad Ceperanum inter Apenninum & mare pertinet, addita Ferraria, quæ adhuc Romanę ecclesię veltigalis est. Sunt qui scribãt, quorum de numero Vincentins est auctor egregius, hanc mulierem Florentię mortuam esse eo incendio, quo & magna pars vrbis consumpta est, & ad duo millia hominum combusta traduntur, eiusque corpus postea in Cisalpinam translatum esse, & in monasterio sancti Benedicti, quod ab vrbe Mantua xij. millibus passuum distat, sepultum. Crediderim ego mulierẽ ipsam Mantuę diem extremum obiisse, suoque iussu ad sanctum Benedictum sua impensa ædificatum, translata & sepultã, procurante eã rem Anselmo viro sanctissimo ac tanti monasterij auctore: quippe qui operam dederat Mithildis impensa, vt cõnobium tam amplum, tamque magnificum ædificaretur. Eodem quoque in loco sepultum fuisse eundẽ Anselmum episcopum Lucensem comperi, ac Mantuam deinceps translatum in ecclesiam cathedralem, ob eam rem credo, ne à vicinis furto surriperetur, cum miraculis continuò clarior fieret. Affirmant Lucenses corpus Mithildis apud se esse: quod ne credam, facit Guidonis Gonzage auctoritas, qui dum monasterium sancti Benedicti restitueret, inuẽtum corpus honestiore loco (vt par erat) collocauit. Alium quoque Anselmum fuisse his temporibus quidã auctores scribunt, virũ doctissimum & apud Anglos tantı precij habitum, vt breui ex monacho abbas, deinde Cantuariensis archiepiscopus sit factus: qui etiam libris de meditationibus, cur Deus homo, de libero arbitrio, de similitudinibus, de cruce, de beato

to Ioanne Baptista conscripsit. Felicia certè hæc tempora fuere, quæ & Siebertū monachum Gemblacensem virum spectatæ doctrinæ, & Bernardum ex Castilione Burgundiæ nobili genere ortum, protulere. Is xxij. annum attigens, sub abbate Stephano, qui tertius fuerat ab inchoato Cisterciensi monasterio, vna cum triginta sociis monachi habitum suscipiens, tanti precij ob doctrinam & sanctitatem est habitus, vt breui abbas Clareallensis monasterij, tum primum Roberti viri illustris impensa ædificati, creatus sit, cui certè loco cum maxima gloria ad annos sex & triginta præfuit. Moriens deinde Bernardus, præter sanctitatem, multa quoque scriptis ingenij sui monumenta reliquit: maximè verò commentarios in Cantica canticorum, Considerationes diuinæ contemplationis ad Eugenium pontificem, vnde pontificij muneris ratio duceretur: scripsit & varias epistolas: vnâ potissimum ad Romanos, qua eos vehementer carpit, scripsit & apologeticum & sermones in solemnibus habitos. Ad Paschalem redeo, qui in concilio apud Guardastallum habito decreuit, ne vrbes Aemiliæ, Placentia, Parma, Regium, Munita, Bononia, Rauennati ecclesiæ antea Metropoli subiectæ amplius essent, quod sæpius ob superbiam in Romanam sedem præfules Rauennates cornua erexerant. Pontificem vero ad urbem redeuntem rogarunt ciues quidam, vt in locum Petri præfecti vrbis demortui filium subrogaret. Quod cum facere pontifex negaret propter ætatem pueri, qui vix decimum attigerat annum, tanta repente seditio exorta est, vt ei abire ex ciuitate necesse fuerit, ne magna aliqua cædes inter ciues committeretur, cum multi inessent, qui nequaquam tantum magistratum puero committendum dicerent. Neque ita quoque seditionis semina abstulit. Nam cum Albæ esset, intellexissetque Petrum Leonis ecclesiæ fautorem, in ædibus suis ab aduersa factione oppugnari, eo properè Ptolomeum mittit ab Aricia accitum cum satis valida manu, qui pulsos in Transiberinam regionem aduersario partim interfecit, partim capit, ac per municipia custodiendos diuidit. Sed magna repente in Ptolomeo inconstantia apparuit. Nam quos ipse paulò ante ceperat, eisdem postea suo quoque autu ad municipia proficiscentes,

dum iter per Algidum faciunt, ex insidiis adortus capit, & Ariciam secum ducit: inter quos & demortui præfecti filius erat. Non contentus autè tanto admissio facinore Ptolomeus, Sarminetum, Nymphæum, Tiberiam, oramque maritimam occupat. Interim vero Héricus è Germania in Italiam cum exercitu descendens, magno terrori omnibus fuit. Verùm cum is Romam venisset, absente pontifice, qui tum in Apulia concilium habebat, cumque se priuatum dignitate imperij putaret, vnâ cum potestate dandorum episcopatum, à Braaccarèsi archiepiscopo patria exsule, iterum coronatus ante beati Gregorij corpus, in patriâ abiit, Paschalis autem absoluto cõuentu ex Apulia Romam cum copiis Normannorū rediens: & multa oppida ab hostibus occupata recepit, & Præneste Caloioannis imperatoris Constantinopolitani, qui patri Alexio successerat, oratores libenter audiuit, eisdemque in mandatis dedit, & Caloioannem suo nomine contra Saracenos animarent. At verò Farfensis abbas & Ptolomeus, qui nullum sibi veniæ locum apud Pontificem ob sua maleficia reliquerant, latebris delitescentes, tandem per amicos in Paschalis viri mitissimi gratiam redeunt. Pacatis hoc modo rebus, dedicataque Præneste Agapeti basilica, Romam effusa obuiam vrbana multitudo honoris causa tandem rediit: qua quidè ex frequentia in valitudinè incidens, se paulò post moriturum cognouit: quare acceptis ecclesiæ sacramentis, cohortatusque clerum ad pacem & concordiam, pontificatus sui anno decimo octauo, mense sexto, die septimo moritur decimo quinto Kalendas Februarij: sepeliturque honorificentissima pompa in basilica Constantiniana. Suo autem pontificatu facta potestate sacrorum ordinum presbyteros quiquaginta, diaconos triginta, episcopos centum creauit. Romæ præterea ecclesias quindecim consecrauit, maximè verò basilicam sancti Hadriani in tribus foris profanatam quorundam factiosorum scelere, ecclesiam sanctæ Mariæ Monticelli in regione Ariolæ: postremò verò restituit & consecrauit basilicam sanctorum Coronatorum, eo tempore dirutam, quo Robertus Guiscardus Salernitanus princeps eam partem vrbis incendit, quæ à Laterano ad Capitolium vergit, vt in vita Gregorij septimi diximus.

GELASIVS II.



168. pöt.

GELASIVS secundus, Ioannes antea vocatus, patria Caietanus, patre Crescencio, nobili genere natus, ingenueque à teneris annis educatus & doctus, in monte Cassino religionis fundamenta perdidicit sub Oderisio abbate viro sanctissimo. Hæc ob rem ab Urbano secundo Romam accitus, cognita hominis virtute & fide, semper in precio est habitus. Verùm in primis eius fides perspecta eo tempore est, quo Urbanus pontifex à Germanis, & Giberti antipapæ factionem sequentibus in insula Lycônix Romæ inter duos pontes obsessus est. Solus enim vnà cū Petro Leone viro illustri, hominem sanctissimum nunquam deseruit. Hanc ob rem postea cū Urbanus meliore fortuna vteretur, tanti beneficij memor, Gelasium primo quidem secretis suis admouet ob fidem & doctrinam: eique negotium dedit ob elegantiam compositionis suæ, vt Romanæ curiæ stylum negligentia & ignorantia maiorum labefactatū, in meliorem formam & ornatum redigeret. Postea verò cognita hominis amplitudine, eundem referre in cœtum cardinalium instituerat eaque de re sapius in senatu locutus fuerat, assentientibus omnibus. Verùm mortuo non ita multo post Urbano, Paschalis meritorum tanti viri non immemor, statim eum diaconum cardinalem decernit. Mortuo deinde Paschali, cum de creando nouo pontifice ratio haberetur, ob eamque rē cardinales omnes in monasterio ad Palladium paululū infra ædes Leonis & Cincij

Fregepanis congregati essent, vno omnium consensu Ioannes Caietanus Gelasius pontifex creatur. Verum Cincius Fregepanis ira ob hæc electionem percitus, quod vnum ex suis cardinalibus collegio proposuerat, quem pontificem eligerent, in monasterium Palladij cum armatis satellitibus irrumpens, refractis foribus, obuium quenq; percudit: pontificem obtorto collo in terram deiectum calcibus conterit, in vinculaque coniicit. Cardinales autem fugam parantes, ex mulis & equis deiecit, nullumq; genus contumeliæ prætermittit, quo affici tantus senatus posset. Non tulit autem tantam iniuriam populus Romanus. Ad ædes Cincij Fregepanis armatus cōcurrit, eique ac familiæ interitum minatur, nisi properè Gelasium incolumen reddat. Faciunt mandata Fregepanes: maximè verò Leo, qui pontificis pedes videntibus omnibus sapius exosculatus, veniam suppliciter petebat. Equum itaque album conscendens pontifex, via sacra in laterarum ducitur, comitante clero populoque Romano, ibique de more coronatur. Interea vero Balduinus, quem statim litteris & nuncijs pōtifex adhortatus est, vt barbarorum impetum tamdiu sustineret, quoad in Asiam noua supplementa mitterentur, castellum in Syria Sobal vocitatum occupat & munit, vt Christianis cōtra barbaros continuè dimicantibus receptaculum esset. At verò Boemundo adolescente mortuo, Tancredus tutor Antiochiæ princeps ab omnibus Christianis declaratur; quem quidem confirmato prius principatu, Balduinus Hierosolymitanus rex ad se cum militibus suis vocat, dimicaturus cum hostibus Turcis, Sarracenis, Arabibus qui cum magno exercitu prouinciam Hierosolymitanā ingressi erant. Eo itaque veniens Tancredus, cognita Christianorum paucitate, frustra Balduino dissuasit, ne collatis signis cum hoste decerneret: néue rem Christianam in summum discrimen adduceret. Nam cum hostibus ipsis pugnandi copiam facisset ingenti clade superatus, ægrè cum paucis Hierosolymam se recepit, diuersis præterea tramitibus Tācredus Antiochiā perueniens, fuga salutem sibi quæsiuit. Elati autē tanta victoria hostes, montem Tabor conscendentes, monasterium eo loci positum diruūt; monachis ad vnum omnibus interceptis.

Nec

Nec interim quietus ab externo hoste Gelasius fuit, qui Henrici Imperatoris furorem Italiam vastantem, iamiamque urbem hostili animo ingressuri deuitans, ad ædes Bulgamini potentissimi ciuis primò cõfugit. Verùm cum ibi quoque nequaquam tutus videretur, vnà cum suis triremes conscendens: dux enim iam ad id instructæ paratæque erant; Ostiam Tiberi delabitur, insequentibus Germanis militibus, & pontificem telis ac sagittis petentibus. Cùm Ostiam verò peruenisset, neque ingredi mare propter instantes procellas liceret, terrestri itinere Ardeam proficiscitur, Hugone xij apostolorum cardinali viro amplissimo semper eum comitante. Cadentibus autem fluctibus Ostiam reuersus, Tarracinâ primò, mox Caietam adnauigat, vbi perbenignè à ciuibus suis suscipitur. Conuenère eò statim & Guillelmus Apuliæ dux, & Robertus Campanus princeps, ac Richardus Aquilanus, pollicentes se in eius potestate semper futuros, vt veros deceret Ecclesiæ Dei vectigales. Cùm igitur parari exercitum contra se intellexisset, Mauritium Braccarësem archiepiscopum antipapam creat; quem potissimum Gelasio obijceret, eumque Fregepanum familiæ commēdauit: Gregorius appellatus est. Non contentus autem tam pernicioso exemplo Henricus, in Anagninum agrum copias suas mouens, omnia hostilem in modum diripit & capit. Turriculum quoque munitissimum locum iam oppugnabat, cùm subito nunciatum est Gelasium cum proceribus Apuliæ, magnoque cum exercitu aduentare: quare motis castris Italia cedens, cuncta cædibus & rapinis compleuit. Gelasius autem remissis in Apuliam proceribus cum Romam venit, arbitratus ob discessum Henrici omnia deinceps pacata fore. Verùm longè secus, quàm putârat, accidit. Nam cùm intellexisset antipapam Fregepanum auxilio fretum Romæ mansisse, potentiam istius familiæ veritus, apud amicos quosdam prius delituit. At verò cùm postea in ecclesia sanctæ Praxedis mysteria celebraret, instantibus hostibus cum factione sua, vix sese ab eorum manibus fuga subtraxit, Corsis, Normannis, familijs gregijs ac Crescentio nepote acerrimè defendentibus. Sequenti verò die à suis armis & clientelis beuè munitis, in urbem vocatus (nam ad sanctum Paulum confugerat) habito cardinalium conuentu discedere ab vrbe instituit, ne crescente in dies magis magisque seditione, magna aliqua clades oriretur. Relicto ita-

que Petro Portuensi episcopo, qui vices eius quantum ad rem sacram pertinebat. Romæ gereret, commēdataque Beneuentanæ ciuitatis cura Hugoni cardinali iz. apostolorum, Pisas primò adnauigat, cùm terrestre iter nequaquam sibi ac cardinalibus, quos comites sociosque habebat, tutum videretur. Exceptus itaque per benignè à Pisanis, cùm rationem discessus sui ab vrbe audientibus omnibus reddidisset, inde soluens in Galliam, ad portam sancti Egidij peruenit: vbi cum abbate Cluniacensi viro optimo, tum à monachis, & omnibus fidelibus, qui eò eius rei gratia vndique conuenerant, magnificè ac splendidè suscipitur. Dein verò per continentem honesto comitatu magis quàm splendido, vt nunc fit, incedens, inter eundum basilicam sanctæ Cæcilie in Stragello, ecclesiam sancti Siluestri in Tillano, ecclesiam sancti Stephani in Tornaco dedicat, lapidibusque ecclesiarum terminos notat. Tandem verò ad Cluniacense monasterium perueniens pleuresi correptus, pontificatus sui anno primo, die quinto moritur, vir sanctissimus & omni laude dignus, si vitam continentissimam, si mores si doctrinam inspicis: quibus ex rebus fit, vt facillimè credam eum, qui ita constanter & sanctè in tantis procellis humanarum perturbationum vixerit, nunc beatam & sempiternam vitam in cælo ducere. Sepelitur autem eius corpus intra limina Cluniacensis coenobij. Sunt qui scribant, huius pontificatu inchoatam esse Templariorum in litum originem qui non longè à sepulchro Domini habitantes peregrinos suscipiebant, eosque per loca sacra armati ducebant ac reducebant: quò eis sine vilo maleficio inuisere loca sancta liceret: Hos vita, fide, gratia mirum in modum Cusentinus commendat.

Templarij milites

N

CAL:



CALISTVS II.



3. It.

CALISTVS secundus, Guido antea vocatus. natione Burgundus, Viennensis archiepiscopus, originem à regibus Franciæ ducens, ab his cardinalibus pontifex creatur qui mortuo Gelasio Cluniaci tum adierant. Verùm is non prius pontificiũ habitũ sibi desumpsit, quàm intellexit se ab his quoque cardinalibus confirmari, qui Romæ & in Italia remanserant. Re itaque litteris & nuncijs cognita Romam veniens, populo obuiam prodeunte ac honorato quoque urbem ingreditur, congratulantibus omnibus tum pontifici, tum ciuitati Romanæ, quòd hunc quietis & pacis auctorem futurum cernebant. Rebus autem ex-sententia Romæ compositis, Beneuentum proficiscitur, quòd & principes omnes statim conuenire salutandi (vt mos est) pontificis causa, maximè verò Guillelmus Apuliæ dux Iordanus Campaniæ comes, Arnulphus Ariolæ, Robertus Lorotelli comes, viri insignes & sine contentione illius partis Italiæ facile principes: qui etiam polliciti sunt adhibito iureiurando, se in potestate pontificis semper futuros. Calistus autem, qui nil aliud meditabatur, quàm bellum Asiaticum, in quo de Christianis agrè tot barbaras gentes sustinentibus addubitabatur, Romam rediens, Lambertum Ostiensem episcopum, Saxonem S. Stephani in Cælio monte presbyterum cardinalem, Gregorium S. Angeli diaconum, legatos ad imperatorem mittit: qui pace sine vlla contentione composita, ad urbem redeuntes, tabellam pacis ad Lateranensem basilicam suspendere. Qua quidem perlecta, tanta repente

læticia publica exorta est, vt passim congratulantium cætus audirentur. Verùm ne diurnior hæc læticia videretur, effecit Rogerius Siciliæ comes, qui Calabriam & Apuliam absente Guillelmo comite occupat. Guillelmus enim Alexij imperatoris Constantinopolitani filius in vxore ducturus, abiens Calabriam & Apuliam pontifici commendauerat. Hanc ob rem Calistus ab vrbe discedens, Beneuentum pervenit, indeque Hugonem cardinalem ad eum misit, arcem Nicephorium tum in Calabria obsidentem. Monitus autem Rogerius vt ab armis discederet, nequaquam pontificis edicto obtemperat, immò acrius instabat, ne Guillelmus confobrinus rediens, ei impedimento foret, quòd minus Apulia & Calabria potiretur. Parabat iam arma pontifex, cum subito vna cum magna parte Senatus febri correptus redire ad urbem re infecta compellitur. Hanc ob rem Rogerius nemine aduersante, Apulia & Calabria potitur.

Atque hoc modo Guillelmus vxore frustratus ac principatu deiectus apud Salernitanum principem vitam degens, sine hæredibus breui moritur. Rogerius itaque tanto aduersario sublato, regem Italiæ se nuncupat. Calistus autem recuperata valetudine, apud Lateranum noningentorum patrum conciliũ habuit, in quo quidem deliberatum est, vt primo quoque tempore supplementa militiæ iam deficientis Christianis in Asia bellum gerentibus subministrarentur. Qua spe erectus Balduinus Hierosolymitanus rex, Gazim regem Turcorum minorem Asiam incoleantem, cum magno exercitu in se mouentem superat & captum in carcerem conijcit. Eadem quoque fortuna vsus, Damasci regem Hierosolymas cum exercitu hostili animo petentem fundit fugatque duobus millibus hostium caesis, milleque captis. Verùm superueniente cum manis copiis Balahac Parthorum rege, cui statim nullis exspectaculis auxilijs congregi ausus est, tanta clade superatur Balduinus, vt etiam ipse vna cum proceribus multis captus & in vincula coniectus sit.

Quare Calistus pontifex maturandum ratus, ne reliqui Christiani amisso rege opprimerentur, instante Veramundo Hierosolymitano patriarcha viro optimo ac doctissimo, Venetos spe gloria & premij concitos in hostem magna classe per mouit. Dominico Michaelle duce, millesimo cætesimo ac vigesimo secundo salutis nostræ anno: qui quidem ad

Toppem classe delati, quam Sarraceni Babyloniis terra marique obsidebant, superatis barbaris ingendi clade, obsidionem soluant. Itum est & in Tyrum, quam diu obsessam haud incruenta victoria cepere pacti tamen prius, ut Tyri & Afcalon s dimidium obtinerent, si eorum opera in Christianorum potestatem deuenirent. Verum Emanuel Græcorum imperator Caloioanni suffectus tantam victoriam Latens inuidens, vel latina litteratura vrentibus, Venetis mandit, ut classis iuxta præfectum reuocent: qui ce tæ eorum dicto obtemperans ira incensus Rhodum, Chium, vnde corpus beati Theodori martyris Venetias translatum eū est, Samū, Mytyleuē, Andron imperatoris insulas, diripuit: Moroniam spoliatum incolis muniunt. Tragarium ex Vagariis captum, ditioni Venetæ subiecit Lapidem præterea secum in patria detulit, super quo apud Tyrum Christus sedisse fertur. At verò Balduinus, quē diximus ab hostibus captum, precio redemptus, Hierosolymas rediens, Christianam rempub. iam labentem aliquamdiu sustinuit. Hanc ob rem Callistus aliquid quietis à rebus externis nactus, & cardinales. creat, & Basilicas multas vetustate collapsas reficit. Mœnia vrbis instaurat, aquam in urbem inducit, arces ecclesiæ munit, donaria plurima argenti auriq̄ue basilicis diuidit. Fundos plerosque coemptos beato Petro donat. Ecclesiam beati Nicolai in palatio ædificat. Verum ne tanta felicitas sine aliquo incommodo diutius in terris esset, Gregorius antipapa Burdinus antea vocatus, nomen pontificis vīr̄pate conatus, Sutrij se continens, auxilio quorundam tyrannorum fretus, & Romanos incursionibus vexabat, peregrinos negotij ac religionis causa ad urbem accedentes spoliabat. Quare Callistus comparatis repente copijs præmissoque cum expeditissimo quoque Ioanne Gremensi sancti Chrysogoni presbytero cardinali, subsequens ipse hostem vincunt, Sutrium capiunt, Burdinum camelo impositum, in triumphi spem Romam ducunt: quem pontifex vita donatum, Cauensi monasterio inclusit. Callistus autem de Deo deque hominibus bene merito, pontificatus sui anno quinto, mense decimo, die 6. in Domino moritur. Vacat tum sedes dies 8.

ANNOTAT.

Sub Calisto II. inter imperium & sacerdotiū,

insignis illa pax & concordia facta est, anno plurimus quinquagesimo, ex quo inter Gregorium VII. & Henricum IV. discordia ingens ob sacerdotiorum collationes excitata fuerat. In qua episcoporum & abbatum electiones, qua ad imperatorem & reges hæcenus pertinuerant, clero & monachis restituta sunt. Cuius transgrendæ causa papa Calisti legati omni memoria digni fuerunt Lambertus Bononiensis, Ostien. episcopus, post Honorius II. Saxo de Comitibus Anagninus presbyter, & Gregorius de Paparesis Romanus, post Innocentius II. tunc diaconus cardinalis, cuius rei adhuc mentio cum pictura exstat in antiqua vetusti palatii pontificum camera Lateranensis, vbi est hoc elogium

**ECCE CALLISTVS PATRIAE DECVS
HONOR IMPERIALE
NEQVAM BVRDINVM DAMNAT,
PACEMQVE REFORMAT**

Huius rei mentionem fecerunt Churradus de Lestena vr̄ abbas Vr̄spergensis in vita Henrici V. imper. Guillelmus Tyrius lib. de bello sacro 1. cap. 13. Otho Frisingensis lib. 7. cap. 16. Pandolphus Pisanus in vita Calisti papæ II. & alij multi.

HONORIVS II.



HONORIVS secundus, qui & Lambertus, ex agro Imolensi oriundus, Ostiensis episcopus, eo tempore pontifex creatus, quo Balduinus ab hostibus precio redemptus, Antiochiam Hierosolymitano regno adiunxit, mortuis his omnibus, ad quos principatus ille iure deueniebat. Verum cum tantus

principatus retineri sine præfide non posset, eidem præfecit Raymundum Guillelmi ducis Austria filium, cui superioris Boemundi filia nupserat. Hoc autem modo compositis rebus, regem Aſcalonitarum, Aegyptiorum copijs fretum, & ob eam rem Hierosolymitanos inſeſtantem, vnico prælio repulit. Balduinum præterea Damasci regulum idem molientem, sed maioribus copijs, tribus grauiſſimis prælijs fundit fugatque, multis paſſim more pecorum caſis. Ad Honorium redeo, qui etſi obſcuro loco natus erat, tamen litteratura & moribus tanto magiſtratu dignus videbatur. Verum non aded eius ingreſſus laudatur, cum ambitione quorundam potius, quam omnium bonorum conſenſu pontificatum inierit. Mortuo enim Calisto, cum de legendo nouo pontifice ratio haberetur, Leuo Fregepanis omnibus cardinalibus interdixit, ne vsque ad diem tertium pontificem crearent, quod & maturius deſiderare, & canones inſpicere liceret, quamuis non ea mente id fecerit homo acutus & ad fallendum vaſer, quam verbis præſerebat, ſed ei tantisper diſponere hominum ſuffragia liceret, quibus Lambertus pontifex crearetur. Nam populus ipſe Saxonem ſancti Stephani cardinalem, pontificem percupidè nimium optabat. Id quoque ſc̄ cupere Leo Fregepanis ostendebat, quod & populum & patres negligentes & incautos in ſententiam ſui quavis arte pelliceret. At verò cum id veſte Leonem cardinales quidam cernerent, ne ex eius ſententia pontificem legerent, omiſſo Saxone, Theobaldum ſanctæ Anaſtaſie preſbyterum cardinalem, pōtificem deligunt, quem Cæleſtinum appellârunt. Tunc autem Leo non amplius immorādura ratus, quod iam offenſum hac electione populū cernebat, Lambertum (de quo antè diximus) pontificem magna voce proponit, acclamante populo, cleroq; eam electionem manibus & nutibus approbante. Tum Leo maturandum ratus, ne ſententiæ hominum immutarentur, in Simijs, loci nomen eſt, non longè ab eccleſia ſancti Silueſtri, hominem pontificali habitu exornat. Qui etſi primò artibus quibuſdam tantum magiſtratum adeptus eſt, tamen poſtea omnium conſenſu pontifex maximus conſalutatus. Pontificatum adeptus, cardinales quoſdam viros inſignes creauit, quorum opera poſtea magnis in rebus vſus eſt. Familiaritate enim præclarorum virorum mirificè delectatus eſt. Nam Pōtium quendam abbatem Cluniacenſem, virū

induſtrium Romæ retinuit. Ingenium quoque Hildeberti Cenomanenſis epiſcopi mirificè extulit: quem deinceps Turonenſem archiepiſcopum creauit, quod plurimum heroico elegiacove carmine valeret. Huius quoque tempore clariora fecit Hugo de ſancto Victore, ſi cognomentum inſpiciſſi patriam, Pariſienſis doct̄or inſignis. Hic enim tum dicendo, tum ſcribendo ingenij ſui præclara monumenta reliquit: Exſtat eius liber de ſacramentis, liber Sententiarum, liber in dialogo, qui Didacalus appellatur: liber de cura animæ, liber de artibus & doct̄rinis. Hos autem omnes tanta beneuolentia Honorius pontifex amplexus eſt, vt nullum genus officij prætermiſerit, quo eos ad honeſtorem dignitatis gradum euehi poſſe exiſtimaret. Vnum tamen ſuis temporibus accidit, quod nequaquam probandum eſt. Arnulphus enim Chriſtianæ religionis prædicator egregius clericorum inſidijs Romæ necatur, quod acerbè nimium in eorum laſciuiam & libidinem inueheretur: quodq; eorum pompam, & in comparandis diuitijs nimium ſtudium improbare, paupertatem Chriſti & integerrimam vitam ad imitationem omnibus proponens. Hunc multi ex nobilitate Romana tanquam verum Chriſti diſcipulum & prophetam ſequebantur. Hunc laudibus ad cælum tollebant. Hinc odium, hinc iræ in perniciem benè ſentientis vsque ad necem excitatæ. Fuertne hic ſanctiſſimus vir preſbyter, an monachus, an eremita, haud ſatis conſtat. Sunt qui ſcribant, Honorio ipſi id admodum diſplicuiſſe, non tamen tanti facinoris auctores vnquam inuentos. At verò cum in pontificatu rectè gubernato quinquennio ac menſibus duobus vixiſſet, collacrymantibus omnibus moritur, & in baſilica Lateranenſi nullo non genere honoris adhibito ſepelitur. Vacat tum ſedes diebus octo. Neſcio ego quid ſibi velit.

marmor illud ſuo nomine inſcriptum,

quod ante ædes beatæ Praxedis
adhuc exſtat.

(*)

INNO



INNOCENTIVS II.



191. Pont.

INNOCENTIVS secundus, patria Romanus, ex Transtiberina regione, patre Ioanne pontifex creatus, in Rogerium Rogerij comitis Siciliae filium heredem nuncupatum, q̄ mortuo Guillelmo Apulię duce, omniq̄ Roberti Guiscardi familia in eo deficiente dominatū Apulię occupare nitebatur, statim bellū mouet. Nam is ad sanctum Germanum castra habebat, quem certē primo impetu repulit, tantum valuit Romani exercitus fortitudo & virtus: oppidoque ipso capto, tyrannum in Galucio aliquandiu acriter obsedit. At verō Guillelmus Calabriae dux cum magnis copijs adueniens, & patrem vnico praelio feliciter habito obsidione liberat, & pontificem cum his cardinalibus capit, qui in exercitu Romanorum erant. Hos autem omnes nō ita multo post Rogerius mira modestia vsus, vna cum pontifice liberos facit. Quam ob rem deinceps quod voluit, facillē à pontifice obtinuit, prater regni titulum, quem maximis pramijs & pollicitationibus impetrare contendebat. Interim verō Petrus Romanus ciuis, Petri Leonis potentissimi hominis filius, Romę antipapa creatur, quorundam facinorosorum seditionibus, Anacletusque appellatur: qui spoliatis Romanę vr̄bis templis, spoliatis ecclesiarum thesauris, vi irrumpeus, maximē verō in basilicam Petri, vnde crucifixum aureum & coronas pendentes sustulit: tantum pecuniarum conflauit, vt perfacillē largitionibus seditionis quęque Romę in sententiam suam

alliceret. Innocentius autem ad vr̄bem rediēs, vbi seditionibus plena omnia cerneret, specta reque rem ipsam ad eadem multorum videret, spontē cedens, primò quidem Pisas adnauigat, deinde Genuam, postremò in Franciam peruenit. Interim verō Anacletus antipapa, tanto aduersario submoto, & animos ciuium cum Innocentio sentientium quoad fieri potest, sibi largitionibus conciliat: & Rogerium in partes suas facillē descendente, quo magis ei obnoxius esset, vtriusque Siciliae regem creat. Innocētius autem celebrato apud Clarum montem concilio, in quo Petrum antipapam cum sectatoribus damnauit, Aurelianum se contulit, visoque rege Philippico, à quo perbenignē est habitus, Carnotum in Belgis petijt: vbi Henricum Anglię regem in itinere obuiam factum, multis rationibus ad expeditionem in Sarracenos adhortatus est. In Lotharingiam inde stectens, Lotharium Leodij reperit, à Germanis tum regem creatum, de se restituyendo multa pollicentem, sacramento adigit expeditionem parare, qua quidem tutus etiam ad vr̄bem reduceretur. Remis deinde in Belgis altera synhodo habita, in Italiam redijt, celebratoque concilio apud Placentiam, Pisas se contulit, quam ciuitatem iam pridem cum Genuēsi populo dissidentem, in gratiam tandem rededit. Genuensem quoque episcopum, qui Mediolanensi suberat, archiepiscopum creat, tribus Corsicę episcopis illi cum Bobiensi parēre iussis. Pisanis quoque archiepiscopum desit, tribus item alijs Corsicę episcopis cum Popuioniensi eidem subiectis. Lotharius autem cum magno exercitu in Italiam veniens, admonito pontifice quid fieri oporteret, partitis copijs ad vr̄bem admouet. Nam dum ipse occupato prius Ianiculo vr̄bem ingreditur, Innocentius Aniem ponte Mamincō trajiciens in Lateranum perducitur, nusquam apparente antipapa, cuius factionem Lotharius mira felicitate ad sanitatem rededit, cauitque quantum in eo fuit, ne deinceps vexari ab aduersarijs Innocentius posset. Tanto itaq; beneficio deus Innocentius, mortuo Henrico, Lotharium imperatorem Romanum creatum imperij corona exornat, quo statim in Germaniam abeunte ad compefcendos Leuticorum motus, dum pontifex concilium Pisis pro rep. Christiana, proq; tuenda fide de more habet, rursus antipapa, quem in eodem concilio damnauit, factiosis quibusdam & Rogerio adiuuantibus, in pontificem surgit. Quare

& Lotharius imperator iterum cum exercitu superatis Leucis Italiam repetit. & Pisani classem potentissimam in auxilium pontificis educunt: quibus copijs & Romæ seditionem oppressere, & Rogerium terra marique oppugnatum, amissis rebus omnibus, Italia in Siciliam breui populere. Audita tanta victoria Ioannes Constantinopolitanus imperator, qui Rogerio aduersabat, legatos statim ad Lotharium mittit de superato hoste congratulatum, quorum de numero quidam philosophus erat qui disputationibus ostendere nitentur Latinam ecclesiam admodum errare, quod contra sententiam Nicæni concilij, ut ipse dicebat, quo declaratum est spiritum sanctum à patre procedere, Latini à filio quoque id fieri addidissent. Tum Petrus diaconus homo doctus & argutus, qui tum in corona aderat disputand. gratia: Si, inquit, Latini damnandi sunt quod addiderint spiritum sanctum à filio quoque procedere, damnandi multò magis Græci videntur, qui id fieri à solo patre addiderint, cum ipsum concilium à patre dixerit. Delusus homo audax tam acuto responso, tubi sic amplius hac de re disceptare. At verò pontifex, ne abeunte imperatore, Rogerius iterum Apuliam repeteret, Rainonem Lotharij imperatoris comitem, cum aliquot cohortibus ad propulsandam iniuriam relictum, ducem Apuliæ creat. Mortuo deinde antipapa, occulteque à suis sepulto, cum etiam eius cardinales in fidem Romani pontificis deuenissent, quietura iam respublica Christiana videbatur, cum subito Romani quidam seditonibus potentiam quarentes, senatores creauere, qui rempublicam Romanam ditionemque ad se pertinentem gubernarent. His autè dum pontifex restieit, habito apud Lateranum concilio, quo instituit, ne quis laicus manum violentam clerico inijceret, pontificatus sui anno xiv. mense vij. die xij. moritur, MXXIV. salutis nostræ anno, quo tempore magno in precio sunt habitus & Glibertus è Britannia oriundus, vir tantæ doctrinæ, ut ob varietatem disciplinarum vniuersalis appellaretur, & Ambertus Remensis archiepiscopus, Gliberto præceptore nequaquam eruditione & doctrina inferior. Huius quoque pontificis illud opus est, quod adhuc cernimus in fornice sanctæ Mariæ Transiberinæ è marmoreo.

ne Transiberinæ, ex patre Ioanne fuisse constantiam est. Caterum familiam eius de papa, sive de Paparesis vocatam esse intelligitur ex antiquo pulpito marmoreo, quod Romæ in adicula s. Iacobi trans Tiberim adhuc existat, ab eius nepote Cincio Cardinali s. Hadriani factæ, ut elogium marmoreæ tabula inscriptum indicat. Hanc verò gentem eam esse, que nunc de Matthæis appellata, nobilissima in vrbe viget, ex eo mihi persuadeo, quod in vetustis tabularum eius familia instrumentis, qui nunc de Matthæis, tunc de Paparesis vocantur. Meam verò hanc opinionem maximè confirmat, quod Matthæiorum familia ex Transiberina regione oriunda est, & noua hac eius gentis insignia, haud multum ab antiquis illius clypeis differunt. Hoc tempore populus Romanus multa cum summis Tiburtinis, Tusculanis, Albanis, Prænestinis, & reliquis Latij populus bella gerere cepit. Quare Tusculi tandem excidio quinquagesimo postquam suscepta fuerant anno finita sunt. Quorum occasione Romano pontifice Innocentio II. qui pacem, quam bellum malebat, à ciuitatis administratione submoto, nouum re-publica corpus, præter eius voluntatem, constitutum est. Senatoribus aliquot (non consulibus, ut Platina, & Volaterranus tradunt) equestri ordine, patricio qui omnibus præfesset, iudicibusque quibusdam, veterum Romanorum exemplo, institutis. In quibus controuersijs populus Romanus, quod pontifici rebellis esset, anathemate notatus, tunc primum à pontificijs comitijs omnino exclusus est, & ad solos cardinales, pontificis electio paulatim, cleri etiam primoribus omnino exclusis, vel in cardinalium collegio cooptatis redacta. Primus porro sine villo populi interuentu papa creatus est mortuo Innocentio secundo, Celestinus secundus. Ex vetusto sine auctoris nomine libro bibliotheca Palatina, & Othone Frisgeri libro historiarum septima, cap. xxvij. xxxi. & xxx. ij. item lib. i. de gestis Friderici imperatoris cap. xxvij.

xxix. qui hanc etiam de electione rem tantum retigit.



ANNOTAT.

Innocentium II. natione Romanum, de regio-

CAE.

CAELESTINVS II.



vnà tantum re felix. ob breuitatem temporis, vt arbitror, quòd nullis feditionibus toto suo pontificatu vexatus fuit.

LVCIVS II.



78. Pont.

CAELESTINVS secundus, Guido antea vocatus, sancti Marci presbyter, cardinalis, natione Tuscus, è castro Feliciratis, quod nonnulli ciuitatem Castelli esse affirmant, Tyfernum ab antiquis appellatum, pontifex in demortui Innocentij locum omnium consensu creatur, eo maximè tempore, quo in Asia Balduino rege vita functo, Andegauensium comes Fulco, Balduiri gener tertio loco, si ordinem successionis inspicias, regnum Hierosolymitanum accepit, quod duorum etiam filiorum virtute fretus aliquandiu acerrimè tutatus est.

Nam cum Turci sinum Persicum incolentes in agrum Antiochenum incursiones fecissent. eos non solum fudit rex Fulco, verum etiam ex his tria millia interfecit, totidemque cepit. Hac autem clade excitus Alaph genere Turcus, Babylonum auxilijs fretus, Edessam Mesopotamiæ ciuitatem, Arach ab Hebræis vocatam, inuasit: quam antea diximus Balduinum à fratre Gotifredo precibus obtinuisse. Capta est autem vrbs & à barbaris crudeliter direpta, occisis omnibus Christi fidem abnegare recusantibus, stupratis etiam nobilissimis matronis super altari sancti Ioannis Baptistæ, quod sciebant à nostris piè ac sanctè cultum fuisse Sed nescio quo fato dum parantur copiæ, Fulco in venatione leporem concitatè nimium & incautè insequens, casu equi moritur: cui filius Balduinus eiusdem nominis tertius in regno successit.

Cælestinus autem pontificatus sui mense v. moritur, sepeliturque in Lateranensi basilica,

LVCIUS secundus, patria Bononiensis, 173. Pont. patre Alberto, eo tempore pontificatū Edessam inijt, quo Edessa vrbs euersio nunciata Thaddæus est. Ea enim ciuitas Edessa est, ad quam Thobius ad fidem Christi conuertitur: quamque Thaddæus apostolus ad fidem conuertit. & in qua beati Thomæ ossibus ornata Abagarus regnum obtinuit, qui datus ad Ietum litteris, scripta manu Dei responsa accipere meruit. Hac verò clade audita. Bernardus Clareuallensis vir & sanctitate & doctrina, vt dixi, insignis, patrocinium religionis Christianæ assumens, principes omnes Christianos tum litteris, tum nuncijs adhortatus est, vt crucem in Sarracenos Christi vexillum sumerent. Hanc ob rem Conradus Suenus, qui Lothario in regnum Romani nominis successerat, in militiam nomen dedit. Dum hæc autem pro fide Christi in Gallia & Germania parentur. Rogerius pontificum negligentia in Italiam reuersus, quæ amiserat breui recuperauit, nullo repugnante: quæ ex re copijs deinceps & animis auctus, classe in Africam trajiciens, ad eum regem Tuneshij vexauit, vt hominem, data pace persoluere tributum quotannis coegerit, quod certè ad triginta annos continuo exegit. Conradus verò magno cruce signatorum comparato exercitu, Constantinopolim perueniens, ab Emanuele secundo Græcorum imperatore pre-

precibus compellitur, nullo comparato com-
meatu, Iconium statim ducere: se enim præsti-
surum omnia, quæ exercitui necessaria erant,
Emanuel pollicebatur. Obsessa est vrbs natu-
ra & artificio munita aliquandiu atque acri-
ter. Verùm cum scelestus imperator, Græco v-
sus ingenio, gypsum farinae miscuisset, ex ea-
que re panis fieret, quo exercitus Christiano-
rum aleretur, tot statim milites periêre, vt re
infesta, relicta obsidione, in Thraciam sece-
dere oportuerit. Hoc tamen emolumentum illa
expeditio præstitit, quod Balduinus quartus
Hierosolymitanus rex animo auctus, Ascalo-
nam diu obsessam tandem vi cepit, cum paulò
ante Gazam urbem antiquissimam penitus
ab hoste derelictam ædificasset, incolendamq;
fratribus Templarijs concessisset. Ausus quin
etiam idem Balduinus Turcorum satrapas
Hiericontinos infestantes propulsare, quo-
rum de numero vnico prælio ad quinque mil-
lia interfecta referuntur. Noradinum quoque
Damascenæ militiæ principem, Hierosoly-
tanum agrum vexantem, tanta clade supera-
uit & persecutus est, vt ægrè Christiani retenti
sint, quò minus vnà cum hoste Damasci mœ-
nia ingrederentur.

Ad Lucium pontificem redeo, qui interim
nil prætermittebat, quod ad tantam expediti-
onem, tamque necessariam pertineret. Credo
ego hominem ipsum miro amore excitatum
retinendæ Hierusalem, quod tituli sanctæ cru-
cis in Hierusalem presbyter cardinalis, ponti-
fex creatus fuerat, quam quidem basilicam to-
tam fermè restituit. Eius præterea consensu in
Gallia synodus episcoporum quorundam &
abbatum facta est contra Petrum Abelardum
philosophum Peripateticum, virum multæ
doctrinæ, non benè in quibusdam cum fide no-
stra sentientem, qui præsertim etiam Ludouico
rege, rationibus victus, non modò sententiam
mutauit, verùm etiam monasticam vitam &
religionem induit, ac deinceps vnà cum qui-
busdam discipulis in loco deserto sanctissime

vixit. Lucius autem pontificatus sui men-
se xi. die iij. moritur, ac in basilica

Lateranensi sepeli-
tur.



EVGENIVS tertius, Pisis oriundus, san-
cti Anastasij abbas, in monacham antea 174. Po
à Bernardo viro sanctissimo electus, in
ecclesia sancti Cæsarij pontifex creatur. Nam
cum haud satis inter cardinales constaret, què
potissimum è numero suo deligerent, diuino
nutu perciti, virum sanctissimum Eugenium
deligunt. Qui vbi Romanos instare minis et-
iam cognouit, quò sui confirmarentur sena-
tores, ad Farsense monasterium noctu in Sabi-
nos abiit, comitante cardinalium cætu, ibique
consecrationis munus suscepit. Verùm cum
postea Romanorum non minas tantummodò,
sed etiam facta contemneret, senatores ipsos
eò pepulit, vt petita pace magistratu se abdi-
carent. Romam itaque rediens, vbi intelligit
Romanos nequaquam bono animo, sed fraudi
in gratiam secum rediisse, insidias veritus Ti-
bur dilabitur, fugientem Romani telis & sa-
gittis insequuntur. Postea verò Pisas profe-
ctus, nauigio in Franciam contendit, regemq;
Ludouicum cruce signatum in Turcos & Sar-
racenos animat, quem Constantinopolim cum
exercitu profectum non secus Emanuel fraude
circumuenit, quam olim Conradum Sue-
uum.

Persuasum enim iniquo tempore ducere
copias per deserta Syriæ, eo necessitatis eum
compulit, vt lacerum exercitum difficultate
& inopia rerum Antiochiam re infecta duce-
re coactus sit. Hanc ob rem Rogerius Siciliae
rex Emmanueli in sensu classe in Græciã dela-
tus, Corcyrà insulã, Corinthum, Thebas & Eu-
boëã de imperio Emanuelis occupat, duxisset-
que

que eodem animo Constantinopolim, ni Veneti instructa in Hadriatico sexaginta trirumina classe, quod minus id faceret, prohibuissent. Flexit itaque Rogerius ad litora Asiæ Deo volente. Nam tum fortè Sarracena classis Ludouicum regem Franciæ circumuenerat, qui non longè à portu sancti Simeonis soluens, Palæstinam petiturus erat. Rogerius itaque barbaros in angusto nactus oppugnat & vincit, Christianum que regem cum exercitu ab interitu liberat. Interim verò classis Veneta, quæ Emanueli admodum fauebat, ea loca recipit, quæ Rogerius occupauerat, immunitaque ac sine vlllo præsidio reliquerat. Rogerius autem dimisso apud Ioppen Ludouico Constantinopolim delatus, suburbia vidente Emanuele incendens, eo que victoria delatus est, vt & ædes imperatoris aliquandiu oppugnauerit, & poma ex hortis eiusdem manu legerit. Verùm cum postea inde in Siciliam composita classe abiret, in Venetos incidens instructos, & ad dimicandum paratos, ex suis triribus viginti amisit, ægreque fuga sibi salutem quæsiuit. Interim verò Conradus, Ludouicus & Balduinus iunctis copijs animisque, Damascum magnis conatibus obsident: quam urbem seruos Abrahæ fundasse constat, loco campestri natura que arido, sed artificio vberè atque foecundo. Ager enim effossis cuniculis ductisque fistulis, vnde irrigari potest, mirari vbertatem præsert. Paruus amnis in regione vnicus non longè ab vrbis mœnibus præterlabens, lingulam quandam facit, in qua nostri castra posuerant, vnde facilè cohibere ab aquatione oppidanos poterant: verùm Asfyrio quodam persuadente, cui maximè Balduinus in rebus arduis credebat, castra ad alteram vrbis partem transferuntur: quòd diceret facilius irrumpi hostium mœnia eo loci posse, vtpotè minus minuta. Motis itaque castris Damasceni repentè statiuam nostrorum occupant ac muniunt, nostros que ab aquatione & comætu prohibent. Quare cum siti fame que laboraretur, tandem non sine contumelia obsidionem soluunt. Hierosolymam Balduinus, in Europam Ludouicus & Conradus comminutis varijs casibus exercitibus reuertuntur, M C L I I. salutis anno.

Venerat tum Romam Eugenius, excitis ad expeditionem Christianis, qui egregio apparatu & magna ciuum charitate susceptus est. Tarracina autem, Setia, Norbano ac Fluminis arce receptis, quæ loca hostes ac tyranni

circumquaque positi occupauerunt, Tibur & creandi animi gratia concessit. Vbi non ita multò post pontificatus sui anno viij. mensis iij. die. vigesimo moritur: cuius corpus Romam delatum, magna, vt decebat, pompa in basilica Petri sepelitur. Eius autem iussu & impensa extructa est porticus, vel restituta potius sanctæ Mariæ ad Præsepè, quemadmodum ex inscriptione apparet.

ANASTASIVS IV.



ANASTASIVS quartus, patria Romanus, patre Benedicto, abbas antea sancti Rufi Veliternæ diocæsis, ex cardinali pontifex creatur, eo potissimum tempore, quo Alphonsus Hispaniæ rex ab expeditione Hierosolymitana rediens moritur: in eiusque locum sufficitur Sanctius filius, cui paulò post mortuo pro Christi fide in Arabia bellum gerenti, Ferdinandus frater in regno succedit. Anastasius autem pontificatum adeptus, & calicem pulcherrimi operis magnæque æstimationis Lateranensi basilicæ condonauit, & ædes egregias apud Panthæon, quod sanctam Mariam rotundam vocant, breui ædificauit. Plura quoque mente destinauerat, tum ad dignitatem ecclesiæ, tum ad ornatum vrbis Romæ pertinentia, si ei aliquandiu viuere licuisset. Fecit tamen cum spes ex eo concepta, tum Richardi de sancto Victore doctrina, re eius tempora ignobilia videretur. Richardus enim doctor insignis multa & grauior & copiosè tum scripsit, præcipuè verò librum de trinitate. Habuit & sermones ad populum non minus doctè quàm eleganter. Laboratum hoc etiam tempore in tota fermè Europa fame est, Anastasio pontifice & clam & apertè pauperibus

175. Pöt. Alphösus rex ab expeditione Hierosolymitana reuertitur.

Richardus de sancto Victore.

tribus ipsis elemosynas præbere, qui pontificatus sui anno vno, mense quarto, die quarto & vigesimo moritur, sepeliturque in Lateranensi basilica, concha prophytica.

HADRIANVS IV.



176. Pon.

aliás s. na
coribus.

HADRIANVS IV. natione Anglicus, Albanus episc. & cardinalis ab Eugenio creatur, quod in Noruegiã missos, prædicando & benè monendo proniciã illã ad Christi fidem redegerat. Mortuo deinde Anastasio pōtífex creatus, tentatusq; à Romanis tum precibus, tū minis, vt * consulibus liberã vrbis administrationē relinqueret, id se facturū cōstantissimè renuit. Instabat Romanus clerus, vt Lateranū proficiceretur faciendæ cōsecrationis causã, q; etiam facere recusauit, nisi prius Arnald^o Brixianus hæreticus, ab Eugenio antea dānatus, ex vrbe pelleretur. Hoc aut̃ agrè ferens populus, cardinalē S. Pudentianæ ad pontificem via Sacra proficiscentē, vno atq; altero vulnere afficiunt. Hanc ob rem iratus pontifex, eos acerba etiã execratione persecutus est, quoad mutata sententia, & Arnaldū ab vrbe pepulere, & cōsules abdicare se magistratu coegere, relicta pontifici administrandæ Vrbis libera facultate. Interim verò Guillelmus Siciliæ rex, qui mortuo Rogerio successerat, Beneuentana suburbia, Ceperanū, Bancumq; in Hernicis de ecclesia occupat. Ob q̃ rem indignatus pōtífex regē graui anathemate notat eiusq; ditioni subiectos omni sacramēto liberat, quod facilius à rege deficerēt, nullo iure iurando adstricti. Fredericus aut̃ t. hoc tēpore ex gente Sueua imperator creatus, Cisalpinã Gallia cum exercitu ingressus, cum Dertonã haud satis imperio obtemperantē a-

liquãdiu obsessam, vi tandē cepisset, magnaq; celeritate, Romã versus iter statim fecit. Pontifex aut̃ Vitebiij tum agens confirmaturus in fide ecclesiasticas ciuitates & circumquaq; positas Onuētū, & ciuitatē Castellana adijt. Verum cū postremò se imparem tanto exercitui cernebat, pace per internuncios cōposita, in agro Sutrinò imperatori sit obuiã: qui ex equo descendens, eum vt verū Christi vicariū salutauit. Cū verò ad urbē venissent, & pontifex in basilica Petri Fredericū imperij corona donaret, populus Roman^o clausis tū portis ne quid tumultus excitaretur, per Hadriani pontē vi erumpens, Teutonicos cū pontifice præter eorū voluntatem sentientes, passim cædit. Excitus quidem tanto tumultu imperator intronisso exercitu, qui in pratis Neronianis cōfederat, Romanos ex Vaticano in urbē retrudit, multis cæsis captiq;, pontificis tamē precibus imperator lenit^o, captiuos incolumes dimittit. Verum cū postea, vt mos est, ituri simul ad Lateranū pontifex & imperator essent fieriq; id nequaquã tutò viderēt, Romanis ad arma spectantibus Mallianam simul proficiscuntur: vbi transmissis flumine, per Sabinos & pontem Lucanū ad Lateranum perueniētes solemnia persoluēre. Dum hæc aut̃ Romę agerentur, Tiburtini ad imperatorē venientes, se, ac omnia ei spontē dedunt. Verum cū imperator intellexisset urbē illam ad pōtíficatum pertinere, eandem Hadriano statim restituit, neq; ita diu immoratus, in Germaniã redijt. At pontifex à proceribus Apulię rogatus, Beneuentū se contulit, maioremq; regni partem sua tantū præsentia Guillelmo abstulit. Interea verò Palæologus, vir quidē nobilitate insignis, Emanuelis II. imperatoris Constantino Politani nuncius & orator, Anconã primo nauigio delat^o, terra deinde Beneuentū petijt, pontificiq; imperatoris nomine spontē obtulit auri libras quinq; millia, fugaturūq; se ex Italia Guillelmū, si tres maritimæ in Apulia vrbes, ei ex fœdere reb^o benè gestis daretur. Quod vbi Guillelmus resciuisset, pontificē ad misericordiã cohortatus, pollicetur non modò se restituru quæ de ecclesia abstulerat, verum vltro quædã alia condonacurū, Romanosq; ecclesiæ rebelles in officio retenturū, si vtriusq; regni titulis tã citra, quàm vltra Pharū positi, insignior fieret. Facere id quidem pontifici nequaquam licuit, aduersantibus quibusdã cardinalibus. Hanc ob rem Guillelmus instructo exercitu Apuliam hostili animo ingressus, cum omnia ferro

ferro ac flamma consumpſiſſet, in Græcos & Apulos mouens. qui apud Bränduſium caſtra poſuerant. eos facile ſuperat: vnde Sälentini, Apuliq; oēs deditiōem ſtatim fecere. Pontifex autē cardinalibus inſenſus, qui obſtiterant quod minus pax cōponeretur, Guillelmum in gratiā recipit. eidemq; vtriuſq; regni titulos aſſcripſit, adhibito prius ſacramēto. ſe nil deinceps moliturum, quod eccleſiam Romanā offēderet. Rebus autē ex ſentētia compoſitis, pōtiffex per Caſſinates, Mārſos, Rēatinos, Narnienſes, Tudertinos iter faciēns, ad Oruietum tandem peruenit, primus pontificum Romanorum, à quo ea vrbs & inhabitata, & cultior reddita eſt. Cum verò inſtantibus Romanis ad urbem rediſſet, vexareturq; à conſulibus libertatem Romanam reſtituere conantibus, Anagninā petijſſet: vbi non ita multo poſt moritur, pontificatus ſui anno quarto. menſe. relictā magno in precio eccleſiæ Romanæ ditione; Nam & circa lacum ſanctæ Chriſtianiæ multa caſtella manuiuit, & Radicoſanum, quod nunc Senenſes obtinent, muro & arce propè inexpugnabile reddidit. Hōrum autē temporū hiftoriam ſcripſit ſatis eleganti ſtylo & oratione Richardus Cluniaceniſis monachus, quem alij ſcriptores non parum laudāt. Corpus autem Hadriani Romam delatum, in baſilica Petri ſepelitur non longè à ſepulchro Eugenij pontificis.

ALEXANDER III.



ALEXANDER III. patria Senenſis, patre Ranucio. mortuo Hadriano. duorū & viginſi cardinaliū & ſuffragijs pōtiffex creatur, licet Oſtauianū Romanū ciuem tituli S.

Clementis preſbyterū cardinalē Viſtorē appellatum, tres tantum ſubrogauerint, vnde ſchiſma ortum eſt. Tum verò Alexander, ne diutius ſeditio iſta cum pernecie eccleſiæ Romanæ protraheretur, Fredericum imperatorē Cremonā tum obſidentem. per legatos rogat, vt interpoſita auctoritate imperatoriā ſeditiōnem tollat. Reſpondit ille, vtrumq; pontificem Papiā ire oportere quod & ipſe proficiſcetur cognolcendā diſceptionis cauſā. At verò cū Alexander accepto tali reſponſo. Anagninā ſe contuliſſet, Oſtauianus Siginā occupat. Tū imperator indignatus quod dictō luo pōtiffex non obtemperafſet epifcopos duos ad Alexandrū mittit. qui eū nō pontificem, ſed cardinalem appellatū, ad conciliū citaret. Hi autē ab Alexandro cōſutati & reiecti, ad Oſtauianū ſtatim ſe conferunt eumq; Papiā perducunt, vt haberent quem Alexandro obijcerent. Habito deinde concilio Fredericus Oſtauianum pontificem confirmat, eumq; equo albo inſidentē per urbē Ticinenſem ducit, & de more adorat. Qua iniuria Alexander permotus premiſſa admonitione Oſtauianū & Fredericū anathematis vinculo colligat, litteraſq; mittit ad Chriſtianiæ reiſpubl. principes & populos, quibus intelligant id à ſe iure ac merito fieri. Rediens deinde Romā Alexander pōtifficatus ſui anno ſecundo, multos aduerſarios in urbē inuenit, in ſe cornua palā erigentes, quod Frederici exercitus præter urbē veterem & Anagninā omnem eccleſiæ ditionē iam occupauerat. Quare Alexander, adhortante etiā Philippo Francorū rege Tarracinam profeſtus, conſenſo nauigio ad eā rem mandato Guillelmi Sicilia regis parato, in Franciā contendit: cōuentuq; in Claro monte habito, anathema in imperatorem & Oſtauianū factū ſtatim enūciat. Dum hæc autē in Europa agerentur. mortuo apud Hieroſolymā Balduino III. Almericus frater ſtatim regnū accepit: ne ob interregnū in tanta barbariæ & perſidia aliquid noui exoriretūr. Verum compoſitis pro tempore rebus in Aegyptios ducens, Drogonem copiarum præfectum edicti ingenti cæde, ſtatim ſuperat: Alexandriamq; obſidet quam Tiracinus Soldani Sarracenorum regis præfectus. in ſuam poteſtatē fraude redegerat: Alexandrini autem cum nec diutius pari obſidionem poſſent, nec ſubijci Chriſtianorum imperio velent, Almerico ſe hac conditione commiſere, vt in Soldani poteſtatem pulſo Tiracino tyranno redegerentur. Almericus itaque ingenti pecuniâ

pecunia recepta, Soldano urbem restituit. Verum cum secū fraude homo ingratus ageret, nec pactam pecuniā præstaret, in eum ducens, Cares urbem, nunc Cairum appellatam, obsidet. Fredericus autem tyrannica potestate usus, direpta Dertona, & Mediolanum soloæ quauit (vnde translata Magorum corpora Colonia tum crediderim à Rodolpho Colonienfium archiepiscopo) & Cremonenses magnis incommodis affecit. Quare Veronenses, Vincentini, Patauini, Veneti, communi periculo moti decreuere, ne amplius vlla auxilia Frederico Cisalpinam vastanti præstarentur.

Magorum
corpora
Coloniam
transfe-
runtur.

Fredericus itaque ira incensus, Veronā ducens oppugnandæ urbis causâ, cum eò peruenisse aliarum urbium auxilia intellexisset, retrocedens, ac Papiam sese recipiens, litteris & nuncijs Franciæ regem adhortatur, vt tollēdi schismatis causâ Alexandrū secum ad conciliū ducat, quod & se vnâ cū Vicore profecturū pollicetur. Apud Diuonem locus est, vbi Saou fluius Gallos à Germanis diuidit. Is locus concilij est habitus, quod Fredericus, rebus Italiæ pro tempore compositis, profectus cū Octauiano est, Scotiæ ac Bohemiæ regibus, magnificæ armatorū copijs stipatus. Verum cum Alexander ad id se profecturum concilium recufaret, quod ipse non indixisset, Turoniq; id inchoasset, Fredericus ira ac minarū plenus in Germaniā rediens, Octavianum, quem paulò post secuturus erat. in Italiā misit: quo quidē Lucæ mortuo, Guido Cremenfis in antipapā Octauiano subrogatur. At verò Romani creati * cōsulibus, Alexandro pontifici amicis, eū statim ex Francia reuocant, qui primò in Sicilia, mox Romā nauigio delatus, congratulantibus omnibus perbenignè suscipitur. Aduentū autē Alexandri Cisalpinæ Galliæ populi in spē libertatis erecti, anno salutis, MCLXV. in Fredericū suæ nimium imperantē arma sumunt, præsidiaq; eius ex arcibus quibusdā deieciūt. Verū Fredericus cōparato magno exercitu in Italiā veniens, præter spē nulli noxius, traiecto ratibus Pado, in agrū Bononiensem descendēs, copias partitur. Cohortes enim quasdā Lucā misit, quarū præsidio tutus antipapa esset, qui tū Lucæ erat. Ipse verò cū reliquo exercitu Anconam profectus, urbem aliquādiu obsidens, in suam tandem redegit potestatem. Interim verò sociæ Cisalpinæ Galliæ ciuitates, Mediolanum restitunt ac muniunt: Laudenses Mediolanensium hostes in societatem recipiunt, quod facilius Frederico resistere

Concilium
apud Di-
uonem.

Alias se-
natori-
bus.

possent. si in eos moueret. Verum Fredericum maior cura incessit. Mortuo enim Guillemo Normanno Siciliæ rege, Emanuel Græcus imperator legatos ad pontificem misit, qui ei pollicerentur, & magnas copias in Fredericum, & vnicam mentem omnium Græcorum cum Ecclesia Romana conuenientem, vt orientalis cum occidentali eadē fieret, si pateretur imperium Romanum antea diuisum, in vnum corpus redigi. Legatis autē quid sit respūsum, haud satis constat, cum bellū inter Romanos, Tusculanos atq; Albanos ortum, pontificē impediuerit, quod minus certum responsum legatis daret. Nam cum Tusculani Albaniq; pendere Romanis tributa immoderatus imperata recufarent, incensus ira populus Romanus, reclamante pontifice, populariter in Tusculanos mouent. Tusculanorum rempub. tū maximè gubernabat Raino comes, quē Rogerius ducatu Apuliæ deiecerat. is itaq; in re militari perit⁹ certis Germanis, q. apud Nepete Sutriū. que confederant, tanta Romanos clade affecit, vt deinceps vix se tueri mœnibus, nedum hostem foris laceffere potuerint. Tum verò Fredericus vliscendi iniurias (vt ipse dicebat) ab Alexandro acceptas occasionem nactus. Ancona discedens, Romam mouet. Postis autem in pratis Neronianis castris, irrumperē suburbium Vaticanū conatus, à familiaribus Alexandri constantissimè repellitur. Sequenti verò die basilicam Petri incendisset, si æditui furentem ac iam facem intentantem admisissent. Pontifex autem haud satis tutò in Laterano consistens, quod iam iam irrupturos Germanos videbat, in ædes Fregepanum ad Palladium diuertentes confugit. Tum verò Guillemus Siciliæ rex magni Guillelmi filius, audito pontificis discrimine, magnam vim pecuniæ & triremes duas paratissimas emisit. Instabat cum populo Romano Fredericus, cui pacem promittebat, vt de duobus pontificibus digniorem eligeret, altero eliminato & reiecto. Quæ res certè cum tota ad Frederici nutum spectaret, pontifex noctū abiens navigatione, salutem sibi fuga quæsiuit: Caietam primò, mox Beneuentum delatus. Expulit & Fredericum ab vrbe Roma pestis, qua passim veluti pecora & ciues & milites oppetebant. Venienti autem in Cisalpinam Galliam Frederico imperatori, foederatæ ciuitates cum exercitu obuiā fiunt: quos acriter nimium instātes detrectato certamine studiosè vitans, in Germaniā peruenit. Abeunte itaque

itaque Frederico, sociæ ciuitates Alexandriâ de nomine Alexandri pontificis nuncupatam, apud Rouretum Taro anni adiacentem, paribus animis impensa que condunt: in eamque ex omnibus ciuitatibus quindecim millia hominum ad incolendum mittunt, diuisis agris viritum, partitisque in vrbe locis ad ædificandum. Romani autem acceptæ cladis memores, abeunte Frederico Alban vi capiunt ac dirunt. Idem etiam Tusculanos fecissent, ni pontifex eos nunc minis, nunc execrationibus à tanto facinore deterruisset. Misit tum etiam Emanuel imperator Constantinopolitanus alios oratores, qui maiora pollicebantur, si pontifex in sententiam suam descenderet: quibus Alexander ita respondit, se nolle id in vnum coniungere, quod olim de industria maiores sui disunxissent. Moritur interim Guido Cremenfis antipapa in basilica S. Petri: quâ magno Frederici præsidio adhuc obtinebat, cuius in locum à seditiosis quibusdam sufficitur Ioannes Strumiensis abbas ex Pannonia, vir pridem furto infamis, cuius Raino comes sibi timens ob cladem antea Romanis illatam: Tusculum tradidit, montem Flaconem ex pacto recepturus. Verum cum Raino à Flaconensibus non reciperetur, recusarentque Tusculani antipapam recipere, Tusculum rediens omnino excluditur. Inde verò ad Alexandrum; qui tum Verulis erat abiens, ius omne suum, quod in Tusculo habebat, ei condonauit. Vnde Tusculani publico etiam decreto ac consilio adhibito, pontificem recipiunt, quo in loco Henrici Angliæ regis oratores auditi sunt, regem suum purgantes, quod falso diceretur in necem beati Thomæ archiepiscopi Cantuariensis coniurasse. Hanc ob rem pontifex cum non facile oratoribus regis crederet, in Angliam duos cardinales cum magna potestate mittit, qui rem ipsam diligenter inspicerent, quibus certè rex omisso Hybernico bello, quo erat implicatus, honoris causa apud Normanniam occurrit: reque discussa ad hoc ventum est, vt Henricus iuramento adhibito, cum non satis de facto constaret, sese purgauerit, promiseritque se poenitentiam pronè sanctissimi viri acturum: cuius etsi fuisset insons atque inscius, occasionem tamen præstitisse sit visus, quod viuente simul tate & odio persecutus sit. Additum præterea, vt ducentos milites Hierosolymam mitteret, qui suis auspicijs, suaque impensa per annum contra Sarracenos dimicarent: vtque ipse triennio

cum quanto possit exercitu contra barbaros bellum gereret; libertatem ecclesiasticam in suo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis non aduersaretur. His autem rebus iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in se, atque in hæredes suos transferri meruit, pontifice annuente. Hinc autem obseruatum est, vt omnes Anglici reges à Romano pontifice regni iura recognoscant. Alexander autem diu cum Romanis colluctatus, cum diceret se urbem eorum pace ingressurum, nil amplius quam rem diuinam curaturum, ommissa eis cura rerum sæcularium, cum id etiam non impetraret, Signiani proficiscitur: ibi auditis legatis, qui ex Anglia venerant, cognitisque beati Thomæ miraculis, eum in numerum sanctorum refert. Fredericus autem in Italiam per montem Cinisium rediens, Secusam dolo captam diruit: Astenses timore percussos in deditiorem accipit: Alexandriâ menses quatuor graui obsidione premens, magnum incommodum ab irruptentibus accipit. Postea verò per tepeus longitudine laborum, in die Paschatis obsidionem soluens Papiam venit: vbi de pace Italiæ est actum, interposita pontificis auctoritate, quam Veneti cum imperatore Constantinopolitano antea sentientes, libenter amplexi sunt, ob violatum à Grecis ius gentium. Henricum enim Dandalum ciuem suum, legatum ad Emanuelè missum, tam diu candentia ænea inspicere coegere, quoad oculorum aciem amitteret. Interea verò Almericus Hierosolymitanus rex Cairum obsidens, quamuis spe potiundæ vrbs non careret, tamen ingenti pecunia accepta, obsidionem soluit in Asculonam mouens, quam paulo post re item infecta reliquit, quod comestibus indigeret: quodque etiam milites fessos diutino & graui labore cerneret, domum autem rediens, cum non diu superuixisset, moriens filio Balduino regnum reliquit. Qui etsi lepra ac quidem vehemènti laborauit, regnum tamen constantissimè ac prudentissimè gubernauit. Alexander autem pontifex cum iam pacata esse omnia existimaret, Alexandriæ nouæ vrbi episcopum dedit, anno salutis nostræ MCLXXV. Verum non ita diu post Fredericus in Italiam cum magnis exercitibus descendens, omnia statim infecta reddidit. Mediolanenses tamen adiuantibus socijs omnibus, eius copias ita attrituere frequentibus prælijs, vt paulum abfuerit, quin ipse quoque imperator subfosso eius equo interficeretur. Ex Papiensi-

piensibus autem & Comensibus. qui imperatori fauebant, multi desiderari sunt. Ipsum verò Papiensem episcopum pallij & ferendæ crucis dignitate priuavit pontifex, qui in partes imperatoris declinauerat. Tum verò Frederici proceres arbitrari id ei accidisse, quod ecclesiam Dei persequeretur, palam minari se in patriam redituros, omiſſa tam iniqua militia, diu properè cum pontifice in gratiam rediret. Dum itaque pax in Italia tractaretur, in locum Noradinũ Sarracenorum regis demortui, Saladinus vir fortissimus sufficitur: qui rege Aegypti armis capto atque occiso, Aegyptũ statim ac Syriam suo adiecit imperio. In Christianos deinde mouens. nequaquam certè tali fortuna vsus est. Nam primo prælio apud Ascolanam, secundo ad Tiberiadem duce Balduino, superatur. Comparatis deinde copijs contra Emanuelem in Siciliam profectum, exercitũ mouet, quem simulata fuga in angustijs conualles protractum superat & capitæque conditione omittit. vt quæ in Asia ceperat, statim dimitteret. Conuenerat iam Venetias Alexander componendæ pacis Italiae causſa, eò & Fredericus accedens, in vestibulo S. Marci pontificis pedes exosculatur: simul deinde ad altare maius profecti, accepta datæque salute de foederibus pacis inter se inultum diuque collocti sunt quæ postea sequenti die ex sententia confecta est. Abiens deinde imperator cum bona pōtificis venia, Rauennam primò, mox Bertinorum se contulit: quod oppidum cum retinere ob opportunitatem loci instituisſet, rogatu Alexandri ecclesia tandem restituit. Abiens quoque Venetijs Alexander cum triremibus xij. Guillelmi Siculi, & iij. Venetorum, ornato ob beneficium acceptum eorum summo magistratu insignibus quibusdam & muneribus, Syontum primò ventis delatus, atque inde Troiam & Beneuentum, per Cassinensem saltum Anagninam se contulit: vbi non diu immoratus, Tusculum petens, de abrogandis Coſſ. agere cum Romanis cœpit, antequam pax componeretur. Verùm quia res in quinquagesimum annum protracta, tolli difficillimè videretur, pacti sunt, vt non prius electi à populo Coſſ. magistratũ inirent, quàm in verba pontificis iurarent, se ecclesie Romanæ fidelissimos fore: nihilque vnquam molituros, quod dignitati pontificie obesset. Hoc itaque modo rebus compositis, pontifex tertium Romam profectus, prodeunte obuiam gratulationis & honoris causſa ho-

noratissimo quoque concilio statim in Laterano concelebrat: tum vt mores curie iam nimia licentia labefactos componeret tum vel maximè, vt decerneretur sub anathematis poena, ne quis ferum ligna, arma vel infidelibus, & à religione nostra alienis importaret. Moriens hoc ferè tempore Emanuel Constantinopolitanus imperator, Alexum filium heredem imperij reliquit, Andronicus Graeco regia progente tutore dato: qui aliquot annis imperium sapienter & summa cum fide administrauit. E us quoque consensu Philippus Francie rex, Hagnerem filiam adolescenti in matrimonium locat. Balduinus item quartus huius nominis Hierosolymitanus, quò rem suam stabiliorem redderet, sororem Sibyllam Guillelmo Montisferrati Marchioni cognomento Longaspata, viro in re militari præstantissimo, in vxorem collocat: arbitratur, si opus esset Guillelmum ipsum cum alijs Christianis principibus rei sue laboranti opem statim allaturum. interim verò Alexander post longos & assiduos labores, cum iam quieturus à tyrannicis perturbationibus videretur, pontificatus sui anno xj. die xix. Romæ moritur, sublatis prius è medio iij. schismaticis pontificibus, quorum seditionibus ecclesia Romana ferè subuersa fuit.

ANNOTAT.

Alexander III. & Victoris IV. suorumq; successorum schisma, & eius causas accurate, diffuseq; Radeuicus canonicus Frisingensis in libri secundi, alia quarti historiarum, quas Othoni Frisingensi episc. adiunxit, à ca. 54. vsq; ad ca. 70. itè Ioan. Cremonensis presbyter, abbas Vrspergen. ac innominatus Alexandri papæ III. capellanus, qui hoc tempore vixerunt, exponunt. Ex cuius rei occasione, clero omnino & populo à pōt. fis electione exclusis, ea ad cardinales solos, tum primum redacta est, exq; salutaris de ductibus tertijs suffragiorum cardinalium, ad euitanda in posterum scismata, ab Alex. à isto tertio in concilio generali Lateranensi facta est ann. Dom. MCLXXIX. Iuxta cuius constitutionis formã, scrutinijs ratione Lucius papa III. primus creatus est, vt ex eiusdè pōt. fis diplomate, quod apud me est, liquet. Caterũ. nõ alienũ à meo instituto esse mihi visum est, hic subiicere breue Rom. pōt. fis Catalogũ, versibus à Nicolao quodã Maniacutio canonico regulari Lateranensi, qui hoc tempore vixit, exaratum ad incorrupta nomina pontificũ, rectamq; seriem

seriem conseruanda maxime facientem, & ad
plura, de quibus supra verba feci, confirmanda ap-
psum, quem ex antiquo Lateranensis basilicæ
archi uo accipi. Est uero huiusmodi.

NICOLAI MANIACVTH CANO-
nici Regularis Lateranensis ordinis S. Augu-
stini uersus de Romanis Pontificibus ad-
Alexandrum Papam III.

Si uis pontifices Romano noscere sedis,
Carmenibus nostris perlectis scire ualebis.
Primo papatus Petrus est in sede locatus,
Qui confederunt Linus, Cletusq; fuerunt.
Hinc Clemens iunctus: simili fuit ordine sanctus;
Hinc Nutat mundus sit quartus sit in secundus:
Hinc Anacletus profectus, hinc Euaristus,
Hinc Alexandro succedit in ordine Xystus,
Hos iuxta postus Telephorus est, & Hyginus.
Additur Anicetus, seu presul nomine Pius.
Soter, et Eleuther, quibus est Victor quoq; mixtus,
Quos Zepherin^o habet comites, martyrg; Calist^o
Urbanus turba Christi prælatus in urbe.
Post hos papatus succedit Marce locatus:
Hinc Pontianus, hinc Anterus, hinc Fabianus,
Cornelius, Lucinus, Stephanus, Xystusq; secundus.
Hos rutilans iuxta Dionys^o sede uenusta
Felix Romanus, cui uiguitur Eutichianus:
His comites Caius, seu Marcellinus habentur
Marcellus, nec non Eusebius enumerentur.
Miltiades etiam, post quem Siluester haberi
Te Dominus papam decreui in ordine cleri.
Marcus cui Iulius succedit, Liberiusq;
Felix & Damasus, cleri speculumq; decusq;
Exsili Libero Felix in sede locatur.
Martyriumq; subit, cum Liberius reuocatur.
Quare Libery Damasus successor habetur,
Sicut Hieronymi chronica narante docetur,
Postea Stricium numeramus Anastasiumq;
Hinc Innocentio te, qui comitaris utrumq;
Post Sisinum uero Bonifacius enumeretur,
Hinc Caelestinus cum Xysto consocietur.
Hos autem iuxta Leo uir doctissimus exstat,
Eloquium cuius quantus fuerit manifestat.
Hilarius hanc, & Simplicius, Felixq; sequuntur.
Post quos Pelagus, Anastasiusq; leguntur.
Symmachus, Hormisdas rutilans, presulq; Ioanes
Agapitum cum Siluerio, tecumq; Figli
Pelagium legimus, papali sede potiri.
Hos meriti magni pape praxito Ioanni,
Papam post ssum tuum numero Benedictum.

Pelagium Roma prælatus postea a prome,
Hinc tu Gregori confortans cuncta decori,
Ecclesia Christi sal, atque lucerna fuisti.
Post te Bleranum cuiem lego Sabmianum,
Hinc Bonifacius, & Bonifacius annumerentur.
Deus dedit, & quintus Bonifacius his societur.
Honorium cum Seuerino, teq; Ioannes
Inter predictos caestes scribimus amnes
Post hos Theodorū, Roma, Martinū consociemus,
De quo quod fuerit per Gracos passus habemus.
Additur Eugenius, presul quoq; Vitalianus
Adeodatum cum Domno suscipiamus.
Describitur hinc Agatho Siculare regionis alumnus
Et copulatus ei prudens Leo papa secundus:
His adiungantur Benedictus, atq; Ioannes,
Et Conon tecum Sergi, sextusq; Ioannes.
Hinc alio papa gauisus est Roma Ioanne,
Et te Siniui genita genitore Ioanne.
Post Constantinum Gregorius aliter habetur,
Tertius his etiam Gregorius associetur,
Cui Zacharias, Stephanus, Paulusq; deceter,
Hic Constantinus, Stephanus quoq; enumeretur.
Post Hadrianum Leo tertius esse uidetur.
Post Stephanū quartū, Paschalis presul habetur,
Eugenius uero Papa subscribitur istis,
Cui successor tu Valentinus fuisti.
Gregorius quartus, & Sergius, & Leo quartus
Pontificem dictum, post quos legimus Benedictū,
Hinc Nicolaus tuus, tu agaudet Roma decore
Cuius Hadrianus post mortem fulsit honore.
Octauu uiguit post hos doctrina Ioannis,
A quo Marinus per paucis presuit annis.
Præstantibus presul subiectiur his Hadrianus,
Et Stephan^o quinq; genuit pater hinc Hadrianus,
Postea formosum cathedram legimus tenuisse.
Inde Bonifacium Papatum promeruisse,
Post Stephanum sextū, Romanū per lege tandem,
Et post Theodorum, nonum subiectū Ioanem.
Cui Benedicte pater, Leo tecum commuratur.
De titulo Damasi, Christoforus associetur,
Sergius hinc rutilans, Anastasio copulatur,
Et Lando uiuens modicè sub astralatur.
Omnibus his tandem decimum coniunge Ioannē.
Te Leo cum Stephano prælatus papa Ioanne
Cui Leo, post Stephan^o succedit deginate grades
Necnon Marinus, & Agapitus, atque Ioannes
Præsibus quintus coniungatur his Benedictus,
Cui Leo iungitur, Ioannes, & Benedictus,
Et Dominus, necnon Bonifacius, & Benedictus

Et decimum quartum post istos scribe Ioannem,
Et quintum decimum post istos scribe Ioannem,
Et decimum sextum post istos scribe Ioannem,
Gregorium quintum prius, & post scribe Ioannem,
Post quem Siluestrum prius, & post scribe Ioannem,

Huic etiam nonum decimum subscribe Ioannem,
Sergius hinc quartus subnectitur & Benedictus
Restat vicesimus Ioannes & Benedictus.

Hinc nonum decimum de promum scripta Ioannem,

Quod cur euenerit, dabit hoc agnoscere carmen:
Quendam Ioannem si Mercurium vocitamus
Iustum vicesimum, nonum decimum numeramus.
Siluester cum Gregorio, Clemensq; secundus,
Cum Damaso rutilat Leo, Victorq; secundus.
Stephanus huic nonus, nec non decimus Benedi-
ctus

Et succedit eis Nicolaus in ordine mixtus
Ater Alexander, & Gregorius copulatur.
Victor, & Urbanus cum Paschali comitatur
Gelasium mundo concessit postea CHRISTVS.
Cui decedenti successit papa Calistus,
Honorius cathedram post omnes hos decorauit,
Hinc Innocenti papam Roma vocauit.
Post Celestinus caelesti dogmate functus,
Chrismae latitiae sit praeforsoribus vinctus.
Lucius hinc mundi cupiens resistere morbis,
Ast raptus statim, quia dignus non erat orbis.
Tertius Eugenius, qui nunc praecclarus habetur.
Donec vult, viuat, demum super astra tenetur.
Sunt centum quinque, nec non, & septuaginta.
Quartus Anastasius post ecclesiam viduauit,
Quam sibi mox copulans Hadrianus clarificauit.
Hinc licet inuictum papali sede potitum
Scimus Alexandrum, per secula commemorandum

Sunt omnes centum, sunt octo, & septuaginta.

LVCIVS III.



LVCIVS tertius, natione Tuscus, Luca
vrbe, gente nobili oriundus, omnium 178. 1
consensu eo tempore pontificatum in-
ijit, quo Andronicus Graecus, quem diximus
Alexio pupillo tutorem datum, pulsus Latinis,
qui puero fauebant, Constantinopolitanum
imperium vsurpauit, necato in vndis puero
dum laxandi animi causa paruo nauigio huc
illuc temere dilabitur. Praeterea verò ne faci-
nore partem tyrannidem amitteret, facinus
haud paruam addidit. Nam proceres omnes,
quorum virtutem suspectam habebat, breui
interfecit. At verò Guillelmo Lógaspata Hie-
rosolymis mortuo. Balduinus rex nepoti con-
sulturus, Sibillam nouo marito collocat Gui-
doni Lusigniano è Pictauiorum gente oriun-
do, hac tamen lege, vt se mortuo Guido pro
nepote Balduino, quoad pueritiam supergre-
deretur, regnum gubernaret: illudque deinceps
nepoti traderet. Agebantur haec omnia
Lucij pontificis auctoritate, qui ad Christianã
remp. pertinere arbitrabatur, principes Asiae
quã maximè inter se benevolentia & affi-
nitae connexos esse, quòd facilius Sarracenis
& Turcis in bello resisterent. Is tamen ex vrbe
eiecit, dum fauentibus quibusdam ciuibus
Romanis, abolere consulum nomen anniti-
tur. Fautoribus eius in vrbe deprehensis, effos-
si oculi sunt. Accepta autem tam insigni con-
tumelia pontifex Veronam profectus, conci-
lio habito, & Romanorum licentiam ac su-
perbiã improbauit. & principes omnes Chri-
stianos adhortatus est, vt nostris in Asia pro fi-
de Chri-



de Christi laborantibus succurreretur: maxime verò cum seditione principum nostrorum hostes freti, duce Saladino Hierosolymitanum agrum popularentur. Nam pulso Guidone Lusignano ab administratione regni ob superbiam, Bertrando comite Tripolitano tutore designato, ad arma ciuilia res ipsa spectare videbatur. Non desistit tamen pontifex & litteris & nuncijs eos adhortari, vt positis simultatibus, vna mente, eodemque animo tam diu hostibus resisterent, quoad nouæ copiarum supplementum militiarum submitterentur. Iam enim instante Heraclio patriarcha Hierosolymitano, qui primo Veronam eius rei causa ad Lucium venerat, deinde ad Philippum Franciarum regem accesserat, milites cruce signati ad tantam expeditionem mittebantur. Verum Guillelmus Siciliae rex, in quo tempore iniurias Latinis ab Andronico Constantinopolitano imperatore illatas vlturus, cum armato exercitu in Græciam traiciens, omnia perturbauit. Nam & Thessalonicam Macedoniæ urbem vi cepit, & multas Græciæ Thraciæque ciuitates varijs calamitatibus affectas partim cepit, partim diripuit: nusquam occurrente Andronico, & dijs & ciuibus suis infesto, propterea quòd multos occiderat, plerosque exilio damnauerat. Hac verò necessitate impulsus & coacti Constantinopolitani ciues Isaacium quendam regia progenie ortum, è Peloponneso ad imperium vocant: qui Andronicum prælio superatum & captum, varijs cruciatibus interfecit. Quo sublato, Lucio pontifici haud difficile fuisset, Guillelmum regem pace cum Isaacio composita, impellere pollicitationibus & præmijs, vt in Asiam traiceret. Verum dum ob hanc rem nuncijs vltro citroque mitterentur, Lucius vir optimus pontificatus sui anno quarto, mense secundo, die xviii. Veronæ moritur: sepeliturque magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilicæ. Hic autem pontifex non immemor patriæ suæ, eam multis muneribus, tum diuinis, tum humanis ante mortem ornauit. Ab imperatore enim Frederico, quo cum in pace vixit, obtinuit, ne Etrusci alia quàm moneta Lucensi vterentur, quemadmodum Longobardi solam Papiensem admitterent signatam imperatoris nota. Nam Cisalpinos iam antea pontifex imperatori conciliauerat. Scribit Ptolomeus Lucensis & Petrum Comestorem, qui historiam vtriusque testamenti conscripsit, & Ioachim abbatem in Calabria apud monasterium Flo-

ris ab eo conditum, in precio tum fuisse, doctrina & diuinandi arte. quam sub ambagibus quibusdam præfererebat.

ANNOTAT.

Lucius iste Luca ortus, ex nobili gente, quæ Alucingula dicebatur, tertio pontificatus sui anno Veronam patriam meam florantissimam tunc Italiae urbem ciuili seditione vrbe à senatoribus (non vt Platina scribit, consulibus) pulsus, vt Christianorum principum conuentum ageret, adiens, ibidem diem clausit extremum, in cathedrali ecclesia cum hoc elogio sepultus:

Luci Lucatibi dedit ortum, pontifice atum

Ostia, papatum Roma, Verona mori. Inmum
Verona dedit tibi lucis gaudia, Roma

Exilium, curas Ostia, Luca mori.

Huic Urbanus III. Veronæ à Cardinalibus creatus, & Ferraria mortuus successit. Cui Gregorius VIII. subrogatus est, deinde huic Clemens III. Pisis renuntiatus. Ex vetustis eorundem pontificum bullis siue diplomatibus, quorum exempla apud me sunt, ex bibliotheca Platina excepta.

VRBANVS III.



VRBANVS tertius, patria Mediolanensis patre Ioanne, è gente Cribella, pontificatum iniens reuocare ad concordiam Christianos principes primò annixus est, ne dissidentes à barbaris opprimerentur. Verum mortuo Balduino quarto lepra laborante,

ante non potuit Tripolitanus comes, tutor Balduni quinti designatus, curam eius suscipere. Sibylla pueri matre, Guidoneque Lusignanano prohibentibus.

Non superuixit diu puer: octavo enim mense post patrem moritur, cuius mortem tandem occultauit mater, donec largitionibus ac blanditijs in sententiam sui ipsius deducto patriarcha & proceribus, Guidonem creare regem obtinuit. Tulit eam quidem Rem grauius & iniquo animo Raymundus Tripolitanus comes, atque quod ei facilis vlscisci iniurias suas liceret, inducias cum Saladino pacificatur. Hoc itaque modo Tripolis & Tiberiadis & Galilææ principatus à Christianis auulsus est. Raymundo enim comiti tum parebant ob uxorem, quam nuper duxerat: & ne quid Saladino desset, occasionem belli gerendi enixè quærenti, Montis regalis Christianus princeps, qui vltra Iordanem longè ac late imperitans, annonam & quidem abundantem Hierosolymis perpetuè subministrabat, inducias temerè volauit. Hanc ob rem Saladinus venisse tempus ratus, quod maximè expetebat: comparato ingenti peditum atque equitum exercitu, ad Ptolemaidam castra ponens cum Templarijs in præsidio positis acerrimè dimicat. Fuere superiores Templarij, optimo tamen quoque de suis occiso. Nam & magister militiæ & plerique alij consilio ac manu prompti, eo prælio cecidere. Auxit exercitum Saladinus, & à calamitate animum sumens, Templarios magis magisque vrget. Hanc ob rem Raymundus haud satis Saladino credens, Tiberiadi vxore relicta quam firmissimo præsidio munierat, Tripolim reuersus, in gratiam cum Guidone rediens, barbarorum inducias contempsit. Quare Saladinus belli gerendi occasionem nactus, Ptolemaida omissa, in Tiberiadem suo iure mouet. instantibus itaque Christianis omnibus, maximè verò Templarijs, vt exercitus in hostem duceretur, Guido rex in Saladinum mouens, qui loco irriguo & amœno castra posuerat, repulsus ab hoste, haud longè castrametatus loco iniquo & arrido, sequenti die ad pugnam compellitur, ac magna clade superatur, laborantibus siti Christianis. In tam verò sinistra pugna capti ferè omnes principes sunt, maximè autem Guido rex, & Templariorum magister: quorum de numero multi securi percussi sunt. Hac itaque victoria potitus Saladinus, Aconem properè duxit: quam

statim Christiani dedidère, cum singulis vestimentis abire permisit. Eadem quoque fortuna vsus, Berytum Byblum, ac maritima omnia occupat, soli Ascalonitæ munitionibus fissis, responderunt, se non nisi post captam Hierosolymam deditorem facturos. Multum certè Saladini humanitas & fides Christianis obfuit. Nemo enim (ad eum se æqualem omnibus præbebat) eius imperium aspernabatur. Is itaque Ascalonam mouens, decem dierum oppugnationem eam his conditionibus in deditorem accepit, vt reddito Guidone rege, & templi magistro, quos in vinculis habebat, ciuitatem deditibus incolis acciperet. Vt hæc autem deditio quam primum fieret, Saladinus properabat quod iam Tyrum peruenisse Conradum intellexerat Montisferrati Marchionem, cum classe ab Isaacio imperatore Constantinopolitano accepta, cuius sororem nuper in uxorem duxerat, eoque peruenturum breui suspicabatur. Guillelmum Siciliæ regem cum tremibus quadraginta. At verò Turci, cum intellexissent tanta cum gloria Christianis à Saladino superatos, æmulatione gloriæ moti Laodiceam profecti, vrbem recepta in Antiocheum agrum descendunt: quo in loco à Christianis tanta clade superati sunt, quantam Saladinus Christianis intulerat. Oppugnabat tum Saladinus vrbem Hierosolymitanam, & quidem acriter: quam tandem ij, qui in præsidio erant, desperatis supplicijs, hæc conditione dedidère octaui & octogesimo anno posteaquam à Gotifredo capta fuerat, vt tanti abeuntis cuique ferre liceret quantum iuis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiã, pars Alexandriam delata est. Inde verò multi deinceps Siculæ classe in Italiam delati sunt. Saladinus autem Hierosolymam ingressus, campanas primò deturbibus deiecit, mox basilicas omnes, præter Salomonis templum, prophanauit: quod priusquam ingrederetur aqua rosacea lauisset foris. Mansere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syriani, Armenij, Iacobite, Georgiani, Græci, permittente Saladino: qui relicto eoloci si missimo præsidio, Tyrum properè ducit: quam Guillelmus publico consilio, auxilioque defendendam acceperat. Hic itaque Siculæ classis auxilio fuerus, Saladinum ab vrbe repulit. Verùm cum postea contaret hominem ferocem Antiochiã oppugnandæ vrbis causa, profectum, Urbanus pontifex,

qui omnib⁹ viribus annexus fuerat, ne Hierosolymæ caperetur, Venetias cõparandę classis gratia p̄ficiscens, dolore animi quę ex calamitate Christianoñũ acceperat, Ferrarię in itinere moritur, p̄tificatus sui an. j. m̄e. x. die xxv.

GREGORIVS VIII.



CLEMENS tertius patria Romanus, p̄tre Ioanne, cognomento Scholaris, p̄tificatum iniens, statim de bello in Sarracenos gerendo edictum proponit. Nam Saladinus secundam victorię fortunam secutus, iam ciuitates quinque & viginti de principatu Antiocheno ceperat: ipsamque Antiochiam corrupto largitionibus patriarcha, deniq; occupauerat.

Hanc ob rem moti Christiani principes, benę admonetę pontifice arma sumunt, quorum de numero p̄cipui fuere Fredericus Imperator, Philippus Francię, Richardus Anglię reges, & Otho Burgundię dux, subsequentibus multis Episcopis Archiepiscopisque. Veneti quoque & Pisanę paratissimę eduxere classes. Venetę p̄fuit Archiepiscopus Rauennas, Pisanę Pisanus p̄sul. Guillelmus autem Sicilię rex, pacato à piratis mari annonam omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscens subministrabat. Frisones p̄terea, Dani, & Flandrenses cum quinquaginta trirēmum classe inter nauigandum ad Africę litora flectentes, Sarracenos magnis incommodis afflixere, capta ac direpta Siluma eorum vrbe. Bela autem Polonię rex, saluti Christianorum consulens, Vngaris pacem dedit, quod omnibus proficisci facilius ad tantam expeditionem liceret. Tyrũ iam peruenerant omnes, indeque paribus animis è Ptoleimaida mouerant, urbemque oppugnabant, tum superueniente cum magno exercitu Saladino, & à tergo, & à fronte eodẽ tempore cõtra hostem dimicare necesse fuit. Pugnatum est diu, atque acriter, & iam ad Christianos victoria inclinabat, cum equus è manibus gregarij cuiusdam elapsus, Christianis fugiendi initium fecit, arbitrantibus suos in fugam verfos. Verũm Gaisfredus Lusignus ad custodiam castrorum relictus eruptione facta & hostes repressit, & suis animam ad resistendum dedit. Constat tamen ex Christianis ad duo millia eo die casos fuisse. Periere item ex acceptis vulneribus Templarioñũ magister, & Andreas Bremenfis comes. Durante autem diutius obsidione, tanta fame obsidentes oppressi sunt, vt etiam ab hoste annonam peterent. Quare Saladinus benę gerendę rei opportunitatē nactus castra rerum omnium refera sine vlllo custode dimisit, ad quã diripiẽda cũ passim nullo seruato ordine Christiani accurrissent, Saladinus rediẽs, multos incautos & nã tale opinãtes oprimit. Nõ deseruere ta-

181. Pont.

Gregorius VIII. patria Beneuentanus, summo omnium consensu pontifex creatus, statim nuncios & litteras ad principes Christianos mittit, eos cõhortat⁹, vt virib⁹ omnib⁹ vnã secũ cõparato exercitui terra maris; Hierosolymã ab hostibus captã recuperarent. Quò verò id liberius fieri liceret, ipse Pisas statim p̄ficiscitur, vt cõposita inter Pisanos & Genuẽses pace, vtrunq; populũ bello maritimo p̄potetẽ, in sanctã expeditionẽ cõcitarer. Verũ dũ hæc intẽtiore cura vir sanctissim⁹ agit, Pisis moritur, pontificatus sui die lvij.

CLEMENS III.



180. Pont.

men tam grauem & diuinam obsidionem Christiani, licet ad cætera mala, dysenteria quoque in castris laboratum sit: quo quidem morbo & Sibilla Guidonis vxor, & quatuor filij, quos ex ea susceperat, in castris perièrunt. Interim verò dum hæc in Asia agerètur, Guillelmus Siciliae rex, Panhormi moritur: cuius regnum ad ecclesiam recidebat, nullo legitimo hærede relicto: licet insulæ proceres Tàcredum statim suffecèrunt, ex Rogerio Normanno, & pellice quadam genitum, hominè certè tantæ fœcordiæ, vt eum Guillelmus negaret ex Rogerio genitum.

Reperiturus itaque sua iura Clemens pontifex, copias eò celeriter misit: quibus dum Tancredus resistit rapinis & cædibus omnia repleta sunt. Mouerat iam copias suas in hostes Christiani nominis Fredericus, & per Vngariam iter faciens, Thraciamque, iam Constantinopolim peruenerat: quem certè Isaacio imperator eius potentiam veritus, trajcere Bosphorum statim, adhortatus est. Transmissis itaque copijs, Fredericus instante etiam litteris & nuncijs Clemente, & Philomelium urbem de Turcis capit: & agrum Iconio adiacentem populatur, & Armeniam minorem in potestatem suam redigit. Verùm dum lauandi causa rapidum amnem inexplorato ingreditur, in vndis perijt. Tum verò eius exercitus in Antiochenum agrum delatus, partim morbo, partim fuga consumptus est. Philippus autem, Richardusque reges, Gallico Tyrrenoque pelago Messenam simul delati, varia fortuna deinceps vsi sunt. Nam Philippus prospera nauigatione vsus, Prolemaidis portum attingens, Christianorum exercitum, & animos auxit. Richardus verò tempestate in Cyprus delatus, cum à Græcis portu prohiberetur, insulam vi ingressus, expugnatam, spoliataque firmo suorum communiens præsidio, Prolemaidem tandem in castra peruenit. Oppugnabatur tum acriter vrbs: sed inerat validum Saladini præsidium: quo quidem persèpè erumpente, Christiani magna incommoda recipiebant. At verò Clemens omisso tantisper Tancredo, donec Christiani contra Saracenos dimicantes, meliorem fortunam nanciscerentur, ad componendis res ecclesiasticas animus adiecit. Nam & mores clericorū quorundam non satis probatos seueritate sua emendauit, & claustrum sancti Laurentij extra muros ædificauit, & Laterani aedes nõ mediocri impensa restituit: templumque vermi-

culato opere, ac musuo exornauit. Moriens deinde haud ita multò post pòtificatus sui anno iij. mense v. in basilica Lateranensi sepelitur, ducta ingenti funeris pompa.

ANNOTAT.

Perpetua per annos plus minus quinquaginta inter populum pontificesq, Romanos, ab Innocentio II. vsq, ad Clementem III. discordia civilis fuit, regiminis Vrbanii occasione excitata: cum populus Romanus pòtifici suo vrbs. administratione submoto. senatores, qui republica præessent, cū patricio quodam, summa cum auctoritate creassent, vt Ottho Frisingensis episcopus lib. hist. 7. & lib. 1. de gestis Frederici imperatoris, capitibus suprà citatis, & abbas Vrspurgensis, item vitarum pontificum incerti nominis scriptor bibliotheca Platina auctores sunt. Ex cuius rei occasione Innocentius II. & Celestinus II. animi dolore defecerunt. Lucius II. penè est interfectus. Eugenius III. Alexander III. & Lucius III. vrbe pulsus, Urbanus III. & Gregorius VIII. exsules fuèrunt: donec nouissimè tanti dissidij vrbs. parte pertusa, populus Romanus cum pòtifici populari suo Clemente iij. pacem aquis conditionibus facit, senatoribus confirmatis, patricij verò loco præfecto, quem magistratum aboleuerat, reselecto. Huius pacis fœdera, & conditiones cum omnium subscriptionibus ex libris censuum camera Apostolica exceptas adhuc apud me sunt. Diuturna deinde quies, & tranquillitas ecclesia tempora fuerunt.

CAELESTINVS III.



CAELESTINVS III. patria Romanus, pâtre Petro, cognomèto Bubonis, pontifica.

rificatum adeptus, & grè ferens Tancredum regno Sicilia potiri, Constantiam rege Rogerio natam, occultè è monasterio Panhormitano eduxit: eamque licet Deo dicatam, Henrico sexto Frederici Barbarossæ filio dispensatione apostolica in matrimonium collocavit: hac conditione, ut regnum Siciliae cis, & ultra Pharam dotis nomine repeteret, reseruatocensu qui pontifici feudatario iure quorannis solueretur. Hac autem beneficentia motus Henricus, Tusculum (quod ipse firmo praesidio munierat) Cælestino reddidit, quod statim Romani à pontifice acceptum, ad eò diripiendū euertereque, ut saxa demolitæ urbis in Capitolio usque ad multam ætatem in memoriã tantæ cladis seruata sint.

At verò Henricus & Constantia Neapolim oppugnantes, soluere obsidionem coacti sunt, peste exercitum populante. Christiani autem, qui biennio Ptolemaidem obsederat, tandem eam dedente praesidio receperunt, his conditionibus, ut & pars dominicæ crucis, quam superius amissam diximus, à barbaris redderetur: & eisdem cum singulis vestimentis abire liceret. At verò cum dominica crux non reperiretur, multos è barbaris Richardus trucidauit. His itaque malis perterritus Saladinus, desperansque posse reliqua tueri, quarundam urbium mœnia demolitus, de reddenda Christianis Hierosolyma cogitauit: quod certè ne faceret, discordia inter Philippum Richardumque orta de principatu inter se contententes, effecit. Verùm abeunte ex Asia Philippo, simulato interim morbo, Richardus maiori animo rem bellicam deinceps aggreditur, eo potissimum tempore, quo Conradum Monteferratum Tyri in foro agentem, sicarij duo (arsaculus Sarraceni vocant) gladijs confodère, deuoti prius ac iurati se hostes omnes suæ superstitionis ea ratione interfecturos. Hi autem postea de fuga retracti, exquisitissimis cruciatibus sunt interempti. Henricus verò Campaniæ comes, Isabella regina in vxorem ducta, Tyri dominatu potitus est. At Richardus Guidonem Lusignanū blandè eum appellando, in eam sententiam tandem adduxit, ut sibi regni Hierosolymitani iura permitteret, quem titulum Anglici reges adhuc vsurpant. Augustus itaque omninò Richardus, obsidere Hierosolymam instituerat. Verùm in itinere à Saladino extremum agmen carpente vexatus, cum iniquo loco de-certare necesse esset, hostem magno suorum

incommodo tandem superat. Qui postea non longè à Bethleem munitissimo loco castrametatus, interciperè comestus instituerat, quò minus ab Aegypto ad Christianos Hierosolymam obscurros importarentur. Ob hanc itaque causam & ob hyemem, quæ iam appetebat, Richardus relicta tam necessaria obsidione, ad quam pontifex eum continuò subministratis pecunijs animabat, Ascolonam concessit: quam pariter & Gazam à Saladino antea delatas instaurauit. Dilabentibus deinde passim maritimis copijs, Pisani in Adriaticum delati, Polam capiunt, eo loci hibernanturi. Hanc ob rem Veneti aucta maiorem in modum sua classe, Pisanos Pola eijciunt, urbemque deripiunt: eos quouis in loco persecuturi, nisi Cælestinus reip. Christianæ cauès, utrumque populū ad pacem cohortatus fuisset. Instabat iam ver & mouere copias Hierosolymam Richardus instituerat, cum subitò nunciatum est, regem Franciæ Normanniam ea mente vexare, ut in Angliam trajiciens regnum illud fraudi Ioanni acquireret. Mutata itaque sententia Richardus pacem cum Saladino componit, his conditionibus, ut sibi omnia præter Tyrum & Ptolemaidem haberet: reliqua autem, quæ in potestate Christianorum remanerent, nequaquam vexaret. Istis hoc modo fœderibus, Richardus in Europam rediens, ab hostibus capitur. Redemptus autem ingenti pecuniæ vi, tandem in Angliam proficiscens, sæpè cum rege Franciæ decertauit, in clamante pontifice, qui suo, ac Christianorum omnium iniquo tempore tantum certamen excitassent: maximè verò quòd Saladino mortuo rum maximè recuperari Hierosolyma posset. Ferunt Saladini viri clarissimi trophæum hoc in funere habitum. Eius enim interior tunica lancea suspensa, ante funus deferèbatur præcone clamante, Saladinum Asiæ dominatorem, extanto regno, tantisque opibus nil aliud secum ferre: Dignum sanè tanti principis spectaculum, cui nil aliud ad summam laudem defuit, quam Christi character.

Tum verò Saladino mortuo, Cælestinus in magnam recuperendæ Hierosolymæ spem veniens, Henricum imperatorem, qui mortuo Tancredo regnū Sicilia occupauerat, ad bellum Asiaticum adhortatur: quòd cum ipse obire non posset, eò Moguntinum archiepiscopum, & Saxoniam ducem cum magnis copijs properè mittit. Idem quoque fecisset & Fran-

ciæ rex, ni Sarraceni Mauritaniam incolentes in vltioremque Hispaniam traicientes, capto rege Castellæ, Bæticam omnino cepissent, quæ hodie Granatæ dicitur. Non enim quieturos barbaros Galli arbitrabantur tanta victoria elatos, sed elaturos bella finitimis. Hanc itaque ob rem militem in Europa retinebant. Germani verò in Asiam traicientes, & Berytum à Sarracenis destitutum minuere, & Ioppen obsidione pressam liberauerunt: petituri deinceps Hierosolymam, ni Cælestino tum mori conuigisset, pontifici sanctissimo: & qui nil in vita prætermisit, quòd terra sancta (ita enim Hierosolymas vocant) recuperaretur. In tantis autem perturbacionibus rerum, tantoque sumptu bellico ædes egregias tum apud sanctum Petrum, tum ad Lateranum ædificauit, qua recipi pontifices percommode possent. Exstant adhuc in Laterano valuæ ænæ è regione sancta sanctorum suo iussu, suaque impensa fabricatæ. Præterea verò ciuitatis nomen Viterbio dedit: ecclesiamque eorum cathedralem fecit: Tuscanensem & Centum cellensem ita in eadem transferens, vt vnus Episcopus omnibus præset. Moritur autem Cælestinus pontificatus sui anno sexto, mense septimo, die vndecimo, sepeliturque in basilica Petri bonis omnibus, præ dolore, & desiderio hominis lachrymantibus.

INNOCENTIUS III.



83. Poiz.

INNOCENTIUS tertius, patria Anagninus, patre Trasimundo è familia Comitù, vir etiam ante pontificatù doctrina & moribus insignis, à Cælestino in numerum cardi-

nalium refertur: quo mortuo, in eius locum omnium consensu pontifex sufficitur. Hic autem statim vbi magistratum inijt, bello Asiatico animum adijciens, Germanos propter Henrici mortem in Asia tumultuantes retinere in officio litteris, nuncijs, præmjs, pollicitationibus conatus est. Verùm id quidem frustra tentauit. Germani enim nemini obtemperantes, relicta Asia in Europam cù maximo Christianorum detrimento transeunt: potissimum verò Ioppensium, in quos omni ope destitutos delati Turci, Sarraceni que etiam deditio-nem facturos, vi captos ad vnum omnes interficere, euersa statim à fundamentis vrbe. Orta & in Germania sedicio nõ parua est, cum pars electorum Othonem Saxonie ducem, pars Philippum Germanum Sueuie ducem, quem Henricus tutorem filij moriens relquerat, imperatorem optaret. Et ne quid mali ad perturbanda omnia deesset, rex Francie, Philippo, Othoni rex Anglia faucebat. At verò Innocentius ne tumultu omnia complerent, Othonem imperatorem confirmat, legitime ab his, ad quos pertinebat, electum. Non destitit tamen Philippus ob hanc rem, & Etruria in Italia, & Sueuam in Germania firmo præsidio munire. Idem fecit & Constantia Henrici vxor, quæ Frederici secundi filij sui adhuc pueri Sicilia regnum cis & vltra Pharam præter conditionem sexus, ad propulsandam vim hostium constantissime muniuit. Increbescentibus itaque hoc modo discordijs, non omittendum bellum Asiaticum Innocentius ratus, sua auctoritate & Bonifacium Mòtisferrati Marchionem, & Balduinum Flandrie, & Henricum S. Pauli, & Ludouicum Sabaudie comites in Sarracenos mouit.

Hi autem omnes coniunctis copijs Venetias delati, non prius Venetos pepulere classem in Turcos & Sarracenos armare, quam polliciti sunt omnes paribus animis laderã, quæ iterum ad Vngaros defecerat, recuperaturos. Comparata itaq; classe, & Tergestinos mare infestantes compescunt, & Iaderenses post longam obsidionem capiunt. Agebantur hæc in sinu Adriatico, cum Alexius Isaacium fratrem imperatorem Constantinopolitanum, quo Latini amicissimo vsi sunt, imperio depulit, & captum oculis in vincula coniecit, Hanc ob rem Alexius Adolefcens Isaacii filius, ex fuga in castra perueniens, opem pro patre contra Tyrannum petit, quæ profectò hac conditione ei concessa est, vt & Græcam ecclesiã Roma-

Roma-

Romanæ subijceret: auri marcas triginta milia persolueret ob damna, quæ olim Emanuel imperator venetis Francisque intulerat. Hoc autem modo istis foederibus ab Iadera mouentes, dum Cretam præterlabuntur, eam puer Alexius in deditioem accipiens. Bonifacio Montisferrato sibi cognatione coniuncto condonauit. Inde verò Constantinopolim profecti, dum terra marique urbem oppugnant, Theodorum Lascari, Alexij tyranni generum erumpere conantem, intra moenia retrudunt, urbemque biduo continuata oppugnatione vi capiunt. Auspigerat noctu Alexius, relicto magno auri pondere apud Irenem virginem Deo dicatam. Redeuntes itaque in urbem pater Isaacius & filius Alexius, non diu superuixere: Pater enim morbo, filius autem veneno penitus interiit. Interea verò Bonifacius Montisferratus regno Tessaliæ potitus, cum pecunia indigeret, suadente Balduino accepta ingenti vi auri, Cretam Venetis dedit. His autem pecunijs fretus Bonifacius, Hadrianopolim à tyranno pressam oppugnans, & Valachos olim Romanos vltiorem Danubij ripam incolentes, & Bulgaros vicinos in se excitauit. Multitudinem itaque hostium timens, Constantinopolim petijt, Soldano Iconij iturus obuiam, qui Satellia urbe Græca capta, maximis calamitatibus Christianos quotidie vexabat. Innocentius autem tot hostibus vndique lacesitus, conquistum vndeque militem continuò submittebat. Qui vbi accepit Hilminolinum maxima classe in Hispaniam traiecisse, Toletumque oppugnare, publico edicto omnes, qui ferre arma possent, ad extinguendum tantum incendium concitauit. Conuenerant etiam multi Galli opem Hispanis allaturi: qui statim in patriam rediit, vbi aduentum suum Hispanis minimè gratum sensere. Hanc ob rem Hilminolinus vtramque Hispaniam incredibili celeritate hostilem in modum peruagatus, Arelatum vsque & Auinionem perueniens, cædibus omnia, & populationibus copleuit. Hac autem calamitate perciti quatuor Hispaniæ reges, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauarræ, copijs simul iunctis, cum Sarraceno cõgressi, maximam victoriam adepti, nil præter Granatam Himinolino reliquere.

Monteforti. Non enim disceptationibus verborum tantum, verum etiam armis opus fuit: adeò inoleuerat tanta hæresis.

Otho interim Romanorum imperator, vbi que à Philippo superatus, cum in Agrippina Colonia obsideretur, eruptionemque infeliciter tentasset, à Coloniensibus excluditur, qui statim Philippo deditioem fecere. Non diu tamen superuixit Philippus: à comite nanque Palatino insidijs petitus necatur. Cognita verò huius morte, Germani ducem Saxonix imperatorem diligunt, Othonem quintum appellatum: quem Innocentius sequenti anno Romæ coronauit. Veneti autem tum maximè rei maritimæ studentes, cum obire omnia publicè non possent, priuatis etiam ciuibus negotium dederunt, vt qua vellent insulas occuparent, modò in fide reip. permanerent. Vnde multi ciues insulas Ionij & Aegæi occuparunt, publicè tamen Corcyram, Motonium, Coronum in suam redege're potestatem.

Otho verò, quem diximus ab Innocentio coronam imperij suscepisse, contra ius fasque occupatis Montefalcone, Radicofano, multisque ecclesiæ Romanæ oppidis, in regnum Neapolitanum mouens, id adolescenti Frederico secundo sublaturus, cuius ob ætatem curam tutores adhuc gerebant, iram pontificis in se concitauit: à quò & anathemate notatur, & imperij titulis priuatur, cum monitus vt ab iniuria discederet, parere deserit. Hanc ob rem Bohemiæ rex cum Moguntino & Treuerensi archiepiscopis, Langrauiio Turingiæ atque Austriæ duce suadente, Fredericum secundum Siciliæ regem, vigesimum agentem annum, Romanorum imperatorem diligunt. Otho itaque in Germaniam rediens, paternæ ditioni consulturus, Innocentio recuperandi omnia, quæ in Italia ceperat, facultatem dedit. Veneti autem rebellantem Cretam in fide armis cõtinentes, anno salutis millesimo ducentesimo quarto decimo, eandem in coloniæ formam redigere, missis eò ciuibus, qui Cretensis in officio continerent, Venerat tum Romanam Fredericus secundus corone gratia: quam vbi ab Innocentio impetrare nequiuisset in Germaniam profectus, regni Germaniæ diademam à Moguntino archiepiscopo accipiens, cù Ludouico rege Franciæ amicitie & foederis societatem iniit: qua quidè amicicia Ludouicus ipse fretus, Ioãni Angliæ regi bellum statim intulit. Verum Ioannes auxilio diuino & humano vsurus, Angliam Hiberniamque

Dominicus hæresis apud Tolosam.

Oborta tum apud Tolosam hæresis est, quæ Innocentio procurante beatus Dominicus, qui postea in sanctos relatus est, mira celeritate compescuit, adiuuante etiam Simeone

Romanæ ecclesiæ vestigiales faciens, centum auri marcas quotannis soluturum se pollicebatur, quod postea aliquandiu seruatum est. Fredericus autem Othonem persequens à Ludouico rege Franciæ graui bello superatum Aquisgranum cepit: ibique iterum Innocentij pontificis auctoritate fretus, vexillum crucis sustulit: laturus (vt ipse dicebat) opem, & quam primum, Christianis contra Sarracenos in Asia dimicantibus. Præterea verò vt grati animi signum aliquod præferret, Fundanum comitatum ecclesiæ Romanæ dono dedit: vel datum antea, & vsurpatum deinceps, reddidit: At pontifex, vbi videret Sarraceno- rum potentiam in Asia concreescere, apud Lateranum maximum concilium celebrat, cui interfuere Hierosolymitanus, Constantinopolitanus, patriarcha, Metropolitanus lxx. episcopi quadringenti, duodecim abbates, priores conuentuales octingenti, Græci & Romani imperij legati, regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ & Cypri oratores. Venere multa tum quidem in consultatione, nec decerni tamen quicquam aperte potuit, quod & Pisani & Genuensium maritimo, & Cisalpinis terrestri bello inter se certabant. Ed itaque proficiscens tollendæ discordiæ causa pontifex, Perusij moritur, pontificatus sui anno decimo octauo, mense septimo, die decimo sexto, cuius vita adeo probata fuit, vt post eius mortem nil eorum, quæ in vita egerit, laudauerit, improbaueritque, immutatum sit. Nam & decreta pleraque reculit, quibus tam laicorum, quam clericorum mores componerentur. Scripsit & libros de sacramento eucharistiæ, de sacramento baptismi, de infelicitate conditionis humanæ. Habuit item sermones temporibus & solemnibus diebus accommodatos. Improbauit præterea abbatis Ioachimi libellum quendam, non sanam doctrinam præferentem. Damnauit & errores Almerici heretici, qui postea Parisijs cum sectatoribus suis exustus est: qui ad reliquos errores affirmabat ideas, quæ sunt in mente diuina, & creare & creari, cum ex sententia beati Augustini in mente diuina nil nisi æternum & incommutabile sit. Dixerat præterea in charitate cõstituto nullum peccatum imputari. Iuere autem huius pontificis virtutem & doctrinam beati Dominici, vnde Prædicatorum, & Francisci Assisipatis sanctitas, vnde Minorum ordo tum originem habuit. Sunt qui scribant, & Gratianum compilatorem Decreti, & Pa-

piam Lombardum, qui vocabula Latina in ordinem redegit, tempore Innocentij fuisse. De Papia non ambigitur: Gratianum Alexandri tertij pontificis temporibus quidam ascribunt. Et ne existimies Innocentium opera pietatis in tanto pontificatu prætermisisse, scito eius opera & impensa hospitale sancti spiritus conditum fuisse, auctumque adeo magnis prouentibus: quibus & peregrini, & ægroti, & vulgò concepti ac orphani alerentur. Ornavit & altare sancti Petri opere vermiculato, vt eius imago & litteræ in fornice ipso scriptæ indicant. Vniuersis præterea vrbis Romæ ecclesijs libram argenti dedit, vnde calices sacrificandi gratia conficerentur. Restituit & beati Xisti ecclesiam iam vetustate collabentem. Hoc idem factum ab eo maledici dicebant, ne omnem impensam in turrim quandam, nunc Comitum appellatam cognomento familiaris suæ transfulisse videretur. Vtunque est, cõstat eum in quouis genere vitæ probatissimum fuisse dignumque qui inter sanctos pontifices censeatur.

Hospitium
S. Spiritus
conditum

HONORIUS III.



HONORIUS tertius, patria Romanus, patre Americo, omnium suffragijs pontifex creatus, ad quem Petrus imperator Constantinopolitanus cum Iole vxore veniens, in basilica S. Laurentij extra muros coronatur deligiturque; statim Ioanes Columna cardinalis Romanus, qui legatus ad res Asiæ cõponendis cum ijs copijs proficisceretur, quas Innocentius ad eam collegerat. Perstenerant iam Aconè Christiani proceres Honorio hortate: maxime

184. 201

maximè verò Andreas Vngariæ rex Venetorū nauigio fretus, quibus ob tantum beneficium ius omnè concessit, quod in Dalmatia dux Austriae habuerat.

Andream quoque secuti sunt & Henricus comes Niuernensis, & Gualtherus regis Franciæ camerarius. Hi autem omnes inito consilio cum Ioanne Hierosolymitano rege, Damiatam Aegypti urbem obsidere instituentes anno salutis millesimo ducentesimo ac decimo octauo, mensè Maij eò proficiscuntur*. Heliopolis hæc urbs quondam appellata est, ab Aelio Pertinace, qui eam triplici muro circumdedit, deducta Nili particula, quæ urbem in insula formam redigeret. Suburbia habebat circumquaque posita plena mercimonijs, hæc primo miles diripuit. Verùm cum postea flantibus zephyris Nilus in immensum creuisset, corrupta annonæ, laborare inopia rerum Christiani tum cœpère, præcipuè autè obsidente aditus Soldano, ne quid importaretur, qui non longè à nostris castra posuerat. Hac itaque difficultate rerum moti Christiani, in Soldanum copias mouent. Is autem terrore perculsus, relictis castris rerum omnium copijs refertis, nostris obsidendi urbem quam liberaturus venerat, facultatem præstitit. Cordirus autem magni Soldani filius, Hierosolymæ retinendæ spem abiiciens, si Damiatam Christiani potirentur, disrupto urbis muro, turrim Dauid, & templum Domini tantummodò integrum reliquit: nec sepulchrum Christi violauit, motus (vt aiunt) illorum Christianorum precibus, qui ea loca incolebant. Dum nostri autem Damiatam acriter oppugnant, Soldanus cum maioribus copijs rediens, inter Cairum & Damiatam castra posuit, nec vnquam elici ad certamen conuictio, aut maledictio potuit. Hac verò indignitate moti Galli, sine ordine in eos ruentes, magnum incommodum ab erumpentibus accepère, non tamè obsidio Damiatæ relicta est, quæ tandem mensè decimo quinto à Christianis capitur: direpta, militem ingenti præda locupletante.

Interim verò Honorius Romæ & ordipem beati Dominici ipso instante confirmat, & Fredericum secundum anathemate notatum, imperij dignitate priuat, quòd mortua matre Constantia, quæ ipsum in officio continebat, Romam veniens, contra ius fasque ditionem pontificiam vexabat. Hanc igitur ob rem motus Soldanus, quòd de inimicitia pontificis & imperatoris ei constabat, maiorem, quàm pun-

quam antea, comparauit exercitum, arbitratus Christianos nusquam apparituros, qui statim suadente Ioanne Columna cardinali Romano sumptis armis, hosti ad Nilum obuiam fiunt.

Is verò timorem simulans, ne à loco, in quo confederant, abirent, Nili excrecentiam expectauit, quæ paulò post apertis vndique ipsius fluminis cataractis, ita omnia inundauit, vt cubitum quouis in loco excederet. Hoc autem malo perterriti Christiani, pacem statim hac conditione inière, vt Damiatæ relicta, captiuus vtrinque dimissis, redditò a barbaris crucis ligno Christianis, Aconem, Tyrumque redire liceret, Damiatæ itaque in celebritate purificationis beatæ Virginis à Christianis prius habitari cœpta, in eiusdem natali die barbaris tum ex foedere reddita est, anno salutis millesimo ducentesimo & vigesimo primo. Quo quidem anno Tartari gens Scythica, vel (vt alij volunt) à montibus Indiæ digressa, vastata Parthia, Media, Persia, Assyria, Armenia, in Sarmatas tandem peruenit: atque non longè à Mæotidos palude concedentibus accolis sedes posuit.

Christianorum autem duces, cum moliri in Asia nil posse viderent, obstaculis hostibus cum Ioanne Columna in Italiam redeunt, quos subsequutus Ioannes Hierosolymitanus rex cum Romam venisset, perbenignè magnis donatus muneribus ab Honorio suscipitur. Frederico deinde, quem diximus anathemate pontificis notatum, filiam ex Iole vxore susceptam, in matrimonium locat, eique ius illud condonat dotis nomine, quòd sibi hæreditario iure in regno Hierosolymitano competebar. Hinc est, quòd omnes Sicilia, Neapolitani que reges, titulum Hierosolymitani regni verbis, nõ etiam armis sibi vendicant. Ioannes deinde in Franciam proficiscens, meliore certè fortuna quàm antea vius est. Nam Philippus rex Franciæ moriens, ei ex testamento quadraginta millia librarum argenti, totidemque magistro templi Hierosolymitani reliquit: quo adminiculo fretus in Hispaniam proficiscens ad persoluendum votum beato Iacobo promissum, Berengariam regis Hispaniæ iororem in vxorè accipit: eo præsertim anno, quo Dominicus vir sanctissimus Bononiæ moritur, quoque Fredericus Henricum filium decennem adhuc, Alemanniæ regem promulgat. Honorius autem satis à rebus externis quietus, & ecclesiam sancti Laurentij extramuros, & basilicam Sancta

ta sanctorum, & ecclesiam sanctæ Vibianæ restituit. Aedes præterea Casæ Marij edificauit: semifornicem, & Ciborium beati Pauli miris operibus exornauit. Decretales quoque epistolas compilauit. Ordinem beati Francisci comprobauit, quem biennio p̄d̄st, Gregorius in catalogum sanctorum retulit. Hoc autē modo Honorius benè ac beatè vitam ducens, vt bonum pastorem decebat, anno pontificatus sui decimo, mense septimo, die decimotertio moritur, sepeliturque in basilica sanctæ Mariæ maioris ad Præsepe. Post cuius mortem tanti terræmotus repentē exorti sunt, vt in montibus Saluijs ad quinq; millia hominum perijisse constet, cadentibus domibus, saxilque ex cacuminibus montium in habitatas cōuales passim ruentibus.

GREGORIVS IX.



185. Pont.

GREGORIVS nonus, natione Hernicus, patria Anagninus, è familia Comitum, Innocentij tertij nepos, apud Septizonium pontifex creatus, Fredericum statim monuit sub anathematis pœna, vt primo quoque tempore in Asiam cum exercitu proficisceretur recuperandæ Hierosolymæ causa. Promisit quidem Fredericus se id facturum: atque omnibus cruce signatis mandauit, vt Brûdusij ad certam diem cum armis adessent. Venerat eò magna multitudo, præcipuè verò è Germania Langrauius Hassiæ, qui Brundusij vnâ cum magna parte militum moritur, dum Fredericus ægritudinem simulans in Sicilia se continet. Hæc autem fraus ita apertè deprehē-

sa est, vt constet ipsum Fredericum cognita Langrauij morte, eò celerrimè ad nauigasse, omnemque eius supellectilem diripuisse: non destitit tamen fingere sibi in animo esse in Asiam traicere. Eò enim post rapinam nauigationem direxit; omnibus qui tum aderant, subsequi iussis, licet non ita multò post (vt ipse dicebat) procellis agitatus, Brundusium redierit. Hac autem fama percitus Ioannes rex Hierosolymitanus, cum Berengaria vxore pontifici rem gratam facturum Bononiam venit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Verùm pontifex cognita Frederici fraude, ne Ioanni re infecta abire liceret, eum & Exarchatus Rauennatis gubernatorem instituit, & Honorij tertij sententiam in Fredericum latam, confirmauit: grauioraque in eum molitus fuisset, ni Maurorum impetum reformidasset, classe tum potentium, quos tandem Ferdinandus Arragonum rex tanta clade superauit, vt breui Maiorica insula, vna ex balearibus, & Valentia vrbs potitus sit pulsus Sarracenis. incolas locorum suscipere Christianos ritus impulerit. Nauigauit tamen Fredericus amicorum precibus & iniis pontificis festus, in Cyprum vsque, vt Christianis Asia bellantibus, quos sæpè deceperat, aliam spem daret. At verò dum inde Soldani vires explorat, Rainaldus eius præfectus, quem in Sicilia dimiserat, in pontificem mouens, multa Picentini agri oppida occupat. Erat tum Perusij pontifex: Aesium petiturus, vt quæ de Francisco viro sanctissimo miracula audierat, præfens cognosceret. Quam ob rem eum. re (quemadmodum audierat) comperita, in sanctorum numerum statim retulit, magno Christianorum conuentu ob eam rem habito. Dum hæc à pontifice agerentur, alter Frederici satelles Fulgineum per factionem occupat: vnde paulò p̄d̄st armis benè cum ecclesia Dei sententium depellitur. Instabat litteris, nuncijs, Fredericus Anconem iam profectus, vt à pontifice absolueretur, quodd diceret se deinceps in eius potestate futurum. Verùm pontifex cognita hominis fraude, & Christianos milites in Asia dimicantes admonet, vt sibi à Frederici insidijs caueant, aliquid noui semper machinantis in hominum perniciem: & Ioannem Hierosolymitanum regem comparato exercitu in Rainaldum mittit, Picenum agrum rapinis & incendijs vexantem. Alijs verò copijs, quibus cardinalem Columnam præfecerat, è sancto Germano præfectum Frederici deiiciens cum Sar-

Saracenis mercede conductis, omnia ab eo salu Capuam vsque pertinentia, in ditione breui recepit. Hac autem calamitate moti, qui in Umbria & Picentibus Frederici nomine militabant, relictis quæ occupauerant, in regnum trepidè redeunt. Interim verò Fredericus Brundisium rediens, pacis admodum cupidus, vtrò pontificem rogat, vt in gratiam recipiatur, imperatorque appelletur, ac pro regno Siciliae versus ecclesie feudatar. us. Quod quidem non prius impetrauit, quam vncias auri centum & viginti millia ecclesie Romanæ ob illata damna persoluisset, ipseque pro ea re supplicatum ad pontificem Anagninam venisset. Cùm autem Gregorius ad omnia intentus (vt bonum pastorem dei ebat) Perusinarum res ab exsulis perturbatas, eò profectus componere studiosus esset, statim Romæ tanta seditio orta est & hæresis, quanta nunquam antea Hannibale ex gente Hannibaldæ cum quibusdam sacerdotibus malè sentiente, quo quidem auctore populus Romanus ausus, in ecclesiam Dei coniurauerat, sed hunc diuina vltio citò cõpescuit. Nam & Tiberis supra modum inundans, multa damna mortalibus intulit: & tanta peste laboratum est, vt decimus quisque vix superauerit. Pontifex tamè mira clementia vsus, Romam veniens, populo Romano ignouit, pulso è senatorio ordine Hannibaldo, conuictis de hæresi sacerdotibus errorem fassis, ac saniozem opinionem subire iussis. Ad ornandam verò vrbe deinde conuersus, & veteres cloacas eliminatas restituit, & nouas extruxit, vrbe dignitati, & valetudini vno tempore consulens. Ab vrbe deinde abiens valetudinis gratia, & Reate (vt quidam volunt) beatum Dominicum, principem ordinis Prædicatorum, & Spoletij Antoninum, Vlixibona oriundum, Patauij mortuum, secundum à Francisco ordinis Minorum auctorem, in sanctos retulit. Anagninam deinde rediens, omnia circumquaque posita muniuit, Romanorum contumaciam vertit: quorum senator more veterum legem rogauerat, populusque scierat, vt omnia oppida circa vrbe posita Romanis vestigal penderent: non est tamen veritus pontifex dissuadentibus cardinalibus Romam proficisci, quò Romanos ad sanitatem reduceret, tum monendo, tum castigando. Verùm cum nihil proficeret, Reate se contulit, quò & Fredericus imperator. Collocuti simul de rebus agendis, in hanc statim sententiam venère, vt primo quoque tem-

pore Romanos coniunctis copijs adorirentur. Decepit tum quidem pontificem, vt antea semper, Fredericus. Namque in Romaniam abiens, militibus suis mandauit, vt Romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaque perfidia pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua confugientibus magnum proposuit præmium, qua re tanta multitudo confluit, vt postea Romani aperto Marte cum ecclesie copijs congregari nusquam sint ausi. Recuperato igitur & patrimonio sancti Petri, & agro Sabino, spretoque Soldani legatis, qui suppliciter pacem petebant, multos ex Francis & Dominici fratribus per Europam misit, qui prædicatione Christianos ad arma contra Saracenos cõcitarent: quorum opera tanta multitudo militum breui comparata est, quanta nunquam antea. Interim verò dum tanto exercitui dux idoneus quaereretur, Elizabeth regis Vngariæ filiam, mulierem optimam, ac miraculis claram, pontifex in sanctas retulit. Theobaldus autem Nauaræ rex & Americus Montisfortis, Henricusque Bari ac Campanie comes, iter per Germaniam & Vngariam cum magnis copijs facientes, Constantino cepolim primò, mox traiecto Bosphoro Ptolemaidem peruenère, longè ac late omnia populantes. Verùm non ita multò post superueniente magna hostium multitudine, cùm se cædendo biduo defendissent, cum optimo quoque milite cadunt. Atque hoc modo expeditio magno conatu inchoata, breui cecidit imperitia ducum, Pontifex autem tantam calamitatem agrè ferens, Romam persuadentibus Romanis & obsecrantibus redire instituerat, faciendarum supplicationum causã ad placandã Dei iram, si quam ex peccatis hominum conceperat. Quo minus autem id faceret, vetitus à Petro Fregepane, qui partes imperatoris sequebatur, Perusia Viterbium se contulit, iturus contra imperatorem armato milite, quem intellexerat transpadanam Italiam iam tum attigisse, ac contra ius fassis socias ciuitates oppugnare iam fessis calamitate, alia super aliam ab Ecelino Patauino tyranno accepta. Ecelinus enim cognomento de Romano, cuius auus Teutonicus sub Othone tertio in Italia ordines duxerat, copias à Frederico secundo accipiens, magnam tyrannidem in transpadana Italia sibi comparauit. Redactis in potestatem suam Taruisio, Patauino, Vicentia, Verona, Brixia Fredericus itaque aui fœdera nequaquam obseruans, Medio-

Pontifex
ab imperatore de-
cepum.

Elizabeth
regis Vn-
gariæ fi-
lia.

lanenses, & socias ciuitates apud nouam Curtem (ita enim locus ubi pugnatum est, appellabatur) ingenti clade superatos trucidat. Hanc ob rem pontifex omiſſa deinceps spe rei benignè gerendæ ob illatum socijs incommodum, redire ad urbem inſtituit, Ioanne Cincio urbis ſenatore contradicente: cuius audaciã Iacobus Capocius Romanus cuius inſurgens, pontificem magnificè ac ſplendidè ſuſcepit. Hic eſt ille Iacobus, cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere muſuo ſua impenſa extructo in ſancta Maria ad Præſepe, qua in baſilica Petrus quoque Capocius ſepultus eſt, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis, qui Fredericum imperatorem ſchiſmaticum perſecutus eſt, quiq̃ & hoſpitale ſancti Antonij non longè ab eadem baſilica, & Peruſij gymnaſium (quod Sapientiam vocant) ſua impenſa extruxit. Gregorius autem pacata vrbe, & Fredericum iterum anathemate notat, ac imperio priuat, & legatos Genueſium ac Venetorum iam ad arma ſpectantium, componendæ rei cauſiã ad ſe vocat, hiſq̃ rationibus inter vtrumque populum fœdera componit. ne alter ſine altero cum imperatore Conſtantinopolitano fœdus ineat, utq̃ bella gerenda vtrique communia eſſent, & ſigna vtriuſque viciffimã ferrent. Illis autem, qui fœdera hæc in nonum inita annum rupiffent, interdictum ſibi à ſacris, anathematis vinculo, ſcirent. Balduinus autem, qui mortuo Ioanne, biennio Conſtantinopolitanum tenuerat imperium, cum agrè ſe ab hoſtibus inopia ærarij tutaretur, & filium pignori mercatoribus Venetis, ob æs mutuò acceptum, dedit: & ex ædibus ſacris ablatum plumbam, ac irem lanceam illã ſpongiamq̃, qua Chriſtus ſaluator noſter hinc potus eſt, hinc vulnus accepit, Venetis pecuniõs vendidit. Fredericus autem Venetis admodum inſenſus, quòd Gregorij partes euerentur, eos tum paludibus concluſos vehemèter oppreſſit, ac maximis calamitatibus afflixit. Interim verò conſpirantibus omnibus Tranſpadanis ciuitatibus, duce Gregorio Montelongo, Bononiẽſis ciuitatis legato, Ferrara quæ ab eccleſia Romana ad imperatorem deſecerat, capitur, Salinguerra viro fortiſſimo eam acerrimè aliquam diu defendente. Capta autem, Azoni Eſſenſi, qui bello interſuerat, eccleſiæ nomine gubernanda committitur, ſalutis noſtræ anno milleſimo ducentefimo ac quadrageſimo. At verò imperator, qui tum Piſis erat, cum non fatiſ ſibi conſtaret, qui partes

ſuas, quive pontificis ſequerentur, cinitates Italix in duas factiones tum primum diuiſit. Nam qui pontifici fauebant, Guelphi, qui verò imperatori Gibellini appellati ſunt. Hæc quidem tererrimarum factionum nomina, ad pernitiem humani generis inuenta, primum apud Piſtorienſes audita ſunt, cum cancellarij Panzaticos Gibellos ab vrbe eieciſſent, cum quæ alteri factioni Guelph alteri Gibel Teutonicis fratres fauerent, vnde tantæ pernitiẽ nomina indita ſunt. Florentini prætereã nobiles ſuos Piſanis Gibellinarum partium fauenteſ, in exilium eieciunt. Pellunt & Guelphos viciffimã ab vrbe ſua Aretini & Senenſes, quorum exempla multæ ciuitates Italix ſecutæ, bella pluſquam ciuilia inter ſe commiſere. Hinc multæ ciuitates à pontifice deſciuere, tũ in Vmbria, tum in Etruria præcipuè autem Viterbienſes. Deſeciſſent etiam Romani ciues, ni pontifex delatiſ per urbem ſupplicando apoſtolorum capitibus, populum ad commiſerationem mouiſſet, habita etiam in baſilica ſancti Petri oratione digniſſima: qua tumultuanteſ in ſententiam ſuam traxit, vt eos impulerit pro eccleſia Dei crucem & arma ſuſcipere. Hi poſtea venientem hoſtili agmine ad urbis mœnia Fredericum armis ſubmouere qui indignò bundus captiuum quemque varijs cruciatibus necans in Samium conceſſit: Beneuentum vi captum diripuit: ac mœnia circunquaque euerit. Iterum autem ad urbem rediens vita Latina hoſtili animo Caſſinenſe monaſterium ſpoliat, eiectiſ inde monachiſ: Soramq̃ quondam Samnitium ciuitatem, ad Lyris fluij caput ſitam, ferro, flammaq̃ vaſtat. Templariorum bona vbique diripit: Sarracenoſ verò aded dilexit, vt eorum opera præ cæteriſ in bello vteretur, magiſtratuſq̃ ueciſ, ac propriam urbem conceſſerit, quæ noſtriſ quoque temporibus Nuceria Sarracenoꝝ vocatur. Fratrem prætereã regis Tunifiſ, Panhormi baptiſmum petentem, ne id faceret, verbis deterruit. Rauennam autem repente incurſu petitam, in poteſtatem ſuam redegit. Hanc ob rem Gregorius cõcilium apud Lateranum indixit, in quo de abrogado Frederico ratio haberetur. Verùm Fredericus terra mariq̃e vias præcluſit, & quõſdam cardinales ac prælatos de via & nauigatione captos adiuuantibus Piſanis in carcerem coniecit. Qua ex re tantum dolorem Gregorius cepit, vt non diu ſuperuixerit. Moritur enim pontificatus ſui anno quattodecimo, menſe tertio, cum

cum paulò ante solis eclipsis tanta apparuisset, quanta nunquam antea. Raymundum autem Barchinonensem, quo adiutore in compilando libro Decretalium Gregorius usus est, ita quidam tum laudant, vt maiori commendatione laudari nemo possit.

CAELESTINVS IV.



conuentu habito, de creando nouo pontifice rationem habuere.

INNOCENTIVS IV.



INNOCENTIVS quartus, Sinibaldus antea vocatus, patria Genuensis, familia Fliſca, è Lauania comitibus, Anagnina pontifex creatur, quo nuncio Fredericus imperator non admodum delèctatus eſt. Norat enim hominis virtutem; magnitudinemque animi. Antea namque ſimul familiariter aliquandiu vixerant, & ob eam rem verebatur, ne à ſe anteaſta vitæ rationem expoſceret. Quare congratulantibus amicis dixiſſe ferunt, Sinibaldum cardinalem ex amico optimo in hoſtem acerrimum ob pontificatum mutatum eſſe. Innocentius autem pontificium habitum indutus, Romam veniens prodeunte obuiam honorato quoque magno omnium applauſu ſuſcipitur: qui ſtatim peractis, quæ de more in conſecrandis coronandisque pontificibus fieri conſueuerunt, de pace cum Frederico ineunda mentionem facit, Balduino ad rem conſciendam auctoritatem ſuam interponente. In longum verò protracta res, quatuor meſium tēpus inſumpſit, conuentumque inter eos tandem, vt pontifex ciuitatem Caſtellanam petens, ed loci imperatorem operiretur, ſecum de componēdis rebus ſermonem habiturum. Verùm cum Innocentius paratas ſibi à Frederico inſidias, tum Romæ; tum in itinere certo indice comperiſſet; Genuenſium nauigio fretus, quod apud Centumcellas in portu conſiderat, in Franciam proficiſcens, ſecunda nauigatione uſus, Lugdunum peruenit, ab omnibus

CAELESTINVS quartus, patria Mediolanenſis, è familia Caſtilionum, epifcopus Sabinus, vita & doctrina inſignis ſenex admodum & valetudinarius in locum Gregorij ſucceſſus, decimo octauo pontificatus ſui die moriens, in baſilica Petri ſepelitur, magno ſui deſiderio relicto, quod homines ſperabant ſe eius pontificatu felices futuros. Vacat tum ſedes vno & viginſi menſibus. Conſuere enim, qui tum auctoritate in eccleſia Dei valebant, neminem in pontificem eligendum eſſe, donec cardinales à Frederico in carcere detinerentur. Interim verò ſede vacante, Fredericus agrum Picenum percurrrens in Flaminiam uſque Fauentiam, & Bononiam aliquantulum reſiſtentem vi occupat, ſcholamque Bononiēſem, quibus admodum inſenſus erat, tum primum Patauinum tranſfert. Omnes præterea quos fautores eccleſiæ intellexerat, varijs calamitatibus afficit. Balduinus autem Conſtantinopolitanus imperator, omiſſa ſpe omni benè gerendæ rei in Aſia, cum Raymundo Tolofano comite in Italiam veniens, tantum precibus valuit & auctoritate, apud Fredericum, qui tum Parmæ erat, vt cardinales captiuos, aliosque eccleſiaſticos, incolumes dimitteret. Qui non ita multo poſt Anagnina

bus benignè & comiter susceptus. Concilio deinde eo loci indicto, anno salutis millesimo ducentesimo quadragésimo sexto, litteris, nunc j, pracone postremò imperatorem ad se citat, proposita poena nisi dicto obtemperet. Imperator autem Sinuessanum quendam iureconsultum ad mittens, nihil aliud præter dilationem temporis à pontifice petens, iturū se breui pollicetur. Datum est tempus, quo id fieri deberet. Verū cū Fredericus fallendi arte callidus, occasionem calumniandi, & opprimendi Innocentium quaereret, omniū consensu imperio & regnis priuatur. Hanc ob rē Fredericus irā incensus, ædes ac villas cognatorum quorundam Innocentij, qui eius monitu Parma, vbi fundos habebant, Placentiam commigrauerant, dirui iussit. Inito deinde foedere cum duce Burgundiæ proficisci Lugdunum instituit, parato ingēci comitatu. Peruenerat iam quidem ad Taurinos, cum ei nunciatum est Parmenses exsules, superatis ad Taurum fluuium ciuibus suis urbem vi ingressos maximam eadem edidisse. Hanc ob rē Fredericus omisso itinere quod cōperat, conuocatis ex tota Italia copijs suis, quæ ex sexaginta millia hominum fuisse constat, obsidere Parmam instituit, ad quam tuendam magna profectō ciuitatum sociarum cū legato apostolico auxilia cōuenerant. Is autem biennio constanti animo obsidionem passus, tandem erumpens, Fredericum nil tale metuentem fundit fugatq̄ue, eumq̄ue castris rerum omniū copia refertis spoliat. In vrbs enim modum castra vallo ac fossā Fredericus ipse hac mente munierat, vt direpta & versa Parma, in quā magnum conceperat odium, eo loci vbi statur habuerat, nummosq̄ue constarat, Victorinos appellatos, Victoriam urbem conderet. Sunt qui scribant, Fredericum ea clade & coronam maximi precij, & vasa aurea magni ponderis amisisse, ægreq̄ue ex tanta calamitate ad Cremonenses confugisse: quorum tamē urbem intrare nequaquā ausus est, quod multi ex Cremonensibus cum Friderico militantibus eo prælio, ceciderant. At verò Innocentius vbi intellexit Fredericum tanta clade infractum animo, voluptatibus sese dedisse, exstructis amoenissimis hortis, in eisdemq̄ue incluso cum spadonibus suis pulcherrimarum mulierum agmine, hominis fortem miseratus omisso concilio, legatos per Franciam & alias prouincias misit, qui populis suaderent militiam Christi suscipere, Ludouicumq̄ue

regem Franciæ sequi, in Asiam traicere properantem. Id enim se facturum Ludouicus, dum graui valetudine cruciaretur, pollicitus est, & vouit.

Impedire tamen hanc expeditionem non nihil visi sunt Tartari, qui agmine bipartito Europam tum & Asiam inuaserant. Nam qui & Asiam petiere, Georgianam superioremq; Armeniam peruagati, Iconium vsq̄ue Turcorum regiam peruenēre. Alia verò manus Batione duce Poloniam & Vngariam populati, ad mare Ponticum deflexērē, vbi Russiam siue Rutheniam, & Gazam amplissimas regiones vastarunt. Eodem quoque tempore Grossoni gens Arabica, Soldanoq; Babylonis impellente, Templarios aggressi eos fundunt, ac Hierosolymam faciliè capiunt. moenibus carentem, Christianos, qui tum in ea erant, trucidant. Sepulchrum Christi quouis genere turpitudinis foedant. Hanc ob rem motus Innocentius, regem accelerare iter in Asiam cohortatur cum eo exercitu, quem ad eam comparauerat. In Cypro hyemare ei necesse fuit, quia eò iniquo anni tempore peruenerat. Vere autem appetente, Damiatam contendens, & classera Soldani repulsi, & pugnantes in litore terrestres hostium copias superat: ibique statur tamdiu habuit, donec ab Italia reliquæ copiarum subsequerentur. Quo minus autem ex Italia eò miles proficisceretur, Frederici rabies effecit, quia à libidinibus, quibus aliquandiu immerisus fuerat, ad arma conuersus, totam prouinciam tumultu compleuerat, impuleratq̄ue quasdam ciuitates studio partium à pontifice desciscere, maximè verò Foroliuenses, Ariminenses, Vrbinates, actotum Picenum. In Vmbria præterea defece- rant omnes præter Tudertinos, Perusinos, Assisates. Soli autem Florentini in Etruria pontificem sequebantur, quos certè ad eò bello Fredericus vexauit, vt tandem eos coegerit Guelphos conciuēs suos ab vrbe pellere. Bononienses verò cum Henrico Frederici præfecto pugnare ausi, hominem vincunt, & obruncat. Sunt autem qui scribant, Fredericum hoc tempore, dum in Siciliam traicit, Panhormi mortuum. Alij verò affirmant eum in Apulia graui morbo laborasse, & iam conualecentem à Manfredo filio adulescente ex nobili concubina suscepto, compresso vi ore, mori coactū. Illud certè constat, Fredericum paulò antè mortem Manfredi, quem Tarentinis principē dederat, multa et-

iam oppida, præter ipsum principatum dedisse: Conradum verò ex Iole Ioannis Hierosolymitani regis filia susceptum, hæredem rerù omnium reliquisse, quem postea Manfredi opera veneno petiitum constat. cum tamen prius Neapolim, & Aquinum vi captù diripiisset, obitante pontifice, & frustra reclamante: qui pacem Italiæ ea mente quærebat, vt ei transmittere militem Italum ad Ludouicum iam Damiatam oppugnantem liceret. Verùm capta Damiatam, cum Robertus Pictauensis comes nouas ex Gallia copias traiecisset, Damiatam mouens ad Pharniam urbem exercitù mouet, quò Soldanus cum magnis copijs id veritus iam peruenerat. Fluius certè duos exercitus dirimebat, qua ex re factum est, vt nunquam collatis signis ad summam dimicationem ventum sit. Leuia interdum commitebantur prælia, vtroque exercitu castra sua tuente. Robertus tamen maiora ausus, cum temerè progrediretur, ab hostibus capitur.

At verò Innocentius incendijs bellorù iam penè in Italia extinctis, ad urbem redire instituit, redacto tamen prius in sanctorum numerum Edimundo confessore Cantuariensi archiepiscopo. Cum verò Perusiam iam peruenisset Romam consultò declinans ob senatoriam potestatem, quæ nimia ei, ac curiæ Romanæ videbatur, Petrum Veronensem ordinis prædicatorum ab hæreticis Mediolanum & Comum intercessum, in sanctos Christi martyres retulit. Idem fecit de sancto Stanislao Cracouiensi episcopo, qui in vita miraculis clarus. Accersitus deinde à proceribus regni Siculi, Neapolim nuper instauratam statim proficiscitur: ibique mortuus ac sepelitur, in ecclesia sancti Laurentij, pontificatus sui anno vndecimo, mense sexto, die duodecimo, dum breui se toto regno potiturum arbitratur. Ipsius autem Innocentij viri optimi decretum fuit, vt octaua natiuitatis beatæ Mariæ virginis in ecclesia Dei quotannis celebraretur. Idem verò bono consilio vsus, cardinaliù sedes iam pridem vacuas optimo quoque in collegium cooptrato repleuit, statuitque vt cardinalales equo in publicum vestigale rubro vterentur, honestandi ordinis caussa. Multa quoque vir doctissimus in tanto rerum fastigio collocatus edidit, & compilauit. Apparatus nanque Decretalium composuit, quo ipsi Canonistæ plurimum vtuntur. Continent enim disputationes qualdam, quæ rem ipsam mirificè aperiant. Edidit & alium in concilijs

approbatum, quem Osiensis in summa Authenticas vocat. Scripsit & librum de iurisdictione imperij & auctoritate pontificis, contra Petrum quendam, cognomento de Vineis, qui imperij & aliarum rerum omnium arbitrium imperatori tantum adscribebat. Hunc librum postea Innocentius appolegeticum vocauit. Doctorum quoque virorum familiaritate mirificè delectatus est, quos etiam ad dignitatis gradum euexit. Hugonem enim vita & doctrina insignem, sanctæ Sabinæ cardinalem promulgauit, qui ob dignitatem acceptam à priore vita nusquam deceffit: ordinis sancti Dominici prius habebatur. Scripsit idè Hugo & glossas in Biblia & concordantias, vt istorum vocabulo vtat. Huius quoque pontificis tempore & mandato Alexander de Ales ordinis Minorum frater, qui iam grandis natu religionem ingressus fuerat, summam in theologiam scripsit admodum copiosam. Edidit & libros suo tempore in Decretales, quos apparatus vocarunt, Bernardus Parmensis & Compostellanus viri doctissimi, ad hanc laudem diligentia & benignitate Innocentij excitati. Pontificis verò nepos Guillelmus patrum non multò post sequitur, cuius quidem sepulchrum in sancto Laurentio extra muros adhuc cernitur.

ANNOTAT.

Hic in vigilia natalis Domini anno MCCLIV. Lugduni in concilio generali, xij. cardinalibus viris excellentissimis creatis, eius ordinis hominibus proprium insigne pileum rubeum dedit. Auctor Martinus, qui eo tempore vixit in huius pontificis vita, quo significabatur eos etiam caput suum si opus esset, pro ecclesiastica libertate tuenda, gladio offerre debere, & præsertim eo tempore, Romana ecclesia à Frederico II. imperatore, vehementer oppugnabatur. Reliqua eius ordinis insignia posteriores potius excogitarunt, in his præcipuus fuit Paulus II. H. & F. Ptolemaus, Platina, & alij auctores tradunt.



ALEXANDER IV.



188. Font.

ALXANDER quartus, natione Campanus (nam Hernicos olim, nunc Campanos vocant) patria Anagninus, in locum Innocentij successit, Manfredum statim admonet, ne quicquam contra dignitatem ecclesie moliat, qui accersitis à Nuceria Sarracenis, copias ecclesie nil tale metuentes apud Fossam aggressus, partim occidit, partim cepit, iam pridem animos regios gerens. mortuo (ut ipse fingebat) Coradino, cuius se hæredem merito futurum dicebat.

Christiani autem, quos diximus ad Pharamiam castra habuisse, peste ac fame laborare ceperunt, parte Nili ab hostibus occupata, per quam commeatus in castra vehebantur. Eo enim Hierosolymitanus patriarcha cum multis nauigijs profectus, ab hostibus capitur. Hanc ob rem Ludouicus, ne fame opprimeretur, Damiatam repetens, in maximas incidit hostium copias, à quibus bello superatus, cum Alphonso Pictauiensi & Andegauensi comite fratribus germanis capitur. Verum interfecto à suis post tantam victoriam Soldano, alter, qui ei successus est, recuperata Damiatra, & accepta pecunia, Christianos omnes liberos & incolumes Ptolemaidem perduxit. Ludouicus autem rex, suadente Alexandro pontifice, remissis in patriam fratribus tandem in Asia commoratus est, quoad Cæsarea, Ioppe & Sidon, quæ oppida Christiani de Sarracenis nuper receperant, instaurata præsidijs firmarentur. Tum demum verò sexto expeditionis suæ anno in patriam reuertitur.

Interea quidem Alexander pontifex excom

municato Manfredi, Anagninam profectus Ostunianum Vbaldina gente ortum, ecclesie Romanæ cardinalem, Neapolim mittit, qui Neapolitanos contra Manfredum in fide confirmaret, pollicitus se breui Campanis omnibus ac Neapolitanis auxilium allaturum. Sed Manfredus non contentus Neapolitanos vexare, in Etruria quoque factiones mouet: maxime verò Florentiæ, quæ mortuo Frederico, statim in libertatem sese vendicauerat: Vnde communi decreto placuit Gueiphos sub Frederico eiectos in patriam reducere, qui Gibelinorum conatibus resisterent: Hac itaque ratione Guelpha factio tantum in Etruria valuit, ut Pistorienses, Aretinos, Pisanos, Senenses, qui Gueiphos ciues suos eiecerant, graui odio & maximis bellis persequerentur: Lucenses contra Pisanos potissimum adiuuantes, quos certè Florentini tum oppressissent superatos ad Arbiæ fluum, nisi Bonitij oppidi suspectam fidem habuissent. Erat enim Bonitium in valle Hellsæ situm, à Senis duodecim millibus passuum distans, loco, natura, & arte munitum: quo quidem GIBELINI, ut arce belli, in Gueiphos utebantur: hoc vi sublato & euerso, Florentini, contra quos Manfredus seseferat, Alexandro pontifici Manfredi aduersario copias pollicentur. Hanc ob rem Manfredus iam Panhormi rex declaratus, conducto Sarraceno milite, & legatum apostolicum magnis cladibus attriuit, & Iordanem copiarum suarum præfectum cum mille & quingentis equitibus in auxilium Senensium contra Florentinos misit, qui non ita multò post Florentinos ad Arbiæ flumen tanta clade superarunt, ut relinquere urbem hostibus sint coacti. Non desistit tamen pontifex tyrannos vbique locorum persequi. Cum enim Ecelinus tyrannus, quem diximus totam ferè Venetiam occupasse, Mantuam obsideret, Philippum Fontanensem archiepiscopum Rauennatem Alexander Venetias properè misit, qui prædicata Christi cruce, comparatoque exercitu Ansedisium Ecelini ex vxore nepotem, Patauium expulit. Hanc ob rem Ecelinus Mantuam obsidione soluens, ac Veronam concito gradu petens, cum recuperandi Patauij spem omnino omisisset, Patauios omnes (ad duodecim millia fuisse in castris constat, varijs cruciatibus necauit. Tum verò theologi quidam ordinis Minorum Brixiam missi, eò, prædicando ciuitatem deduxere, ut & Gueiphos extorres reciperent, & partes ecclesie sequerentur. Idem quo-

quoque Placentini & Cremonenses fecissent, ni Vbertus Pallauicinus dominarum adiuuantibus Gibellinis occupasset. In hunc verò & Ecelinum belli socium, legatus Apostolicus Brixia mouens, adiuuantibus Guelphis, apud Gambaram magna accepta clade superatur, & capitur cum episcopo Brixiano, & factionis Guelphæ optimatibus, quos omnes Ecelinus accepta prius Brixia incolumes statim dimisit, anno salutis millesimo ducetesimo quadragesimo nono. Legatus autem apostolicus veritus ne Ecelini potentia supra modum cresceret, seiungere Vbertum Pallauicinum ab Ecelino instituit. Id autem potissimum per Bosium Douarium ciuem Cremonensem & domi nobilem tentat, qui Vbertum impulit, proposita cum detestatione Ecelini crudelitate & sæuitia, vt omisso Ecelino, cum Mediolanensibus & Mantuanis, alijsque socijs ciuitatibus foedus iniret. Tum verò Ecelinus ira percitus, quòd omnes propemodum in se coniurasse cerneret, comparato ad Cassanum exercitu, omnem Insubriam vastans, socias ciuitates ad bellum excitauit, à quibus non ita multò post superatus & captus, Soncini moritur: eò enim, post acceptum graue vulnus, delatus fuerat. Omnes itaque Cisalpinæ ciuitates libertatem mortuo tyranno consecutæ, Alexandri pontificis deinceps auspicia & munita secutæ sunt. Legatus autem apostolicus, qui Pataunos in libertatem vindicauerat, reliquias bellorum persecutus, Albericum Ecelini fratrem Taruisio pulsum, cum vxore & liberis obruncat. Alexander verò pontifex sublatis tyrannis, extincto tanto incendio, repetere bellum Asiaticum instituerat: sed discordia inter Genuenses & Venetos orta effecit, ne tam pium bellum tamque necessarium sumeretur. Ptolemaidem Tyrumque, vrbes admodum diuitijs & opibus præpotentes, Christiani tum incolabant: maximè verò Genuenses, Pisani, Veneti mercatores, qui per annos iam quatuor & sexaginta, omnes ferè orientis atque occidentis mercaturas eò contraxerunt. Hi autem mercatores separatas habebant aras, separatos viros, portoria propria, nec quicquam commune inter Venetos Genuensesque apud Ptolemaidem erat præter diuina templa. De monasterio sancti Sabæ orta contentio est, quod vtrique ciuitas sibi vindicare conabatur. Componere hanc litem pontifex annixus, litteras vtrique dedit, quibus ostendebat sibi placere monasterium vtrique ciuitati commune

esse debere. Sed Genuenses cognita prius pontificis voluntate, fretique beneuolentia Philippi Montisfortis vrbis præfecti, excluso Veneto monasterium capiunt, & in arcem munitissimam redigunt. Hanc ob rem Veneti populariter abeuntes, inito foedere cum Manfredo Siciliæ rege, contra Genuenses arma sumunt, eorumque classem duarum triremium & triu ac viginti magnarum nauium, in portu Ptolemaidis vi irrumpentes incendunt, ac monasterium sancti Sabæ eodem impetu captum euerunt. Genuenses autem hac calamitate magis irritati quàm perterriti, comparato denudò classe, apud Tyrum Venetis occurrunt, qui de industria incedentes, in Pontum delati, Selymbriam vrbem de Sarraceno expugnatam diripiunt. Interim verò auctis vtrinque copijs Tyrum communem belli sedem ab vtroque contenditur. At pontifex veritus, ne aliqua magna clades ex hac contentione oriretur, legatos vtriusque populi ac Pisanos ac se vocat, componendæ pacis causa: quæ propemodum composita erat, cum nunciatum est inter Tyrum & Ptolemaidem Pisanos ac Venetos eo bello socios, Genuenses ingenti clade superasse, vintiquinque eorum nauibus partim captis, partim submersis, atque victores Ptolemaidem, victos Tyrum rediisse. Ptolemaidem autem omnia Genuensium ædificia diruta, omnia bona direpta fuisse, pulsoque inde ciues omnes. Hanc cladem ita moleste tulisse dicitur pontifex, vt non prius admittere Venetorum legatos voluerit, quàm captiuos Genuensium incolumes dimitterent: & ne vni tantum incommodo pontifici mederi necesse esset, Balduinus imperator Constantinopolitanus, quo stã te spes aliqua recuperandæ terræ sanctæ supererat, de relinquenda Constantinopoli cogitabat. Michaël enim Palæologus duorum Theodori Diplobatacij filiorum ob affinitatem ex testamento patris tutor, omni genere iniuriarum Latinos persequebatur, pulso ex Achaia Guillemo Franco, vexatoque Balduino & domi & foris armis ac seditionibus. Quo quidem abeunte ad tuendam oram Ponticam ab hostibus vexatam, Constantinopolitani ciues nocte concubia Palæologum in vrbem admiserunt. Hanc ob rem Balduinus & Pantaleo patriarcha Ponto in Europam fledentes, contentiones bellorum omiserunt. Tum verò Palæologus sublato æmulo & hoste, occisis clam pueris, imperium sibi desumit, quod post annos octo & quadraginta à Latinis in Græcos

rursum translatum est. Interea verò Octavianus cardinalis Vbalдинus, re Neapolitana parum feliciter administrata statim ad pontificatū rediit: qui ubi Claram virginem ordinis sancti Francisci Anagninæ in sanctas retulisset, Viterbium statim proficiscitur pacem inter Genuenses & Venetos compositorus. Qua in re diutius vexatus, eo loci tadio animi tandem moritur, & in ecclesia sancti Laurentij honorificè sepelitur, pontificatus sui anno septimo. Vacat tum sedes mensibus tribus, diebus quatuor. Huius pontificis vita ab omnibus certè mirificè laudatur. Beneficus enim & liberalis est habitus, maximè verò erga pauperes Christi, & benè de religione Christiana meritos: vnde libellos quosdam contra paupertatem editos à quodam Guiljelmo de sancto amore, perpetuò edicto aboleuit. Affirmabat enim vir ille perniciosus, pauperes religioni deditos eleemosynis viuentes, non esse in statu salutis. Combussit etiam vidente curia Romana libellum pestiferum, quo auctor assererat statum gratiæ non à lege Euangelij, sed à lege spiritus procedere. Quæ opinio ex libris Ioachimi abbatis sumpta dicebatur. Hic autem liber à sectatoribus Euangelium æternum dicebatur. Ipse verò Alexander ubi ab externis negotijs vacuus fuit, aliquid semper, quod ingenium saperet, edidit: nam & Decretales epistolæ compilauit, & viris doctis ita fuit, vt eos ad cardinalatum vsque prouexerit: maximè verò Henricum cardinalem Ostiensem, virum diuini, humanique iuris peritissimum. Vfus est & magna liberalitate erga Bartolomæum Brixianum, qui multa in Decretales edidit, quibus ex rebus præter doctrinam singularem & sanctitatem, magnam consecutus est laudem, eius quoque opera redactum est templum testudineum, quod apud sanctam Hagnætem cernimus, ad cultum diuinum, cum antea Baccho dicatum esset, consecrationemque altaris beatæ Constantiæ huius manibus factam, literæ ipsæ indicant in vestibulo templi positæ.

ANNOTAT.

Et hic pontifex, quod Platina omisit, è nobili genere Comitum fuit, Innocentij III. & Gregorij IX. à quo cardinalis creatus fuit, propinquus. Rolandus autem vocatus, episcopus cardinalis Ostiensis, & Veliternus, ex eiusdem pontificis registris, qui in bibliotheca Platina Romæ conseruantur.



VRBANVS quartus, ex Trëcenti Gallica: 189. Po-
vrbe oriundus, patriarcha Hierosolymitanus pontifex creatus statim è Gallia milites conuocauit, quos Manfredò ditiorum ecclesiæ vexanti objiceret. Hanc ob rem Iordanis copiarum Manfredi in Etruria contra Guelphos dux reuocatus in regnum, Guelphis respirandi facultatem aliquantulam dedit: maximè verò Florentinis & Lucensibus, quos è medio tollere omninò Gibellini instituerant. Laboratur & eadem peste in Cisalpina Gallia, Vberto Pallauicino factionem Gibellinam vbique extollente, contrariamque deprimente. Tantæ etiam verfutæ is fuit, vt Brixia potius sit vtraque factione id approbante, cum se omnibus pariter adfuturum ostendit. Tum verò Mutinenses & Regienses Ferrariensium ac Bononiensium consilio vsi, qui verebatur ne Pallauicinus omnia occuparet, in partes ecclesiæ declinantes, Gibellinos ciuitatum suarum eiiciunt, eorumque bona Guelphis Florentinorum exsulibus condonant, quo factio sua vbique validior haberetur. Fiebant hæc in Cisalpina Gallia, pontifice ipso omnes continuò ad pacem cohortante. Apud Constantinopolim verò Palæologum Veneti imperio deiecerant, nisi à Genuensibus socijs & amicis fuisset adiutus. Factus deinde potèrior Palæologus capta Manouasia, Venetis & Guiljelmo Acaïæ principi facillè resistebat. Parauerat iam legatum pontifex, qui pacem inter Venetos & Genuenses componeret, cum subi-

Manfredus comparatis nouis Sarracenorū copijs, agrum Picenum iam antea nutantem occupat. Pontifex itaque eundem legatum in Galliam mittit, qui Gallos cruce signatos, iam antea ea de re monitos; maturare iter precibus & pollicitationibus impelleret: qui certè duce Guidone episcopo Antifiodorensi in Italiam descendentes. superato ad Brixiam Pallaucino, nemine deinceps resistente, Viterbium vsque peruenere. Vnde non ita multò post accepta pontificis benedictione digressi, per Umbros & Marfos iter facientes, Sarracenos qui eò confugerant, facillimè superant, & ad Lirim vsque propellunt. Eodem quoque tempore Romani, etsi ditionem ecclesie nequaquam vexarent, non tamen pontificis imperio obtemperabant. magistratus in vrbe suo nutu creantes. Desinentes itaque senatorem ex ciuitate Romana creare, tum primum ex exteris Brancaleonem Bononiensem magni animi consilijque virum, ad tantum magistratum magno proposito premio acciuere. Verùm postea mutata sententia, hominem comprehensum in carcerem coniiciunt. Hac autem iniuria Bononienses moti, Romanos quosdam captos non alia conditione dimissuros se affirmant, nisi restitutum in libertatem ciuem suum Brancaleonem intellexerint. Tum verò Romani suis cauentes, non solum Brancaleonem dimitunt, verùm etiam eundem in pristinam dignitatem restitunt: alio etiam ex omni regione vrbis delecto magistratu (quem Banderosos appellabant) penes quem vitæ ac necis hominum arbitrium esset. Hac autem insolentia ideo vti Romanos pontifex intelligebat, quòd se à Manfredo vexari armis cernebant, nec eorum conatibus posse resistere. Quare tyrannos à ceruicibus ecclesie aliquando reiecturus legatos ad Ludouicum Francie regem mittit, qui eum adhortentur, vt primo quoque tempore Carolum prouincie & Andegauie comitem consobrinum & generum suum, cum exercitu in Italiam mittat, quòd sibi in animo esset Manfredo pulso, hominem regem Sicilie citrà & vltra Pharum creare. Fecissent tum id quidem (adeò erat ad tantam rem ob ingratitudinem Manfredi animatus) nisi agritudo à rebus gerendis eum abstraxisset. Quod deinceps à sequenti pontifice postea factum autumant. Sunt qui adscribant, huius pontificis atati Albertum Teutonicum ordinis Prædicatorum fratrem, quem ob amplitudinem doctrinæ magnum appellant. Qui

& omnia opera Aristotelis commentatus est & Theologiam Christianam acutissimè aperuit, & de paruis naturalibus quàm diligenter scripsit Edidit & librum de coarctatione, in quo quidem res naturales theologie, quantum fieri potest per similes ostenduntur. Exposuit & magnam partem Bibliæ. Euangelia ac Pauli epistolas glossis optimis aperuit. Inchoauit etiam summam Theologie, sed non perfecit. Tantæ præterea modestiæ fuit, adeoque lectio num appetentissimus, vt Ratisponensem episcopatum abnuerit, quem tumultu & armis gubernare interdum opus erat, vt nunc etiam apud Germanos mos est; quorum plerique Episcopi ense & milite rem suam tutantur. Priuatus itaque Colonia aliquandiu publicè legit. Tandem verò octogesimum ætatis agens annum, eodem in loco moritur, multis discipulis, qui posteritati consulerent, relictis maximè autem Thoma Aquinate: qui relictæ patriæ insignique cognatione (originem enim è comitibus Apulie ducebat) Colonia pergens, tantum profecit, vt post aliquot annos apud Parisios primum in doctrina locum teneret. Vbi & quatuor libros in Sententias edidit. Scripsit & librum contra Guillelmum de sancto amore virum perniciosum, vt antea diximus. Duos præterea libros edidit, quorum alter est de qualitate & essentijs, alter verò de principijs naturæ. Romam deinde ab Urbano accersitus, spretis dignitatibus, quæ vtrò ei offerrebantur; totum sese lectioni & scriptioni dedit. Nam & scholam Romæ instaurauit, & rogatu Urbani multa conscripsit, & totam ferè naturalem philosophiam ac moralem commentationibus exposuit, & contra Gentiles librum edidit. Declarauit & Iob, Catenamque auream contexuit. Composuit & officium de Christi corpore, quo in opere plurimæ figuræ testamenti veteris continentur. Ad Urbanum pontificem redeo, qui pontificatus sui anno tertio, mense vno, die quarto Perusij moritur, in cathedralique basilica sepelitur. Vacat tum sedes mensibus quinque.

Thomas
Aquinas
Albertus
discipulus.

ANNOTAT.

Urbanus papa IV, Iacobus, vel vt alij, Pantaleo (quod fortè cognomè erat) antea vocatus, fuit natione Gallus, patria Trecentis, quæ Campaniæ vrbs est, humili ac sordido loco natus ex patre (vt fertur) sutore veteramentario.

Qui cum esset Hierosolymitanus patriarcha, Viterbi, ubi tunc curia Romana erat, à cardinalibus numero nouem inter se discordantibus, extra eorum collegium 4. Kalen. Septembris anno Domini MCCLXI. Romanus pontifex renuntiatus, sedit annos tres, mensem vnum, & dies quatuor. Hic veterem ac nobilissimam Tusciae urbem accedens, loci ad spectu & securitate delectatus (est enim in summo saxo posita, & ad expugnandum difficillima) diu in ea cum Romana curia permanfit. Nam Manfredi Siciliae regis Romana ecclesia hostis potentia, & vis sancta sedes tunc precipue vexabatur. A ciuibus Vrbeuetanis honorificentissimè susceptus, Monaldenses & Philippenses primarios urbis ciues, bello ciuili inter se laborantes in concordiam redegit, & dum vixit, eam conseruauit. Urbem sibi & Romanae ecclesiae fidelissimam varijs aedificijs, tum publicis, tum priuatis, multis item priuilegijs exornauit. A fundamentis autem aedificauit superbas illas ades pontificias in loco, qui dicebatur Solianum propè S. Mariam Priscã, quarum adhuc parietes supersunt: extruxit etiã ecclesiam & monasterium S. Augustini, ecclesias verò Minorum & Predicatorum restituit & ampliauit. Ibidem etiam concilium, siue multorum pralatorum conuentum celebrauit, in qua inter cetera tractatum est, quam ratione sancta sedes apostolica à Manfredi potentia & tyrannide se tueri posset, decretumq;, vt Carolus Ludouici Francorum regis frater prouinciae comes, & dux Andegauenfis in Italiam contra Manfredum cum Siciliae regis titulo euocaretur. Cardinali legato ad illum ob eam rem misso, quod postea sub Clemente IV. factum est. In ea postrema vrbe anno Domini MCCLXIV. sacratissimi corporis Christi solemnitas, quinta feria post octauam Pentecostes ab eodem pontifice perpetuis temporibus cum solemnissimè supplicatione, qua nunc etiam celebratur, instituta est, cum eius solemnitatis officium sanctus Thomas Aquinas, qui eo tempore publicè Theologiam in ea ciuitate profitebatur, composisset. Id verò factum fuit propter miraculum, quod hoc tempore Vulsinijs in diocesi & ditone Vrbeuetana in ecclesia sanctae Christianae accidit. Nam dum sacerdos quispian sacra missarum solemnitas celebraret sacramentum iam confecto, de panis & vini transubstantiatione, & Christi corpore dubitauit. Vnde statim (dictu & auditu mirum)

ex sacratissima, quam in manibus tenebat hostiauius sanguis manare cepit, & totam mappam, quam Corporale vocant, tinxit. quo miraculo attonitus pontifex Vrbeuanus IV. corporale primum ad se ab Episcopo loci cum processione urbem veterem transferri voluit & illud solemnitate instituta in ecclesia Vrbeuetana recondidit. Qua omnia ex eiusdem pontificis bulla, qua adhuc exstat, intelliguntur. Quanquam non me lateat, quosdã esse, qui nescio, quid de quadam muliere sancta Moniali reclusa nomine Eua fabuletur. Quorum sententiam nihil moror: cum, quod supra dixi, vulgarissimum sit. In cuius postea rei memoriam ciues Vrbeuetani tunc nobiles ditissimi & potentes nobilissimum templum Deo & beatae virgini Mariae à fundamentis construere coeperunt, tanta mole, apparatu, & impensarum magnitudine celebre, vt nullum in toto terrarum orbe, tunc ei potuerit comparari. ceterum hoc non nisi xxv. anno, post Christi verò MCCXC. factum fuit Nicolao IV. pontifice maximo, qui eodem anno xiiij. die Nouembris primum lapidem in maximi & augustissimi templi fundamentis Cardinalibus cum omni Romana curia, multis peregrinis pralatis, Episcopo ciuitatis, clero, magistratibus, nobilibus, & vniuerso populo Vrbeuetano adstantibus, post celebres supplicationes habitas, solemniter posuit, maximasq; singulis annis ipso die ecclesiam illam visitantibus indulgentias largitus est, ab alijs postea pontificibus confirmatas & auctas. In quo celeberrimo templo, cum perfectum penè fuisset, postea sanctum Corporale collocatum est, altari & tabernaculo ad illud conseruandum elegantissimè fabricatis, quod singulis annis in die corporis Christi in celebri illa supplicatione deuotissimè circumfertur, finitimis omnibus populis eò illa die ad id videndum confluentibus. Eius porò templi anterior pars tota è marmore Pario incrustata est, varijs & elegantibus sigillis noui & veteris testamenti exornata, multisq; alijs decorata ornamentis, qua eo tempore excellentius in statuaria opus existimata est, omnium quae toto terrarum orbe id genus essent.

CLEMENS IV.



nubiæ comitem regis Angliæ fratrem : ad quæ electores non facillè respiciebant. Ne igitur Manfredus spes vlla subesset discordiarum inter Alphontum & Carolum ad quem magna pars hominum imperium deferebat, sublata petendi facultate, pontifex hominem in Manfredum concitabat ecclesiæ Romanæ contemptorem.

Iam enim Caroli copiæ, superatis Alpibus, in Cisalpinam descenderant: factoque per Flaminiam itinere, omnes factionis Guelphæ milites Romanæ vsque perduxerant. Vnde Carolus mouens & Ceperanum capit. pulso inde Manfredi præsidio: & saltum Cassinatæ occupat, quem Manfredus ipse custodiendum ac ceperat: quanquam deinde mutato consilio, Beneuentum profectus expectare hostem in planis patentibusque locis instituerat, quod plurimum equitatu valeret. Motit & eo Carolus: & facta pugnandi copia, licet ex itinere fessi milites essent, prælium non detrectat. Ciet uterque dux suos in pugnam. Verùm dum Carolus laboranti suorum turmæ intentius, ut sit succurrit, ex equo consternatus, ita hostium animos auxit, ut Manfredus extra ordinem incautius pugnans interfectus, apparente subito Carolo, fortunam belli statim mutauerit. Ex suis enim in fugam versis multi interfecti sunt, plerique verò viui capti. Carolus autem tanta victoria potitus, Beneuentum mouens, urbem dedentibus vltro c. uibus ingreditur. Nuceriam deinde oppugnare adortus, quò se noui veteresque Sarraceni receperant, magistrum militiæ suæ (quem marescallum vocant) cum quingentis equitibus in Etruriam mittit, qui Guelphos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaque profectus, abeuntibus spontè Gibellinis, magistratum sine prouocatione Florentiæ constituit, quem accolæ factionis Guelphæ capitaneos vocant. Inde verò in Senenses mouens, omnes Gibellinos Etruriæ, maximè verò Pisanos, in se concitauit, dum ad Bonitium castra habet quod Gibellini acriter defendebant. Carolus autem utroque regno in potestatem recepto, excepta Nuceria, Saracenis tandem pacem concedit, permissis etiam suis legibus in Italia viuere. Ipse verò cum exercitu vocante pontifice, Viterbium se contulit, quò & Henricus à fratre rege Castellæ pulsus, paulò antè peruenerat: quem pontifex Caroli commendatione motus, & multis muneribus donauit, & senatorem vobis creauit. Carolus autem in Etruriam mouens, Gi-

90. Pont.

CLEMENS quartus, Guido Fulcodij antea vocatus, natione Narbonensis è villa S. Aegidij, merito ob sanctitatem & doctrinam pontifex creatur. Is enim iureconsultus totius Galliæ sine contentione primarius, in curia regia causas integerrimè agens, uxorem & liberos habuit, qua mortua, primò Podiensis, deinde Narbonensis episcopus postremò cardinalis omnium consensu creatus, solus ob integritatè & auctoritatè deligitur, qui lites inter Henricum Angliæ regem & Simonem Montisferrati comitem componeret. Postea verò pontificatum adeptus (ut quidam tradunt) mendicantis religiosi cuiusdam habitu indutus, Perusium incognitus peruenit: eò deinceps profecti cardinales, quem etiam absentem in pontificem delegerat, hominem ipsum Viterbium honorificè perducunt. Carolus autem, quem diximus ab Urbano in regnum accitum, cum triginta triremibus Massilia soluens, Tiberi amne subuectus, Romam ingressus, tamdiu senatorium munus mandato pontificis obiuit, quoad superuenire cardinales à pontifice missi, qui hominem in Lateranensi basilica Hierusalem & Siciliæ regem declararunt: hac conditione, ut Carolus sacramento adactus, quotannis feudi nomine quadraginta millia nummum aureorum ecclesiæ Romanæ persolueret: neve imperium Romanum etiam vltro oblatum acciperet. Magna enim de imperio contentio iam orta erat inter Alphonsum regem Castellæ, imperium armis & largitione querentem, & Richardum Car-

bellinos dōmiturus, qui Corradinum adolefcentem Conradi Sueni nepotem in Italiā contra Guelphos vocabant. Bonitium egregiè defensum & natura munitum, cum vi capere nō posset, fame ad deditiōnem compellere instituit; quo tandem post longam obsidionem recepto, in Pisanos mouens, Mutronium eorum oppidum captum, Lucensibus dono dedit. Molliturus etiam maiora tum Carolus videbatur, nisi à suis in regnum properè vocatus fuisset; ob factiosos quosdam qui Corradini rebus fauebant, maximè verò Sarracenos, quos deinceps munitissimis castellis in Nuceria conclusit, quò ei tutius in Corradinum proficisci liceret, quem Pisani in regnum deducere conabantur. vastatis prius Lucensium agris: superatoque atque interfecto apud Arretium Caroli marescallo, adiuuante præsertim Guidone Ferretano, totiusque Cisalpinæ factione Gibbellina. Ferunt pontificem (dum adolescens per agrum Viterbiensem iter in regnum faceret) eius casum miseratum, prophetica voce dixisse, Corradinum ipsum vt victimam ad eadem duci. Is itaque Romam proficiscens, Henricum senatorem ad pontem Miluium cum populo Romæ obuiū habuit, imperatoris nomine sapius acclamato, timore ne id fecerint, an studio partium, haud satis constat. Dimisso autem Romæ Guidone Ferretano, ipse cum exercitu in regnum properans, vbi intellexisset Carolum saltus Hernicos Latinamque viam occupasse, flexit inde ad Aequicolos montes, quos Taliacocij vocant, in Marsos profecturus. Castra itaque primò non longè à lacu posuit, ferè aqua ductu veteri & ædificiorum ruina munita. Mouerat & eò Carolus, decimo inde stadio ad concauæ vallis fauces castra locans, qui Alardi Neapolitani consilio vsus, (is enim cum Germanis diu militauerat) partem exercitus statim præmisit cum marescallo regia veste induto, laceffendi hostis causa. Ipse verò citra collem cum fortissimo quoque in insidijs bene gerendæ rei occasionem interim exspectabat. Ad tres autem horas iam pugnatum est dubio Marte, cum marescallus fortissimè pugnans occiditur: cuius in morte cedentibus Gallis, Germani ferociores facti, passim sine vllò ordine insequabantur. In hōs itaque in compositè ruentes Carolus delatus, statim fundit fugatque magna in fuga edita hostium strage. Henricus autem senator Reate in fuga captus est: & Coradinus cum duce Austria cognitus, dum traiecere Tiberim nauigio in Etru-

riam tentat ad Carolum pertractus, capitali supplicio afficitur: quod, vt diximus, pontificis futuram propediem diuinauerat. Carolus itaque anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo octauo tanta victoria positus, totoque regno sine contentione in potestatem suam reducto Romam proficiscens, senatorium munus volente pontifice aliquandiu administrant misso marescallo suo in Etruriam: cuius certè & indultria & opera pax inter Senenses & Florentinos composita est. Verùm mortuo Clemente, pontificatus sui anno tertio, die vigesimo primo, eodemque Viterbij sepulto, tanta repente non solum inter populos Italiæ, quos aliquantulum in officio successimus pontifex auctoritate sua continebat, verumetiam inter cardinales discordia orta est de creando nouo pontifice; vt biennio sedes vacauerit. Tum verò Carolus omnia circumspectans, ne quid mali ecclesiasticæ ditioni obueniret, cum parte exercitus in Etruriam profectus, Bonitium oppidum (vnde initium turbandæ pacis ortum est) captum Florentinīs vendidit. Quo demolito, nouum hanc longè in plano condidit, Poggium Bonitium appellatum. Carolus deinde in ita cum Pisanis pace, quorum nauigijs in Africā traiecturus vt instituerat, redire in regnū constituit, relicto cum parte copiarū in Etruriā Ruffo Anguillariz comite, qui Etruscos in officio contineret. Interim aut Ludouicum regem Massilia soluentem, tres filij adulescentes, rexque Nauarræ Théobaldus, & comes Campaniæ cum legato apostolico secuti sunt. Tunisium itaque simul applicantes, urbem obsidione cingunt, incurSIONibus omnia circunquaque posita vastantes. Verùm orta in castris pestilentia, ac diutius per ignota capita vagata, Ludouicum regem cum filio minore natu, cumque legato apostolico è medio sustulit: cuius in locum Phlippus filius successit, de discessu cogitare iam coeperat. Superueniente autem Carolo Siciliæ rege, hac conditione pax composita est, vt dimissis vtrique captiuis, rex gentis Carolo tributum penderet, liberamque in Africa Christi prædicationem sineret. Reductis deinde in Siciliam copijs, mortuo apud Drepanum rege Nauarræ & Campaniæ comite, Philippo & Carolo placuit, partim pietate motis, partim vitandæ cōtagionis causa, Centumcellas ad nauigare, inde terrestri itinere Viterbium ituri: vbi de eligendo pontifice cardinales adhuc contendebant, qui certè tatorum regum præsentia moti,

iii, Theobaldum Placentinum, Leodiensem archidiaconum absentem pontificem crearunt.

Ad Clementem redeo: cuius vita omni ex parte laudanda est doctrina, pietate, religione, humanitate, modestia, charitate, in proximum & pauperes Christi. Bona autem ecclesie ita accurate dispensavit, ut plus Deo quam affinitati & cognationi tribuisse videatur. Duas habuit filias ex inortua vxore ante pontificatum susceptas, quarum altere in monasterium collocata triginta libras Turonensium paruorum dedit, altere autem, qua marito suae conditionis nupsit, trecentas libras Turonensium dotis nomine numerari iussit: hac conditione, ne quid unquam amplius peteret. Habuit & nepotem clericum: quem ubi comperit tres prebendas (ita enim canonicatus vocant) habere, optionem facere compulit, ut quam vellet ex his retineret, duas relinqueret. Verum instantibus amicis, non solum quae habebat, nepoti dimitteret, sed maiora & plura tribueret. Respondit vir sanctissimus (quem utinam nostrae aetatis pontifices imitari essent) se Deo, non autem carni & sanguini acquieturum. Deum ita velle, ut sua in pias causas erogarentur, nec esse dignum Petri successorem, qui plus cognationi quam pietati & Christo tribueret. Dū autem Viterbij esset, referreturque quotidie Eduigam Poloniam ducissam iam pridem mortuam, miraculis summo in precio esse, eam in sanctas retulit. Delectatus est etiam mirifice doctrina Bonauenturae, ordinis Minorum generalis: qui grauius & copiosius eum scripsit in primum, secundum, tertium, & quartum Sententiarum librum. Hac autem commendatione moriens vir sanctissimus, magnum sui apud omnes desiderium reliquit. Hinc contentio inter cardinales orta est, cum dignus Clementi successor quaeritur.

ANNOTAT.

Hic pontifex vir optimus, & sanctissimus fuit. Cuius rei eius res in pontificatu gesta, vita innocenter, pureque acta, & in reabilis morum, & vitae sanctitas, quae omnia de eo à fide dignis autoribus feruntur, fidem facile facere possunt. Verū ut hac magis elucescat, sequentem bullam addere institui, quam, ubi pontifex renunciatus fuit, cuidam Nepoti suo scripsit, quae inuenta est à Petro Michelo Hispano, Barchionensi notario, scriptore historiae Hispanicae diligenti, in antiquo libro sacristae monasterij ordinis predicatorum Barchi-

none pag. 240. eam autem refert in historia Hispanica pag. lxiij.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, dilectio filio Petro Grosso de sancto Aegidio salutem & apostolicam benedictionem.

Multis de nostra promotione gaudentibus, nos soli sumus, qui certius immensitatem oneris experimur. Et idcirco quod alijs gaudium, nobis motū subministrat, et fletum. Sanè, ut scias, qualiter his auditis debeas te habere, scire te volumus, quod humilior solito debes esse, neque enim quod nos vehementer humiliat, debet nostros extollere, maximè cum honor huius saeculi momentaneus sit, & sicut ros transeat matutinus: nec ad nos te, nec ad fratrem tuum, vel ex alijs nostris aliquem venire volumus sine nostro speciali mandato. Quia spe sua frustratus, si secus venire presumeret, oporteret redire confusus. Sed nec in tua sororis nuptijs gradum quaeris propter nos altiore, nec enim nos haberes propitios, nec in aliquo adiutores. Si tamen eam filio militis simplicis desponsaueris inter centum libris Turonensibus tibi proponimus subuenire. Etsi aliora quaesueris, nec à nobis denarium speres unum, & hoc ipsum secretissimum esse volumus, & tibi & matri solummodo, notum esse. Illud etiam scias, quod nullum, nullamque de sanguine nostro sub nostri sublimatione obtentu inflare volumus, sed tam Mobiliam quam Caeciliam illos viros habere volumus, quos haberent, si essemus in simplici clericatu. Sibyllam visita, & dic ei, quod locum non mutet: sed remaneat apud zusam, & omnem maturitatem, & habitus honestatem obseruet, & preces nobis pro aliquo non presumat assumere, nam & ei, pro quo fierent, essent inutiles, & ipsis, qui rogauerint, damnosae. Et si fortè per aliquos ex hac causa vera offerrentur, ea respuat, si vult nostram gratiam retinere. Saluta matrem et fratres. Non scribimus tibi, nec familiaribus nostris sub bulla, sed sub piscatoris sigillo, quo Romani pontifices in suis secretis videntur. Datis Perusij in festo SS. Perpetuae & Felicitatis. Hanc habui ab Antonio Augustino Rota auditore, quem ob insignem pietatem, eruditionem, & morum grauitatem, maximamque in rebus gerendis dexteritatem, & fidem Philippus Hispaniarum rex maximus proximè Episcopum Ilerdensem à Romano potifice Pio IV. postulat, & ut ex Alli. ecclesia ad eandem transferetur, obtinuit.

GREGORIVS X.



191. Pont.

GREGORIVS decimus. Theobaldus antea vocatus, natione Italus, patria Placentinus, Leodiensis archidiaconus, in Asia existens, Viterbij à collegio cardinalium pontifex creatur.

Eo enim tempore, quo Ludouicus in Africam nauigauit, Odoardus regis Angliæ filius, ex Anglia cum ingenti classe in Asiam traiecit, recuperandæ terræ sanctæ caussa. Verùm dum Ptolemaid tam diu immoratur, quoad Ludouicus rex Franciæ, vt pollicitus erat, ed ex Africa victor traiceret ab Arfacida familiari, dum solus in cubiculo esset, tribus vulneribus petitus, agrè mortis periculum euasit, adiuuante altero familiari: qui manum sicarij tam diu retinuit, donec à domesticis discerpitus & extractus à cubiculo sceleratus Arfacida est. Odoardus autem vbi ex vulneribus conualuit, Theobaldum contubernalem suum, magno semper in precio habitum, quippe qui omnes reges & principes Christianos continuo in Sarracenos animauerat, iturum Romæ pontificatus gratia à cardinalibus accitum, nauigio, pecunijs, egregio comitatu mirifice iuuit: eo potissimum tempore, quo Henricus adolescens, Richardi pauidè ante mortui comitis Cornubiæ filius. Viterbium videndi Clementis caussa venerat. Quo mortuo, dum adolescens ipse ibi aliquandiu moram trahit, malo fato sublatus est: à Guidone enim Monteforti, qui tum cum Philippo Francorum rege cathedralem ecclesiam audiendæ rei diuinæ caussa petierat, ante aram interficitur, quod à

Richardo pater eius Simon in Anglia dolo necatus fuerat. Vltus hoc modo patris necem ad Rufum Etruriæ præfectum incolumis euasit. Abièrè Viterbio hac indignitate moti, non ita multò post & Philippus in Galliam, & Carolus in Apuliam, qui pace cum Sarracenis inira, Theobaldum Sypontum, quod & Manfredoniam nunc vocant, nauigijs appulsum, Ceperanum vsque comitatus est. Inde verò pontifex per Marsos & Sabinos iter faciens, Viterbium tandem peruenit: vbi à cardinalibus per benignè & honorificentissimè susceptus, coronaque pontificia ornatus omnem potestatem accipit, quam Christus Petro reliquit. Composito deinde pro tempore pontificatu, ad componendam pacem inter Genuenses & Venetos animum adijcit. Hi enim populi inter se magnis cladibus iam dudum decertauerant. Hanc ob rem Philippus rex Franciæ Cremonæ subsistens, pontificis rogatu vocatis Genuensium & Venetorum legatis, pacem inter eos in quinquennium composuit: quo simul omnibus proficisci in Sarracenos liceret. Quiescebat iam Italia, cum initium perturbandi omnia à Venetis ortum est, noua vestigalia exigentibus. Instituerant enim ne quis in sinu Hadriatico nauigaret, maximè verò Pola Venetias, nisi soluto portorio è mercium numero. Hanc autem indignitatem non ferentes Bononienses, qui magna Flaminia partium præerant, triennio varia fortuna cum Venetis decertarunt. Demum verò fessi hac lege pacem acceperunt, vt dirupto castello, quod in primo Padi ostio ædificauerant, quarundam mercium liberã educationem haberent, ostiorù Padi Veneto libera custodia dimissa. Anconitani quoque indignabûdi, quòd Veneti Hadriatici maris dominantum sibi vendicarent, vestigalque à nauigantibus exigerent, ea de re apud pontificè conqueuntur, cuius officium est prohibere, ne noua vestigalia imponantur. Is aut Venetis statim imperauit, vt exactionem illã tollerent, qui certè nil aliud respondere, quã pontificè non habere rei ipsius planam cognitionem, verùm re cognita, tum melius iudicaturum. Non potuit Gregorius rem inchoatam ex sententia perficere. Eundem erat ad concilium, quod Lugdunij indixerat: quò & Palæologus imperator Constantinopolitanus cum magno comitatu profectus tertiadecima vice in sententiam Romanæ ecclesiæ Græcos toties deficientes pertraxit. Huius præterea auctoritatem quidam Tartari proceres secuti,

Concilij
Lugduni

facrum baptisma tum recepere. Interea vero vacante imperio occidentali, Rodolphus Habsburgensis comes ab electoribus hac conditione imperator creatur, ut sequenti anno Romam peteret coronam accipiendam causa. Florentini autem Guelphi, Gibellinos concives suos a Gregorio, (dum iter in Galliam facit) in patriam reductos, statim eiiciunt. Hanc ob rem iratus pontifex, eius ius falsum; omne interdixit: paulumque abfuit, quin idem quoque in Bononienses ageret, qui Lambertescos Asinellosque Gibellinos cum præclaris familijs eiecerant: sed hi non ita multo potest poenas dedere. Nam cum exercitum in Foroliviianos duxissent, qui exsules suos perbenigne susceperant, eruptione facta, de Bononiensibus ad octo millia caesa traduntur, qua quidem calamitate confixæ quædam Flaminia civitates ab ipsis Bononiensibus statim defecere: maximè verò Ceruvia; unde magnum salis vestigal susceperant. Gregorius autem absoluto Lugdunensi concilio, in quo multa decreta sunt, ad electionem summi pontificis, ad expeditionem in Sarracenos, ad unionem Græcæ Latinæque ecclesiæ, ad pacem Christianorum pertinentia, iter in Italiam faciens, obvium habuit Alphonsum Castellæ regem apud Belloccadorum, admodum conquerentem, quod imperium Rodolpho mandasset. Verum accepta pontificis satisfactione, ius omne suum Rodolpho concessit. Pontifex autem perbenigne ab omnibus Italis susceptus, dum iter per Etruriam facit, Florentinos sponte devitans ne interdictum tolleret, Aretium peruenit: ubi pontificatus sui anno quarto mense secundo, die decimo moritur, & sepelitur: vir certè in omni vita clarus, prudentia rerum gerendarum, fortitudine animi, qua pecunias & res humiles contemnebat: humanitate, clementia, benignitate in pauperes Christi, & eos potissimum, qui ad gremium sedis apostolicæ confugebant.

ANNOTATA.

Ratio, cur conclavis usus in creatione Romani pontificis inuentus fuerit. Anno Dominica natiuitatis M CCLXV III. Clemens papa IV. Viterbij, ubi cum curia sua toto penè sui pontificatus tempore permanserat, in die sanctæ Cecilie egrotare coepit, & octavo die post morbo, senioque confectus, iij. Kalen. Decembris obiit. Cuius cadaver honorifice ad Ecclesiam Predicatorum sanctæ Mariæ ad gradus Viterbij sepultum est. Quo mortuo,

vacavit sedes propter cardinalium discordiam annos duos, menses ix. & diem. Eo porro vita functo, cardinales qui tunc in curia Romana presentes erant numero xvij. in creatione futuri Pontificis dissentire coeperunt, electionisque ratio ad discordias agitata est, ut propè in triennium protraheretur. Sæpius siquidem congregati, negotium conficere nulla ratione valuerunt, dum unusquisque ipsorum ad pontificatum aspirans, nemini cedere vellet. Eo autem tempore nequaquam, ut nunc consuetudo est, cardinales in conclavi recludebantur, sed summo mane singulis diebus; si Roma erant, Laterani: vel in basilica sancti Petri, aut alibi, prout occasio sese offerebat: sine autem extra urbem; in ecclesia cathedrali illius civitatis, in qua tunc commorabantur, via conveniebant, perinde ac nostro tempore faciunt, cum congregationem sunt habituri, de Romani Pontificis electione tractantes. Quo interim tempore ad curiam Romanam Viterbium venerunt Philippus Francorum, & Carolus Sicilia reges, collegiumque, pro celeri & matura pontificis electione rogantes, parum profecerunt, sed rebus infectis reuersi sunt. Tunc Ioannes episcopus cardinalis Portuensis videns cardinalium pertinaciam, ijs in comitio existentibus, & spiritum sanctum inuocantibus; publice dixit; Domine, discooperiamus tectum camera huius, quia spiritus sanctus nequit ad nos per tota tecta ingredi. Qui etiam cum papam Gregorium renunciatum animaduertisset, hos de sua electione versus edidisse fertur:

Papatus munus tulit archidiaconus vnus,
Quem patrem patrum fecit discordia fratrum.

Postremò post longissimum duorum annorum, mensiumque, nouem interregnum; quod maximo Reipublica Christiana malo, & incommodo fuit: à Viterbiensibus propemodum coacti, cum discordantibus animis, ut vnum ex se eligerent fieri non posset; tandem per viam compromissi, in sex cardinales facti, suadente maximè S. Bonaventura ordinis Minorum generali ministro, Kal. Septembris. Anni MCCLXXI. in pontificem maximum renunciauere Thealdum vicecomitem Placentinum, archidiaconum Leodiensem virum sanctum, & religiosum; extra collegium cardinalium & absentem. Is in obsequio Christi tunc trans mare in Syria apud Ptolemaidem commorabatur, cum Odoardo primogenito regis Anglorum; tempus opportunum

porturum expectans, ut Hierosolimam cum ceteris peregrinis proficisceretur. Qui decreto electionis à collegij legatis trans mare missis, accepto, atque confirmato, mense Decembri ex Syria nauigio recessit, Brundisiumq; primum, demum Viterbium sequenti anno, vbi cardinales erant, iij. Idus Februarij venit, Romani pontificatus insignia suscepturus. Inde Viterbio discedens, Romam profectus est, vbi 6. Kalend. Aprilis consecratus & coronatus, Gregorius X. est appellatus. Sedit autem à die electionis annos iij. menses iij. dies x. Hac ex registris eius, F. Ptolemao Lucensi, Martino Polono, Theodorico à Niem, Ioanne de Columna, & alijs horum temporum scriptoribus, qui huius Pontificis vitam edidère, excepi. Qui pontifex altero post consecrationem anno, Christi verò MC CLXXIV. maximo Christianorum concilio Lugduni in Gallijs congregato, multas super ecclesia catholica reformatione leges edidit, quas canones appellant. Inter quas has quoque de futura Romani pontificis electione tulit, longissimis interregnis, quæ in posterum accidere possent, remedium aliquod allaturus, quæ processu temporis paululum varietate in hanc propemodum formam ex vsu redacta sunt.

**PRAECIPVAE LEGES, QVAE IN
comitijs Romani Pontificis seruari
debent.**

I. Ut noui pontificis comitia habeantur loco idoneo, vbi pontifex precedens cum sua curia residens, caussurumq; & litterarum apostolicarum audientiam habens, mortuus fuerit. Quod si in villa, pago, aut oppido obierit, & propterea commode ibidem comitia haberi nequierint, in vrbe, in cuius diocesi villa, pagus, vel oppidum fuerint, habeantur, nisi interdita sint. Quo casu in proximior vrbe non interdita ipsa electio fieri debet. Si verò ipsa audientia alio loco fuerit, tunc non vbi papa obierit, sed vbi eadem audientia fuerit, futuri pontificis creatio habeatur Gregorius X. & Clemens V.

II. Ut mortuo pontifice, comitia non habeantur, nisi ad minus decem dierum spatio interiecto, quo tempore, & cardinales absentes expectari, & nouem diebus demortui pontificis per cardinales praesentes celebrari debent.

III. Ut cardinales omnes quauis ratione à

conclauis absentes, nullum ferendorum suffragiorum ius habere possint.

IV. Ut non solum cardinales absentes, sed & omnes cuiusvis ordinis, & conditionis homines in Romanum pontificem creari possint.

V. Ut finitis nouem diebus, sacrisq; die decimo ritè sancto spiritui factis, omnes cardinales, qui adsunt (siue absentes venerint, siue non) in palatio, in quo mortuus pontifex habitabat, locotuto, vndique clauso, ac optimè custodito, quod conclauè vocant, recludantur, cum duobus tantum, vel, ut nunc consuetudo est, tribus, aut quatuor famulis, qui eis necessaria subministrant, quo in loco comitia habeantur. Nec alicui prater ea fas sit, locum ingredi vel egredi, nisi infirmitatis causa, certisq; quibusdam hominibus, quorum opera in conclauis existentibus, maximè est necessaria. Is porro locus conclauis nullum inter medium parietem habeat, sed omnes cardinales in cellulis suis laneis distinctis pannis ipsum inhabitent in communi.

VI. Ut locus, & porta conclauis diligentissimè custodiantur, si Roma electio habeatur, primum à pratorianis, deinde à Regulis Romanis, & oratoribus principum sacramento prius adstrictis, demum in loco ostio conclauis proximiorè ab Episcopis, & conseruatoribus vrbis. Si autem extra vrbem comitia hæc habeantur, à loci eiusdem dominis temporalibus, eodem iuramento fidelitatis obligatis. Quorum munus est conclauè custodire, & diligèter cauere, ne quid conclauis inferatur seu exportetur, quod minus legitima suffragia ferri possint, atque singula scrutari, quæ vel cibi, vel alterius rei causa inferuntur ad eos, & providere, ne quid detrimenti patiantur cardinales, omnibusq; ipsorum nutibus praesto esset ac eligere pontificem differentes ad maturandum arctare. Milites verò pratoriani, ac Reguli Romani conclauè ab omni impressione tutum reddere debent.

VII. Ut Cardinales conclauis egredi nulla ratione possint, nisi Romano pontifice creato, quod si re infecta egressi fuerint, ab his, qui conclauis custodia praesunt, iterum ingredi cogi debent.

VIII. Ut Cardinalibus venientibus post ingressum conclauis, & ante papæ creationem, potestas sit conclauè ingredi, & cum cæteris suffragiis ferre, nullusq; cardinalis quacvis occasione, aut praetextu etiam excommunicationis vim ulo
imoda-

INNOCENTIVS V.

innodatus, ab electione ipsū arceri possit.

IX. Ut post triduum ingressus conclavis, nisi pontifex renuntiatus fuerit, Ep. sc. op. Reguli Romani, & qui conclavis custodia preesunt, maximā in epulis, & cibis, qua cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non nisi ferculum unū inferri permittant.

X. Ut in comitijs habendis sub anathematis pœna, null. fas sit aut largitione vri, aut quicquā polliceri, aut prensare, siue ambiedo, animos cardinalium sibi in noua creatione deuincire. Quo interim tempore cardinalibus nulli alij negotio vacandi ius potestasq. sit, quo electio maturetur.

XI. Ut nemo Romanus pontifex renunciari possit, nisi duorum partium ex tribus cardinalium, in conclavi presentibus integra suffragia tulerit.

XII. Ut mortuo Romano pontifice, omnes ecclesiastici magistratus, & officia statim cessent, atque à muneribus suis vacent præter pœnitentiarium maiorem, minoresq., & Camerarium S. R. E. quorum munera etiam mortuo papa perdurant. Ex l. b. 6. Decretalium, Bonifacii papa VIII. lib. 1. tit. 6. de electione & electi potestate, cap. 3. Vbi periculum. Item lib. Clementinarum primo, titulo 3. de electione & electi potestate, cap. Ne Romam.

Porro autem iuxta Gregorij X. constitutionem, Aretij, ubi Gregorius X. papa obierat, primum papa creatus est Innocentius V. ex ordine fratrum prædicatorum ad episcopatum Ostiensem assumptus anno salutis MCCLXXVI. deinde eo mortuo, Hadrianus V. Roma: nouissime Viterbij Ioannes papa XXI. Vigefimus ritè dicitur, ut ex iisdem auctoribus, quos paulò antè citauimus, intelligitur. Idem refert glossa capituli, Vbi periculum quam fecit Ioan.

Andr.



Innocentius V. Petrus Tarantasiensis antea 192. Pont.
 vocatus, natione Burgundus, ordinis S. Dominici, vir in sacris literis doctissimus, ann. dom. 1275. Aretij pontifex creatur: vnde paulò post Romā abiēs in S. Petro coronatus, statim animū ad pacandas res Italas adiecit. Quare legatos magnæ auctoritatis viros misit, qui & Etruscos in perniciem Pisanoꝝ conspirātes, & Genueses ac Venetos de vita ac sanguine inter se certantes, ab armis discedere sub anathematis pœna cogerēt: Aderant & oratores Caroli regis, cuius etiā auctoritate re magis ex sententia cōfici posse sperabat. Fecere mādāta Etrusci, maximè Florentini, quos ob hæc rem pōtifex ab interdicto Gregorij absoluit: Genueses autē & Veneti, quorū odia magis inoleuerant, in armis cōtinuè erant, sese inuicē mutuis cladiibus cōficiētes, quos tamē Innocentius in sententiā suā traxisset; si ei diutius viuere licuisset: ad eā re animatus erat. Moritur autē pontificatus sui mēse vj. die ij. sepeliturq. in Lateranensi basilica. Quo minus autē mors eius molesta presbyteris sæcularib. videretur, effecit eius iudiciū paulò antè latū. Nam cū Viterbij inter sacerdotes cathedralis ecclesiæ & fratres prædicatores de corpore Clementis IV. orta cōtentio esset, vterq. enim ordo sanctissimū corpus apud se volebat, adiudicauit id fratribus committi debere, quod diceret sanctissimū pontificem id ita dum viueret, instituisse. Hæc itaq. ob rem lenè offensanculā Innocentius contraxit, alioqui vir optimus, & de quo bona omnia sperari pote-



193. Pont.

HADRIANVS quintus, patria Genuē-
fis, familia Flisca, Othobonus antea
vocatus Romę in atrio Lateranensi pō-
tiffex creatur. Fuit autem Innocentij quarti ne-
pos: sanctique Hadriani diaconus cardinalis
ab eodem creatus & in Angliam legatus cum
summa potestate missus, ad sedandum tumultum
inter regem & barones ortum. Creatus itaque
pontifex, Viterbium statim proficiscitur; Rodulphumq;
imperatorem ad comminuendam Caroli potentiam,
qui tum Romę omnia pro arbitrio agebat, in Italiam vocat.
Verum Rodolphus Bohemico implicitus bello
Hadriano satisfacere non potuit. Carolus autem
ad declinandam inuidiam intentus, omnem vim
belli in Achaiam transfert, viam sibi ad imperium
Constantinopolitanum facturus. Verum mortuo
Hadriano pontificatus sui die quadragesimo, in
Italiam redijt. Moritur autem pontifex Viterbij
ante munus consecrationis suę sepeliturque in
conuentu fratrum Minorum. Fuerat quidem ei in
animo, & ditionem ecclesię tutiorem a tyrannis
reddere, & constitutionem Gregorij de eligendo
pontifice in meliorem formam redigere, non
omniud tollere. Eius autem conatibus &
animi magnitudini mors obstitit.

Vacat tum sedes dies octo

& viginti.

(. .)

194.

IOANNES vigesimus secundus, natione
Hispanus, patria Vlixiponenfis, Petrus antea
vocatus, ex episcopo Tusculano pontifex
creatur. Hic etiam doctissimus est habitus: tam
ignoratione rerum gerendarum, & morum
in æqualitate, plus detrimenti quam honoris
& emolumentum pontificatus attulit. Multa enim
stoliditatem & leuitatem præferentia egit, in vno
tantum commendatione dignus, quod adolentes
litterarum studiosos, inopes maximè, beneficiis
ecclesiasticis & pecunia iuuit. Vexabant tum
Veneti Anconitanos, quod in Dalmatia mercaturam
exercerent, nullo persoluto Venetis portorio: neque
eos (vt par erat) vestigales ecclesię pontifex
ipse tuebatur, in verbis tantummodo promptus,
in rebus agendis timidi & infracti animi.
Anconitani autem pontificis auxilio destituti,
seipso colligentes, eruptione facta, Venetos
vrbem obsidentes, magno illato incommodo
propellunt. Vltus tamen consilio Ioannis
Caietani, cuius nutu omnia tum gerantur,
quod ipsius auxilio & suffragijs pontifex
creatus fuerat, legatos tum ad Palzologum,
tum ad reges occidentales misit, qui eos
suo nomine cohortarentur, vt pace inter se
iacta, arma in Sarracenos & hostes Christiani
nominis pararent. Pollicebatur homo stolidus
sibi longam vitam, & diu se victurum omnibus
prædicabat: quippe cuius vita & mores
omnibus patebant, aded erat inuerecundi
& socordis ingenij. Sed ecce dum hanc stultitiam
omnibus prædicabat, camera quadam

nova,

NICOLAUS III.

nova, quam in Palatio Viterbiēsi extruxerat, subito corruit, atque inter ligna & lapides inuentus, septima die post tantam ruinam acceptis omnibus ecclesiæ sacramentis, pontificatus sui mense octauo moritur, Viterbięque sepelitur, vir (vt dixi) admodum litteratus, sed parum prudens. Multa enim in vita scripsit, potissimum verò canones quosdam ad Medicinā pertinētes. Nam medendi arte admodam peritus habebatur. Scripsit & librum, quem thesaurus pauperum vocat. Edidit & problemata quædam, Aristotelem imitatus. Sed hoc nescio quo pacto compertum est, vt viri quidam admodum literati, ad res agendas parum idonei videantur. Nescio quo pacto dixi, cum mirum potius omnibus videri debeat, vt qui contemplatione delectatur, idem etiā rebus terrenis animum applicet.



ANNOTAT.

Post Innocentiū V. mortem, qui ei successit Hadrianus papa V. Gregoriū X. de conclauis constitutionem statim reuocauit. Cuius reuocationem, siue suspensionem, quod ante eius coronationem facta fuisset, inualida erat, Ioannes XXI. confirmauit. Atq; sine conclauis reclusionē, qui deinceps ei successerunt, Romani pontifices Nicolaus III. Martinus II. dictus IV. Honorius IV. Nicolaus IV. & Celestinus V. creati sunt. A Celestino verò eadem qua Gregorius X. caussa, moto, ipsius Gregoriū constitutionem de conclauis reclusionē de nouatam, & approbatam, qui ei successus est Bonifacius papa VIII. ratam habens, & confirmans libro Decretalium sexto registravit. A quo deinceps tempore vsq; ad nostram memoriā perpetuo obseruata est. Hac ex Glossa capituli, Vbi periculum. Cuius auctor fuit Io. Andrea celeberrimus iureconsultus.

NICOLAUS tertius, patria Romanus, 195. Pont. ex familia Vrsina, Ioannes Caietanus antea vocatus, pontifex tandem creatur, protracta in sex menses electione, non sine magna cardinalium contentione, quorum conclauis senator Sicilia rex præfuit, qui admodum instabat, vt vnus aliquis ex natione Gallica eligeretur. Nicolaus autem inuito pontificatus, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, Caroli potentiam comminaturus, Etruriæ vicariatum abstulit, non diceret Rodolphum id agrè ferentem, non aliter expeditionem pro terra sancta promissam acturum cum Etruria imperatoris iurisdictionis haberetur. Hoc cōsecutus pontifex, nihilominus Flaminiam ipsamque Bononiā cum Exarchatu Rauennatum, quæ tum imperatori subeant, in potestatem suam redegit: eoq; misit Bertoldum nepotem, Romandiolæ comitem declaratum. Misit & alterum nepotem Latinum cardinalem legatum in Etruriam, qui restitutus vbique Gibellinis, Florentiæ ac in cæteris Etruriæ vrbibus pro arbitrio animi magistratus imposuit. Munus verò senatorium, quod principibus & regibus demandari consueuerat, ipse solus obiuit. Legatos Venetorum (qui tum Anconitanos bello vexabant) à conspectu suo reiecit. Abeuntes præterea ex itinere reuocatos, grauissimis verbis increpauit: & perniciem eorum ciuitati comminatus est, ni ab Ancona oppugnanda desisterent. Tandem verò multis vltro citroque illatis incommodis, æquis conditionibus pax inter-



inter utranque civitatem componitur. Huic autem pontifici in animo fuerat duos reges creare, utrunque Vrsinum: quorum alterum Etruriæ, alterum Lombardiæ præficeret: qui inde Teutonicos partim Alpium incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolitanum tenentes, armis in officio continerent. Ut verò id ei facere liceret, Petro Aragonum regi persuaserat, ut iure hæreditario Constantiæ uxoris suæ, regnum Siciliæ repetere anniteretur. Senatorum autem dignitatem ipse à Carolo ad se transtulit: vetuitque perpetuo edicto, ne quis rex aut princeps magistratum ipsum petere aut obire auderet. Fuit autem Nicolaus pontifex (ut auctores scribunt) vir magni animi atque consilij adeoque moribus & vita integer, ut vernacula lingua compositus vulgo diceretur, Armator & cultor doctorum virorum, & eorum maxime, qui doctrinam cum prudentia & religione coniunctam haberent. In partiendis autem dignitatibus & honoribus, communis omnibus est habitus. Nam semel habita potestate sacrorum initiandorum, Albanum episcopum ex ordine Minorum, Ostiensem ex ordine Prædicatorum delegit. Prænестinus & Tusculanus episcopi sæculares fuerunt. Creavit & duos presbyteros, videlicet Gerardum tituli duodecim apostolorum, & Hieronymum ordinis Minorum, tituli sancte Prudentiæ. His addidit duos diaconos, videlicet Iordanum fratrem suum sancti Eustachij, virum multa doctrinæ & innocentie: & Iacobum Columnam sanctæ Mariæ in via Lata, virum exactæ religionis & grauitatis. Aedificijs præterea ædes pontificias exornauit. Aedes enim apud sanctum Petrum percommodè exstruxit, quarum partem aliquam adhuc cernimus. Has postea Nicolaus quintus magna impensa restituit. Cinxit etiam mœnibus in vibus modum pomarium sancti Petri, quod viridarium nunc vocant. Ecclesiam quoque sancti Petri ferè verastate collabentem restituit ac pictura summorum pontificum exornauit. Idem etiam fecit in basilica Pauli. Auxit præterea mirum in modum diuinum cultum, aucto canonicorum numero & seruientium ecclesijs prouentu. Diuisit etiam ordines ecclesiasticos inter se, & quid cuique conueniret ostendit. Habitationes quoque vnicuique assignauit: ut & aduenæ scire possent, quo in loco quisque magistratus, curialis præsertim, inueniri posset. Perfecit etiam Lateranenses ædes ab Hadriano quinto antea incolatas.

Condidit præterea à fundamentis Sancta sanctorum, primo sacello iam vetustate collapsi templumque in ipsorum opere vermiculato (ut adhuc cernitur) & frustra marmoreis exornauit: eoque transtulit apostolorum capita, donec templum Constantinianum sua impensa restitueretur. Quo facto, statim in capsulis argenteis suo iussu exstructis, comitante populo in templum restituit: condunturque in sacello ad eam rem percommodè fabricato. Eodem quoque die basilicam ipsam consecrauit, pridie Nonas Iulij, is dies est habitus. Scribunt historici quidam, neminem ante ipsum sacrificare religiosius visum, cum semper dum solemnia ageret, lacrymas funderet. Erat enim religionis obseruantissimus, & ad eum ordinis Minorum, ob contemptum rerum humanarum, amator, ut ipse etiam decretali epistola quædam ipsius ordinis ambigua declarauerit. Vacantibus ecclesijs nullus pontifex celerius ac maturius consuluit, cum eas statim optimo cuique & idoneo commiserit. Prius enim mores hominum & doctrinam inspiciebat, deinde vacantes sedes his statim committebat: quod diceret in mora periculum esse, cum non deessent, qui diuina etiam cupidissime deriperent & occuparent. Notarios & tabelliones, utpote sanguine pauperum litigantium viuentes, à se ut pestiferos reiecit, Gregorium decimum & Ioannem vicesimum primum hac in re imitatus. Verum quoniam ubique terrarum magna in magistratibus corruptela erat, constituit ne magistratus ipsi villo in loco magis quam anau crearentur: eos si quispiam retinere ulterius ausus fuisset, anathematis poena notabatur, à qua, nisi à pontifice absolui non posset. Multa præterea constituit, ad utilitatem cleri populique Christiani pertinentia, ut in titulis suis apparet. Non caruit tamen in tantis laudibus reprehensione. Suos enim ita amasse dicitur, ut aliunde raperet, quod eis condonaret. Nam quibusdam nobilibus Romanis castella vi abtulit, ac suis dono dedit, maxime verò Surianum. Vbi idem pontifex cibi ac potus continentissimus, subita tamen morte correptus tertij sui pontificatus anno, mense octauo, die quintodecimo moritur. Quam mortem prædixisse quendam ferunt, notato per exercitum Tiberis vaticinio. Ad eum enim in immensum excreuerat, ut alta res sanctæ Mariæ rotundæ quatuor pedibus & eò amplius excederet. Eius autem corpus Romanam

nam delatum, in sacello beati Nicolai à se condito in basilica sancti Petri sepelitur, tumulo marmoreo & vermiculato opere exornato, quem adhuc cernimus, anno Domini M. CCLXXX. assumptionis octaua die. Quo quidem anno Carolus rex beatae Magdalena corpus iam antea à beato Maximino in villa sui nominis conditum, ornatiore sepulchro & maiore sacello exornauit: caputque eius seorsum in theca argentea condidit. In morte autem Nicolai vacasse pontificatum quinque mensibus ferunt. Nam dum Viterbij à cardinalibus noui pontificis electio fieret, praesetque conclauis Richardus ex Hannibaldensium familia Romana, ac sine contentione primaria, qui paulò antè Vrsinam mortui Nicolai nepotem, praetura Viterbiensi deiecerat: erat enim huius familiae hostis acerrimus: duo cardinales ex familia Vrsina impediébant, quo minus electio fieret, nisi vrsus in praetura restitueretur. Hanc ob rem Viterbienses Richardum secuti, conclauis ingressi, cardinales capiunt & in vincula coniungunt. Quod ubi Romae scitum est, eadem Hannibaldensium factio familiam Vrsinam ab vrbe pellit, quae statim populariter cum sua factione abiens, Praeneste secessit. Post quintum itaque mensem Gallici cardinales absentibus Vrsinis, suffragijs Italos superantes, Gallicum pontificem creant.

MARTINVS IV.



MARTINVS quartus, Simo antea vocatus, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, natione Galli, patria Tu-

ronensis, pontifex electus, Viterbij coronari noluit, quod ei ciuitati ob impetum in cardinales factum, interdictum sacris putabat. Urbem itaque veterem petens, quod Oruietum vocant, eo loci omnia solemnia peregit decimo Kal. Aprilis. Resurrectionis autem die sex cardinales creauit: quorum de numero fuere Comes Mediolanensis tituli sanctorum Marcellini & Petri, & Benedictus Caietanus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus. Regem verò Carolum ad se venientem, non modò perbenigrè suscepit, verum & eidem senatoriam dignitatem, qua à Nicolao priuatus fuerat, restituit, quod non ita ab omnibus probatum est, cù ea res excitatura videretur magnas in vrbe seditiones, reuersis iam Vrsinis & pulsis Hannibaldensibus. Vrsinis enim ob odium in Nicolaum conceptum, Carolus mirificè aduersabatur. Ioannes itaque Latini fratris vlturus iniurias, tutaturusque dignitatem sibi à populo Romano traditam, comparato satis iusto exercitu, in Viterbienses mouens, eorum agros longè ac latè populatus est. At Martinus, qui tum in Montefiascone erat, Viterbiensium calamitate permotus, Matthaeum exgète Vrsina cardinalem, Romam properè misit ad res componendas: qui ex itinere Ioannè populi Romani capitaneum (ita enim populi ducem appellant) secum duxit. Venerant & eò omnium factionum capita mandato legati: maximè verò Richardus Hannibaldensis, vti ab interdicto, quod Viterbij contraxerat, dum conclauis violenter irrupit, & cardinales Vrsinos in carcerem coniecit, absolueretur legati auctoritate. Is itaque ad cardinalis pedes prouolutus, laqueum collo gerens, quod est maximum penitentiae signum, ac veniam petens absoluitur. Composita autem hoc modo inter vtranque factionem pace, reuocatoque exercitu Romano ab iniuria Viterbiensium, pontifex Romanis statim concessit, vt ex ciuibus duos senatores sibi deligerent, qui urbem gubernarent. Delecti itaque duo, Hannibaldus Petri Hannibaldi filius, & Pandolphus Sabellus, qui ciuitate toto suo magistratu optimè gubernarunt: eò potissimum tempore, quo Martinus pontifex Paleologum unionis pacta non seruantem, instante Carolo Siciliae Rege excommunicauit. Tum verò Paleologus Caroli potentia veritus, clam foedera cù Petro Aragoniae rege iussit, qui regnū Siciliae ob Constantiam uxorem Manfredi filia, & Conradini nepotem, suo iure repetebat. Communi itaque impensa

penſa magna claſſis ab utroque parabatur. Quare pontifex legatum ad Petrum mittit ſciſcitatum, quid ſibi vellent tanti apparatus. Cui ille ita reſpondit, interiorem ſe tunicam lace- raturum, ſi illam arbitrareretur ſuarum cogitationem conſciam fieri poſſe. Abiit itaque re infecta legatus. Petrus verò comparata iam claſſe in Africam contendens, Hipponenſium litora vehementer populatus, in Sardiniam rediit, exſpectans vt à Ioanne Prochita res nouæ in Sicilia orientur, quemadmodum inter eos conuenerat.

Oborti ſunt interim & noui motus in Ciſalpina Gallia. Nam Vicecomites familia nobiliſſima, duce Luchino Turrianos admodum potentes, Mediolano pellunt. Inde verò Luchinus in Etruriam vicarius ab imperatore miſſus, apud Miniatem oppidum ſe cõtinentis, Florentinos & Lucenſes grauiſſimis incurſionibus vexabat, ſpretis pontificis interdictis, quibus hominem à ceruicibus ſociorũ remouere conabatur. Peruſini quoque ſumptis armis ita Fulginiates tum inuadunt, vt eorum urbem vi cœperint, & mœnia aliqua ex parte demoliti ſint. Quam ob rem à pontifice ſacris interdicti, veniam deinceps meruere, perſoluta tamen prius magna pecunia poenæ nomine. Interim verò Siculi, quorum motus rex Petrus in Sardinia exſpectabat, ſuperbiam ac libidinem Gallorum amplius ferre nequeuntes, ſuadente Ioanne Prochita, in Carolum cõiurationem ineunt, data die ad rem conſciendam, vt cum primum veſperi campana audita fuerit, vbique Galli nullo ſexus discrimine habito cæderentur. Qua in re adeò certè ſæuitum eſt, vt etiam mulieres Gallico compreſſu prægnantes cæſæ dicantur. Hinc tritus ille ſermo eſt, cum quis multorum interitũ exoptat, vt veſperas Siculas cõmemoret. Malum quoque fatum expertus eſt eodem tempore Guido Appius, cum octingenti equitibus Gallici nominis, ad recuperandam Rõmandiolã miſſus pontificis nomine. Nam dum Forumliuij obſidet, eſſentque erumpendi cupidi ciues, Guido Bonatus aſtologiæ peritiſſimus, conciuces ſuos adhortatus eſt, exſpectata aſtorum benignitate, vt dum demum erumperent, quãdo eis ſignum daret. Fecere illi mandata, & in tempore erumpentes Guidonem cum omnibus ferè Gallis interfecere. Atque ita vrbs tâta obſidione liberata eſt. Carolus autem audita Siculorum defectione & ſæuitia, cum magnis copijs in Siciliam traiiciens, primo Meſſanam

urbem obſidet, quam certè per ditionẽ tandem cepiſſet, niſi Galli vltionis cupidi, delecturos ſe urbem minati fuiſſent. Tum verò Petrus Arrago tantos motus (vt diximus) exſpectans, ea de re certior factus, è Sardinia properè in Siciliam traiiciens, Panhormum contendit, à ciuibus & Siculis pei benignè ſuſceptus à quibus etiam regium nomen conſecutus eſt, confluyente vndique ad eum omni multitudine. Hanc ob rem Carolus perterritus, Meſſana relictã, in Calabriam ſe ſtatim recepit, exſpectaturus filium Salerni principem, quẽ paulò poſt è Narbonenſi prouincia cum aliquot cohortibus venturum ſciebat: Reprẽhenſus à Carolo Petrus Arrago, quòd affinis conſanguineuſque regnum inuadere auſus eſſet, reſpondit ſe miſericordia motum, calamitoſo populo & indigna ferenti petitam opem negare non potuiſſe: quanquam id quoque regnum iure hæreditario ei deberetur, propter uxorem Conſtantiam Manfredi filiam, & Conradini neptem. Concreſcentibus autem vltro citroque iurgijs, res tandem ad ſingulare certamen deducta eſt: hac conditione tamen, vt vterque rex centum ſibi ad tantum certamen commilitones cõoptaret, loco certandi apud Burdegalam delecto.

Vtrique enim rex Anglię aſſiuitate coniunctus erat, qui tamen certamen, adiuuante Martino pontifice, tandem diremit. Verũ cum nihilominus Petrus Carolum bello premeret, Martinus Gerardum Parmenſem cardinalem, legatum Neapolim miſit, qui & populos in fide Caroli contineret, & Carolum ipſum adoleſcentem conſilio & auctoritate iuaret. At verò cum Petrus Rogerium Doriã claſſis ſuæ præfectum Neapolim miſiſſet, Carolus aliter ſentiente legato & reclamante, nequaquam tantum regnum fortunæ committendũ eſſe, in hoſtem mouens, non longè à Neapoli, ingenti ſuorum clade ſuperatur: & captus in Siciliam primo, deinde in Arragoniam perducitur. Hoc certè ei non accidiſſet, ſi bene monenti legato (vt pater erat) obtemperaviſſet. Nam paulò poſt pater Carolus cum ingenti claſſe ſuperuenit, qua etiam cum hoſte nondũ victore decertare potuiſſet. Martinus autem calamitate Caroli permotus, Petrum Arragonenſem anathemate notat, eiufque regnum in prædam id occupare volenti exponit, ſubiectos, à Petri iuramento abſoluit, cruce ſignatos in hominem concitat, bonorum eccleſiaſticorum uſurpatorum, vt ipſe dicebat. Milites quoque

quoque ecclesiasticos Carolo auxilio misisset, ni ei bellum in Flaminia gerere necesse fuisset contra Foroliuianos, qui adiuuante Guidone Montisfeltri comite, deficere ab Ecclesia sunt ausi, & quædam etiam castella haud longè posita oppugnare. Verùm cum Guido ipse pœnitentia ductus, pacem cum Pontifice iniisset, & mœnia Foroliuanorum demolitus est in vltionem Guidonis Appij, & magnam partem Flaminie breui recepit. Vrbinum quoque, quod tum oppugnabat, cepisset, ni Rubeus Anguillarius Etruriz comes, in oppugnatione ipsa mortuus fuisset. Duo tum castris præerant duces, quorum alter in Etruriam missus est, ad eam oram tuendam, quæ ad Soanam vergit: alter verò (quem Iuuenatij comitem vocabant) obsidionem iussu pontificis continuabat, subministrante clanculum auxilio & com meatu oppidanis ipsis Guidone Montefeltrano.

Interim verò cum Martinus curis agitatus addubitaret, à quo duorum populorum, Pisanorum scilicet & Genuensium, contra Petrum Arragonensem auxilium peteret, tanta repente inter hos de possessione Corsicæ contentio exorta est, vt ipsi aliundè auxilium peterent. Legatum tamen apostolicum pontifex adhortatus est, vt tandem populos in fide contineret, quoad Carolus cum supplemento copiarum superuenisset. Ingressus deinde Neapolim Carolus confirmatisque ciuium animis, in Africam proficiscens febris correptus moritur: quare ad legatum ipsum totum gubernandæ provincie pondus recidit. Erat tum rumor ac propè constans fama, Philippum regis Franciæ filium, comitem Atrebatensem, eius regni causa aduentare: qui tamen deterrere Petrum nò potuit, quo minus regnum vexaret, cum iam constaret eum cum paruis copiis aduentare. Nam pater Philippus in Arrogoniã cum magno exercitu profecturus erat, ad occupandú Petri regnum à Martino pontifice grauibus censuris prius interpositis, in prædam occupati datum. Pontifex autem tot curis circumuentus, Vrbeuetanis etiam tumultuantibus (nam Gibellini Guelphos expulerant,) Perusiu proficiscitur. Vbi non multò post lenta febris diu vexatus, tandem moritur, pontificatus sui anno quarto, mense vno, sepeliturque in cathedrali basilica. Ad cuius sepulchrum multi valetudinarij delati, multi cæci perducti, muti & claudi pristinam valetudinem sanctissimis pontificis meritis à Deo recepere.

HONORIVS IV.



HONORIVS quartus patria Romanus 197. Pont.
è gente Sabella, familia nobilissima, Iacobus antea vocatus, diaconus cardinalis. Perusij pontifex creatus, Romam venit, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, fratre eius Pandulpho senatoriam dignitatem tum gerente. Tanta enim seueritatis & iustitiæ Pandulphus est habitus, vt quoties Romani ciues purgare vibem latronibus, sicarijs, furibus, parricidis vellent (quorum in solo Romano magna copia ob seditiones ciuium erat) non alium senatorem, quam Pandulphum exposcerent. Is etsi podagra & chiragra vexabatur, non tamen animi magnitudine & constantia à benè valentibus superabatur. Eodem quoque morbo ita etiam interdum Honorius laborabat, vt ei instrumentis quibusdam ad id aptè fabrefactis, sacrificare necesse esset. Consilio tamen prudentia tantù valuit, vt non multum corporis vires in eo desiderarentur: quippe cum solus plura propè videret, quàm omnes simul, qui tum in vrbe aderant. Habitauit hic in Auentino apud sanctam Sabinam, egregiasque ædes (quarum vestigia adhuc cernuntur) in monte ipso ædificans, eò ad incolendum multos quoque Romanos excitauit, vnde breui mois ipse frequentibus ædificijs incoli cœptus est. Cum autem neminem lædere in pontificatu suo constituisset, omnibus prodesse quoad fieri poterat, prouocatus Petri Arragonum regis iniuria, qui regnum Siciliæ occupare conabatur, Martini interdicta contra Petrum confirmauit. Rodulphus autem imperator comparandæ

pecuniarum studiosus, cancellarium suum è gète Flisca in Etruriâ misit: qui populos omnes liberos faceret, & eos potissimum, qui se pecunia redimerent. Perfoluere autem ob eam rem Lucenses duodecim millia nummum auri. Florentini verò sex millia, qui statim liberi omnino facti, magistratum (quem priores artium vocant) addito vexillifero iustitiæ creauerunt. Non displicuit hæc venditio Honorio, licet indigna tanto principe videretur, quòd ea ratione ecclesiastica ditio futura securior videbatur, cum non amplius imperatori liceret liberas ciuitates vexare.

Dum verò rex Franciæ urbem Gerundensem obsideret, curaretque Petrus Arrago, quo minus in castra hostium commeatus à Narbona ferrentur, acri prælio commisso graue uinsum accipiens, paulò post malè curatus moritur, atque ita Gerunda dedentibus ex pacto ciuibus, in potestatem Regis Franciæ redacta est, qui non diu superuixit. Ex febre enim moritur contracta in castris, dum Perpiniatum obsidet. Cuius etiam classis non multò post in portu Narbonensi à Rogerio Doria capta & incensa est. Duos habuit filios Petrus Arrago, Ferdinandum & Iacobum. Ferdinandum autè natu maiorem Arragoniæ, Iacobum verò Sicilia regem ex testamento reliquit. Hac autem ratione mortuis primis regibus, bella adsecundos translata sunt: qui hinc Pisanos, hinc Genuenses maritimis præliis insignes, trahere in partes suas conabantur. Verùm hi odio & armis inter se certantes, tanta rabie apud Lamulum insulam Pisano portui vicinam concurrunt, ut ex Pisanis, qui tremens quadraginta nouem amisere, duodecim millia hominum desiderata sint, partim cæsa, partim capta: quæ quidem calamitatem Honorius ita ægrè tulit, ut paulum abfuerit, quin Genuenses obstinatè nimium Pisanos insequentes, interdicto ecclesiastico notaret. Ea calamitas adèd certè Pisanos attriuit, ut nunquàm postea vires recuperauerint. Odoardus verò Angliæ rex in Vasconiâ tunc se contulit, pacem compositurus inter Carolum adolescentem regis Franciæ filium, quem diximus bello captum, & Ferdinandum Arragoniæ regem. Confecta iam ex sententia res erat, & de libertate Caroli agebatur, cum interim legatus apostolicus & comes Atrebatensis, Auelini comite adiuuante, Catinam urbem occupant, eoque ex Etruria collectas copias transmittunt. Hanc ob rem Odoardus re infecta in patriam redijt. Rogerius autem Doria

gallicam classem ex Sicilia redeuntem occupans, Ferdinandi regis fortunam meliorem reddidit. Adijcere certè animum huic bello Honorius non potuit, quòd armis à Guidone Feltrato in Flaminia vexaretur. Verùm tandem superato Guidone, totam Flaminiam breui recipit. Non diu tamen post moritur pontificatus sui anno secundo, die vno, corpusque eius à sancta Sabina ad basilicam Petri magni funeris pompa transfertur: sepeliturque sepulchro marmoreo, quòd adhuc exstat in numerum à Pio pontifice translatum, ut insignia familiaris indicant, eiusque epigramma: & merito quidem, cum vir fuerit omni vita probatissimus, & Christianæ religionis amantissimus. Nam & ordinem Carmelitatum non satis in cõcilijs probatum, mutatis clamydibus nigris in albas, & ordinem Eremitarum apud Parisios improbatum, confirmavit. Solum autem Cardinalem Ioannem Buccamatium episcopum Tusculanum suo pontificatu creauit, viros dicens & eosdem bonos ac doctos, non etiam rudes & rerum humanarum ignaros, in tantum collegiũ cooptandos esse. Adèd verò aulicos amauit, ut quotannis, estate præsertim, Tibur proficisceretur, vitandis æstus urbane causa, vnde multæ ægri tudines oriuntur. Mortuo autem Honorio, decem mensibus sedes tunc vacat. Nam cum apud sanctam Sabinam conclauē haberetur, multi cardinales repentina ægri tudine sunt correpti, quorum de numero moritur Iordanus Ursinus Comes Mediolanensis, Hugo Anglicus, Gerualdus Andegauensis decanus Parisiensis, & Antherus vir insignis. Hanc ob rem soluto conclauē, in aliud tempus magis salubre rem ipsam reiijciunt, maxime verò cum terræ motus ipsi, qui tum permagni fuere, religionem quandam iniecerint, quò minus tum quidem id fieret.



NICOLAVS IV.



3. Pont.

NICOLAVS quartus, natione Picentinus, patria Afulanus, Hieronymus antea vocatus, ordinis Minorum frater & generalis, deinde presbyter cardinalis, apud sanctam Sabinam, decimo mense post mortē Honorij pontifex creatur, collocaturque in sede Petri, ipsius sancti cathedra. Reate deinde profectus ob seditiones, quæ tum Romæ subortæ erant, quosdam cardinales creat ex omni ferè religione. Omnes esim pariter amabat: nec plus debere affinibus & cognatis, quam cuius bono arbitrabatur. Virtutes & vitia faciebant, vt in hunc magis quàm in illum inclinaret. Horum de numero quas cardinales creat, fuere Neapoleo Petrus Columna, Hugo de Biliano ordinis Prædicatorum doctor insignis, Matthæus de Aquasparta Fratrum Minorum generalis, episcopus Portuensis, Romam deinde post annum rediens, sedatis aliquantulum perurbationibus ciuium, apud S. Mariam Maiorè habitauit, quam basilicam ipse vnà cum Iacobo Columna restituit, vt in fornice maiori apparet: vnde Saluatoris ipsiusque pontificis ac Iacobi cardinalis imago ex opere musiuo adhuc cernitur. Idem quoque pontifex anteriorem posterioremque partem basilicæ Lateranensis restituit ornavitque; opere vermiculato, quæ admodum litteræ ipsæ indicant.

Interim verò reges Arragoniæ & Siciliæ his fœderibus, adhortante Nicolao pacem ineunt, vt rex Carolus è vinculis missus, sua impensa Iacobum Arragonem Siciliæ regem constitueret: quod nisi triennio id effecisset, in carcerè se rediturum pollicebatur, datis ob eam rem obli-

dibus duobus filiis: Carolo cui postea regi Vngariæ creato, Martello cognomentum fuit, & Ludouicum, qui post benè actam in ordine B. Francisci vitam in sanctos relatus est. Dum hæc aut in Europa gererentur, Soldanus discordijs Christianorum interfectus, Tripolim Asiæ ciuitatè insignè quidè, inrefecto Christianorum præsidio, igni ferroque vertit. Parem quoque calamitatem Sidon & Berytus pertulere, nemine adiuvante. Restabat Ptolemais in annos duos inducias à Soldano consecuta: hanc vt tueretur Nicolaus pontifex annixus, milites ad vexillum Christi vocare suo conductos. Hi ad mille & quingenti fuere. Hos postea nullo dato nomine, nullis signis & auspicijs secuti, cū Ptolemaidem peruenissent, non minora Christianis quàm Sarracenis dāna intulere. Soldanus aut cū res suas repetijset, nec reddita essent, nostris omnibus exitium comminatus est. Magna inter Christianos de possessione Ptolemaidis concertatio tum orta erat, cū eā patriarcha Constantinopolitanus, Téplarij Teutonici, rex Cypri, Siciliæ rex Carolus vindicare anniterentur. Erat & Pisanis in animo Ptolemaidem reperere (vt ipsi dicebant) suo iure, quos profectò bellum in Etruria ortum, à tanta rei fœditate auertit. Hi enim Vgolino comite cū duobus filiis, totidemque neptibus in carcerem coniectis, inedia interepto, animos Gibellinorum in Guelphos ita concitarunt, vt omnibus pariter exitium minarentur. In Arretini nos primū arma conuersa sunt, petentibus id exulibus Gibellinis. Præerat tamen Arretio Guillelmo Petramala eiusdem ciuitatis episcopus, cui Felstrano comes & Florentini auxilio venerant. Verū cū Florentini nō satis suis copijs fiderent, etiā eò misere Carolū II. cum aliquot cohortibus, qui ad pontificè iturus foret eam tum iter faciebat. In agro Tifernate collocata sunt castra castris: Tifernū, ciuitatè Castelli mutato nomine nunc vocant. Cōmissio itaque prælio magna statim de Florentinis cædes fieri cœpta est. Verū non ita multo post mutata fortuna. cadentibus tamen in prælio Guillelmo episcopo, & Felstrano comite ex Gibellinis ad tria millia inrefecta, & duomilla capta dicuntur. Campaldinum locum vbi pugnatum est, accolæ dixere. Carolus autè tanta victoriā potitus, reeā ad Nicolaum proficiscitur, ac vtriusque Siciliæ regnum feudatario iure obtinet. Hoc vbi Iacobus Arrago intel exit, oppugnare statim Caitam aggreditur. Ne quid autem deesset ad perturbandam

Christianorum quietem, inter Philippū Franciæ & Odoardum Angliæ reges grauiſſimum bellum exortum eſt: quæ res & Chriſtianos in Aſia mirificè perturbauit, & hoſtibus noſtris delendi in Aſia Chriſtianorum nomen, audaciam & ſpem dedit. Soldanus enim, qui tum egrotabat, ad centum & quinquaginta millia hominum, filio duce Ptolemaidem miſerat. Interim verò duorum mèſium obſidione protracta, patre mortuo, filius ſtatim ſufficitur: qui certè acrioribus animis urbem oppugnâs, completis foſſis, prædaque militibus promiſſa, ad mœnia uſque iam pugnando peruenerat, cum iam à Chriſtianis erumpentibus magno ſuorum incommodo in caſtra retruditur.

Dum hæc in Aſia gererentur, Nicolaus pontifex duos à latere legatos, Benedictum Caieranum, & Gerardum Parmenſem in Franciam properè mittit, qui compoſita inter duos reges pace, eos contra Sarracenos Ptolemaidem oppugnantes animarent. Nam & pacem inter Iacobum Arragonenſem & Carolum captum his conditionibus (quas ſuprà memorauimus) iam compoſuerat, quò omnibus in hoſtè liberius proficiſci liceret: & parare claſſem cœperat, de pace ferè certus. Sed nec reges ipſi pontifici bene monenti obtemperarunt, nec qui in præſidio Ptolemaidis, erant inter ſe, diſſidentes (quemadmodum poterant) vim hoſtium propulſarunt. Dilabentibus enim quotidie multis, ſoli tum ad duodecim millia remãſere, qui poſtea cum patriarcha Hieroſolymitano per dromonem ad id ſeruatum, fugientes, primò ſecunda nauigatione uſi, tandem ſub ipſam Cyprum naufragio periçre. Soldanus autem deſertam cultoribus urbem ingreſſus, eam ferro ac flamma ſtatim euertit, anno 1096. poſteaquã à Gotifredo capta fuerat. In tantis autem malis inſula Cyprus & Armenia minor, Cilicia prius appellata, in fide Chriſtianorum tamen permãſere. Inſtabat tum vel maximè Nicolaus, veritus ne hoſtes reliquum Aſiæ occuparent, vt imperator Rodolphus eò copias ſuas mitteret. Quo non ita multò pòſt mortuo, cū Adolphus de Nauſſau electus ſucceſſor, imperij iura repeeret, ab Alberto Rodulphi filio in agro Spirenſi prælio interficitur. Vir quidè inſignis, ſed parum milite ac pecunijs potens: oppreſſus enim multitudine hoſtium, potiùs quàm ſuperatus dicitur. Nicolaus autem pontifex tædio animi (vt quidam putant) quòd male ſibi cedere omnia videret, quòdque etiam plus quàm pontificem decebat, in partes decli-

nauerat, Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, pontificatus ſui anno 4. menſe vno, die octauo moritur, eoq; loci ſepelitur, ad caput baſilicæ apud Petri Columnæ cardinalis ſepulcrum, vt in pauimento cernitur, emblemate & porphyreticis lapidibus notato. Poſt eius verò mortem cardinales Peruſium profecti, quò eis liberius eligere pontificem liceret, rē ipſam diſcordijs inteſtinis biennio, menſeque tertio in longum deduxère. Interim autè Michaël Palæologus imperator Conſtantinopolitanus moritur. Quò minus autem eius corpus in loco ſepelitur ſacro, vetuere ſacerdotes & monachi, quòd occidentali eccleſiæ in Lugdunenſi cõcilio acquieuiſſet. Andronicus autem Michaëlis filius, libenter tum quidem cum Latinis ſenſiſſet, ſi quid auxiliij à noſtris habuiſſet. Verùm cum ſedes vacaret, deſtitutus auxilio Andronicus, à fide catholica tandem defecit. Hæc autem incommoda Carolus ſecundus rex Neapolitanus proſpiciens, è Narbonenſi prouincia Peruſium veniens, cardinales ipſos ſæpius ad concordiam & electionè pontificis adhortatus eſt. Nec id quidem facere deſtitit vir inſignis, niſi acriter reprehendus à Benedicte Caietano patria Anagnino, quòd inſtando acerbè nimium, ipſis cardinalibus vim afferre videretur, quorum ſuffragia libera eſſe deberent.

CAELESTINVS V.



CAELESTINVS quintus, Petrus Monachus, antea vocatus, professione anachoreta, patria Eſernienſis, ſecundo à Sulmone milliario cœnobium incolens inſtante Carolo rege & Latino cardinali, pontifex creatur, adeò maiore omnium admiratio-

ne, quo ob sanctitatem vitæ à tanto fastigio re-
rum sponte remotior esse videbatur. Aquiliã
itaq; post creationem suam profectus, eò sta-
tim cardinales omnes Perusio ad se vocat. In-
stabant tamen illi & litteris & nuncijs, vt Pe-
rusium proficisceretur ciuitatem pontificali
dignitati magis conuenientem. Vicit demum
Cælestini sententia, quòd ita velle Carolum
regẽ intelligebat. Omnes igitur eò profecti,
Cælestinum ipsum vt verum pontificem adora-
rant. Eius autem coronationi interfuisse du-
centa millia hominum Ptolemæus scribit: &
se etiam adfuisse fatetur; homines credo mo-
tos nouitate rei & sanctitate viri, quod homo
heremita ad tantum dignitatis gradum non
nisi diuinitus prouectus esse videretur post
tam longam eligentium contentionem. Inito
itaque pontificatu; duodecim cardinales sta-
tim creat, viros integerrimos, quorum de nu-
mero duo heremita sunt habiti. Verùm cum
Cælestinus à priore vita ob pontificatum ne-
quaquam declinaret, adeò benignus & facilis
omnibus petentibus erat, vt eadem diuersis
concederet: vnde & contemptus dignitatis, &
immunitio pontificatus oriebatur. Erat siqui-
dem ob priuatam vitam, quam antea in here-
mo duxerat, rebus agendis parum idoneus.
Hanc ob rem de abrogatione eius mentio fie-
ri cœpta est: maximè verò mortuo Latino car-
dinali viro optimo, cuius auctoritate Cælesti-
nus tantum pondus adhuc sustinebat. Verùm
instantibus acriter cardinalibus quibusdam,
maximè verò Benedicto Caietano, viro in iu-
re ciuili & Canonico, & summo vtroque,
qui primum locum apud pontificem tenebat,
vt se pontificatu abdicaret, ecclesia Dei ob
imperitiam gubernantis periclitaretur, de-
mittendo pontificatu cogitare cœpit. Hac au-
tem eius leuitare & superstitione motus Caro-
lus, hominem amicissimum Neapolim per-
ducit; eiusque animum à tanta sceditate rei a-
mouere conatur, clamante vbique locorum
populo se nolle alium pontificem quàm Cæ-
lestinum, idque ab eodem pontifice precibus
& obsecrationibus contendente. Cui ponti-
fex respondit, nil aliud se esse facturum quàm
quòd Deus vellet, quodq; ipse è rep. Christia-
na esse censeret. Tum verò cardinales abdicat-
ionẽ hominis quærentes, vehemèter instant,
vt id quam primum agat, proposito reip. Chri-
stianæ discrimine, quod sua ignoracione im-
minere omnium ceruicibus ostendebant, af-
firmantes omniz mala tum accidentia, die iu-

dicij sibi imputatum iri. Motus his verbis vir
sanctus & simplex futurũ se in eorũ potestate
dixit, modò id iure fieri posset. Quare consti-
tutio omniũ consensu facta est, licere pontifi-
ci abdicare se magistratu. Quam quidem con-
stitutionẽ Bonifacius VIII. eius successor po-
stea confirmauit, quemadmodũ lib. 6. Decre-
taliũ apparet. Tum verò Cælestinus ad pri-
uatam vitam se redigens, alterius subrogandi
pontificis cardinalibus ex instituto potestatem
dat. pontificatus sui mense 6. Atq; ita Benedi-
ctus Caietanus plurimorum consensu ponti-
fex creatus, Cælestinũ ad harem abeuntẽ,
ex itinere ad se retrahit, eundemque præfecto
arcis Fumonis, quæ in Hernicis est, custodiendũ
tradit. Hac ratione motus, vt ipse dicebat,
ne auctores seditionum aliquam calamitatẽ
hoc duce ecclesiæ Dei aliquando inferrent, li-
cet reuera hominis sanctitatem admirarẽtur.
Vt cunq; est, constat hominem ipsum magnæ
ingratitude & calliditatis fuisse: quippe
qui ambitionis causã & virum sanctum dece-
perit, dum eum magistratu se abdicare com-
pulis, & captum vitam heremiticam appeten-
tem, in arce Fumonis dolore animi ante tem-
pus mori cœgerit, anno r. mense v. post initu
pontificatum. Sunt autem qui scribant, Cæle-
stinum post mortẽ adeò miraculis claruisse,
vt plerunq; in concilijs de eo in sanctos refe-
rendo habita mentio sit: fuisseq; plerosq;. qui
eum pro sancto colerent, & in catalogo Con-
fessorũ recenseret. Eius autẽ celebritas 14. Kal.
Iulij, qua die moritur, quotannis obseruatur
ex institutione Clementis V. Auenioni facta.

BONIFACIUS VIII.



BONIFACIUS VIII. natione Hernicus, patria Anagninus, Benedictus Caietanus antea vocatus, Neapolj pontifex creatur in vigilia natalis Domini MCCXCIV. vir quidem doctrina & experientia rerum insignis. Dju enim in curia versatus fuerat, & per omnes dignitatis gradus ad pontificatum, non sine tamen ambitionis crimine peruenerat. Nam dum esset sancti Martini in montibus presbyter cardinalis, adeo dignitatem pontificatus exoptauit, vt nil ambitione & fraude prætermiserit, quod ad eam rem consequendam pertinere arbitraretur. Tantæ præterea arrogantia fuit, vt & omnes ferè contemneret, & gratias à Nicolao quarto & Cælestino V. factas reuocauerit. Gibellinos quoque mirificè persecutus est. Hinc oritur illa inter pontificem & Columnenses Gibellinos contentio, qui etiam Anagninæ contra pontificem factionis suæ partes fouebat. Hos itaque, maximè verò cardinales duos, Petrum & Iacobum eiusdem familiaris viros insignes, calumniari cepit, quod thesauros ecclesie in morte pontificum diripiissent, quodque libellos famosos contra se sparsissent. Scripserunt siquidem post illam sibi iniuriam ad reges, ad principes, ad nationes de arrogantia Bonifacii, de ambitione, quod contra ius fasque pontificum sedem occupasset, reiecto fraudibus Cælestino, eodemque in carcerem coniecto. Sunt enim qui scribant, Bonifacium immisisse subornatores claculum quosdam, qui noctu dimissa quasi cælitus voce in cubiculum Cælestini hominis simplicis, ei persuaderent, vt pontificatum dimitteret, si saluus fieri vellet. Citati autem cardinales cum nusquam apparuissent, Bonifacii pertinaciam veriti, Nepete enim secesserant, vna cum tota Columniensium familia publico decreto schismatici habentur, beneficijs, dignitatibus, fundis paternis, castellis, oppidis priuantur; quam priuationem Bonifacius postea in decreti formam reulit, vt libro apparet, quem Sextum appellant. Sumptis deinde armis Bonifacius, concitatisque multis cruce signatis, eos opprimere conatus, Præneste, quod se cum Sciarra viro insigni eorum patruo receperant, obsidione cingit. Dilapsos inde, capto ac direpto Præneste, Zagarolum & Columnam confugientes persequitur: vnde non ita multo post abire ob multitudinem hostium necesse fuit, à quibus hæc item castella diripiuntur, maximè verò Columnæ paternum solum. Cardinales autem inde quoque dila-

ti, Reate petiuere. Sciarra verò apud Antium multum diuque in memoribus vixit. Scitiam Bonifacii veritus: sed in piratarum manus incidens, remigio admotus multas calamitates perpeffus est, quanquam sic quidem a quieto animo exsilium patri mallet, quam scitiam Bonifacii experiri, qui Gibellinos omnes vno odio persequeretur. Notum est illud certè, quod Procheto dixerit Genuensi archiepiscopo, ad pedes eius die cinerum prodeunti. Nam cum dici à sacerdote tum soleat. Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris; dixit mutatis quibusdam verbis, Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuerteris: in eiusque oculos cinerem coniecit, non in caput, vt mos est. Eundemque ob nomen factionis archiepiscopatu priuauit, licet postea in integrum restituerit, cum intellexisset cardinales Columnenses, quem admodum ipse suspicabatur: Genuam non petiisse. Pulsis hoc modo Columnensibus, Bonifacius duplicem celebritatem, & apostolis & euangelistis, & quatuor ecclesie doctoribus, Gregorio; Augustino, Hieronymo; Ambrosio statuit. Idem etiam dum in Vrbe veteri esset, beatum Ludouicum ex regia Francorum stirpe ortum utpote ex Carolo secundo, ordinis sancti Francisci professum, vt quidam volunt, in sanctos reulit. Idem quoque ecclesiam cathedralem sancte Cecilie Albiensis ciuitatis, canonicis secularibus pulsus inde, regularibus commisit, instante Bernardo Castaneto Albiensi Episcopo. Edidit præterea sextum pontificii iuris codicem, suo iussu à tribus doctissimis viris compilatum; quibusdam decretis nouis à se additis. Urbem quoque Eugubium, quæ Gibellinorum auspicijs ab ecclesia defecerat, breui recuperauit. Alberto duci Austriæ, imperij confirmationem bis terque petenti, negauit. Mortuo autem Iacobo Arragonio, cum Robertus Caroli filius Calabriae dux in Siciliam traiecisset, Catinamque cepisset; tantum repente bellum exortum est, vt tota ferè Italia tumultuaret. Nam & Siculi Arragonensibus fauentes, coparata classe, Philippum Roberti fratrem bello superat, & captum in carcerem conijciunt. Quare Robertus relicta Catina, re infecta, in Italiã reuertitur. Fredericus autem Arrago ex Hispania cum exercitu in Siciliã delatus, non solum Siciliã totam, verum etiam Calabriam recuperauit. In Etruria verò adeo contra Pisanos Genuenses exarserant, vt & Liburnum cepe-

incendioque euerterint: & naues onerarias in fluminis ostio demerserint, ne Pisanis navigare liceret. Fiebant hæc in Italia cum magno prouinciarum detrimento, pontifice nullibi ad pacem conficiendam auctoritatem suam interponente. Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terræ motus exortus est, quantus nunquam antea: quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate pontifex tum erat cum tota curia, qui cerè veritus; ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabularis subtilibus, in medio claustro fratrum Prædicatorum, prato admodum lato, ædificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida frueret hyems. In celebritate namque sancti Andree hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque cometes, magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium. Verùm Bonifacius post tantos & tam diuturnos terræ motus, ad se rediens, cardinales aliquot creauit, quorum de numero fuere Archiepiscopus Toletanus, Richardus Senensis, Nicolaus Taruisinus ordinis Prædicatorum magister, Ioannes Murro ordinis Minorum generalis, Petrus Hispanus. Iubileum quoque idem retulit anno millesimo trecentesimo, quo plenam delictorum omnium remissionem his præstabat, qui limina Apostolorum uisitassent, ad exemplum testamenti veteris, licet primo quidem apud Iudæos huius longè alia ratio habita sit. Iubileum namque quinquagesimo quoque anno repetebant, quod debitorum à creditoribus laxabantur, ut ait * Iosephus, & serui libertatem vendicabant: unde libertatis nomen præsertim tam animi, quam corporis. Nam liberi verè hi dici possunt, quibus peccata remittuntur. Idem etiam centesimo quoque anno obseruari mandauit. Ob hæc rem eo anno tanta undique hominum multitudo Romam venit, ut vix incedere per vibem, amplam quidem & vastam, liceret. Venerat Romam Carolus Valesii comes, Philippi Francorum regis frater, qui filiam Balduini ultimi Constantinopolitani imperatoris in uxorem duxerat, à Bonifacioque impetrauerat, ut socero suo liceret imperium ipsum repetere, à quo depulsus fuerat. Fecerat id quidem libenter Bonifacius, quod ei in animo erat horum principum auxilio exercitum in Africam transmittere, qui Hierosolymam recu-

peraret. Interim verò dum res ipsæ componerentur, & Carolum ipsum patrimonio sancti Petri cum omni potestate præfecit, & legatum in Etruriam misit, qui nouas seditiones compefceret. Nam à Gibellinis & Guelphis, ad Albos & Nigros transferant. Verùm cum legatus nil proficeret, propositis etiam interdictis, Carolus Valesius eò pontificis mandato profectus, continere Florentinos non potuit, quò minus Albos non sine magna cæde ab vrbe pellerent. Albi enim Gibellini tum appellati sunt. Sed pontifex Hierosolymitanam expeditionem iam pridem meditatus, Apameensem Episcopum ad Philippum regem Francorum mittit, qui hominem ad eam rem cohortaretur. Is itaque eò profectus, cum nil precibus impetraret, minas quidem addidit. Hanc itaque ob rem iratus Philippus, hominem subito in carcere conijcit.

Quod ubi Bonifacius rescieuit, eò statim misit Narbonensem Archidiaconum, virum certè insignem: qui pontificis nomine Philippo mandaret, ut missum faceret episcopum Apameensem. Id si non impetraret, diceret audientibus omnibus regnum Franciæ ad ecclesiam deuolui ob contumaciam Philippi, & violatum ius gentium: adderetque anathema, & omnes Francos à iuramento regio absolueret. Fecit omnia quàm diligentissimè archidiaconus, ac regem compulsi episcopum Apameensem dimittere. Rex autem aliquid ex parte iniurias sibi à pontifice illatas ulturus, edictum proposuit, ne quisquam e regno suo Romam proficisceretur, aut eò pecunias mitteret. Secundo verò post Iubileum anno, Carolus Valesius ad Carolum secundum consobrinum suum se contulit: cuius aduentu motus Fredericus Arrago, pacem his conditionibus petijt & impetrauit, ut redditus quæ in Italia ceperat, ei Siciliam, quoad viueret, retinere liceret. Verùm abeunte ex Etruria Carolo Valesio, Albi Florentia pulsi, Forumliuij populariter commigrarunt: quorum de numero habitus est Dantes Aldegerius vir doctissimus, & sua vernacula lingua poëta insignis; qui postea redire in patriam persæpe conatus est, sed frustra adiuuantibus etià Bononiensibus, & Canegradi Veronenfium domino, quo cum postea familiariter aliquandiu vixit. Sunt qui scribāt, Bonifacium hoc tempore Hermāni cuiusdā corpus apud Ferrarienses iam viginti annis pro sancto cultum, ex-

humari mandasse, ac comburi, habita de eius hæresi quàm diligentissima inquisitione. Hūc ego è fraticellis fuisse crediderim, quorum secta tum maximè inualeſcebat. Interim verò Philippus rex Franciæ, Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens, habito apud Parisios ecclesiasticorum & nobilium magno conuentu, cōmemoratisq; iniurijs à Bonifacio acceptis, eiusq; ambitione & malis artibus ad occupandum pōtificarum, quem iniuste teneret, ad sedem apostolicam tum, vt ipse dicebat, vacantem futurumq; concilium appellauit. Qua quidem re p̄citus Bonifacius, habito generali concilio, Philippum eiusq; regnum, Alberto imperatori subijcit, quem in initio pōtificatus sui repulerat. Tum verò Philippus superbiam hominis domiturus, Sciarram Columensem in portu Massiliæ cognitum à piratis redemptum, cum Guillemo Nogaretio Gallo equite fidissimo Romam mittit, hac ratione (vt ipse palam dicebat) vt appellationē suam publicarent. Verùm ei longè alia mens fuit. Nam Sciarra feruili habitu Latium ingressus collectis vndique amicis, Nogaretium cum ducentis equitibus Gallis mercede conductis è militia Caroli Valesij Ferentinū præmittit: qui inde ei, si opus, esset, auxilium ferret. Ipse verò Anagninā clam noctu ingressus, adiuantibus Gbellinis, quos Bonifacius diu multumq; vexauerat, pontificem nil tale mentuentem in domo paterna capit, refractis valuis, captumq; Romam perducit, vbi quinto & trigesimo die post dolore animi cōfectus periijt pōtificatus sui anno octauo, mense nono, die decimo septimo: sepeliturq; in basilica Petri sepulchro à se antea exstructo: quod quidem adhuc exstat in sacello à se condito opere vermiculato. Idem quoque suggestum condidit cum porticu apud basilicā Lateranensem in quo execrationes in cœna domini sunt: quoq; in loco & Philippum regē Franciæ, & Columnenses anathemate notauit. Moritur autem hoc modo Bonifacius ille, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, p̄pulis terrorem potius quàm religionem injicere conabatur: quiq; dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur: aurum vndiq; conquisitum plus, quàm dici potest, sitiēs. Discant itaq; huius exemplo principes omnes tam religioſi, quàm sæculares: præesse clero & populis, non superbè & contumeliosè vt hic de quo loquimur, sed sanctè & modestè, vt Chri-

stus rex noster, eiusq; discipuli ac veri imitatores: & malint à populis amari, quàm timeri, vnde tyrannorum perniciēs orti meritò solet. Sunt qui scribant, hunc quoq; discordias inter Italos aluisse: maximè verò inter Genuenses & Venetos, populos quidem nauali prælio satis potentes.

BENEDICTVS XI.



BENEDICTVS vndecimus, natione Italus, patria Taruisinus, Nicolaus antè vocatus, cardinalis Orlieusis, Romæ Kal. Nouemb. pontifex creatur. Hic enim ab ineunte adolescentia ordinem Prædicatorum ingressus, tantum virtute & doctrina apud fratres suos valuit, vt eum per omnes magistratus ad Generalis dignitatem prouexerint. Vnde & pontifex creatus magnum breui tempore virtutis suæ documētum præstitit. Ira enim vixit, vt post mortem inter beatos meritò censeatur. Inito autem pontificatu Nogaretium & Sciarram, omnesq; Anagninos cum his capiēdo Bonifacio sentientes, & citatos antea ad iudicium, nec apparetēs, grauiore anathemate notat. Cognita quoque regis Philippi causā, hominem Bonifacij censuris irretitū absoluit, in gratiam præterea recipit Ioanem & Iacobum cardinales Columnenses, quos ingenti odio Bonifacius factionis Guelphæ studiosus, plus quàm pontificē decebat, persecutus fuerat. His quoq; bona restituit à galero tantū rebeo, quo à Bonifacio priuati fuerant, sed breue tēpus abstinere sunt iussi. Cōpositi aut hoc modo in vbe reb^o, creatiſq; cardinal b^o quibusdā, quoru de numero Nicola^o Prætēsis ord Prædicatorū est habit^o, animū statim

Sci. Por


CLEMENS V.

statim ad componendam Italiae pacem adijt. Verum quia in Etruria magis quam alibi: seditionibus laborabatur, eo Nicolaum episcopum Ostiensem cum summa potestate mittit: qui & novos magistratus Florentiae constituit, in illisque rebus collabavit. Quas nuper ad recipiendos magistratus exierant, domino- rum palatium nunc recedunt. Tum vero Nicolaus plura his sibi praesentibus, de reducendis exfulibus tractat. Quae facit: quod ubi ex animi sententia non impetrauit, proposito anathemate, Pratum se contulit, mortuo deinde non ita multo post Benedicto pontifice tumultuantibus in Etruria omnibus exules omnium ciuitatum in agrum Bononiensem conuenientes, primo ingredi Florentiam institunt, atque ita clam noctu apud portam, quae Bononiam ducit, moenia nondum perfecta superingressi, usque ad templum diuæ Reparatae paulo ante inchoatum perueniunt. Verum dum & praedam cupidè nimium quarunt, & amicos consulunt, quid maximè agendum censeant, hostibus suis sumendi animos, & capiendi arma tempus danti: à quibus non sine multorum caede properè expelluntur. Conducto deinde Roberto Calabriae duce, non solum sua tueri, verum etiam aliena oppugnare ausi, Pistorium obsidione cingunt, ad eò egregiè ab his, qui in praesidio erant defensum, ut eruptione facta, Robertum cum exercitu Pratum usque repulerint. Benedicti autem viri optimi ac sanctissimi mens fuerat, pacata Italia, Tartaros, Syriam & Palaestinam ingressos iuuare, à quibus litteris & nuncijs ad tantam rem conficiendam continuo inuitabatur. Mortuus itaque Perusij (eò enim profectus cum curia fuerat) pontificatus sui mense octauo, die decimo septimo, rem destinam omittit. Sepelitur autem magna pompa, ut par fuit, in ecclesia fratrum Praedicatorum. Nonis Iulij millesimo trecentesimo tertio. Fuisse autem Benedictum virum optimum ac sanctissimum, declarant miracula à se post mortem edita, sanatis aegrotis, pulsisque daemionibus e cordibus obsessorum. Vacauit tum sedes à Nonis Iulij usque ad Nonas Iulij in sequentis anni, licet cardinales in conclauis ob eam rem constituti, à

Perusino populo impulsis per sepe sint, minis interdum additis, ut pontificem deligerent.



CLEMENS quintus, natione Vasco, Burdegalensis episcopus Bertrandus Gotho antea vocatus, Perusij à collegio cardinalium absens, post longam contentionem pontifex tandem creatur. Is autem electioni consentiens, ex Burdegala Lugdunum profectus, eò cardinales omnes ad se vocat: qui sine mora pontifici obtemperarunt, atque ita curia Romana in Gallias translata est, millesimo trecentesimo quinto: ubi etiam ad septuaginta quatuor annos remansit cum magno Christianorum incommodo, potissimum verò vrbis Romæ, cuius templa magna ex parte ob solitudinem & situm corruiere, absentibus his, ad quos quidem ea restituere pertinebat. Coronationi autem pontificis interfuere, & Philippus rex Franciæ eiusque frater Carolus nuper ex Italia reuersus, Ioannes Britanniae dux, qui ruina muri oppressus moritur, cum plerisque alijs, dum pompa coronationis, ut fit per vrbem ducitur. Philippus quoque rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus, solum carbunculum extiaræ amisit, precij aureorum sex millium, ut quidam scribunt. Peracto deinde solemnem, sedatisque rebus omnibus, Clemens multos cardinales Gallicos tum creat, ex Italia nullum, licet Ioanni & Iacobo Columen sibus dignitatem cardinalatus integram restituerit. Tres praeterea cardinales cum senatoria potestate Romam misit, quorum auspicijs vrbis ipsa atque Italia gubernaretur. At verò cum cerneret Genuenses & Pisanos inter se grauissimo bello implicitos, interimque Sardiniam



diniam à Sarracenis occupatam esse, infulam
 hac conditione Frederico Sicilia rege concessit,
 ut primo quoque tempore eam pulsus inde
 hostibus recuperaret. Veneti autem cum Carolo
 secundo contra imperatorem Constantinopolitanum
 foedus ineuntes, eò Ralsianum regem perpulere,
 millesimo trecentesimo primo, ut orthodoxæ fidei
 rationem à Romano pontifice petierit. Verùm cum
 postea Veneti ac Carolus refraxissent, Ralsiani ipsi
 malo exemplo sententiam mutant. Interim verò apud
 Nouarienses noua hæresis à Dulcino & Margarita
 inuenta est, qua mares & fœminæ simul habitantes,
 in omnem libidinem prolabeantur. Fraticelli hi sunt
 appellati, quos opprimere Clemens conatus, eò
 statim milites quosdam cum apostolico legato misit,
 qui eos in alpihus positos, partim inedia & frigore,
 partim armis oppressit. Dulcius autem & Margarita
 viui capti, membratim lacerantur: eorumque ossa
 combusta dissipantur. Rescitum quoque eodem ferè
 tempore est, Templarios olim Christi milites,
 à nostris ad Sarracenos defecisse. Hanc ob rem
 interfecti illi sunt, qui comprehendere potuere:
 eorumque bona partim Rhodijs militibus, qui
 insulam paulò antè occupauerant, partim verò
 nouis religionibus sunt attributa. Iudæos quoque
 Philippus rex Franciæ cum singulis vestimentis
 eò prouincia sua deiecit, direptis eorum bonis
 ob maleficia quædam & auaritiã. Verùm cum non
 ita multò post Albertum imperatorem Ioannes
 ex fratre nepos interfecisset, omnes ferè
 ciuitates Cisalpinæ Galliæ dominos sibi eos
 delegere, quos antea capitaneos habuerant.
 Capitaneos enim præfectos urbium vocant, ut
 Verona Scaligeros, Mantua Passerinos, Patavi-
 um Carrarienses. Estenses autem iam pridem
 dominatu Ferrariæ potiebantur, sed tunc potis-
 simum Mutinam in potestatem suam rede-
 gere. Nec indignatus est Carolus secundus
 Neapolitanus rex, Beatricem filiam Azoni
 Marchioni Estensi vxorem tum collocare. Verùm
 Friscus eius filius nouercam sibi superinductam
 cernens, patrem in carcerem coniectum necat,
 Ferrariæque potitur, impetrato à Venetiis
 auxilio ad expugnandum Theldum, castellum
 (ira accolæ vocant) ponti positum. Tum verò
 cardinalis cognomento Pelagura, Bononiam à
 Clemente missus, Venetiis sub anathematis
 poena imperat, ut à re Ferrariensi abstineant.
 Oprobant quidem Ferrarienses ipsi conditioni
 ecclesiasticæ subesse. Hanc ob rem

Templarij ad Sarracenos defecerunt

Veneti maturandum rati, castellum die nocte
 que oppugnatum, tandem capiunt: quo facto,
 Friscus ipse vindictæ cupidus, dimidiam Ferraria
 partem incendit, potissimum verò eorū domos
 qui rebus nouis studere videbantur. Ac ciues
 tantam iniuriam non diutius laturi, sumptis
 armis, Frisco dominatu eieciō, Veneti sese dedunt,
 cum cernerent se ab his egregiè defendi posse.
 Quare Pelagura indignatus, cruce signatos in
 Venetos & Ferrarienses vndequeque properè
 ad se vocat. Clemens verò cognita Venetorum
 contumacia & regnandi cupiditate, eis
 anathemate notatis sacra interdicit: pro
 seruisque direptis eorum bonis, vbicun-
 que locorum reperirentur, haberi iussit.
 Quamobrem gens ipsa mercaturæ admodum
 dedita, & in Anglia & in Gallia maxima
 incommoda perpessa est. Alios præterea
 cardinales in Etruriam bellis tumultuantem
 pontifex misit, qui Roberto & Calabria duci,
 Florentinis ac Lucensibus reliquisque
 prouinciæ populis mandarent, ut oppugnare
 Pistorium desisterent. Paruere tum omnes
 præter Florentinos & Lucenses: quare his
 quoque à sacris interdictum est. Verùm abeunte
 Roberto Auinionem salutandi pontificis causa,
 Pistorienses diutino bello fatigati, dediti-
 onem tandem fecere. Captæ vrbes Florentini
 & Lucenses moenia euertunt, fossas complent,
 agrum sibi diuidunt: à sanguine tamen
 ciuium temperatum est. Solum vrbes utriusque
 populo commune remanet. Quod quidem
 Florentini non ita multò post contra foedera
 inter se & Lucenses inita occuparunt. ducto
 circumquaque muro, eliminatisque fossis. I-
 dem præterea ut omnia circumquaque tutiora
 haberent, Acianum gentis Vbaldingæ castellum
 in agro Mugellano positum, emprum pecunia
 diruunt: in planoque haud longè Scarpariam,
 ut paucis ante annis in valle Arpi Castellaneum
 & sanctum Ioannem condunt. Missus tum
 quidem in Etruriam Neapolitano cardinalis
 Ursinus, qui res ipsas componeret, spretus à
 Florentinis & Lucensibus, eò iræ prorupit,
 ut anathemata & interdictum publicè
 continuaret. Hanc ob rem Florentini clerum
 ipsum grauissimis exactionibus diu multumque
 vexarunt. Vbi præterea hac sæuitia sunt: nam
 Cursum Donatum ciuem egregium & de rep.
 benemeritum, interfecere, quia Hugutionis
 Fagiolani filiam in vxorem duxerat, ad eò
 nobilitatem odio habebant. Verùm cum
 postea Pelaguram legatum in recuperanda
 Ferraria castelloque

Theodaldo à Venetis occupato iuiffent, à pō-
fice in gratiam recipiuntur, millefimo tre-
centefimo nono.

Eodem verò anno Carolo fecūdo rege Ne-
apolitano mortuo, filius Robertus in regnum
à pontifice miffus, Bononiam ad Pelaguram
proficifcitur: quem ftatim ecclefie nomine
tumultuanti Ferrariz præfecit. Is autem Nea-
polim iturus Degum Catelanum virum in-
fignem, cum cohorte equitum in præfidio reli-
quit. Qui vbi continere Ferrarienfes verbis &
minis in officio non poffet, equites ex arce in
ciues demifit: quorum de numero multos cer-
te trucidauit. Ad octo nanque & viginti ex o-
ptimatibus Eftenfium dominiatum appetentes
laqueo necauit. Eodem verò tempore Hēnri-
cus Lucemburgenfis à Germanis imperator e-
lectus, hac quidem lege à pontifice confirma-
tur, vt intra biennium coronam Romæ habi-
turus, Italiam ingrediatur. Hoc autem animo
egerat pontifex, vt imperatoris aduentu motus
Italici comprimerentur. Imperator itaque
omnia fe facturum pollicitus, oratores ita-
tim in Italiam ad populos & principes mit-
tit, maximè verò ad Florentinos, qui tum Are-
tinos vexabant: petitq; vt fibi & exercitui fuo
hospitium in vrbe parent, ac vexare Arretinos
definant. Respondere tum Florentini, tantum
quidem principem imprudenter agere, qui
barbaros in Italiam ducere conetur, quam ip-
fe imperij cauffa à barbaris tueri deberet. Ar-
retinis præterea imperatorem ipfum non bē-
nè confulere, quos fciret Guelphos quidem
ciues suos expuliffe: exfules enim ab impera-
tore reflitui confueuiffe, & extorres retineri.
Ferunt tum Danteñ Florentinos cæcos appel-
laffe, quod imperatori tam infulfe refpondif-
sent: quo certè nil poterat effe magis à repub-
lica fua alienum: maximè autem tanto princi-
pe cum tanto exercitu hoftili animo aduen-
tante. Animos fi quidem eis dabant Roberti re-
gis promiffa, qui in regnum proficifcens, fa-
ctionis Guelphæ defenforem acerrimum vbi
que fe futurum pollicitus erat. Imperator au-
tem ad Taurinos Alpes tranfgreffus, in plana
descendens, omnes ferè ciuitatum principes
honoris cauffa obuios habuit. Dux tum præ-
rant Mediolani factiones: quarum altera Tur-
rianorum, altera Vicecomitum habebatur.
Guelphus præerat Guido Turrianus populi
capitaneus, vt gentis vocabulo vtar: Gibelli-
nis verò Maphæus Vicecomes. Veritus autem
Guido, ne Vicecomes Henrici gratiam ob fa-

ctionem præoccuparet, contracto exercitu in
agro Mediolanenfi castra ponit, vifurus, vt ip-
fe dicebat, qui nam vrhem fe inuito ingrede-
rentur. Tum verò Maphæus nuncijs imperato-
rem ipfum properè Mediolanum vocat ad vr-
bem, vt ipse dicebat, imperij Romani domi-
cilium. Henricus itaque copias vrbi admoues,
magnos tum quidem tumultus ingreffo iam
Guidone concitauit, quos ftatim rebus hoc
modo cōpofitis preffit, vt Guido Vercellis
potiretur, Maphæus verò equitum fuorū dux
& præfectus haberetur. Potitus Mediolano
imperator, omnes ferè ciuitates ftatim in de-
ditionem accepit, præter Alexandrinos. Coro-
nam itaque ferream Mediolani accipiens, quā
modò etiam de more capere debuerat, tanta
ciues impēfa vexauit, vt grauata onere plebs,
quæ libertatem sperabat, arma fumpferit. Tū
verò Germani cum ab vtraque factione fuos
cædi viderent, ex suburbij vrhem ingreffi, fa-
ctionum capita aduocant. Galeatius autem
Maphæi Vicecomitis filius, relicto domi geni-
tore, cum magna clientum manu ad impera-
torem proficifcitur, ostenditque Turrianos
tyrannidem vrbis affectantes, tantum tumul-
tus concitaffe. Hanc ob rem Germani cū G-
bellina factione in vñum conuenientes, Tur-
rianos non nihil apud plateam sanctæ Mariæ
nouæ refiftentes ab vrbe pellunt: qui Guidone
fuadente, Vercellas populariter petunt. Ex
hac autem factione ad triginta interfecti refe-
runtur, quorum de numero quatuor Turriani
fuère. Mouens dein Cremonenfes & Cremē-
fes Henricus, qui Gibellinos eiecerant, Guel-
phos ad supplicium vocat, fed libera Cremō-
nenfium deditio, Henricum mitiorem reddi-
dit: In Cremēfes aliquantulum fauitum eff,
& eorū mœnia funditus euerfa funt. Parmē-
fes autem timore perculfi, qui Gilberto
Corrigia fuadente, Rubeos in vrhem accepe-
rant, pulsi Guelphis imperatoris vicarium
recipiunt. Tutati funt aliquandiu fe Brixiani.
Verum cum acriter ab Henrico oppugnaren-
tur, nocty ad Montana confugientes, va-
cuam cultoribus vrhem reliquère. Ingreff-
fi itaque Germani, vrhis mœnia confeffim
demohuntur. His autem vicinorum cala-
mitatibus perterriti Mantuani, Veronenfes,
Vicēntiui, Patauini, Taruifini, Veneti, man-
data imperatoris ftatim fecère, Placenti-
ni quoque pulfo Alberto Scoto Guelpho-
rum duce, imperatoris præfectum fufci-
piunt.

piunt. Compositis itaque hoc modo Cisalpinæ Galliæ rebus, imperator Amedeo Sabaudiæ comite, Pisanorum Genuensiumque oratoribus subsequenter, per Placentinos iter faciens Genuam proficiscitur. Quò etiam non ita multò post applicuere & legati Roberti Neapolitani & Frederici Siculi regis: illi simulatam, isti veram amicitiam præferentes. Nam Robertus rex marescallum suum cum duobus millibus equitum in Etruriam miserat, qui Florentinis & Lucensibus, si opus videretur, contra imperatorem auxilio essent. Verùm Henricus Pisas classe delatus, præmissis terrestribus copijs, maximis incommodis Lucenses afficit. Libuit hæcenus commemorare hæc incommoda Italis illata, quorum omnis culpa à quibusdam in Clementem transfertur, qui Henricum impulerit cum exercitu Italiam ingredi: Sunt tamen qui scribant, id ex utilitate prouinciæ à Clemète factum ob intestina mala, quæ quotidie cum magna hominum cæde in vnaquaque ciuitate, immò in quouis paruo etiam castello, committebantur. Cædebantur ciues, necabantur senes, allidebântur infantes, nec vllus crudelitatis modus inerat: vnde Clementi placuit, quod scriptum apud Homerum est, Vnus sit princeps, ad quem omnia referantur. Henricus autem Romam versus iter arripens, cum quingentis equitibus Ludouicum Sabaudium Amedei filium præmittit, qui certè apud Stephanum Columnam non longè à Lateranensi palatio diuertens, magnum Vrsinæ factioni timorem iniecit. Henricus tamè Viterbium primo, inde Romam veniens, effuso obuam honorato quoque cum vrbana multitudine perbenignè suscipitur. Coronatus deinde à tribus cardinalibus, Romanos omnes in verba sua, vt mos est, iurare compulit, edito ingenti conuiuio, cui omnes ciuitatis proceres, exceptis duntaxat Vrsinis, interfuere. Ne tamen in tanta celebritate quicquam tumultus ob concitatas hominum mentes oriretur, milites suos in theatris, thermis, locisque munitis pro statione collocauit: quibus præsidijs adeò confusus est, vt ausus sit etiam tributum in suetum à populo exigere. Qua ex re omnes vtriusque factionis ciues, ad Vrsinos confugiunt: qui ædes suas propè Tiberim & Hadriani pontem sitas, validis præsidijs communierant. Tum verò imperator ira percitus, sagittarios nauales à Pisanis missos, in urbem contra Romanos vocat, quos certè nil tale metuentes, Ioannes Roberti regis frater, qui suas nauales

copias sub Auentino collocauerat, facile in fugam vertit: & intromisso equitatu haud longè in stauis collocato populo Romano adiuuante, imperatorem ipsum Tibur abire cõegit. Discessit & Ioannes Roberti frater cardinalium iussu, urbemque pacatam reliquit. Hæricus autem Perusio iter faciens, cum Arretiu peruenisset, Robertum regem maiestatis reu facit: citatumque nec apparentem regno priuauit, improbante eam rem Clemente, quod in loco nequaquam idoneo tantam rem, nec ad se pertinentem peregrisset: pontificis enim proprium esse dicebat, regnum Siciliæ cis & vltra Pharum dare & adimere. Mouens Arretio imperator, in Florentinos & Lucenses cum Roberto sentientes copias ducit. Verùm cum vrbè oppugnare non posset, occupato Bonitio, eodèq; munito, Senensibus bellum indicit, qui auarè nimium ac malignè commeatu eius subministrabant. At verò cum ægrotare cõepisset, ad Marcereti balnea se contulit, vnde multò imbecillior quàm antea ad Bonconuentum redijt: vbi post aliquot dies moritur, non sine suspitione dati à Florentinis veneni, subornato pollicitationibus & præmijs monacho quodam, qui ei eucharistiam veneno illitam dederat, vt nonnulli scribunt.

Pisani autem mortuo imperatore Florentinorum potentiam veriti, Hugutionem Fagiolanum ducem sibi ac tyrannum deligunt: qui paulò post ab equitatu cum Henrico militare solito adiutus, Lucenses agris multatos, in potestatem suam redegit. Clemens verò ad cætera mala, quæ Italia patiebatur, audito incêdio basilicæ Constantinianæ vehementer indoluit: pecuniasque clero ac populo Romano misit ad templum restituendum, licet eo anno tanta caritate penuriâ rerum laboratum in regno sit, vt vix ad cibum & potum satis pecuniarum haberet. Quæ quidem mala & frequenter eclipses solis cometaque portendebant, & ipsa pestis, qua ferè vbique tum laboratum est. Clemens autem cum animum ad componendum ecclesiæ statum adiecisset, sacris ordinibus ter habitis, & plerosque cardinales viros optimos creauit, & tribus concilijs diuersis in locis varijsque temporibus habitis, multa prudenter & maturè egit. Nam & Dulcini sectam ecclesiasticos impugnantem, vt dixi, perdomuit: & Templarios fustulit in maximos errores prolapsos, Christum scilicet abnegantes, eorumque bona Hierosolymitanis milicibus addixit: & regi Franciæ apud Pietauium

uium quædam inhonesta petenti, quod minus illi impetraret, resistit: nam damnari Bonifacium, & absoluti Nogaretium ac Sciarram petebat. Primum certè nunquam obtinuit, secundum postremò impetrauit, pollicente Nogaretio se iturum pœnitentiæ gratia contra Saracenos. Quam quidem expeditionem Clemens ipse optabat, vt ex eius cõcilijs apparet. Præterea vero & Cælestinum quintum approbatis eius miraculis, in sanctos retulit sub nomine Petri confessoris: & librum Clementinarum à se compositum in Viennensi concilio edidit. Deinceptus verò varijs ægritudinibus afflictatus: nunc dysenteria, nunc stomachi ac laterum dolore cruciabitur: octauo pontificatus sui anno. mensè decimo, die quinto decimo moritur. Vacatum sedes annis duobus, mensibus tribus, diebus septendecim, dum nõ satis inter Cardinales constat, quem potissimum deligant. Nec minor quidem discordia inter electores imperij tum fuit mortuo Henrico, cum alij Ludouicum Bauariæ, alij Fredericum Austriæ duces proponerent. Quibus inter se prælio concurrentibus, superato Frederico, tanta superbia Ludouicum elatus est, vt absque auctoritate Romanæ sedis & imperatorem se appellauerit: & ita Vicecomitibus in Cisalpina fauerit, vt Mediolano potiti sint, quò ei facilius Romam proficisci liceret ad coronam auream, vt mos est, accipiendam. Tù verò Etrusci omnes, ac maximè Guelphi trepidare cœperunt, quòd cernebãt Ludouicum imperatorem omnia imperij iura, adiuantibus Vicecomitibus & Hugitione Fagiolano Pisanorum & Lucensium tyranno, breui reperaturum. Hanc ob rem & Guidonem Petramalam episcopum Arretinum ac dominum, & Philippum Tarentinum principem Roberti regis fratrem, in partes suas sollicitationibus & muneribus pellexerunt. Multum enim Philippus equitatu & disciplina rei militaris tum valebat.

ANNOTAT.

Clemens Papa V. comitorum pontificalium legibus à Gregorio X. editis confirmatis, nonnulla addidit, seu suppleuit in generali Concilio Viennensi, quæ etiam supra annotaui, à Ioanne papa XXII. in libro Clementinarum primo, titulo tertio de electione, & electi potestate, cap. Ne Romanus pontifex, &c. postea registrata. Postremò Cle-

mens VI. bullam de moderatione legis cibariæ cardinalium, in conclauis reclusorum fecit, quæ in libro caremoniali existat. De quibus omnibus latissimè in libris, quos de varia creatione Romani pont. scripsi, differui.

Ratio creandi Romani pontificis.

Rationem verò, qua Romani pontifices deinde creare consueuere, breuibus subijcere placuit, vt nihil postremò desit, quòd accuratus lector desiderare possit. Est autem eiusmodi.

Patres conclauis ingressi diem integrum sequentem formandis legibus impendunt, ad sanam Romani pontificis administrationem maximè necessarijs, quibus patrum quisque subscribens iureiurando voto, promittit obtemperaturum se illis si pontifex factus fuerit. His actis, statò quodam die primà comitia indicuntur. Mane autem eius diei patres omnes induti pallijs, à summo deorsum aperti, quas ex occias vocant, in capellam vbi corpus Christi asseruatur, conueniunt. Ibi diuina spiritus sancti ritè sacra celebrantur. Quibus absolutis, suo loco disponunt se per subsellia. Quisque autem quos eligere decreuit, in codicillo ante describit, huncq; suo annulo obsignat. Inde tres ex patribus ad altare ascendentes, Decanus videlicet presbyterorum, & diaconorum primi calicem, in quo eo die sacra facta sunt, ad medium altaris constituunt, custodes ipsi omnium, ac inspectores adstantes.

Posthæc eodem ordine procedunt & reliqui patres, atque ante altare in genua procidentes, codicillum sigillatim in calicem dimittunt. Id autem postquã ab omnibus factum est, tres illi, quos dixi, calicem ipsum ad ceteros inferius confederantes, sublatum alius ostendunt, consistentes in subselliorum medio, vnde spectari, & audiri à circumstantibus possunt: numerant mox codicillos, quorum, vt conuenisse numerus inuenitur, singuli à Decano aperiantur, & leguntur, ac diacono proximo pronuncianti traduntur. Patrum quisque papirum tenens, ac pugillare, quos quisque eligit, chirographo annotatus. Nullius autem ex Alexandri III. constitutione pro pontifice haberi potest, nisi qui duarum partium ex carnalibus integra suffragia tulerit. Qui numerus si ex codicillis adimpletur, tum pontifex creatus est: sin minus, liberum est cuique quem voluerit patrum, non electum à se scripto, voce eligere, qua electionis ratio accessus.

effus appellatur. Rarum est quempiam ex solis co-
dicillis eligi, vocum accessio conficere totum opus
solet. Alius est quoque creandi pontificis mos, qui
per adorationem dicitur. Hoc autem est, cum dua
partes cardinalium non expectato, vt vocant,
serutinio, sed voce tenus omnium consensu, & vo-
luntate quempiam ex cardinalibus in Romanam
salutant, atque venerantur. Quaratione Iulius
III. Marcellus II. & Paulus etiam IV. renuntiat
fuerunt.

IOANNES XXIII.



203. Pōt.

IOANNES vigesimustertius, Iacobus Ca-
turensis antea vocatus, episcopus Portuen-
sis, post longam viginti trium cardinalium
altercationem Lugduni pontifex creatus, No-
nis Septembris in ecclesia cathedrali coronā
pontificatus accepit. Inde verò Auinionem cū
curia profectus, octo cardinales in ieiunijs
quatuor temporum aduentus Domini crea-
uit: quorum de numero fuit Iacobus Caturcē-
sis eius ex sorore nepos, & Ioannes Caietanus
sancti Theodori diaconus cardinalis è gente
Vrsina. Præterea verò in sanctos Confessores
retulit Ludouicum episcopum Tolosanum,
quondam Caroli regis Siciliae filium. Sunt ta-
men qui hoc Bonifacio octauo ascribant, vt
antea dixi, abdicare autem se episcopatu & sa-
cerdotio compulsi Hugonem Caturcensem e-
piscopum, priuatum omnibus pontificalibus
in signibus, annulo, mitra, cappa, pileo camisi-
aque Romana. Priuatum autem, degradatum
(vt istorum vocabulo vtat) ac curiæ seculari

traditum, omnibus cruciatibus coactam esse
vitam cum morte commutare, quod in ponti-
ficem coniurasset. Ecclesiam verò Tolosanā
quam vnice dilexerat, ad archiepiscopatum
transtulit: eius quidem castella sex in ciuita-
tes erexit, vt haberet archiepiscopus Tolosa-
nus, quibus cum dignitate præesset. Dioceses
quoque archiepiscopatu Narbonensi adscri-
psit, Limosam & abbatiam sancti Pontij. Ad
præterea rebus nouis pontifex ipse studuit, vt
& simplices episcopatus bifariam diuiderit,
ac diuisos in vnum redegerit: & abbatias in e-
piscopatus, & episcopatus in abbatias vicif-
sim transulerit. Nouas quoque dignitates, no-
ua collegia in ecclesijs constituit, ac cōstituta
prius in aliam formam transulit.

Hac tamen gratitudine vsus est, quod Cle-
mentinarum editionem confirmauit, manda-
uitque doctoribus omnibus publicorum gym-
nasiorum, vt librum ipsum publicè legerent.
Ordinem autem Grandimontensem quorū-
dam improborum factionibus labefactum,
in meliorem formam redegit, amputatis his,
quæ ordini obessent, additisque institutioni-
bus quibusdam, quibus tanta religio consta-
ret. Cū verò Cæsar Augustanam ecclesiam
admodum diligeret, eam in Metropolitānam
erexit, quinque cathedralibus ecclesijs ex vn-
decim, quæ Tarraconensi subsunt, huic assigna-
tis. Instituit & nouum ordinem militum, qui
militare sub Christo dicerentur in Lusitania,
quæ Portugallia dicitur, qui Sarracenis resi-
sterent, Bæticam & Africam incolentibus. Bæ-
tica apud antiquos ea pars Hispaniæ diceba-
tur, quæ ad mare mediterraneum vergit, no-
stris temporibus Granatæ nomen obtinens, à
cocco, vt arbitror, quo ea pars Hispaniæ maxi-
mè abundat. Coccum autem nunc granum vo-
cant, vnde lana inficiuntur. Huius autem ordi-
nis, quem diximus à pontifice constitutum, ca-
put in maritimo Siluentis diocesis oppido re-
positum est: militibusque omnia bona Tem-
plariorum, annuente rege Portugalliæ con-
cessa sunt, quod liberius militiæ Christi vaca-
rent. Cuius censor & moderator est abbas Al-
coasiani monasterij Cisterciensis ordinis Vly-
xiponensis, qui & conscribendi & exaucto-
randi milites facultatem habet. Deinceps ve-
rò duos Thomas in sanctos retulit, Thomam
scilicet episcopum Herfordensium virum no-
bilem genere, probatum moribus, doctrinā
insignem, miraculis clarum, & Thomam A-
qui-

quintatem ordinis sancti Dominici doctorem præcellentem, de cuius vita & scriptis multa superius annotauimus. Creatis deinde septem cardinalibus secunda ordinatione, MCCCXXII. statim edictum proposuit, quo eos declarauit pertinaces & hereticos, qui affirmarent Christum eiusque discipulos nihil priuati vel proprii habuisse, quod certè non multum cum sacra scriptura conuenit, quæ multis in locis testatur, Christum eiusque discipulos ac veros imitatores nihil proprii habuisse, vt illud euangelij: Qui non vendiderit omnia quæ hæbet, & pauperibus dederit, non potest esse dignus me discipulus. Præterea verò hereticum putauit esse, si quis affirmaret ipsis discipulis vendendi, donandi, testandi, acquirendi suo apte ingenio ius non competere, quod ad religionem euntes, in alterius arbitrium transeant: vnde fit, vt domini mancipia nõ sibi, sed domino acquirant: vel acquisita prius, ex arbitrio & mandato eius pauperibus distribuunt. Harum autem institutionem litteras apostolicas ad gymnasia publica transmissit, ne amplius scholastici ea de re disputare auderent. Damnauit præterea glossulam quandam Fratris Petri ordinis Minorum, qui conuentum quandam tertij ordinis ad imitandam Christi paupertatem animauerat, quorum de numero multi damnati & exusti fuere. Habita præterea constitutione, vt eorum vocabulo utar, decem cardinales creauit: inter quos Ioannis Columnæ & fratris Matthæi è gente Vrulina ordinis Prædicatorum, ratio est habita.

Dum hæc à pontifice agerentur, Florentinus exercitus ingenti clade non longè à monte Catino ab Hugutione Fagiolano superatus est. Verùm Lucenses non diutius tyrannidem Hugutionis laturi, capta occasione, Nerium eius filium vrbe eiiciunt, dum Castrucium virum domi nobilem & manu promptum, què in carcerem coniecerat ob prædam ex hostibus captam, ad supplicium ducit. Pulsus itaque Luca Nerius, patrem in Lucenses concitat, cui quidè ex vrbe in hostem prodeunti Pisani statim clausere portas. Is autem cum filio ad Malaspinas confugiens, tentato sæpius, ac frustra ad tyrannidem reditu, tandem in Flaminiam solum paternum pontifice iubente redijt. Atque ita Castrucius ab extrema calamitate ad summam felicitatem perducitur: è carcere enim ad dominatum ciuitatis Lucensis traductus est. At verò pontifex intelligens

& Estenses pulso præsidio ecclesiastico, omnino Ferrara, & Vicecomites adiuuante Ludouico Baniaro Mediolano potitos esse: omisiss, vt ipse dicebat, ad tempus Estensibus, Vicecomites interdictis notauit, magis in Ludouicum, qui titulos imperij sibi vsurpat, quàm in Vicecomites inuectus. Eodem quoque tempore Gibellini Genueses à conciuibus suis Guelphis pulsi, adiuuante Roberto rege, cuius potestati ciuitatem commiserant, Saouonam populariter migrauerunt. Hos postea etiam extorres bello insequens Robertus, dum in Gallias traiecit, vnà cum Saouonensibus in potestatem suam redactis, aliquandiu malè habuit. Pontifex autem intelligens discessu Roberti Guelphos vbique opprimi, Carolum Valefij comitem, Franciæ regis Philippi filium, in Italiam mittit, qui Guelphis præsidio esset: & his potissimum, qui apud Vercellas cum Turrianis erant, vrbs ditone potitis. Verùm superuenientè Ludouici imperatoris iussu Galeatio Vicecomite ante aduentum Caroli, Turriani Vercellis pelluntur, eaque vrbs in potestatem Vicecomitum redigitur. Potitur & Castrucius non ita multò post Pistorio, vt Guido Petramala paulò ante Tiferno, Florentinũ aduersantibus. Sed Castrucius Galeatij Vicecomitis auxilio fretus, nam Accium filium cum mille & quingentis militibus ei auxilio miserat, Florentinos magna clade superatos ad moenia vsque persequitur.

Tum verò pontifex videns in Bauaro turbandi omnia principium inesse, ei sacra interdicat more solemnĩ, vt fieri consueuit: Guidonemque Petramalam post occupatum Tiferinum, sacerdotio exauctorauit, Cortonam quoque à diocesi Arretina separatam in ciuitatem erexit, creato Ioanne Viterbiensi Cortonensium episcopo. Interim autem Nicolaus Estensis Ferrariæ dominus, Argentam Raunenatis ecclesiæ oppidum vi occupat, adiuuante Bassarino Bonacossio vrbs Mantuæ tyranno, qui sororem Nicolai paulò ante in vxorem duxerat. Hi autem iunctis simul copijs Bononienses aggredi sunt ausi, sed à Bertrando ecclesiæ copiarum duce superati, cum magno incommodo abire, non ita multò post à pontifice anathemate notati. Ferrarię præterea interdictum sacris, donec Argenta redderetur. Castrucius verò aded Florentinos turba vexabat capto oppido Signa, vnde frequenter incursiones in eos faciebat, vt desperatõe

rerum adducti, Carolus Roberti filium in dominum vocauerint. Tum verò Ioannes pontifex Ioannem Ursinum in Italiam properè mittit, qui Florentinos & Guelphos omnes in Bauarum confirmaret, iam Alpes cum magnis exercitibus transeuntem. Is autem Romam iter facturus, primo Mediolanum proficiscitur, Gibellinorum precibus motus. Verùm cum accepta ferrea corona pecunijs indigeret, atque eas à populo exigeret, quem Galeatius tuebatur, omnibus Vicecomitibus in carcerem coniectis, quatuor & viginti ciues deligit, qui rempublicam administrarent addito præfecto, quem ex gente sua vrbi præfecit. Bauarus tamen postea Castrucij precibus motus, Vicecomites omnes incolumes dimisit, dum Lucæ essent, vbi imperator à Lucensibus magna cum benignitate susceptus est. Inde verò abiens, comitante cum mille & quingentis equitibus Castrucio Romam peruenit, apud ædes Laterani iussu cleri populiq̃ue Romani à Stephano Columna coronatur. Præerant tum vrbi duo ex nobilitate Romana, quos Romani imperatoris vicarios appellabant. Tum verò cū Nicolaus comes alter collega abesset, Stephano ea fors obrigit. Coronatus imperator, Petrum Corbarium sem ordinis Minorum ex Renato agro oriundum, p̃cificem statim creat, Ioannis vigesimertij æmulum futurum, hominem quidem humili loco natum, sed doctum, & ad res agendas aptissimum. Habuit hic primò vxorem, qua reuente ac reclamante, religionem & habitum sancti Francisci suscepit. Creatus itaque pseudopontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his, qui tum cum eo aderant, vt verus Christus vicarius consalutatur. Creauit is quoque cardinales & episcopos homines sui ipsius consimiles.

Interea verò cū equites Galli in præsidio Florentinorum relictis, noctu insidijs Pistoriū occupassent, Castrucium Roma abire confestim cogant: qui primo iunctis cum Vicecomitibus copijs, Pisam Lucamq̃ue peruenit: inde verò in Pistorium mouens, ciuitatem diu obsessam fame ad deditiōem tandem compulit. Subsequens autem Castrucium cum exercitu Bauarus, Viterbij antipapam reliquit, Florentiam oppugnaturus: quam fortassè occupasset, ni Castrucio graui morbo ex immensis laboribus contracto, mori cōgisset. Bauarus tamen tanti accepti beneficii immemor, eius filios Pisis ac Luca expulit, dum in ciuitatibus

præsidia disponderent, vrbibusq̃ue ipse potitus est. Mortuo quoque eodem tempore Galeatio Vicecomite, eius filij ad Bauarum confugiunt, hominem rogantes, vt accepta gr̃adi pecunia, quam ipsi pollicebantur, se in patriam remittat. Tum ille pecuniæ admodum cupidus, Accium in patriam remittens, Marcum fratrem tam diu obsidem apud se detinuit; quam diu ei pecuniæ redderentur. Verùm Bauarus relicto Pisis antipapa, Marcoq̃ue Vicecomite, Mediolanum profectus, in Germaniam iturus, nequaquam ab Accio in vrbe recipitur paternarum iniuriarum memore. Germani autem milites, qui in Etruria Marcum Vicecomitem obsidem retinebant, cognita hominis virtute, in eius verba iurauerunt, ex captiuo ducem creates: qui statim deditibus arcem Castrucianis militibus, Luca potitus est. Verùm nō ita multò post absente Marco, Germani milites mutata sententia, Lucam vrbem cuidam Genuensi ex gente Spinola, qui multum classe valebat, vendidit. Absente præterea in Germaniam Bauaro, re omni infecta ad imperium spectante, Bonifacius Pisanus comes rem gr̃am Ioanni pontifici facturus, antipapam Auinionem perducit: vbi in carcerem coniectus, vitam cum morte permutauit. Tum verò pontifex duabus maximis curis liberatus, quod antipapam è medio sustulerat, quodq̃ue Bauarus in Germaniam relicta Italia abierat, instante Franciæ rege, expeditionem in Saracenos promulgat, impostis decimis, quæ Philippo ipsi ad expeditionem ituro, daentur. Ceperant tum Lucam Florentini, vnde à militibus Bohemicis statim expelluntur, quos ante Brixiani contra Bergomas in Italiam accersierant: quorumq̃ue auxilio fretus pontificis legatus, Parmam, Regium, Mutinamq̃ue ceperat. Is autem inita cum Ioanne rege Bohemiæ amicitia omnem rationem factionum Italicarum repente commutauit. Nam quibus pontifex & Bohemiæ rex amici ac socij erant, illis Robertus ac Florentini repè aduersabantur, nullo Guelphorum aut Gibellinorum discrimine habito. Mastinus enim Scala Veronæ, Philippinus Gonzaga Mantuæ, Carrarienses Patavij, Estenses Ferrariæ domini, amicitiam & societatem cum Roberto ineunt, cuius etiam auxilio Florentini adiuti, Pistorium capiunt, deditibus tamen vrbem quibusdam ciuibus, nemineq̃ue aduersante. Interea verò Marchiones Estenses non prius interdito ecclesiastico absoluti sunt, quam Ferrariensium precibus fatigati, Argenti-

Argentam à se occupatam, ecclesiæ Rauennati reddidère. Hi tamen auxilio Scaligerorum freti, castellum sancti Felicis agri Mutinensis obsidere incipiunt. Verùm superuenientè Carolo Bohemiæ regis filio, Manfredoque cognomento Pio Carpi domino, qui societatem simul inierant, Estenses funduntur fuganturque. Ex eorum milicibus ad octingentos cecidisse ea pugna constat, multosque ex nobilitate captos, maximè verò Nicolaum Estensem Rainaldi Marchionis fratrem. Hac autem opportunitate motus legatus Bononiensis, comparato satis iusto exercitu, cui & Galeotus Malatesta Ariminensis, & Franciscus Ordelaphus Foroliuensis, & Richardus Manfredus Fauentinus, & Hostasius Polentanus Rauennas præfuère, Ferrariam obsidet. Nam hi omnes suarum ciuitatum dominatum paulò antè occupauerant, cum prius earundem capitanei haberentur. Oppugnabatur tum acriter Ferraria, capto sancti Antonij suburbio, cum auxiliaries copiæ à Philippino Gonzaga, à Mastino Scala, ab Vbertino Carrariensi missæ, animù ad erumpendum Ferrariensibus dedere, qui & hostes fundunt, & omnes ferè duces capiunt. Captus autem Romandiolæ comes, cum Nicolao Eueni commutatur: reliqui deinceps incolumes ad suos remittuntur, hac conditione tamen; ne arma amplius contra Estenses capiant. Elatus verò tanta victoria Rainaldus Estensis, in Agrum Bononiensem mouens longè omnia populatus, à capiendi vrbe paululù affuit. Venturum quidem in auxilium legati regem Bohemiæ Bononienses sperabant: & iam esse in itinere dicebatur, cum subitò ei nunciatum est, & Mastinum Scalam Brixiam ac Bergomum in deditionem accepisse, & Accium Vicecomitem Papiam ingressum, arcem oppugnare. Hanc ob rem ab instituto itinere discedens, relicto Parmæ filio, cum aliquot cohortibus Papiam ipse profectus, cum superare munitiones Vicecomitis non posset, vastato Med. olanensium agro, Parmam deinceps re infecta redijt: vbi quoque intellexit Americum Castrucij filium. Lucam amicorum opera recepisse. Oppugnabatur tamen arx, quæ etiam rex accepta grandi pecunia Lucensibus & Americo reliquit, breui in Germaniam iturus, Italicas factiones pertæsus. Nam Vicecomites capta iam arce Papiensi, longè & latè vires suas diffundebant. Mutinæ itaque & Regij imposito Germanorum præsidio, commēdaraq; Parma Marsilio & Petro Rubeo in Ger-

maniam abiit, celerem reditum cum maioribus copijs pollicitus. Abeunte autem Rege, Bononienses ipsi adiuantibus Florentinis, & & Marchione Estensi, pulso legato, in libertatem se vendicant, caeso tum in vrbe, tum in agris ecclesiastico præsidio. Hanc ob rem legatus omni ope destitutus, Auinionem proficiscitur anno Domini M. XXXIV. quo tempore eodem in loco Ioannes pontifex moritur ætatis suæ anno nonagesimo, pontificatus verò 19. mēse 4. relicta in thesauris tanta vi auri, quanta nullus ante se pontifex. Sepelitur autem in ecclesia cathedrali cum magna funeris pompa. Sunt qui scribant, Petrum Muroneù, quondam pontificem, à Ioanne in sanctos relatum: Gentilemque Fulginatem & Dylum Florentinum medicos insignes magnis præmijs & honoribus tum ab eo affectos. Amator enim doctorum virorum est habitus.

BENEDICTVS XII.



BENEDICTVS duodecimus, patria Tosolanus, ordinis Cisterciensis, Iacobus antea vocatus, sanctæ priscæ presbyter cardinalis, sextodecimo die post Ioannis mortem, Auinione pontifex creatus, statim censuras in Bauarum à Ioanne factas, vt in vsurpatorem imperij confirmauit. Hac autem ratione vacante imperio, ad arma omnia respiciebāt, cum vnusquisque quantumuis paruus dominus, rapere ex alieno conaretur, Scaligeri enim non contenti Veronæ, Brixie, Bergomi dominatu, Parmam adimere Rubeis conabantur: Gonzaga regium, Estensis Mutinam, Florentini Lucam appetebant. Verùm cum Scaligeri

geri potiri Parma nequirent, acriter qui in praesidio erant, urbem defendentibus, maxime verò Germanis militibus, qui Scaligero insensu habebantur, in Vicerinos exercitum mouent: vnde re infecta abeuntes, cum Germanos milites abiisse Parma intellexissent, eò profecti, urbe statim potiuntur, Rubeis ipsos eam dedentibus, Nicolaus quoque Estensis, Beatrice Guidonis Gonzagæ filia in vxorem accepta, foceri copijs aditus, Mutinam capit. Philippinus item Gonzaga ciuibus ipsis vltro deditibus, Regium Lepidi in potestatem suam statim recipit. Tum verò crescente Mastini Scalæ potentia, qui & Parmam & Lucam & Patavium, dedito Vbertino Carraria, in potestatem suam redægerat, ad tantum dominatum exstinguendum omnes ferè Italix populi & principes simul coniurarent, maxime autem Veneti & Luchinus Vicecomes, qui Accio paulò antè mortuo in dominatu successerat. Cinxerunt Veronam obsidione Veneti, Gonzaga Estensisque, dum Luchinus alio exercitu Brixiam & Bergomum in suam potestatem redigit. At verò cum Veneti timerent, ne dū potentiam vnus exstinguere parant, alterius auergerent, pacem hac conditione cum Mastino Scaligero ineunt, vt omisso Patauio. Carrariensis, dimissaque Brixia & Bergamo Vicecomiti, quas vrbes nuper occupauerat, ipse Veronam, Vicetiam, Parmam Lucamque retineret. Displicuit vehementer hac pax Florentinis socijs & amicis, qui potiri Luca admodum cupiebant: sed reiecta in aliud tempus querela, tum quidem reticere.

Pontifex autem missio in Italiam legato senatui populoque Romano persuasit, vt senatoriam dignitatem, quam diu regio nomine gesserant, suis tandem & ecclesie auspicijs administrarent. Hanc ob rem & Stephano Columne senatoria dignitas in quinquennium prorogata est, & collegæ annui ei dati sunt. Verum cum pontifex Stephanum ad se Auinionem vocasset, vsus Anguillariz Comes, Stephani collega, Frânciscum Petrarcham virum eloquentissimum, maximè cutem vernacula lingua rithmisque vulgaribus, corona poetica in Capitolio donauit, adstante populo omnique Romana nobilitate, anno salutis millesimo trecentesimo trigesimo octauo. At pontifex veritus, ne vacante imperio Italia ab aliquo externo hoste inuaderetur, Luchinū Vicecomitem Ioannemque eius fratrem archiepiscopū Mediolanensem, Mediolani, aliarūque

urbium, quas possidebant, vicarios instituit. Eandem quoque potestatem Mastino Scalæ, Veronæ & Vicetiz: Philippino Gonzagæ Mantuæ & Regij: Albertino Carrariæ, Patauij: Obicioni Estensi Ferrariæ, Mutinæ, Argentæ suo iure (vt ipse dicebat) tribuit: quod vacante imperio, omnis eius potestas in pontificem recidat, Iesu Christi supremi regis vnicum in terris vicarium. Obicioni tamen Estensi hoc veltigal imposuit, vt quotannis decem millia nummum auri ecclesie Romanæ persolueret. Semel autem roto sui pontificatus tempore 6. presbyteros cardinales creauit, viros egregios, non de sua stirpe, vt nunc fit sed vndeque ad tantam dignitatem vocatos. Non improbo tamen eos, qui ob cognationem & affinitatem ad summos dignitatis gradus eriguntur, si tanta conditione digni sunt. Tantæ præterea constantiæ fuit, vt dimoueri à recto vel vi, vel precario vel pollicitationibus nunquam potuerit. Bonos enim diligebat, & vicissim malos ac sceleratos aperte odio habebat. Cōponere item pacem inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ regem sæpe tentauit per legatos, at frustra, qui maximis cladibus quæ sæpissimè inter se concertarunt. Nam Eduardi classis supra Sclufas non longè à portu Flandriæ, ranta vi cum Gallis dimicauit, & vicit, vix ad triginta tria millia Gallorum vna pugna interfecta referantur. Pontifex autem rem sapius tentatam omittens, ædes pontificias cum turribus & pomerijs inchoauit ac perfecit: quo iussu impensaque basilicæ sancti Petri totum restitit, quemadmodum epigramma ad eius statuum in eadem basilica positum, indicat. Moritur autem pontificatus sui anno septimo, mente tertio, die decimosextimo. Multam vim auri non cognatis suis & affinibus, sed Ecclesie reliquit. Iotum picetorem illa ætate egregium, ad pinguedas martyrum historias in ædibus ab se structis conducere in animo habuit. In morte autem optimi pontificis & doctissimi, omnes verò collacyma-

runt: idque in pompa funeris qui
aderant, fletibus & genu
mitu præseru-
lere...



CLEMENS VI.



vt par pari pontifici redderet, in ditione eccle-
siastica multos vicarios imperiali auctori-
tate confirmauit. Nam Ioannem de Vico vr-
bis præfectum Viterbij, Galeotum Malatestam
& fratres, Arimini, Pisauri, & Fani: Antonium
Feltranum, Urbini: Nolphum & Gallasium
fratres, Callij: Alegretum Clauellum, Fabria-
ni: Bulgarutium. Matelicæ: Ismedutium, sancti
Seuerini: Gentilem Varraneum, Camerini:
Michaëlem, montis Milonis: Pongonium, Cin-
goli: Nicolaum Boscaretum Aesij: Guidonem
Polentensem, Rauennæ: Franciscum & Sine-
baldum. Foroliuij & Cæsennæ: Ioannem Man-
fredum. Fauentia dominos confirmauit: licet
ante quidam ex his loca ipsa partim vi, par-
tim beneuolentia ciuium adepti fuerant, vt
in Benedicto diximus. Interim verò Fresco-
baldi Florentini ciues admodum potentes, à
ciuibus suis pulsî, Pisanos ad arma concitant
iniquo quidem tempore. Florentini enim
Parmam à Scaligeris empturi tum erant: &
ob eam rem filios obsides iam Ferrariam mi-
serant, quingenta millia nummum auri pol-
liciti. Sequester enim ad eam rem conscien-
dam, Ferrariensis ab utroque electus est. Ver-
ùm cum Florentini alia super aliam clade
tum à Pisanis, tum ab eorum socijs afflictati
essent, omittere tantam emptionem coacti
sunt: ferre tamen auxilium Lucensibus à Pisanis
obsessis non omisere, adiuuantibus etiam
socijs, copiarum duce Malatesta Ariminensi,
cognomento Vngaro, qui Pisanos à ceruici-
bus Lucensium armis quidem repulit. Tum
verò Robertus Florentinorum amicus, socio-
rum calamitatibus permotus, Gualterium
quendam Gallum Athenarum ducem appel-
latum, cum paruo equitatu in Etruriam mi-
sit, qui artibus exquisitissimis deiecto Malate-
sta, vt imperito belli duce, ita gratiam Floren-
tini populi aucupatus est, vt breui & copijs
eorum & vrbi præficeretur, deiectis & ex-
stinctis omnibus vrbis magistratibus. Huius
quoque fortunam iuuere Arretini, Pistori-
entes & Volaterrani, qui homini sese statim
dedidere. At cum Accius Corrigiensis Par-
mam urbem, quam ipse tueri non pote-
rat, Obicioni Estensi dedisset, Philippus
Gonzaga bello ab ipso Obicione laceffitus,
comparato exercitu in agro Regiensi homi-
nem inuadens, collatis signis tanto impe-
tu fundit, vt fugientem Ferrariam vsque
persecutus sit. Tum verò Obicio desperati-

05. P. 6. CLEMENS sextus, patria Lemouicen-
sis, Petrus antea vocatus, primò mona-
chus, deinde archiepiscopus Rhotoma-
gensis, postremò pontifex Auinionie creatus
est. Fuit autem vir multæ doctrinæ, composi-
tæque eloquentiæ, liberalis in omnes, comis
& perkumanus. Electus itaque Nonis Maij,
millesimo trecentesimo quadragesimo secun-
do, coronatur xiiij. kalendas Iunij. Sequenti-
bus verò ieiunijs pontificatus sui anno primo
octo presbyteros cardinales creat, diaconos
duos, scilicet fratrem suum monachum Tutel-
ensis professionis, & Guillelmum ex sorore
nepotem. Ex his præterea quos presbyteros
creauit, vnus ei affinitate coniunctus fuit. Se-
quenti autem anno duos item creauit, quorū
alter eius erat ex altera sorore nepos. Petenti-
bus siquidem Romanis, vt quemadmodum
Bonifacius octauus olim concesserat, centesi-
mo quoque anno (quod sæculum antiqui ap-
pellabāt, vnde ludi sedulares nominati sunt)
plenam peccatorum omnium remissionem
visitantibus limina apostolorum Petri & Pau-
li, quinqueagesimo quoque anno id facere li-
benter annuit, cum dicerent, ætatem hominū
iubileum illum centum annorum attingere
non posse. Verùm cum intelligeret, totam Ita-
liam in tumultu esse, solos Luchnum & Ioan-
nem Vicecomites, vicarios Insubriæ confir-
mauit, de reliquis Italiæ principibus nulla
mentionem habita. Existimabat enim, solos Vi-
cecomites Bauaro resistere posse, in Italiam
(vt ipse prædicabat) descensuro, qui vicissim,

Vide Sa-
bellicum
lib. 8. En-
nead. 9.
non longe
d. sine.

one rerum motus Parmam ipsam, quam retinere non poterat, Luchino Vicecomiti tuendam tradit, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto. Cum autem Florentini ferre Gualterij tyrannidem diutius non possent, necarenturque quotidie multi in eum ob libertatem coniurantes, Angelus Acciaiolus vrbs episcopus, ciues armatos in episcopatum properè ad se vocat, patriam in libertatem vendicaturus. Quare tyrannus impari se ciuibus videns, episcopo ipso pacis sequestro adhibito, incolumis cum militibus & rebus suis decimo tyrannidis suæ mense abiit. Verùm plebs ipsa ingrata vt semper, nobiles ciuitatis, quorum consilij & armis libertatem consecuta erat, exules facit, direptis eorum bonis & dibusque euersis. Et ne quid deesset ad perturbandam totam Italiam, in regno quoque Neapolitano magnæ discordiæ exortæ sunt. Rex enim Robertus sine stirpe virili moriens, Ioannem filiam Andreæ nepotis sui Caroli regis Vngariæ filio vxorem dedit. Neapolim enim illis diebus adolescens venerat. Verùm Ioanna hominem foedem perosa, eum in vrbe Auersa per insidias interimitt: alterique patrueli nubuit, Ludouico olim Tarentini principis filio, quem Roberti quoque fratrem fuisse constat. Tum verò Ludouicus rex Vngariæ primi mariti frater tantum scelus vlturus, cum paratissimo exercitu in Italiam veniens, primo Sulmonenses resistere, anfos, oppugnare adoritur. Interim autem Romæ creandorum senatorum ex auctoritate apostolica commutata ratione, Nicolaus Rentijs ciuis Romanus publicus scriba, vir quidem erecti ad libertatem excellisq; animi, occupato armis Capitolio, tantum sibi beneuolentiæ & auctoritatis apud omnes comparauit, vt facilè quò vellet mentem populi Romani flesteret. Is autem quò magis animos hominum commoueret, hoc titulo vsus est: Nicolaus seuerus & clemens libertatis, pacis iustitiæque tribunus, ac sacræ Romanæ reip. liberator illustris. Hac autem verborum pompa tantam de se & admirationem & opinionem concitauit, vt omnes Italici nominis per legatos pacem amicitiamque ab eo perierint. Fuere & quædam externæ provinciæ, quæ ad Romani imperij gloriam resurgentem, vt ipsæ putabant, respicerent. Sed parum inoleuit fucata gloria: nam dum parti ciuium consulit, parti aduersatur, repenè ex patrono tyrannus est habitus. Hanc ob rem septimo ma-

gistratus sui mense, sponte sua, ignaris omnibus, mutata veste, per obscuram noctem Roma abiens, ad Carolum Ioannis filium in Bohemiam proficiscitur: quem Clemens pontifex ob multarum linguarum litterarumque peritiam, in Bauarietiam contumeliam ab electoribus, in Cæsarem designari paulò ante fecerat. Captus itaque tribunus à Carolo, & Auinionem missus, pontifici dono datur. Ludouicus autem Sulmone post longam oppugnationem potitus, regnum deinceps facile occupat, abeuntibus in prouinciam Narbonensem ob timorem Ioanna & adultero Ludouico, relicto ad regni custodiam duce Dyrachino. Roberti regis nepote: quem Carolus pralio superatum & captum, vltimo supplicio affecit. At verò cum ferè in tota Italia peste laboraretur, Carolus relicto satis magno presidio, tertio mense in Vngariam reuertitur, eo maximè tempore, quo Ioannes archiepiscopus magni animi consilijque vir, mortuo fratre Luchino, vicariatum Mediolanensem à pontifice suscepit. At Clemens retento in vinculis Nicolao, cardinales quosdam Romam misit, qui statum vrbs componeret: ad quos Franciscus Petrarcha perscribens eis persuadet, vt promiscue senatores ad tollendam seditionem ex plebe ipsa creent, cum nõ satis constet in ipsa vrbe Roma, qui senatorij, quique plebei ordinis sint, quò omnes ferè peregrini sint, & ignotis parentibus orti. Declarati itaque senatores sunt, Petrus Sciarra Columnensis & Ioannes Vrbi filius. Quo quidem tempore pestis adèd triennio totam Italiam peruagata est, vt vix decimus quisque ex millesimo homine superferit. Nec id quidem mirum, cum ob iubileum contagione hominum & multitudinem vndique Romam commigrantium squalore situ, pedore, omnia inficerentur. Venere autem tum in potestatem Florentinorum Collis oppidum, & Geminianum. Venit & in potestatem archiepiscopi Mediolanensis Bononia, ciuibus ipsis vltro deditibus. Quare pontifex commotus, misit in Italiam legato, Florentinos & Mastinum Scalam in Vicecomitem concitat. Sed mortuo Mastino, archiepiscopus Canem grandem Mastini filium, omnesque Flaminie & Etruriæ Gibellinos in foedus amicitiamque sui pelliciens, Bernabouem nepotem Bononiæ misit, qui ciues in fide contineret. Interim verò Florentini nemine vetante, Pistorienses ac Pratenfes aggressi, eos tandem in potestatem suam

suâ armis redigunt. Verùm postea ab archiepiscopo vexati duce copiarû Ioanne Au'legio, vixit quidê se membris tutati sunt. Defecisse tû Anglare & Burgû sancti sepulchri ecclesiæ oppidû ad Vicecomites constat. Pugnassee tum etiã legitur Genuenses & Veneros inter se bello nauali in quo primo victi Genuenses sunt: mox victores præfecto clasis Ph Jippo Auria & Chiû insulâ de Venetis cepere, & Euboëam (q̄ Necropontê vocant) magnis eladibus vexarunt. Clemens aut̄ quieti Italiæ tandê consulturus, Ludouicû Tarentinû principê, regê Neapolitanû decreuit, pacem cum Vigaro instaurat. Urbê Auinionensem à Ioana regina emit, eius n̄ patrimonium habebatur. Perfoluitur precium feudi permutatione: tantundê enim & eò amplius ob regnû Neapolitanû ecclesiæ Romanæ debebat. At verò dum Anglerianus Vicecomes Scarperiam in Mugello obsideret, Seneses, Arretini, Perusini suis rebus timêtes, nouâ societatem cum Florentinis contra Vicecomites inuenit. Sentire cûm Vicecomitibus Pisani apertè non poterant ob Cambacurtos familiam potentem Florentinis amicam: qui resistere Vicecomiti nequeunt. Carolû imp. in Italiã vocant. Hanc ob rem motus pontifex veritusq̄, ne in Italia ferro ac flamma vultaretur, quemadmodum se facturum imp. nuntabat: & Vicecomitibus Bononâ hac legè permittit, vt xij. millia nummû auri quotannis ecclesiæ perfoluerent: & pacem inter Vicecomites & Florentinos componit his conditionibus, vt neuter istorum Pisanos, Lucenses, Senenses, Perusinos vexaret, vtq̄ Burgus sancti sepulchri ecclesiæ obtemperaret, libertatemq̄ Cortonensium Vicecomites tuerentur. Pacem quoque & foedus componere inter Philippû regem Franciæ & Eduardum Angliæ animus est, sed frustra: adeo erant ad bellum animati, in quo Eduardus victor cæsis xx. Gallorû milibus, Callesium xj. mensibus obsessum, vi tandem cepit. Eadem quoq; fortuna superantur Scotij ab his, qui Eduardi auspicijs in Scotia tû militabant Pontifex aut̄ boni pastoris officio functus, cum foris prodesse Christianis non posset, domi ecclesiastico senatu consuluit Aliquot enim præstantes viros in cardinales legit: maximè verò Aegidium Archiepiscopum Toletanum, Nicolaû Cappocium Romanum ciuem, Rainuldum Vrsinum ecclesiæ Romanæ protonotarium. Nepotè quoq; suum huic numero ascripsit, qui postea pontificatum adeptus est, & Gregorius XI. appellatus. Sunt qui

scribant, hunc pontificem in sanctos retulisse Iuonem presbyterum & confessorem Britannicum. Pontificatus aut̄ sui anno x. men e. vj. die xxvij. 1352. mortuus, Auimone sepelitur, adhibita a cardinalibus, qui tum aderant, honesta funeris pompa.

INNOCENTIVS VI.



INNOCENTIVS sextus, patria Lemouicensis, Stephanus antea vocatus. pontificij ^{205. Pöt.} ciuilisq; iuris vir consultissimus procurator primò, mox episcopus Claromontanus, deinde cardinalis pontifex tandem creatur, anno Domini 1352. xvj. kal. Decemb. Fuit aut̄ vir integerrimæ viræ, magnaq̄ constantiæ & seueritatis. Beneficia autem ecclesiastica non nisi probatissimis sacerdotibus tum vita, tum doctrina dedit. Post verò coronationem suam multas reservationes à Clemente factas suspendit: constituitq̄que statim vt omnes prælati, omnesq; qui beneficia habebant, ad ecclesias suas sub anathematis poena proficiscerentur. Dicebat enim oues paucas à proprio pastore, non à mercenario custodiri debere. Impensam quoque domesticam, quæ magna erat, imminuit, familiam suam ad certum & honestum redigens numerum. Nec domi voluit nisi viros habere probatissimos. Idem vt facerent <sup>Vita eccle-
fasticorû
alijs ex-
plar.</sup> cardinales, acerrimo edicto mandauit, dicti tans suam ac omnium ecclesiasticorum vitam cæteris exemplo esse debere ad imitationem Saluatoris nostri, cuius tota vita ad institutionem humani generis respiciebat. Prætercâ verò sacri palatii auditoribus salaria instituit, ne muneribus corrumpi in decernendis libet ob inopiam possent. Dicebat enim sanctos

non facile etiam ab alieno cibo abstinerè, si sit oblata quouis modo edendi facultas. In victu parcus est habitus, in sumptu bellico largissimus, dum bello repetit, quæ à tyrannis superioribus temporibus occupata fuerant. Aegidium nanque Hispanum è gente Carilla cardinalem Sabinum virum insignem, è latere suo in Italiam misit qui bello tyrannos persequeretur, ditionemq; ecclesiam tutiorem redderet, eò maxime tempore, quo imp. Constantinopolitanus Arragonum res, & Veneti contra Genuenses fœdera inter se inière: Hi autè comparata ingenti classe, numero nauium & copia militum superiores, Genuenses inter Constantinopolim & Chalcedonem aggrediuntur loco ipsis Genuensibus iniquo, vento aduersante. Pugnatum est ab aurora vsque ad vesperam: ac tandem Græcis in fugam versis, Veneti ac Catelani magna ex parte cum præfecto classis cæduntur Pagano Auria duce. Veneti autem tantam cladem & ignominiam iniquo animo ferentes, redintegrata cum Catelanis classe, Nicolao Pisano Venetæ classis præfecto, sequenti anno non longè à Corsica Genuenses fundit, eorumq; triremes quadraginta viris onustas demergunt. Hac clade perterriti Genuenses, archiepiscopo Mediolanensi ciuitatem ac sua dedunt: qui Venetos bello aggressus, Patauium principem, Veronensem, Ferrariensem Mantuanum, & Florentinos in se concitat, veritos ne superatis Venetis, ad se demum iretur. Pugnabatur terra marique: sed Genuenses præfecto Pagano Auria, mira felicitate nauali pugna vsi, apud Sapientiam Peloponnesi promontorium Venetos superant: eorumq; præfectum Nicolaum Pisenum captum cum quinque millibus hominum, Genuam perducunt, anno Domini 1354. Verùm sequenti anno mortuo archiepiscopo Mediolanensi, Veneti ac socij magna cura liberati sunt. Bernabas & Galeatius ex Luchino fratre nepotes, patruj heredes fuisse. Sola Genua ab his deficit, inuito cum Venetis fœdere, inchoato prius à Bernaboue & Galeatio suadente pontifice, Aegidioque eius legato. Interim verò Calolannes Constantinopolitanus imperator in patriam redijt pulso armis Ioanne Cantacuzeno imperij contra ius fasque occupatore. Id autè factum est Francisci Gatalusij Genuensis operaviri rerum maritimarum peritissimi: cui Mitylenem cum Lesbo dono dedit, grati autem signum præseferens, quam certè insulam superioribus annis Turcus Gatalusij ipsis vi

abstulit occupata prius Constantinopoli, totaque Thracia. Nec Romæ certè minor perturbatio quàm Constantinopoli tùm fuit. Franciscus enim Baruncellus Romanus ciuis admodum potens, pusis senatoria dignitate Ioanne Vrsino & Petro Columnensi, tribunitiâ dignitatem sibi usurpat cum his titulis, Franciscus Baroncellus scriba senatus, Dei gratia alimæ vrbis tribunus secundus, ac Romanus consul. Tum verò Innocentius pontifex re cognita, ad comprehendendam hominis audaciam Nicolaum Gencij, qui eodem modo dominatum appetierat, è carcere Auinionensi ductum, Romam mittit ad tribunatum repetendum. Is itaque urbem ingressus, adiuuante nobilitate, ac magna plebis parte, Baruncellum è Capitolio deiectum interficit, ac solus tribunatu potitur. Verùm cum non ita diu pristinae conditionis immemor nobilitatem persequeretur, maximè verò Columnenses à porta Exquilina in Hernicos cum clientela proficiscentes, magno incommodo pulsus, in Capitolium se recepit: vnde fugiens instantibus hostibus mutata veste cognitus à ciuibus Romanis obruncatur. Tum verò auctoritate apostolica Guido Iordanis vnicus senator ad annum creatur. Imperator autem regis Bohemiæ filius, per benignè à Carrariensibus, Gonzaciacis vicecomitibus suscipitur, Mediolani coronam ferream, vt mos est accipit. Inde verò Pisas abiens, legatos Senensium, Volaterranorum, totiusq; ferè Etruriæ obuios habuit, qui dicerent se paratos esse eius mandata facere. Idem fecissent Florentini, nisi prius data ingenti pecunia se ab eius manibus redemissent. Romam autem proficiscentes, hac conditione à duobus cardinalibus ad eam rem missis coronatur, vt neq; Romæ, neque in Italia diutius immoraretur. Quo quidem in Germaniam abeunte, Aegidius legatus omnia ferè oppida breui recepit, quæ tyranni instigante Bauaro in Flaminia, quam Romandolam vocamus, in Marchia Anconitana, in patrimonio sancti Petri occupauerant. Eos tamen vicarios in oppidis suis confirmauit, quos viderat Ecclesiæ Romanæ obtinentes vt potè Galeotum Malatestam, & Guidonem Poentannum in Flaminia. Varenenses in Piceno. Ordolphus autem nequam ecclesiæ Romanæ obtemperantes bello biennio persecutus, eos tandem è Foroliuij, Foroque Popiliac Cesena deturbauit. Potuissent hi quidem aliquam partem dominatus retinere, adiuuante Iacobo cardinali Columnensi,

nenſi, viro huic familiæ amiciffimo, ſed maluere torum conſtanter amittere, quàm partem turpiter retinere. Aegidius autem pacata Flaminia, ad eò Foro' iuij delectatus eſt vt & ærarium eccleſiæ & pecuniam ab Auinione miſſam, vnde arces Italiæ ædificarentur, eo loci repoſuerit, & inſtitutiones quaſdam ibi compoſuerit, quibus adhuc prouincia ipſa vitur. Cùm autem Aegidius Italiam pacaffeſſet, arceſque in ditione eccleſiaſtica plures ac neceſſarias ædificaffeſſet, omneſque Italos principes ac populos ad officium redegeſſet, ad annum quintum legationis ſuæ ſucceſſorem habuit. Ardainum Burgundum abbatem Cierciensem, hominem rebus agendis nequaquã idoneum. Hanc ob rem abeunte Aegid. o, omnes Italiæ principes ac populi arma capiunt. Nam & Piſani Florentinos ad eò vexauere, vt cum nemo prodire obuiam auderet. agrum omnem Florentinum diriperent, capto Figino ſuperioris Arni caſtello, incenſiſque villis omnibus, quæ paſſim in agris ædificatæ erant. Dux autem Florentini exercitus Pandulphus Malateſtatum erat, quem populus abdicare ſe magiſtratu coegit, qui nunquam cõgredi cum hoſte auſus eſt. Tum verò Piſani elatiores facti, non tam ſpe potiundæ vrbiſ quam inferendæ contumeliæ cauſa, leuibus aliquot prælijs ante portas commiſiſ, cum magna præda domum redeunt, inſtante iam autumno: Bernabos quoque Bononiam bello agitatam, acriter eam defendente abbate Cluniaceniſ, multis caſtellis ſpoliat. Erat quidem Bononia, vt antea diximus, Vicecomitũ dominatui ſubiecta, ſed Aulegianus eam abbati Cluniaceniſi prodidit, Firmum in mercedem proditiõnis accepturus.

Verùm dum Bernabos Bononiam & Regium bello premit, legatus apoſtolicus accitis in ſocietatem belli Philippino Gonzaga, Cane veronenſi, Nicolao Eſtendi in Brixianos mouet. Tum Bernabos Brixianorum periculo motus, relicta Bononia ac Regio, in hoſtem proficiſcens, apud Montem clarum tanto prælio ſuperatur, vt ægrè deinceps vrbiſ inceniatutatus ſit. Eodem ferè tempore Florentini Galeoto Malateſta duce Piſanos ſuperant, ille ètis prius ad ſe eorum militibus pecunia. Hãc ob reſi Piſani in Cambacurtos ciues ſuos præpotentes, omne crimen conſciences, quòd a utrè maligneque ſtipendiã militibus perſoluerent. Ioannem Agnellum exulem Bernaboi amicũ, & Cambacurtis aduerſantem re-

uocant, qui ciuitatem breui in poteſtatem ſuã redegit, ſublatis è medio aduerſæ factionis amicis. Verùm compoſita à pontifice inter Piſanos & Florentinos pace, Ioannes Haucut Piſanorum ſtipendijs militare ſolitos milites omnes paſſim per omnem Italiam ſparſos colligens, magnum omnibus terrorem iniecit, tumultuante potiffimum ciuitate Romana in creandis ſenatoribus, quam diſcordiam Innocentius optimè ſedauit, externo ſenatore ad urbem miſſo Raymundo Ptolemæo ciue Senenſi, qui annum integrum magiſtratum geſſit, anno Domini milleſimo trecentefimo quinquageſimonono. Non quieuere autem compoſitis etiam hoc modò rebus Romani: nam pulſo ſenatore, ſeptem ciues crearunt cum ſumma poteſtate, quos Reformatotes totius reipub. vocarunt. Hanc ob rem Innocentius Hugonem Luſignaneum, Cypri regem, ad bellum, quod in Turcos gerebatur proficiſcentem ſenatorem creauit, mandauitque vt magiſtratum Reformatorum omnino aboleret. Erat autem tum maximè intentus abolendò bello, quod inter Anglos & Gallos gerebatur, quò omnibus proficiſci in Turcum liceret. Verùm cùm Angli in Pitrieniſ agro Gallos ſuperaffeſſent, cepiſſentque regem cum Philippo filio, rem difficiliorem factu feciſſe videbantur. Cùm Eduardus magnitudine animi mortus, captiuos omnes hac conditione liberat, ne amplius contra ſe bella gerant: qui non iramultò pòſt pacis foedera rumpentes, Eduardum carpere arma & obſidere Pariſios impellunt. Parare & claſſem contra hoſtes Chriſtiani nominis Innocentius conſtituerat, cùm & Piſani, qui rem nauticam optimè norãt, cum Florentinis, & Veneti, qui claſſe plurimum valebant, cum Ludouico vngariæ rege bellarum gererent. Taruiſum enim rex magnis copijs tum obſidebat: nec ſeditionibus inter ſinis Veneti carebant. Nam marinus dux aſſeſſare tyrannidis conuictus, ſecuri percutitur. Iracundus verò animi perturbationibus aſſiſctatus Innocentius, pontificatus ſui anno nono, in aſſeſto octauo, die ſexto moritur: eo potiſſimum tempore, quo & Bartholus Saxoferiatus vir in ſtate omnium conſultiſſimus. Ante verò pontificis mortem tanta ſolis defectio facta eſt quanta nunquam antea. v lum itaque omnibus eſt tanta morus planetis et a n ſignali qua dedeſſe.

VRBANVS V.



207. Pöt.

VRBANVS quintus, patria Lemouicensis, Guillelmus Grisfant antea vocatus, S. Victoris Massiliensis abbas, absens etiã omnium consensu pontifex creatur. Legatione enim tum apud Vicecomites in Italia fungebatur. Vocatus itaque Auinionem pontificatum iniens, vir singularis virtutis ingentis animi, innocentissimæq; vitæ, statim ad tuendam libertatem ecclesiasticã animum adijcit: eorumq; opera vtitur, qui ad eam rem animati erant. Aegidiũ enim Hispanũ virum præstantẽ (de quo antea diximus) in Italiã cum summa potestate mittit: qui ita Ludouicũ Gonzagã, Nicolaũ Estensem, Franciscũ Carrariũ in itis fœderibus in Bernãbouem concitauit, vt plio ab his superatus & saucius ægrẽ aufugerit, amisso in bello filio, captisq; Andrea Pepulo Bononiẽsi exsule, Sinebaldo Ordelapho; Paulo Mirandula, Guidone Foliano, Azone Corrigensi, & Guillelmo Caualcaboue egregijs copiarum suarũ ducibus. Permoti aut̃ calamitate Vicecomitum Franciæ, Angliæ, ac Cypri reges legatos ad Aegidiũ misere oratum, vt Vicecomitibus pacem redderet. Non discessere re infecta legati: reddita siquidem pax est, quæ nõ diuturna fuit. Ioannes enim Haucut Vicecomitibus militans, cum Florentinos bello lacefferet, eorũ copias apud Miniã oppidum grauitè profligauit. Hãc ob rem Aegidius legatus Thomam Obicionem egregium copiarum ducem, cum tribus millibus equitum, & satis magno peditatu Florentinis auxilio mitit. Pugnatum est inter Arretium & Cortanam dubio Marte quattuor horis: atq; demũ Thomas ita hostes superat annitente peditatu, vt

ex sex millibus equitum, qui cum Anglico militabant, pauci euaserint, atq; ipse dux in deditionem venerit. Huius aut̃ tantæ victoriæ fama permoti qui ab ecclesia defecerant, statim deditionem fecere. At verò cum Vrbanus ad quartum sui pontificatus annũ in Italiã venisset componendarũ rerũ causa, ei legat⁹ Aegidius Corneti fit obuiam, rationemq; administratæ prouinciæ reddens, dum Corneto Romã proficiscitur liberatus tantæ legationis onere, quieturus ob seniũ Viterbiũ redijt: vbi & tertio mense post moritur: vir certè singularis virtutis, præstantisq; animi: quicq; dignitate ecclesiasticã, dum vixit mirificè tutatus est. Eius aut̃ corpus Assisum delatũ, in ecclesia B. Francisci tumulatur, sepulchro à se condito dum viueret. At verò cum Carolus imperator intellexisset Vrbanum Romam pfectũ, eò & ipse quoq; cũ vxore & liberis statim aduolans, in itinere Lucam Pisani, Miniã oppidũ Florentinis adimit, sibiq; vendicat. Profectus ne sit Romam, haud satis constat. cum ab Innocentio vi. pontifice Rom. coronã imperij accepisse dicatur, cardinali Ostiensi Romã ob eã rem misso. Accepta aut̃ à Florẽtinis ingenti pecunia, ne eos bello vexaret, 3. mense posteaquã venerat, Italia cessit, anno 1368. Vrbanus verò apostolorũ capita diu quærita tandẽ inuenit: deserant enĩ in honore esse propter desuetudinem & ignorantem hominum. Apud verò Sanctã sanctorum reperta, ac locellis argenteis recondita, ad altare maius basilicæ Lateranensis cum maxima veneratione & celebritate collocantur, adstante clero populoq; Rom. Idem quoq; pontifex ædes pontificias tum in vrbe veteri, tum in Montefalscone construxit, vt ei ac cæteris pontificibus eò proficisci liceret, vitandũ vrbani gestus causa. Breui aut̃ in Galliã reuersurus Ioãnem Haucut egregium copiarũ ducem è carcere missum, copijs illis omnibus præfecit, q̃ antè sub Aegidio militauerat, vt tam diu ditionem ecclesiasticam ab hoste tueretur, quoad ipse reuerteretur. Redire nanque ad Italiã ei in animo fuit. Verũ dum in Gallias proficiscitur, pontificatus sui anno 8. mense 4. Massiliæ moritur: vel (vt alij volunt) Auinionẽ vitam finiuit, eò maximè tempore, quo Brigida deuotissima Christi mulier, Suetiæ princeps, Romam voti causa venerat, motusq; nonnulli in Apulia exorti sunt, mortuo Nicolao Acciolo, eiusdem prouinciæ gubernatore, viro strenuo ac in rebus agendis sapientissimo.

GREGORIVS XI.



os. Pōr. **G**regorius XI. patria Lemouicensis, Petrus Bel-
fortis antea vocatus, S. Mariæ nouæ diaconus
cardinalis, A uinione pōtifex omniū cōsensu
creatur. Hūc enim adolefētē, vix 17. annū attingē-
rē, Clemens 6. eius patruus, cardinalē creauit: & ne
videretur carni ac sanguini magis, q̄ ecclesiæ con-
suluisse, eundē ad exquisitissimos doctores, maxi-
mē verō ad Baldū, q̄ tū Perusij legebat, disciplinæ
gratia statim misit, vbi tātū in quouis genere do-
ctrinæ p̄fecit, vt idē Baldus eius auctoritate in cō-
firmādis rebus dubijs plerunq; vteretur. Fuit p̄ter-
ea tātæ innocētix & placibilitatis, adeoq; huma-
nus & pius, vt ab omnibus vnice diligeretur. Eo i-
taq; tēpore, quo pōtificatū inijt, Romę senator sin-
gulo senestri à pōtifice datus, ius populo dicebat.
Vrbis autē custodiā totāque reip. administratiōnē
& curā Bāderesij tū gerebat. Bāderesij enim appel-
lati sunt Germanico verbo à vexillis, quib; in bel-
lo vtebātur. Singulæ. n. decuriæ signa internosce-
bantur suo. Capita regionū nūc vocātur, qui vrbis
tribubus p̄sunt. In Cisalpinā autem principēs illi,
quos diximus in Vicecomites coniurasse, Regiū à
Vicecomitibus possessum, p̄ditione occupāt. Su-
pererat arx, per q̄ Bernabus vrbē ingressus, hostes
primo impetu fundit, Regiūq; liberē recipit, Lucio
Teutonico duce inde deurbato. Agebantur
hæc in Italia, cū Perinus Cypri rex, Petro genitori
in regnū susceptus, magnā discordiarū inter Ge-
nuēs & Venetos causā fuit. Nam dū Famagusta
coronationis suę pōpā duceret, adesset; Genuēs
& Venetus Bailus, (ita. n. appellat mercatorū p̄ra-
tores) velleq; vterq; ad dextrā regis incedere, tan-
tus repēde tumultus exortus est, vt Genuēs cesi ac
puli per ignominia fiat, rege in Venetos magis q̄
ia Genuēs inclināte. Hanc ob rē Genuēs Peri-
nū Fregos ausp̄c̄e js, Dominici Fregosi ducis fratris,
cōparata 24. trirēmiū classē, Cypriū hostili animo
inuatit, 4. millibus hominū in insulā positus, qui
omnia ferro ac flāma vastaret, ob violatū ius gen-
tiū. Rex verō ab omnib; auxilio destitutus, ad mi-

sericordiā cōfugiēs, dedita Famagusta, 40. millia
nūmūm auri quotiāni Gnuēsibus pollicetur, si pa-
cē reddiderint. At verō cū legatus pōtificis in Ita-
liā venisset, resq; ecclesiasticas recēferet, inita cum
Vicecomitibus pace, initium perturbādi omnia à
Pratēribus ortū est. Hi. n. vindicare se in liberarē à
populo Florētino quarētes, exercitū ecclesiæ per-
mittēte legato in Etruriā vocāt; quē ita Florēt. nus
popul; pecunia corripuit, vt eorū auxilio Pratiū in-
gressus, & cōiurationis capita vlt. supplicio affe-
cit, & multa vexilla libertatis litteras, & nomē p̄-
ferētia, pluribus cohortibus distributa, ad oppi-
da trāsmiserint: populos vt dominos cohortātes,
vt libertatis memores, ecclesiæ iugū reijcerēt. Pri-
mi autē Tiferi nates (quos Castellanos vocāt) ab ec-
clesiā descēdit, hos deinceps Perusini, Tudertini,
Spoletini, Eugubini, Viterbiēses, Foroliuēses, A-
sculani, secuti sūt. Occupauerat tū etiā Astrorgius
Māfredus sub Bauaro, tyrānidis dulcedine gusta-
ta, Granariolū agri Fauētini castellū, ad quē oppri-
mendū ē Bononiā legatus Ioannē Haucut cū aliq;
cohortibus mittit. Turati sunt Astrorgiū Florētini
& Bononiēses, q̄ excluso Haucut cum omni p̄-
sidio, in libertatē se vindicauerāt. Haucut verō cer-
nēs Fauētinos ad rebellionē spectare, & ciuitatē in
crudeliter diripuit, cæsis passim omnib; quos ob-
uios miles habuit: & solum vrbis 20 millibus num-
mūm auri Nicolao & Alberto Estēsis fratribus
vēdidit, occupato Bagnacuallo, vbi impedimēta
exercitus sui ad tēpus reposituit. Tum v. rō pōtifex
cognita tanta rerum permutatione. cardinalē Geb-
bennēsem legatum cum 6. millibus eq̄tum Brito-
num in Italiā mittit, q̄ p̄ Taurinos descēdētes, sine
vilo maleficio vsq; ad Bononiæ portas puenēre,
vrbē obsessuri. Sed legatus cognito Florētorum
aduētū, q̄ Rodulpho Varraneo duce Bononiēsis
suppetias ferebāt, cum copijs suis Celennā hyema-
tum cōcessit; in qua vrbe ita tumultuatum est ob
superbiā Gallorū, vt 600. Britones interfecti sint,
reliq; vrbe eiecti. Qui postea per arcē ingressi, aucti
numero, cædibus & rapinis omnia cōpleuerē. ne-
q; his quidē parcētes, quorum ætas suppliciter ve-
niā petit: solē virgines & iuniores matronę ad in-
iuriā reseruatæ sunt. Foroliuēnses autē veriti ne à
legato inopia cōsilij & gubernatoris opprimerēt-
ur, inebaldū, Pinum, Ioannem, Theobaldum,
Ordelaphos dominos in vrbe recipiunt, quorum
virtute ab impetu Britonum defensi cōstantissimē
sunt. Existimans autē Gregor. pōtifex, hæc omnia
malā, q̄ in Italia cōmittēbantur, sua absentia fieri,
naufregiūq; tam diuturnum absente guberna-
tore cōmitti, de p̄fectione sua ad Italiam vir bo-
nus diu multumq; cogitare cœpit: sed hominem
maximē mouere ciuitatū episcopi verba, q̄ in-
terrogatus à pōtifice dum simul ambularent, cur
nō rediret ad ecclesiam suam, q̄, aut parerat, tan-
diu sine pastore nudam relinq; Cur, inq; tu sum-
me pōtifex cæteris exēplum daturus, tuum episco-
pium nō repetis, ecclesiamq; Romanam? Motus
his vrbis pōtifex, paratisq; in Rhodano vna & 20

triremibus, aliò se iturū simulās, ne à Gallis retinere-
tur, si se profectū ad urbē intellexissent: ipsām nā-
que curiā emolumentī causā in Gallia volebāt. Ge-
nuā itaq; primò, inde Cornetū cōtendit, vnde terre-
stri itinere nauigatiōe pertectus, hyeme præsertim,
Romā peruenit, anno Domini M. CCCLXXVI. Idi-
bus Ianuar. pontificatus sui 7. migrationis verò Ro-
manę curię in Gallias anno 70 Quo autē apparatu,
quamq; incredibili populī Romani lætitiā susceptus
in urbē sit, honorato quoq; obuiā prodeūte, nō atti-
net dicere, cū vultu, gestu, ac elationibus omnem
lætitie speciē effuderim, vt filij solēt redūte peregrē
exoptato parētē. Indigebāt omnia aduētū pōtificis.
Nā & mœnia & Basilicę & publica ac priuata ad fi-
cia vbiq; ruinā minabātur, quę certē magna ex parte
restituit, vt turris suo iussu ædificata ad S. Mariā Ma-
iorē indicat. Labefactati etiā ita ciuitatis mores erāt,
vt nihil v. baniattis habere videretur: vtq; illi mores
aliūde petēdi essent, quę totū orbē terrarū quōdam
ad v. banitatē red. gerat. Collocata itaq; in urbē se-
de sua pōt. sex (vt bonū p. pastorē deceat) omnia circū-
spicere cepit, de med. laq; vulneribus inferēda cogi-
tare: pax igitur, qua sanari nōdum obducta vulnera
poterāt, sibi diu mul. ūq; cogitātū oblata est. Legatū
itaq; primò ad Florētinos mittit, qui ad arma specta-
bāt, eosq; adhortatur, vt a quas pacis cōditiones nō
deretēt. Hi verò pōtificis potētīā suspētā habētes,
ne ad pacē cogerentur, cū Bernaboue hoste paterno
aūt. o. q; fœdas & amicitīā inētū. Postea verò Ioānē
Haucut pecunia & pollicitationibus corruptum, ab
ecclēsia in partes suas trahū, quo successu elati, nul-
lū iniurię cōtumelięq; genus prætermittūt, quod in
pōtificē trāsferri possēt: qua ex re anathemate nota-
ti, hac infelicitia vti sunt, vt etiā face. dotes suos, qui-
bus à sacris interdictū erat, celebrare cōtrā ius, fasq;
coegerint. Tū verò pōtifex a precibus ad arma con-
uersus, cōsiliariis prius Bononiēnsibus, qui suo nomi-
ne urbē gubernarēt, Varanētū mercede cōducit, hac
in te Florētino: ū artibus vsus: eiq; exercitū ecclēsię
cōmittit, paulò pōst in Florētinos moturo. Id ne, vt
destinauerat, statim faceret, discordia inter Genuen-
ses & Venetos orta effecit. Veritus. n. est, ne aliqua
externa vis Italiā inuaderet, si ipsē quoq; cū Florētini-
s decerant, nā dū Andronicus Genuensū auxilio
fietus, quibus Ten. dō insulā mercedē facinoris per-
miserat, patrē Caroli Ioānē Cōstantinopolitanum
imperatorē regno d. tu. basset. Veneri eūdē in patriā
reducerūt, ac Ten. dō insulā ab eo accepere. Qua ex
indignatā G. nuēs, in aliud tēpus vindictā distu-
lere, veriti pōtificis anathema, qui vtiq; populo in-
terminabatur, nisi ab armis discederent, cum diceret
neutri eorū bellū illud cōpetere. Sed dum vir sanctus
accuratē agit omnia, quę ad pōtificē pertinet, intol-
lerabili velticæ dolore motitur, sui pōtificatus anno
7. mense 5. kal. April. 7. S. sepeliturq; in basilica B.
Marię in via Noua sepulchro marmoreo, quod ad-
huc vultur, tantò omnium cū genitu & lachrymis,
quārò nunquā antē quisquā sepultus est: patēt. n. &
v. aico genitore priuati omnes vid. bātur: lugebantq;

non modò præsentem, verumetiā futuram cala-
mitatem, in quam sublato optimo pōtificē ob pa-
trum discordiam incidere.

VRBANVS VI.



Mortuo itaq; Gregorio cū de creādo nouo pō. 209.
tificē mentio haberetur, clerus populusq; Ro-
manus ad cardinales cōcurūt, eosq; rogāt, vt vni a-
liquē vni præstantē d. ligātē natione Italica, cui &
ecclēsiā Romanā & Ch. istianā tēp. integrē ac sanctē
gubernet: aliter de Christiano nomine illo maxime
tēpore actū esse, nisi optimus pastor tū diligeretur.
Italū autē requirebant, ne si Gallus deligeretur, Ro-
manę curiæ iterū migrare vltra mōtes necesse esset,
cū maximo vrbis Romę totiusq; Italię detrimētō &
dāno. quod dicerent, absente pōtificē omnē prouin-
ciā, vrbēq; Romā tyrānicis seditionibus cōtinuò vo-
xat, ecclēsiāsq; Romanas neglectas, & incultas, situ
& squalore iā magna ex parte prolabi: tolliq; ob eā
rē populorū pietatē Romā cōtinuē proficiscētū, cū
videāt se sedē pōtificiā, titulos cardinaliū, & mona-
steria, ac sacratissima martyrum loca sine rectō, cor-
ruētibus iā parietibus, pecoribus & brutis animalib;
parētē: a quō esse, vt eo loci pōtifex resideat, vbi Pe-
trus sedē pōtificiā, relicta patria sua, relicta natione,
volētē Deo collocauerit: aueritq; martyriū, cōfessor-
iū, sanctissimorū pōtificū cineribus ac sanguine: vnde
pastores ecclēsię vnde quaq; circūspiciētēs māda-
torū Christi memores, incitatiq; maiorū exemplis,
quorū martyria & res gestas ante oculos haberēt, salu-
tati hominū cōsulerēt: patri moniū B. Petri recupera-
rē, quod pōtificū absentia, quę adhuc rē d. integra-
ri possēt: si pōtifex Italicus crearetur. Respōdere tum
cardinales, sibi curæ fore, vt vniū optimū d. diligerent,
qui ecclēsię Dei præfesset, nulla persona. ū aur natio-
nū acceptione habita, ad imitationē Saluatoris, qui

ad apostolatū viros ex omni natione delegit, irēt ipsi & bono animo essent, arbitrenturq; se nihil acturos, q̄ non totū ad honorē Dei, ad utilitatē ecclesie Romanæ, totiusq; Christiani populi pertineret. Dispositio deīde apud S. Petri cōclauī, collocatisq; in Vaticano militum stationib⁹, ne tumultu aliquo tāta electio impediretur: vbi de inēdis suffragijs mētionem faciūt, magna cōrētio subitō exorta est. XIII. erāt cardinales Gallici: hi pōtificē ē suo corpore volebāt, quatuor erāt Italici: quorum vnus ex gē e Vrsina ad pōtificatū maximē adspirabat. Inclinat autē in Gallos, q̄ppe q̄ plures erāt, res ipsa: sed fortē fortuna inter Lemouicentes & reliquos Gallos orta discordia cū vtraq; pars ē suis aliquē creari vellet, effecit, vt Bartholomæū Baietēm archiepiscopū, patria Neapolitanū, vel. vt alibi legitur, Pisanū, extra collegiū cardinaliū pōtificē crearet, absentē quīs, Urbanūq; sextū appellaret. Prius tamē q̄, in publicū prodiret, sciūtq; esset Urbanū pōtificē creatū esse, calūniari Galli electionē illā fraudib⁹ & metu extortā, instātibus Romanis vi & armis, vt Italus aliq; crearetur. Cardinales autē ē cōclauī prodeūtes, partī in Hadriani molē, partī verō ad mōtana loca cōfugere, impetū populi furiētis vitaturi. Secessit & ad Vicouarū cardinalis Vrsinus, in tāta discordia magnā spem cōsequendi pōtificatus collocās. Verū nō ita multō pōst cardinales penitentia ducti, ad urbem venēre, Urbanūq; antē electū cōfirmarūt, cōsalutaruntq; vt verū pōtificem decebat. Post mensē verō tertiu in calores Urbanos Galli culpā reijcientes, à pōtifice petūt, vt sibi pōtifici Anagnīā cū bona eius venia liceat aērem mutaturi pestilentem, æstate præseritū, maximē verō Gallis: sed reuera feueritatem Urbani veriti, abiēre. Nā semel atq; iterū eos ad se vocatos admonuit, vt manus abstinentes haberent nō dona aliqua, nō munera acciperent, dū causas agūt, dū patrociniū suū beneficīa petenti præstāt. Interminatusq; est se accerrimē puniturū in Simonia deprehētos, aut iniustas causas fouētēs. Præterea verō ostēdit sibi placere, & ita velle, vt pōpam dimitterēt, tantamq; familiarū turbā & equorū cūm id q̄ in tales sumptus cōsumerēt, ecclesie Romanæ pniciosos pauperibus & relictūdis corruētibus basilicis deberetur: se deinceps bonorum delectū habiturū dicebat, affirmās malos suorū flagitiorū pœnas Iaturos, nisi sententiā mutāret. Et quia sentiebat cardinales Gallicos de reditu curiæ Romanæ in prouinciā suā a-

liquando mentionem facere, apertē ostēdit se Romę mansurum: neq; quicquam suadenti, vt inde abiret, obtemperaturum, quōd diceret fundamentum vniuersalis ecclesie fideique Christianæ, Romæ iactum & auctum ad culmen esse. His itaque rationibus moti cardinales Gallici, & hi maximē, qui thesauros ecclesie in morte pontificum expilauerant, quique pro arbitrio animi sui prius agebāt, Anagnīā primō, mox Fundos confugere: vbi primō in Urbanum (vt falsum pontificem) inuecti sunt, quōd dicerent hominem vi creatum, vi etiam coronam pontificatus accepisse, cū electio illa & coronatio in loco minimē tuto sit habitā, in qua liberæ deberent esse hominum voluntates, libera suffragia cum cōtrā ipsi à populo Romano coacti sint Italianū potius quā Gallicum eligere. Has autem ob causas sede vacante, vt ipsi dicebant, (decem & octo nanque erant) Ioanna regina fauente, Gebennensem cardinalem, qui antē legatus in Italia fuerat, pontificem deligunt, eiq; Clementi septimo indita appellatio est. Hinc magna discordia in ecclesia Dei orta, & diuturna, quā schisma vocant, cum pars Christianorum principium Urbano, pars Gebennensi faueret. Neque hoc modo contenti seditiosi cardinales, Britones, qui multa ecclesie castella, multas vrbs villas diripuerant, arcesq; occupauerant, in pontificem & Romanos mittunt. Ad pontem Salarium Romanus populus hosti incomposito agmine obuiam factus, superatur & cæditur. Verū cum postea apud Martinum pugnam magna animorum concitatione iniissent, ad eōs Britones cædunt, vt vix nuntius tantæ cladis superuerit. Qui in arcibus erant, se aliquandiu ac suos tutati sunt, maximē verō arcis Surianæ præfectus, qui post multos annos Martino pontifici deditioem fecit. Interim verō Genuenses odium, quod in Venetos mente conceperant, ostendunt, adicito in societatem belli Ludouico Vngariæ rege, Francisco Carrariensi Patavino domino, Austria duce, patriarcha Aquileiensi. Seaciebant tum cum Venetis Perinus Lusignaneus Cypri rex, & Bernabos Vicecomes. In primo autem congressu nautali prælio superiores Veneti fuere in litore Antiatum, Victore Pisano classis præfecto. Ex decem nanque Genuensium triemibus quinque amissæ sunt. Tum verō Marchiones Carreti adiuvante Bernaboue, Albinganum (quod nunc Arbengam vocant) Naulum

& castrū Francū de Genuensibus occupat. Verū nō ita diu possit in gratiā cū Genuensib⁹ redeūtes, oīa reddidēre Genuēsēs præterea cōiecto in carcerē dominicū Fregolō dūce, eius quē fratre Petro, & Nicolaū Gualthū ducatuī & Lucianū Aurū clāssi maritimæ præficiunt. Bernabos verò, q̄ filiā regi Cypro in matrimonio collocauerat, eā cū .i. triremibus. 6 C. telanis, & toridē Venetis, honorificē ad maritū in Cyprū misit: quibus triremibus Perinus deinceps terra mariq̄; Famagustā oppugnat. sed frustra acriter, q̄ in præsidio erat, vbi bē defendētib⁹, disiectaq̄; etiā ventis & pcellis classe. Nō cessabāt hū Veneti, hīc Genuēsēs maria ipsa, tū inferū tū superū vexare. Nā dū Carolus Zenus classis Venetę præfectus, Tyrrenū mare Genuensibus infestū reddit, Lucianus Auriā Adriaticū cū magno Venetorū detrimento discurrit, ab Iadera vbi stationes habebat, in Venetos mouēs Iadera nanq̄; regis Vngarię erat. Ob hāc autē iniuriā cōmoti Veneti, cū allicere ad certamē Lucianū non posseot, Cataū & Sibinū ipsius regis oppida incēdūt. Interim verò mortuo Galeatio Vicecomite, anno domini 1329, tota ferē Insubria ad Bernabouē inclinatura videbatur: qua ex re maximā voluptatē cepēre Veneti, sed frustra: nā & dimidia pars regionis primò, deinde tota Ioāni Galeatio nepoti obtigit Lucianus autē Genuensium præfectus, Polā mouēs classē Venetorum in portu ipso superat & capit. Verū dū incautē nimū in hostis fugientem ruit, læca trāsfixus moritur. Vtraq̄; classis & victrix & victa Iaderā perducitur: quō itatī Genuēsēs Petū Auriā in demortui fratris locū mīlere cū triremibus nouē, alijs nauigij cōpluribus. Qui victoriā fratris recētes, ad duo milia captiuorū inuenit deprehēdit: multo in prælio & in vndis pisse. Oppugnabatur & terra Veneti à Carrariēsi eiusq̄; socijs, quos ante commemorauī, quibus Veneti Albericū Barbianū Cuij comitē, egregiū copiarū ducem, opposuēre. At Petrus Auriā Genuensū præfectus 60. triremium totidēq̄; nauigorū cōparata classē, Venetas cōcedēs, Gradū Comaclū, Capulas vi captas incēdit. Inde verò Clugiā mouens, à præsidio Veneto aliquandū egregē defensam, tandē eā vi capit. Patruino tyranno cōmeatū submissate. Cecidisse ea oppugnatione ad 6. milia hominū cōstat, & ad 30. & 24. ex Venetis captos Iaderāq̄; missos Italiebri tamen pudicitia in ara clade ignotū est. Fracti autē tanta calamitate Veneti, cum nec terra, nec mari auxilia

speraerēt, captiuus Genuensū ē carcere liberatis, eiusq̄; Clugiā ad præfectū Genuensū impetrandā veniā causa missis, pacē petiuēre eas accepturi leges, quas victor imposuisset. Genuenses verò superbia elati, vt victorū facere cōsueuerūt, Venetos reijciūt, nisi se ac sua oīa dedētes qui ad tuendā patriā cōneris, deductis ante portus fauces catenis ferreis dispositisq̄; in litore portus 30. equitibus, totidēmq̄; pedibus ad vnū aliquē ex eubus respiciunt quē bello præficerent. At verò dū fluctuarent in tāta perturbacione, quom potū simū deligerent, incerto auctore vox audita est, vnicū Victorem Pisanū, qui Genuenses optimē nosset, idoneū esset q̄; cātę rei præficeretur. Non est audita temerē eā vox, quasi auspiciatō emissa. Ad carcerem concurrunt omnes (eō .n. deductus fuerat ob rem malē ad Polā gestā) eductumq̄; bello maritimo solum præficiunt. Instabant Genuenses, & captis circumquaq̄; castellis, ingredi vrbem parabat: quos post lōgā pugnam Ioānes Barbadicus armatis lenib⁹ quibuldā pfacilē repulit, cū p̄gredi vltorius in æstuarijs illis triremes Genuensū nō possent. Hac etiā arte Barbadicus vsus est: inuenta tum primū à quodā Teutonico bombardā fuit à sauro & tonitru sic dicta, nulla erat scapha Venetorum, nullus lembus, q̄ nō duas bōbardas & eo amplius haberet: quibus multi Genuenses, vt à re insolita, nec ad præcauendum scita, opprimebantur. Singulā .n. bōbardę vno ictu binos ternosve plerūq̄; necabant cū p̄gertū in triremibus declinare ictus. vt in terra, non liceat. Adhortabātur autem Veneti Bernabouem Vicecomitem, socium & amicum ita Genuentes bello premere, vt obsidione tā graui liberarentur: si .n. cōmeatibus carebāt. De Venetis tum q̄dem actum fuisset, si (vt Carrariēsis admonēbat) Genuenses cauisent ne cōmeatus mari Venetis importari possent. Bernabos autem Venetis aliqua ex parte satisfacturus, exercitum suum in Genuenses mittit, q̄ vallem Pulcesera deprædatus, acceptisq̄; decem & nouem milibus nummū auri, omnib⁹ Genuensibus, auro cum Bernaboue, nō ferro decernentibus, onustus præda in Insubriam redijt. Non est vltus ea felicitate Astorgius Fauentinus, eō cum equitatu à Bernaboue missus. Vrbi enim appropinquās ab erumpente populo Genuensū funditur fugaturq̄; ægē quidem Astorgius euasit iustico cucullo indutus. At Caloioānes imperator Græcorum cum Venetis ientens, Foram Genuensium

Bom
de
prim

Constantinopoli vicinam, oppugnare adortur. Videbat enim Genuenses pluribus bellis, & quidem grauissimis implicitos, sed Andronicus eius filius, patri ac Veneto æque hostis, Turcorum, Bulgarorumque præsidis & societate fretus, eam acerrimè defendit: eoque terroris patrem deduxit, vt in partes Genuensium statim transfret.

Interim verò Vrbanus non intētus componendæ paci inter Christianos, vt par erat, sed iniurias à Ioanna regina acceptas vlcisci cupiēs. Ludouicū Vngarię regē impulit, vt Adreasij fratris mortem se adiuuante vscisceretur: qui Carolū filiū in Taruisinis contra Venetos dimicantem in Ioannam concitans res Venetorum propè afflictas, meliusculas facit.

Superuenit & Carolus Zenus Venetus, vir bello nauali egregius, qui depressis duabus onerarijs nauibus ante portum Clugiensem, edecessitatis Genuenses perduxit, cum educere naues suas non possent, clausis reliquis ostijs, vt ipsi obsidentes, quàm obsessi maiore rerum omnia penuria laborēt. Sed nihil æquè Genuenses afflixit, quam Petri Aurix mors ictu bōbardæ interfecti, dum munimenta Clugiæ acriter defendit. In cuius locum Matthæus Rufus statim successit, dum Clugiam peteret cū nouis triremibus, apud Manfredoniam Thadæum Iustinianū cum sex triremibus annonanonus cepit. His verò cladibus motus Agapitus cardinalis Colūna, & Genuenses & Venetos sæpe ac frustra ad pacē adhortatus est. Sed hi de vita & sanguine, non de imperio inter se dimicantes, sanis bene admonentiū consilijs nusquam obtemperarunt. Postremò itaq; Genuenses Clugiæ obsessi, cum erumpere non possent, premente Veneto, habere ve cōmeatus nequirent à Matthæo Ruso, Patruinoque domino, qui id se facturos breui pollicebatur. deditiōnem fecere kalendis Iulij, millesimo trecentesimo octogesimo. Capti autē sunt ea deditiōne ex hostibus, ad quattuor millia trecenti & quadrāginta. Plures autem fame & ferro in ipsa oppugnatione periisse constat. Non quiēuere tamen tanta accepta clade Genuēsēs, qui cū triremibus octo & triginta Tergestinos deficere à Venetis ad patriarcham Aquileiēsem compulere. Cepere & Iustinopolim, excepta duntaxat arce. Aucta deinde classe, Venetias iterum cōtendunt: sed cum nemo ad certamen prodiret, in Istriam redeunt, Pōlam urbem vi captam incendunt. Multæ vtrinq; cædes inuicem acceptæ datæq; sunt. Veneti tamē bello terrestri à Carrario opprobantur, licet Iacobus Caballus egregius copiarū dux eos acerrimè tutaretur, dū Taruisiū oppugnatur, quod fame in hostiū potestate se è venerat. Verū cum fessus & defatigatus iā vterq; populus tā diutino & atroci bello esset, dux Sabaudix pacē inter eos hac formula cōponit octauo kal. Septemb. millesimo trecentesimo octogesimo primo: vt regi Vngarię decimo quoq; anno Veneti septē millia nummū aureorū persoluerent si nullū piratam in suis Dalmatię locis tutū esse pateat, nisiq; nullibi sal fieri sineret, vtq; patriarchæ Aquileiensi in Foro iulio eadē maneret cōditio, quæ ante bellū fuerat. Venetis autē & Genuensibus imperatū, vt captiuos alterutrū incolumes demitterēt, de prædā vtrinq; capta nullā mētio. Mandatū Patruino, vt ab obsidione Taruisij recederet: vtq; arces & turre in stagnis & ad fluuiorū ostia excitatas, statim demoliretur, termini inter Venetū & Patruinū positi. Interea verò Carolus, quē diximus à pōrtificē ex Vngaria contra Ioannam accitū, cum octo millibus equitū in Italiam veniēs, Arretiū primò in potestate suā redexit, Guelphorū & Gibellinorum seditiōibus diu agitatū. Inde verò in Florentinos mouens, à Ioanne Haucut, qui tū Stagix erat, propellitur: Sed Florentini veritine sustinere tanti regis impetum non possent, pacem à rege datis quadraginta millibus nummū auri redimunt. Haucutque sine stipendio dimittunt; qui Bagnacualum Nicolao Albertoque Estensis vendidit; quod facilius retinere Fauentiam in sua potestate possent: quam tamen haud ita multò pōst amifere, Astorgio Manfredo eam quidem proditiōne adepti. Carolus verò salutato Romæ Urbano, regnum ingressus, superatis etiam Ioannæ ducibus; Neapolim dedentibus ciuibus capit. Obsidebatur in castello nouo regina, cum Arretini Guelphū tumultu excitato, Iacobum Carazolum Neapolitanū ciuem; eò à regemissum, fugere in arcem compellunt. Configere eò & Gibellini: quibus certè viri æquus non magis quàm Guelphus consulebat. Volebat enim omnia pari iure in ciuitate agi. Accito itaque ob acceptam iniuriam Alberico Barbiano à Tūdertinorum finibus, vrbe ingressus, dum Guelphos ad officium redigere conatur; Gibellinorum quoque bona diripit. Ferrabac autem aliter copiarum dux Albericum secutus, quod reliquum superauerat in Arretio, abasit. Dum hæc ad Neapolim & Ar-

retium agerentur, noua belli nubes Italiam
 imbrauit. Nam Ludouicus Andegauenſis à
 regibus Francorum originem ducons, Italiam
 ingreſſus, cum triginta millibus equitum, non
 longè à Bononia confederat, à Clemente anti-
 papa impuſſus: non tam vt reginam Ioannam
 obſeſſam liberaret, quàm vt Vrbanum armis
 pontificatu deiſceret. Hanc ob rem Carolus o-
 miſſo Arretio, Albericum & Ferrabac ad ſe
 vocat. Florentini quoque Ioannem Haucut
 rogatu Vrbanum ad Carolum miſere. Ludoui-
 cus autem per Marſos iter faciens, ad Caſſinè-
 ſem ſaltum iam peruenerat. Adhuc enim ad
 duodecim millia equitum exſpectabat: qui I-
 taliam ingreſſi duce Andegrano, per Placen-
 tinum, Lucenſem, Florentinum, Senenſem a-
 grum iter facientes, Arretium iam peruene-
 rant: urbemque à Guelphis introducti, poſt il-
 latam ab Alberico cladem, diripuè. Deſen-
 debatur arx Guelphorum præſidio, quæ die-
 bus quadraginta oppugnato, in Gallorum po-
 teſtatem propediem ventura erat, niſi Ludo-
 nici Andegauenſis mors interuiſſet. Tum
 Andegranius re cognita, hortantibus Arreti-
 nis in arce obſeſſis, urbem Florentinis vendi-
 dit, in Galliasque redijt. Andegauenſes autem
 milites morte ducis conſilio carentes, bini
 ternive mendicantes etiam in patriam rediè-
 re.

Tum verò Vrbanus terrore Gallico libera-
 tus, Neapolim ſe conferens, à rege petit, vt ſi-
 bi liceat creare nepotem ſuum Campanum
 principem: quod cum impetrare nequiuiffet,
 homo ſub ſpecie iuſti & honeſti minus Vrba-
 nus ac nulli gratus, ad minas conuerſus, eo i-
 racundiæ regem compulſit, vt cuſtodijs adhi-
 bitis per aliquot dies prodire in publicum
 nequiuerit. Verùm diſſimulata ad tempus in-
 iuria, Nuceriam ad vitandos æſtus, vt ipſe di-
 cebat, cum bona regis venia profectus, com-
 munitaque firmis præſidijs vrbe, & nouos car-
 dinales creat, & ſeptem ex veteribus in carce-
 rem conijcit, quod diceret eos cum rege & an-
 tipapa contra ſe coniuraſſe. Præterea verò &
 proceſſum, vt iſtorum more loquar, contra
 regem inchoauit, miſſa de more citatione,
 qui breui ſe venturum Nuceriam reſpondit,
 diluitorumque obiecta crimina, non verbis
 modò, verùm etiam armis. Nuceriam itaque
 cum ſatis magno exercitu veniens, urbem ob-
 ſidet. Motus autem hac indignitate Raimun-
 dus Balcianus è gente Vrfina comitis Nolani
 filius, qui poſtea Tarentinus princeps eſt ha-
 bitus, ſuis copijs fretus, quas ſub rege ductaue-

rat, Vrbanum cum tota curia ad proximum li-
 tus deductum, Genueſium triremibus adin-
 ſtructis paratiſque impoſuit. Quibus dum Ge-
 nuam pontifex deſertur, ex ſeptem cardinali-
 bus Nuceriæ captis, quinque ſaccis inuolutos,
 in mare demerſit.

At verò mortuo Ludouico Vngariæ rege,
 proceres Vngariæ Carolum ſtatim per legatos
 accerſunt: qui eò profectus dum conuentum
 ad res componendas celebrat, curante regina,
 quæ odium diſſimulauerat, obtruncatur, anno
 milleſimo trecentefimo octogefimo quinto,
 quo tempore Ioannes Galeatius Bernabouem
 Vicecomitem, cui erat ex fratre Galeatio ne-
 pos, captum in carcerem Modoëtiæ conijcit,
 ac coniectum uſque ad mortem detinet, eiuf-
 que ditione potitur. Prius enim dum patri-
 monium diuidunt, Papiæ, Verceilæ, Nouariæ,
 Dertona, Alexandria, & cætera ad Appenni-
 num à peſque pertinentia Galeatio, Placentia
 verò, Cremona, Parma, Lauda, Brixia &
 Bergomum Bernaboui forte obtigerant, Me-
 diolanum autem vtrique commune erat.

At Vrbanus circumactò anno, quo ſe Ge-
 nuam contulerat, intelligens eccleſiaſticis ci-
 uitatis à Florentinis ad libertatem, vt antea,
 incitari, Lucam primo, mox Senas & Peru-
 ſium peruenit. Confirmatis deinde aduentu
 ſuo ciuitatibus, deſiderio vt ipſe dicebat, vi-
 dendi Neapolim, Ferrentium uſque proficiſ-
 citur: ea mente reuera, vt Ladiflaum admodum
 puerum & Ioannem Caroli filios, hæreditate
 paterna deturbaret. Multi enim proceres Lu-
 douico Andegauenſi ſtudere ſoliti, potiundi
 regni ſpem ei præſtabant: ſed magna uſi fide
 Caietani, pueris in vita retentis, regnum quo-
 que cum ſumma laude ſeruauerunt. Pontifex
 itaque re inſeſta Romam rediens, cum mag-
 no apparatu honoreque pluſquam dici po-
 teſt, à populo Romano in urbem ſuſcipitur: li-
 cet haud ita multò poſt à Banderetijs inſidias
 perpeſſus ſit, quas certè omninò deuitauit &
 ſuſtulit, creatis vna die nouem & viginti Car-
 dinalibus: quorum de numero Romani tres
 ſunt habiti. Reliqui verò ferè omnes Neapo-
 litani fuère.

Interea verò Antonius Scala Veronenſis, &
 Franciſcus ſenior Patavinus dominus, grauif-
 ſimo inter ſe bello contendere, Ioanne Vbal-
 dino Carrarij, & Ioanne Ordolpho Scaligeri
 copias ducentibus. Verùm Galeatius Viceco-
 mes inſtigante Carrario ſuperatis Scaligeris,
 Verona Vicentiaque potitur. Neque hoc qui-
 dem

dem contentus Galeatius, paucorum mēsum obfidiōne Pataviū capir, ac Frācifcum Carriarium in carcerem Modoētianum cōjcit. Eius verò filius Francifcus iunior, fuga salutem fibi quēfuit. Florentini quoq; augendē ditionis cupidi. Politianum Lucinianū oppida ex vereri Senēfium dominatu, arte magis quā viribus in poteftatem fuam redegēre. Pręerea verò Carolū Bernabovius filium, & Antonium Scalā cum quinq; millibus equitum in agrum Senenfem hoftili animo immittit. Hanc ob rem Galeatius motus, legatos ad Florentinos mittit, qui fuo nomine conquerantur, Carolū Vicecomitem & Antonium Scalā hoftes fuos, à populo Florentino, quo cum ipfe pacem antea inierat & fœdus, mercede conductos effe, vexariq; ab eis bello Senenfes amicos & focios contra ius faſq;e. Legatis item mandatū eſt, vt niſi ab iniuria Senēfium difcederent, exauctorarentq;e fuos belli duces, Florentino populo bellum indicerent. Quò minus verò id ſtatim Galeatius faceret, Petri Gambacurtæ Piſanorum tyrāni precibus factum eſt, qui Galeatio & Florentinis amicis, rem inter vtrumque compositurum ſe prædicabat.

Interim verò Urbanus pontifex pontificatus ſui infeliciter acti anno vndecimo, menſe octavo, Romę moritur, ſepeliturq;e in beati Petri Baſilicā, paucis admodum eius mortem, vtpote hominis ruſtici & inexorabilis, flentibus. Huius autem ſepulchrum adhuc viſitur eam epitaphio ſatis ruſtico & inepto.

B Artholomæus Pirignanus, al ſcuzilul. Regens Cancellarię Apoſtolicę in Vrbe, abſente Petro de Montaruco Cardinale Pamplonenſe S. R. E. Cancellario, ex Archiepiſcopo Materano. & Archieruntino Archiepiſcopus Barenſis à Gregorio XI factus. Pōtiffex creatur Romę in conclavi Vaticano extracollegium Cardinalium ſexagenario maior, à xvj. Cardinalibus v. Idus April. anno M C C C. LXXVII. coronatus ante gradus S. Petri, die Paſ. hę, xiv. Kal. Maij: ſedit Cęfare Veneſſao Rege Romanorū annos xi. menſes vi. dies vii. Pernicioſiſſimū & teterrimum ſchiſma eiufdē occasione, alio Pontifice ab eiſdem Cardinalibus, qui eū elegerant, creato Clemēte vii. inchoatum, in quinquaginta annos productū eſt, Pontificatus ſui tempus Romę, Neapolj, Lúceriæ, Panormi in Sicilia; Genę Piſis, Lucę abſumpſit. Iobſile annū ex quinquageſimo ad trigefimū tertium reducens, eum anno M C C C. XC. tertio celebrari curavit. Carolū

tertium de Curacio vocatum, Ioanna Reginā priuata, Regem Neapolitanum creavit, coronavit: ac in obtinendo Regno pecunijs & cōſpectu adiuuit: cum quo poſtea ita inimicitias exercuit, vt eum anathemate notatum, eodem Regno exneret. Ordinationibus quattuor factis, Cardinales creavit LIIII. ex his quinque ſuſtulit vii. purpureę honore priuavit. Obijt Romę Idib. Octob. anno M C C C. XXCI. ætatis LXXII. Vacauit ſedes dies XVII. ſepultus in Baſilicā S. Petri, marmoreo ſepulchro, quod adhuc cum rudi hoc Elogio exſtat: & legitur.

*Hæc animo magnus, ſapiens, iuſtusq; Monarcha
Parthenopeus adest Urbanus ſextus in arca:
Ferebat ſidei latebras conferre magiſtris:
O decus, his ſictus ſemper poſt prandia ſiſtris
Schifmatibus magnis animo maiore regebat.
Omne Simoniacum tanto ſub patre tremebat.
Quid iuuat hunc terris mortali tollere laude?
Pro meritis e. ſi: ſplendet ſibi gloria valde.*

BONIFACIUS IX.



B ONIFACIUS nonus, patria Neapolitanus, Petrus cognomento Tomacellus antea vocatus, Romę Cardinalium omnium conſenſu pontifex creatur, anno Domini milleſimo trecentefimo octogefimo nono. Hic etſi annorū circiter 30 eſſet dū pontificatū iniit, ita tamen deinceps vixit in tam ſlarida ætate, & tanta peccandi licētia, vt nulla ei libido, nulla voluptas impingit vel obijci poſſet. Iuuentutem certē cum ipſa ſeneſcute commutaſſe videbatur. Fuit præterea tanti animi

consilijque, vt primus populi Romani vim omnem in pontificem transfulerit, creâti suo nutu magistratibus omnibus, munitaque sancti Angeli arce in mole Hadriani sita ad Tiberis pontem, quo ab vrbe in Vaticanum itur, munitisque item pontibus quibus in Transiberim Romani commentantur.

Verum dum Bonifacius nonus adhuc in pontificatu esset, Galeatius Florentinus & Bononiensis bello aggreditur, Ioanne Vbalduino & Lantedesco Petramala copiarum suarum ducibus, qui vallem Arni superioris ingressi, omnia longè ac latè populabantur. Iacobusque Vermes Bononiensem agrum suo nomine ingressus, ciuitati quoque multa damna intulit. Tum verò Florentini ad præcauenda mala solliciti, & Ioannem Haucut, & Carolum Bernabouis filium, & Antonium Scalam cum quattuor equitum, peditum duobus millibus, Bononiensibus socijs & amicis auxilio misere. Sollicitare præterea litteris & nuncijs Stephanum Bauariæ ducem, ad quem Franciscus iunior confugerat, & Iacobum Armeniaci comitem magna mercede conductum, vt in Italiam contra Vicecomitem descenderent, eumque à ceruicibus suis ad propria tuenda auerterent. His cohortationibus motus Franciscus iunior, mutata veste fauentibus Venetis, secreto tamen, Patauium ingreditur, vrbeque potitur. Subsecutus verò Bauariæ dux, vrbe ingressus, oppugnare arcem non destitit. Veronenses autem harum rerum permutatione moti, pulso Vicecomitis præsidio, Antonium Scalam ad se vocant, qui ferè his diebus in Etruria mortuus erat, relicto vnico filio in prima pueritia adhuc superstite. Qua quidem re cognita, poenitentia ducti, in primis Vgolotum Blancardum, qui in Cremonensi agro cum exercitu Galeatij erat, ad se vocant, impetrata prius errati venia, persolutisque aliquot millibus nummum auri, ad redimendam tanti erroris culpam. Ingressus vrbe Blancardus, retinere milites à direptione tam opulentæ vrbe nequaquam potuit. Vxor verò Galeatij tantæ ciuitatis calamitatem miserata, triduo post militibus direptionem inhibuit. At dux Bauariæ conquestus se mercede à Florentinis defraudatum, ab oppugnatione Patauina arcis in Germaniam discessit. Tum Florentini præbere aditum Alberto Estensi, qui iam pridem ab amicitia Galeatij discesserat, Ioannem Haucut Carrariensis locio auxilio misere: cuius fortitudine & a-

stu arx Patauina in deditiōnem breui recepta est. Vnde Galeatij copia, quæ ed recuperandæ vrbe causa venerant, in Vicentinos secessere. Descenderat iam tum etiam comes Armeniaci è Florentinis mercede conductus, per Taurinos in Italiam cum viginti millibus equitum, Castellatumque in Alexandrinis vi captum diripuerat, quare Galeatio necesse fuit copias suas è Vicentinis reuocare, quas hosti opponeret. In suburbio Alexandrino cōfederant Mediolanenses, in quos delati Armeniaci sine vllō ordine, excidium ipsis militibus & ciuibus minabantur. Pugnatum est pro portis aliquandiu, & ab Italis tandiu protracta pugna est: donec sui (quos circumacto itinere ad carpendum extremum hostium agmè miserant) nil tale opinantes, aggredierentur. Dū pugnatur, superuènere illi: atque ita à tergo, à lateribus, à fronte cæsi, prius penè oppressi sunt ingenti cæde, oppidanis etià superuenientibus, quàm discrimen in quod delati fuerant, cognouerint. Comes ipse Armeniaci tanti exercitus dux captus, ex vulnere in prælio accepto statim moritur. Capti & Rainaldus Ianfiliatus & Ioānes Riccius Florentini equites, qui Armeniacum in Italiā duxerant. Tū verò Galeatius tanta victoria fretus, patrem copiarum in Haucutū mittit, qui ea mente Artesim & Mintium traiecerat, vt se cum Armeniaco coniungeret. Verum Haucutus re cognita, quanta maximè verelitate potuit, in Patauinos mouit, non paucis suorum in itinere amissis ob deriuatas passim à rusticis aquas, ne redire hosti impunè liceret. At Florētini bello pressi à Iacobo Verme, qui ed à Galeatio cum duodecim millibus equitum, peditum quattuor, missus fuerat, Haucutum reuocant, qui hostes Florentinorum, quibus par esse appetto Marte non poterat, miris artibus ludificatus est. Interim verò hortante Bonifacio pōtifice, & Antonio Adurno Genuensium duce, pax æquis conditionibus inter Galeatium & Florentinos Genuæ composita est. Sed dū vnū incendiū extinguitur, alterū exardescit. Nā & Franciscus cognomēto Vicus, vrbe præfectus Viterbiū pōtifici proditiōne absculit: & Petrus Gambacurta Pisarum dominus, à Iacobo Appiano publico scriba, & omniū cōsiliorū suorū participante cū filijs occiditur, ipseque Appianus dominatu potitur. Mortuo autè Alberto Estensi, Accius & ipse Estensi familia ortus, iā pridem patria pulsus, adiuuantibus Cunij comitibus, redire in patriam instituerat. Sed tu-

eoꝛes Nicolai pueri Alberti filij, sumptis armis Accium Ferraria summouentes, Lucum & Concilię oppida Ioanni Cunio promiſere, ſi Accium interficeret. Tum Ioannes compoſita fallacia virum Accio perſimilem interficit, & acceptis oppidis, verum Accium in publicum producit. Non commiſiſſet tantum facinus Albertus ex eadem familia ortus, cui plus Itali debent quàm omnibus ducibus, qui tum fuere, primus enim docuit Italos bella gerere, iam pridem arma ferre deſuetos, quibus ſe deinceps ab inſeſtino externoque hoſte cutati ſunt. Prius enim ſi quid gerere Itali vel inter ſe, vel in barbaros voluiſſent, accire externum inſitum opus erat. Sed tanta militum copia hoc ducem breui ſuborta eſt ſub vexillo S. Georgij, vt Britones, qui prouinciã noſtram & eccleſiæ caſtella euerterant, Teutonicos, Anglicos poſtremo omnia vaſtantes Italia expulerit. Hinc Brachiani & Sfortiani milites originem habuere, quorum armis Italia apud exteros tantum nominis confeſcuta eſt, vt aut exteri timore percuſi quieuerint, aut audientum ad nos tentantes, magnis cladibus ſuperati ſint. Interea verò mortuo Clemente 7. ad ulterioꝛem pontificem in eius locum à Cardinalibus tanti ſchiſmatis auſtoribus, Petrus Luna Benedictus 13. appellatus, Auinione ſuſſicitur.

Succeſſit tum etiam Carolo imperatoꝛi Romano Vinceſlaus filius, à quo Ioannes Galeatius Vicecomes Mediolanenſis ducatus titulum accepit, miſſo oratore Petro Philargi Mediolanenſi archiepiſcopo: qui poſtea Romanum pontificatum adeptus, quintus Alexander appellatus eſt. Galeatius autem mortuo Ioanne Haucit Florentiã ſepulto, quo vno duce in rebus bellicis tum maximè Florentini utebantur, mittere Alberico ſuis copijs in Erruriam coſtituit: qui Florentinos Appianum Piſanoruꝛum tyrannum bello laceſſentes, in officio coſtineret. Erant in eo exercitu Paulus Vrſinus, Ceculus, Brolia Brandulinus, Paulus Sabellus, Lucas Canalis, cohortium præfecti inſignes: qui ſimul coniunctis copijs animiſque oppugnare Florentiam adorti, ad monaſterium Carthuſienſe caſtra poſuerant: inde crebris incurſionibus tum agros, tum ciuitatem Florentiam continuò vexabant, cædibus, rapinis, incendijsque omnia complentes, anno Domini 1397.

Quo quidem tempore & Bonifacius Peruſium ſe contulit nobilitatem pleberjs Raſpanibus conciliaturus. Sed plebs præſente ponti-

fice præter datam fidem arma capiens, interfecit ad octoginta ex optimatibus, Biorðum & Michelorum plebeiarum partium principes in vibem intromiſſos, dominos conſtituunt. Indignatus autem ob eam rem pòtifex, Aſſiſum petens, inde ad ducem Galeatium oratores miſit, qui eum adhortarentur, vt oppugnare Mantuam deſineret: quam tum aqua & terra obſidione premebat; accito in Calpinam Gallia ad id belluꝛ Alberico Barbiano.

Hanc autem ob rem ex foedere Florentinis licuit & Venetiſ belli focijs Mantuano auxilium mittere, Carolo Malateſta Mantuani fororiorio tantarum copiarum duce, quingenti clade Galeatij exercitum apud Governolum proſtigauit, erat tum quoque in animo Florentinis Piſanos bello perſequi, ſed eos à tanta re auertebant Pupij Balnei que comites, & Vbertini rebelles, qui Florentinæ ciuitati exitium minabantur, ſi in Piſanos mouerent. Verum mortuo non ita multo poſt Iacobo Appiano, filius Gerardus patri ſuccedens, cum retinere Piſas in poteſtate ſua non poſſet, ob ſeditiones à Florentinis excitatas, urbem ipſam Galeatio Vicecomiti vendidit, Plumbino oppido tantummodo ſibi ac ſuis relicto, nihil ſmo trecentefimo nonageſimo nono.

Interfectio autem Biorðo Lantedeſci inſidijs, Peruſini vindicare ſe in libertatem conati ſunt. Verum cum Vgolinus Trincius Fulginas pontificis vicarius eius nomine Peruſium in ditionem eccleſiæ trahere conaretur indignati ciues, Galeatio ſeſe dedunt: qui poſt menſes duos Bononia quoque & Luca falſo potitur. Hinc maior timor Florentinos inceſſit, paſſim de ſe ac libertate ſua actum dicentes, niſi Galeatius morte à medio auferetur. Appropinquante verò Iobilei anno, legati Romandrum pontificem adeunt, rogantes vt Aſſiſio Romam proſciſceretur: qui etſi id magnoperè cuperet, tamen diſſimulato deſiderio, facturum ſe quod petebant, negauit: quòd diceret eos noluiſſe recipere: ſenatores ex nobilitate externa ſecundum conſuetudinem & inſtituta pontificum: quòdque camera conſeruatores ſuoapte ingenio elegiſſent. homines quidem parum idoneos, & quorum licentia Bandereſijs omnia licerent. Tum verò Romani, vt rem gratam pontifici facerent, & Bandereſios tollunt, & Malateſtam Pandulphi filium Piſaurienſem, virum doctum, pontificis nomine in ſenatorem recipiunt: pecuniasque in ſuper Bonifacio dant, quòd ei proſci-

cisci ad urbem liceret. Urbem itaque ingressus, munita mole Hadriani (vt antea diximus) mœnibus & turribus, dominatu urbis sensim potitus est. Celebrato deinde Iobilei anno, M c c c c. quo innumera ferè hominum multitudo ad Urbem religionis causa venerat, Florentini Galeatium à ceruicibus suis auertere cupientes, Robertum Bauariæ ducem, quem imperij electores abrogat ob ignauiam Vincelao Bohemo, delegerant, hac conditione in Italiam vocant, vt non promissam mercedem accipiat, quàm Vicecomitis ducatum attigisset, qui Brixianum agrum ad Benacum ingressus, parte pecuniarum accepta, cum Galeatij copijs congregiens superatur, ac Tridentum fuga petit. Retinere hominem Veneti & Florentini multa polliciti, quò minus in Germaniam rediret, nequaquam potuère. Tum verò Bonifacius, sine Vicecomitum potentiam veritus, siue augendæ ditionis ecclesiasticæ cupidus, Annatarum vsum beneficijs ecclesiasticis primus imposuit, hac conditione, vt qui beneficium consequeretur, dimidium annui proventus fisco apostolico persolueret. Sunt tamen, qui hoc inuentum Ioanni vigesimo secundo ascribant. Hanc autem cõsuetudinem omnes adnisière, præter Anglos, qui id de solis episcopatibus concessere in ceteris beneficijs nõ aded. Confirmata hoc modo, pecunijs, arce, magistratibus suo nutu in vrbe delectis, ditione ecclesiastica pontifex Ladislum adolescentem Caroli Neapolitani regis filium, in regnum paternum restituit, à tyrannis & populis occupatum, qui Ludouici Andegauensis partes secuti fuerant. Quo autem facilius & honestius id fieret, priuationem Caroli ab Urbano sexto Nuceriæ factam, abrogauit: cardinalemque Florentinum Caietam misit, quæ sola in fide remanserat, vt & eo loci adolescentem coronaret, vbi summa cum fide seruatus fuerat.

Vicecomes autem redeunte in Germaniam imperatore Roberto copias suas in Alberico duce ad opprimendum Ioannem Bentiuolum misit, qui Bononiense in urbem in tuam redegerat potestatem, pulso Vicecomitum præsidio. Militabant tum in exercitu Galeatij, Franciscus Gonzaga, composita inter eos pace: militabat Pandolphus Malatesta, Caroli frater: aderat & Orthobonus Rubeus, Parmensis eius: quorum nominibus perterriti Florentini, Bernabouem copiarum suarum præfectum, Bononiensibus socijs au-

xilio mittunt: cuius aduentu Bononienses armis aucti, hosti mœnibus appropinquanti occurrere audent: quo prælio superati, omnem equitatu cum Bernaboue in ipsa pugna intercepto, amisere. Captus etiã eo prælio Iacobus Cairaria, Francisci Gonzagæ precibus conseruatur. Aufugerat tum cum paucis Bentiuolus in urbem: quam dum aciter nimium tutatur, in globum incidens, cum viuus capi non posset, obruncatur. Potitus itaque deinceps, nullo resistente Bononia Galeatius, magna terrorem Florentinis iniecit. Ed enim se breui moturum omnem belli impetum ostendebat. Verùm morte eius adiuti, vt ipsi optabant, non ita multò post tasto metum liberati sunt. Mortuo autem ex febre Ioanne Galeatio apud Merengnanum, cum ante cometes tantæ mortis iudicium apparuisset, anno millesimo quadringentesimo secundo, multo repente tyranni oborti sunt, aut ciuitatum suarum principes, aut cohortium præfecti, à militibus ducis ob largitionem ad occupandas ciuitates adiuti. Oborta tum quidem infinita mala sunt, cum nemo vnus præfesset, qui vitia hominum imperio & auctoritate compesceret. Innouata est etiam Guelphorum & Gibellinorum pernitiōsa seditio, quæ ducentis & eo amplius annis per Italiam vagata, omnes ciuitates ita ad arma ciuiliū concitauit, vt feruè ad internecionem certatum sit. Nam Vgotianus Caualcabos, oppressis Gibellinis, Cremona imperitabat: Parmam Ortho tertius, interfectis ac pulsis Rubeis, obtinebat: Soardi Bergomum, Rusconij Comum, Viginatæ Laudam: Verceltas, Alexandriam, plurimamque per eam regionem oppida Facinus Canis dux copiarum egregie vi occupauerat. Omitto reliquos tyrannos à Galeatio pulsos, qui tuta quidem redeundi ad tyrannidem & dominatum spem aliquam sumpserunt. Maximè verò Guillelmus Scala & Carolus Vicecomes Bernabouis filius, qui principes omnes & populos ad defectionem sollicitabant. Hinc etiam Pynus Ordelaphus patria pulsus, Foroliuio positur. Albericus quoque Cunij comes, Fauentiam bello pressam in sui potestatem redegisset, nisi à Ladislao adhortante etiam pontifice in regnum accitus properè fuisset: magnusque conestabilis, vt eorum vocabulo utar, creatus. Miserat & ed cum satis iusto exercitu fratrem suum pontifex, vt regi auxilio esset: qui à Neapolitanis repulsus, Perussum mouens, ciuitatem ipsam in potestatem pontifi-

ois breui redegit. At Baldefar Coffa Neapolitanus ciuis, S. Eustachij cardinalis, Bononienfes aliquandiu obfessos, redire tandem ad ecclesiam compulfit, Brachio Montonio copias ecclesiasticas ducete, quem vt virum in re militari præstantem Alberic in Flaminia reliquerat. Sub eo enim ad inuente ætate militauerat, ordinesque duxerat. Idem etiam contingerat Sfortiæ, è Cotignola Flaminia oppido originem ducente: quorum virtute militia Italica ita breui creuit, vt qui duce in re bellica deinceps indigerent, altero istorum vteretur. Hinc illæ factiones militares exortæ sunt, vt 60. iam annis nihil propè gestum in Italia sit, quod nõ alteri istarum ascribi possit. Qui enim à Brachianis opprimebatur, vicissim à Sfortianis alteram factionem precio cedebat. Albericus autem (vnde tanquam ex equo Troiano innumerabiles belli principes emanarunt) Neapolim diu oppugnatam, tandem in potestatem Ladislai recepit. Qua victoria moti omnes regni principes ciuitatesque, statim in deditionem regis peruenere. At verò Ladislaus regnandi cupidus, priusquam fundamenta regni Neapolitani confirmasset, accitus ab Vngaris, ad illud quoque regnum iure hæreditario suscipiendum cum copias traiecisset, laderamque obsideret certior ab amicis fit, Neapolitanos & aliquot regni proceres ad defectionem spectare. Iadera itaq; positus, eademque Veneris diuendita, Neapolim redijt: reuocatoque è Flaminia Alberico (eò nanque ad suos visendos profectus erat) omnes proceres dominatu priuauit. Recusantes autem parere, è patria deiecit. In Seueri natura verò familiaris crudeliter animaduertit, primatibus ipsis vltimo supplicio affectis.

Bonifacius autem in tanta rerum perturbatione diu afflictatus, dolore laterum tandem moritur, pontificatus sui anno quartodecimo, mense nono, millesimo quadringentesimo quarto. Sepeliturque in basilica Petri sepulchro marmoreo, vermiculato opere distincto, quod adhuc cernitur, cum gentilitijs insignibus: quæ item indicant, multa ædificia tum in mole Hadriani, tum in Capitolio, tum in palatio Vaticanæ huius iussu & impensa ædificata fuisse. Huic autem pontifici ad summam gloriam nil certè defuisset, nisi affinium & cognatorum affinitatibus obtemperans, aliquam notam contraxisset. Multa enim crimina per Simoniacam prauitatem committebantur, petentibus contra ius fas-

que omnia tum fratribus, tum cognatis: quorum magna multitudo quærens gratia Romanam venerat. Indulgentiæ verò & quidem plenariæ ita passim vendebantur, vt iam vilesceret clauium & litterarum apostolicarum auctoritas. Reuocare hæc omnia Bonifacius conatus, cognatorum precibus eò identidem redire cogebatur, vnde melius actû cum ecclesia Dei censeret, si pontifices reiectis affinis & cognatis, vel saltè in mediocri fortuna collocatis, pontificiæ dignitati potius, quàm carni & sanguini consulerent. Maximè verò hoc tempore, quo mortuo Tamburlano, qui Turcos superauerat, eorumque regem catenis vincitum secum trahebat, Armenios, Persas, Aegyptios Assyrios, sine gubernatoribus reliquerat: quæ ex re faciliè Christianis tum fuisset Hierusalem, ad sanctum Domini sepulcrum recuperare. In nostros enim conuersus, Albus suo pontificatu nouam superstitionem introducentes persecutus est. Ex alpebus nanque descendisse in Italiam anno ante iubileum presbyterum quendam cum magna hominum multitudine, ex patre meo, qui hominem viderat, intellexi. Is quidem albo indutus panno, tantam modestiam vultu ac verbis præferebat, vt ab omnibus sanctus haberetur. In Italiam itaque descendens, magnam hominum ac mulierum multitudinem in sententiam sui ipsius breui deduxerat. Linteis albis circumuoluti omnes sine discrimine, mares an foeminae, rustici an ciues, serui an liberi essent, passim veluti pecora, vbi nox oppressisset, dormiebant. Publicè in vicis epulabatur, perlatis vndique certatim quasi ad sacrum epulis, Crucifixum sacerdos ipso præferebat: quem lacrymari ob hominum errata dictabat. In quoties accidisset, succlamabatur omnes, veniam à Deo petentes. Laudes beatæ Virginis canebant euntes & stantes, hymnis ad id aptè compositis. Ex Cisalpinis autem Flaminiam, Etruriam, Picentes, aucta opinione sanctitatis veniens, non plebem modò rudem & credulum, sed & principes & episcopos ciuitatum in sententiam suam faciliè pertraxit. Substitit Viterbij cum magna multitudine labore itineris fessus, Romam inde, vt ipse dicebat, ad visenda loca sancta sanctarumque corpora venturus. Sed Bonifacius fraudè subesse veritus, quod diceret hominem superstiosum pontificatum appetere, adiunante illa multitudine, milites aliquot præmittit, qui hominem comprehensum ad se perducant.

Indulgentias vendere laeserat, quare viscebant.

Noua superstitio introducta.

Sunt qui scribant, huius fraudem quæstione detectam fuisse, hominemque in tanto facinore deprehensum, meritis penas luisse, igne scilicet, quo exustum ferunt. Sunt etiam qui dicant, nil fraudis in homine deprehensum fuisse: sed id fictum à pontifice abolendo rumori quo hominem per inuidiam captum & necatum affixabant. Vtrum verius sit, Deus nouit. Hoc tamen constat, post tantam collusionem, quæ partim hac superstitione, partim frequentia iobilei obuenerat, magnam hominum multitudinem pestilentia consumptam fuisse. In tantis autem malis, quibus provincia nostra afflictabatur, vnum tamen bonum in Italiam aduectum est. Ad nos enim Chrysoloras Bizantium litteras Græcæ attulit, quæ annis iam quingentis in Italia contulerant. Hinc græcæ latinæque linguæ scholæ exortæ sunt, Guarino, Victorino, Philelpho, Ambrosio monacho, Leonardo Aretino, Caroloque, ac plerisque alijs tanquam ex equo Troiano in lucem prodeuntibus, quorum æmulatione multa ingenia, deinceps ad laudem excitata sunt.

PETRVS aliàs Perinus Tomacellus, gente nobili, ex Nidi Curia ortus, ex diacono S. Georgij in Velabro, Presbyter Cardinalis tr. S. Anastasie ab Urbano 6. factus, Pontifex Romæ creatus est in conclau Vaticano, iij. Nonas Nouembris, anno M. CCC. XX. CX. Cardinalium XIIII. suffragijs, annum agens (non ut ait Platina circiter XXX.) sed XLV. Coronatus apud S. Petrum, III. Idus Nouembris, sedit Cesaribus Venceslao Bohemo, & Roberto Bauaro Romanorum Regibus in schismate contra Clementem VII. & Benedictum XIIII. Auenione commemorantes, annos xiv. menses xi. iobileum annum III. anno M. CCCX. ab Urbano VI. institutum, & quarto more veteri, anno M. CCC. celebravit. Primus Romanorum Pontificum post reditum Apostolicæ sedis ex Gallia summum imperium vrbs Romæ: ciuibus se dedentibus, obtinuit. Mausoleo Hadriani arcis instar, & Capitolio munitis, Pontificum ditionem stabilivit. maiestatem nutantem confirmavit. Ecclesiæ Romæ patrimonium Tyrannorum. vi. amissum recuperavit, Latium, Campaniam, Picenum, Etruriam, Flaminiam, & Aemiliam prouincias: item magnas vrbes Narniam, Tuder, Spoletium, vrbes veterem, Viterbium, Perusiam, Forumliuij, Fauentiam, Bononiam, ecclesiastico imperio restituit. Ioannis Galeatij Vice-

comitis primi insubrum Ducis vires, toti Italiæ formidabiles, repressit. Robertum Bauariæ ducem, & Rheni Comitem Palatinum, Venceslao ob ignauiam in ordinem redacto, Cæsarem designatum confirmavit. Ladislao Caroli III. filio adhuc puerulo Regnum Neapolitanum, quo Andegauenium factione pulsus fuerat, restituit, defendit, eumque Angeli Acciaiolii Legati Cardinalis opera Regem inunxit: eius patrem fato functum Urbani 6. diris absoluit. Ex duobus fratribus, alterum Spoletinum Ducem, alterum Piceni Principem beneficiario iure constituit. Palatium Vaticanum, quod nunc superest, perpetuæ Pontificum sedi inchodauit. Ordinationibus duabus factis. Cardinales 6. nouos creauit, v. superstites ab Urbano 6. priuatos, restituit. Obijt Romæ in Vaticano sexagenarius kal. Octob. Anno M. CCC. CIIII. vacauit sedes dies xv. sepultus in basilica S. Petri monumento lapideo, quod in ecclesiæ ruina dirutum fuit, cum hoc epigrammate:

*Flete super pugilem Claues, Crux, almā Tiarā,
Ecclesia viduata viro, simul in chya Roma,
En petra parua patrem sub calica sydera primum
Claudit, Apostolica solium qui rexit habena,
Catholicamq; fidem, seruans à turbine sanctum
Remigium Christi, victis virtute tyrannis:
Orthodoxus erat super omnes, arca superni
Consilij: sua iuratuens, & grandia tractans
Casaris ex animo fidei chypeatus honore:
Corpore conspicuus, roseus flos, flamine constans,
Auiditorq; placens, miseris miserator opimus:
Ossa iacent, mens alta polum felicibus alis
Ascendens, micat ante Deum noua lucis origo
Glorius Antistes. Quisnam Bonifacius alter
Nonus ut iste fuit? q̄ Chronica scripserit vnquam?
Quod hie genus parile dedit euo nomen? & omnes
De Tomacellis fulget, fulgebit in annos
Parthenopē lustras tulu hūc genus omne Latini
Quicquid alii tellus, & quod tegit omnia calum.*
Obijt M. CCC. CIIII. die IOctobris, pontificatus verò eius anno xv.



INNOCENTIVS VII.



II. Pont.

INNOCENTIVS septimus, patria Sulmonensis, Cosmatus antea vocatus, sanctæ crucis presbyter cardinalis, Romæ pontifex creatur, tumulvante tota Italia.

Mortuo enim Ioanne Galeatio, duobus filijs superstitis, sed adolescentibus, adhuc tota Italia ad arma respiciebat. Ioannes Maria maior natu. id enim ei nomen erat, ducatum Mediolani sibi vendicat: Philippus verò Maria minor natu, Papiæ dominatum, cuius comes iure habebatur, facillè obtinuit: reliquæ ciuitates, vt antea dixi, ad quinque enim & viginti fuisse constat, ab imperio Vicecomitum defecere. Nam & Paulus Guinifus ciuis Lucensis, patriæ dominatum sibi vsurpauit, & Franciscus Carrarius sublato è medio tanto duce. cuius arma mirum in modum timuerat, augendæ ditionis in magnam spem veniens, Veronam, Brixiam, Bergomum, Cremonam, legatos ad sollicitandos in partes suas Guelphos misit. Verùm vbi videt Guillelmum Scalam & Carolum Vicecomitem, qui imperia ciuitatum suarum desiderabant, posse conati bus suis obstare, Guillelmo Veronæ, Carolo Mediolani, acceptis ab eo mutuo triginta milibus aureis, dominatum pollicitus est. Reducto itaque in patriam Guillelmo, eodemque non ita multò post veneno sublato, Verona ipse potitur. Eadem quoque fraude Carolum aggressus est, cum is instaret, vt non apparentibus promissis, pecuniam saltem mutuo datam solueret. Litteris quoque Franciscum Gonzagam admonet, vt descendere in

partes suas spontè velit, amplectique eius amicitiam & societatem: sin secus esset animatus, habiturum se eum pro hoste, facturumque vt breui eius pertinaciæ poeniteat: fieri perfacillè id posse dicebat, cum Veronam Mantuanis finitimam adeptus, Brixiam quoque in potestatem suam breui sit redacturus, vnde per commodè Mantuanos bello premit. Nil res, ondere Franciscus instituit, priusquam Venetorum legatos audiret, quos in via ad se euntes intellexerat. Veneri enim Carrariorum potentiam suspectam habentes, Vicetiam detentibus vltro ciuibus in deditioem & tutelam recipiunt, quòd Francisci arma vererentur: quodque sub quouis alio, quam sub Patauino domino esse malebant: quippe cum inter Patauinos & Vicetinos immortale odium intercedat. Admonet tum Franciscum Carrarium Venetus, ne Vicetinos vestigales suos bello attingat: vtque ab expugnanda Colonia (quam suæ ditionis esse rebantur) abstineat: aliter Venetos bello persecuturos illatas iniurias. Respondet Franciscus mirari se Venetorum impotentiam, qui cum nullum ius in continenti habeant, leges tamen meritò imperantibus velint præscribere: irent, & æstuarijs se ac paludibus continerent: easque præesse ciuitatibus sinerent, qui eam facultatem à maioribus suis accepissent. Indignati mirum in modum Veneti, legatos suos, qui in via erant, admonet vt scedus & societatem cum Francisco Gonzaga inean: eumque primum copiarum suarum ducem deligant, addita pecuniarum summa, quæ ei stipendij nomine quotannis daretur. Tum verò Franciscus isto scedere maturandum ratus, quod iam hostes potitos Colonia intellexerat, conscripto magno militum numero, Veronenses ad eam partem adoritur, qua ad Mantuanos vergunt. Idem faciunt Veneti, ex Vicetinis è mouentes. Quo impetu Veronenses perterriti, cum nulla spes auxilij subesset, deditioem fecere. Oderant etiam ciues Franciscum Carrariensem, qui Guillelmum Scalam veneno necasset, eiusque filios occupata fraude Verona, in carcerem coniecisset. Dum urbem verò instructis aciebus ingrediuntur, ne qua fraus ab hoste subesset, Iacobus Carraria, qui ibi cum præsidio erat, repente cum militibus aliquot Hostilium profugit. Sed dum Padum trajicit, captus Venetias mittitur. Munita autem firmissimo præsidio Verona, inde cum omnibus copijs Veneti Patauium mouentes, urbem præ-

præaltis muris ac profunda fossa munitam, defensamque firmo præsidio obsident: & tandem post aliquot menses interclusis vndique com meatibus, in deditioem accipiunt. Confugerat in arcem Franciscus cum filijs ac nepotibus, quam tamen Veneti non ita multò post cepere, urgente eos qui in præsidio erant, ad deditioem fame. Franciscus autem captus ac Venetias missus, vnà cum fratre necatur. Hunc exitum & finem habuit, qui humanam cupiditatem secutus, spreta pace, omnia bello occupaturus videbatur.

Neque in hoc quidem malorum omnium finis fuit. nam vel ignauia pontificum, qui interdicitis antea, minis, armis postremò tollere discórdias consueuerant, vel schismate potius (quo tum ecclesia Dei multum laborabat) eò vnum erat, vt vilissimus quisque tyrannus post mortem Ioannis Galeatij, vnumquodque facinus quantumuis magnum aggrederetur. Innocentius enim dum adhuc cardinalis esset, carpere negligentiam & timiditatem priorum pontificum consueuerat, quòd diceret eorum, socordia factum, ne schisma ecclesiæ Romanæ tot usque reip. Christianæ perniciis, hæctenus extinctum & sublatum esset. Verùm ipse pontificatum adeptus, secutusque in quibusdam Urbani & Bonifacij vestigia, quos priuatus carpebat, non modò quod tantoperè laudabat effecit, verùm etiam iniquo an. mo ferebat, si quis apud se ea de re verbum vllum fecisset. Præterea verò adeò tumultuosè omnia gubernabat, vt cum semel Romani restitui in libertatem, reddique sibi Capitolium, pontem Miluium, & arcem Hadriani peterent, instarentque item, vt schisma rem perniciosi exempli de ecclesia tolleret, bella exstingeret & seditiones, rege Gallorum ad eam rem conficiendam operam suam pollicente: ac Petro Luna antipapa nequaquam tantam concordiam abnuente, Romanos ipsos pontifex ad Ludouicum nepotem diuertentem apud hospitale sancti Spiritus in Saxia, tanquam ad certum carnificem miserit. Vndecim enim ciues reip. suæ labenti in negligentia pontificis consulturi, statim necantur: è fenestrisque deijciuntur, quod diceret eo modo tolli seditiones & schisma, non alio quidem posse. Hac autem seuitia motus populus Romanus, accito Ladislao Apuliz rege, arma capit, supplicium de Ludouico sumpturus. Verùm pontifex declinaturus populi furorem, Viterbium cum Lu-

douico citato gressu proficiscitur. Tum verò populus cum seuire in auctorem tanti facinoris non posset, in aulicos iram conuertit, quorum bona magna ex parte direpta sunt. Seruati tamen quidam dicuntur in ædibus cardinalium Romanorum, qui adiuuantibus clientibus, ægrè tamen, ad se confugientes tutati sunt. Capto deinde Capitolio, occupatòque ponte Miluio, arcem Hadriani oppugnare frustra conati sunt, adiuuantibus etiam Romanos. Ioanne Columna Troiaz comite, Gentile Monterano, comite Carrariæ, egregijs tum copiarum ducibus, & Ladislai regis auspicijs militantibus. Verùm superueniente Paulo Ursino mandato pontificis cum Mostarda & Ceccholino turmarum præfectis, in pratis Neronianis Ioannem Columnam & reliquam Ladislai militiam fundunt. Hanc obrem Romani quidem multis incommodis circumuenti cum homines & eorum pecora abigerentur, residente etiam ira iam antea concepta. pontificem in gratiam recipiunt, rogantque vt ad urbem redeat. Erat enim natura comis & blandus: adeoque pontificij ciuilibusque iuris peritus, vt faciliè homines turrationibus, tum suauitate dicendi in suis ipsius sententiam alliceret. Rebus itaque hoc modo compositis Romam veniens, plures cardinales delegit: quorum de numero fuit Angelus Carrarius, patria Venetus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, in pontificatu Gregorius duodecimus appellatus. Fuit & Petrus Philardi natione Cretensis, basilicæ duodecim apostolorum presbyter cardinalis, Alexander quintus deinde creatus. Tertius habitus est Otho Columna, natus è principibus Romanis ad Vellus aureum, sancti Georgij diaconus cardinalis, Martinus quintus postea vocatus. Confirmata autem hoc modo pontificatu suo, Ludouicum nepotem agri Piceni Marchionem creat: eundemque Firmanum principem constituit. Ipse verò non diu post Romæ moritur, pontificatus sui anno secundo: sepeliturque in basilica Petri in sacello, quod olim pontificibus dedicatum erat, quodque vetustate & situ corruens, Nicolaus quintus postea restituit, notato etiam hoc epitaphio hominis sepulchro:

INNOCENTIO VII. PONTIFICI MAXIMO. CVM NEGLECTI EIUS SEPULCHRUM MEMORIA INTERISSET, NICOLAUS V. PONTIFEX MAXIMUS RESTITUITI CYRAUIT.

Interim autem cum & vero pontifice & optimo imperatore carerent Itali, unicuique scelerato peccandi licentia data est. Nam Gabrinus Fundulus, cuius opera Carolus Caualcabos multum & belli & pacis artibus utebatur, spe occupandæ tyrannidis elatus, quod ei non secus ac Carolo magistratus omnes arcum præfecti parerent, redeuntem Lauda Pompeiana Carolum, ad Machasturiam ab vrbe Cremona decem millia passuum cum fratribus & cognatis obruncat. Inde verò properè antequam res in vrbe sciretur, cum aliquot militibus Cremonam properans, occupata arce ac portis omnibus, forum armato ingressus milite, quos videt conatibus suis obstare posse, aut obruncat, aut pellit. Obtinendæ autem tyrannidis causâ, nullum genus crudelitatis omittit. Erant tum quoque in armis Mediolanenses principes, ne dicas eorum opera tyrannos opprimi potuisse, instante præsertim Guetecaldo Genu præfecto regis Gallorum nomine, qui tum redigere Mediolanum in potestatem regis conabatur: contra verò Facino Cane egregio tum copiarum duce, retinere Ioannem Mariam in dominatu paterno conante. Otho quoque tertius Parmensis dominus, ad colloquium spe componendæ pacis cum Nicolao Estensi pellectus, ad Ruberam, castelli nomen est, obruncatur, Cuius quidem cædis, Sfortia Cortignola iubente Nicolao, auctor habitus est. Mortuo autem Othone, Rhegio statim & Parma dedentibus spontè ciuibus, qui oderant Othonis nomen, Nicolaus potitur. Ladislaus verò occupata Roma, vt antea dixi, accepta que in ditionem Perugia, quam tum armis Brachius vexabat, in Etruriam hostili animo mouet: quæ certè industria & auspicijs Malatesta Pisauriensis egregiè defensa est. Repulsus enim inde Ladislaus, in regnum trepidus sese recipit, maiore propè accepto quàm illato hostibus incommodo. Liberati autem tanto hoste Florentini, in Pisanos conuersi, post longam oppugnationem Pisas tandem capiunt, Tartalia, Sfortia, ducibus, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto.

dissidentes bello Principes, & republicas componenda, Legatus à Bonifacio I X. factus est: quo mortuo, Pontifex Romæ in Vaticano conclauit à VII. Cardinalibus creatur, X VI. Kalend. Nouemb. anno M C C C C I I I I. Coronatus apud sanctum Petrum, I I I I. Nonas Nouembriis, Cæsare Roberto rege Romanorum sedit in schismate contra Benedictum X I I I. annos II. dies X X I. Cunctis maximi & optimi pontificis dotibus ornatus. Vitæ integritate, egregijs moribus, humanitate, doctrina, pietate, & liberalitate præstantissimus. Ecclesiasticæ libertatis & ditionis assertor vnicus: Ladislaum Regem Neapolitanum Vrbes Romæ Imperio infectis signis inhiantem, populo ad arma concitato, Vrbe submouit: Cuius fraudibus & dolis, quum aliquot ciuium Romanorum insidijs pontifex penè circumuentus esset, eius fratris filius, pontifice inscio, vndecim ex his interfecit. Ea re furentis populi timore Vrbe excedens, Viterbium concessit. Vnde paulò post à S. P. Q. R. mitigato Romam reuocatus, Vrbes imperio recuperato, ordinatione que vna habita, qua X I. Cardinales creauit, V I I I. Idus Nouembriis, in Vaticano Palatio, anno M C C C C V I. in pace quieuit. Vacauit sedes apostolica dies X X I I I. Corpus in Basilica Vaticanæ sacello sancti Thomæ conditum eiusmodi inscriptionem habet:

INNOCENTIO VII. PONTIFICI
MAXIMO.

QVVM NEGLECTI EIVS SEPVL-
CHRI MEMORIA PENE INTE-
RIISSET; NICOLAVS V.
PONT. MAX. INSTAV-
RANDAM HIC CV-
RAVIT.



COSMATICVS Melioratus ex dioecesi Valuensi in Aprutio, vtriusque Iuris Doctor, ex Archiepiscopo Rauennate, episcopo Bononiense, & Procamerario, presbyter Cardinalis et Sanctæ Crucis in Hierusalem, S. R. E. Camerarius, & totius Italiæ, pro pace inter

GREGORIVS XII.



212. Pōt.

AT verò tum schisma in ecclesia Dei longius protraheretur cum pernicio Christiani nominis, altero pontifice Romæ creato altero Auinionem, principes Galliarum duces scilicet Bituricensis, Burgundus, Aurelianus, qui tum ob valetudinem regis Galliarum gubernabant, calamitatem ecclesiarum tandem miserati, Auinionem ad Petrum Lunam, Benedictum decimumtertium appellatum perueniunt: hominemque rogant, ut collabenti ecclesiarum tandem consulat, etiam si abdicare se pontificatu necesse esset, quemadmodum in conclauis se facturum promiserat iureiurando interposito, dum pontifex creatur. Spondent præterea alterum pontificem, qui tum Romæ crearetur post mortem Innocentij, idem facturum. Ita enim inter hos principes, & qui in Italia erant reipublicæ Christianæ amantiſſimi, conuenerat, ut abrogatis duobus de pontificatu contendentibus, quorum alter Galliarum, alter Italicæ factionis haberetur, vnus aliquis postea deligeretur omnium nationum pater & pontifex. Respondet Benedictus, se quidem grauius Deum offensurum, si ecclesiam Dei desereret, cui patronus & publicus pater consensu bonorum non furtim sed publicè ascriptus esset, nolle se in dubium ponere, quod iustis suffragijs sibi demandatum fuerat. Quòd dicerent, sublato schismate, de concordia agendum esse, sibi admodum placere, modò id in loco fieret libero: ne coactus quispiam potius, quam spontè facere aliquid videretur. Vnum tamen se polliceri, idque iureiurando affirmare, si

aliter tolli schisma non posset, depositurum omnem pontificiam dignitatem, modò diem eodem tempore ab altero antipapa statim fieret. Principes itaque cognita hominis voluntate, consultare inter se cœperunt, quoniam modo Benedictum in sententiam suam perducerent, quorum colloquia & consulationes Benedictus veritus pontificias ædes armis & comætu optimè muniuit: in quibus aliquot menses obsessus, tandem paratis ad fugam triremibus, per Rhodanum in Cataloniam, vnde oriundus erat, ad nauigauit. Sunt autem qui scribant, principes Gallos id molitos in Benedictum esse, instantibus cardinalibus Gallicis qui eum oderant, quòd alterius nationis esset, & non Gallicæ. Nam cum post mortem Clementis de creando pontifice Gallico inter eos non conueniret, hunc post longam altercationem creantur ut virum bonum & reip. Christianæ amantiſſimum: qui eos sæpe admonuit, ut honestè ac sanctè viuèrent, utque à Simoniaca prauitate cauerent. aliter se in eos grauius animaduersurum. Huius itaque mores ferre nequeutes, principes Gallos in virum optimum & constantis vitæ concitasse. At verò cardinales, qui post mortem Innocentij Romæ erant, & cognita trium priorum pontificum in tollendo schismate negligentia, cognitoque etiam di. crimine, in quo resp. Christiana vbique terrarum, maxime verò in Gallia versabatur, in vnum conuenientes, conclauis ad sanctum Petrum in Vaticano habito, iurarunt singuli maximis execrationibus interpositis, abdicaturos se statim pontificatu, si sibi deligi ad tantum magistratum contigisset, hac conditione tamen, ut id quoque ab antipapa fieret. Venerat autem in hanc sententiam, ut & Gallicæ nationi satisfaceret, quæ ob impotentiam creandi antipapæ consuetudinem introduxerat, à quo remoueri non sine ignominia videbatur, nisi id quoque ab Italis fieret: utque in sententiam Benedicti venirent, qui hac vna ratione, non alia, sanari ecclesiam posse dicebat. Quòd si sibi contigisset vtrunque abrogari, vnum verum pontificem omnium, qui tum erant, cardinalium consensu creandum esse, cui omnes reges & principes obtemperarent. Creatus itaque Romæ anno Domini millesimo quadringentesimo sexto, pridie kalendas Nouembris, Angelus Corraris Venerus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, qui (vt dixi) Gregorius duodecimus ap-

pellatus est, statim quod ante pontificatum promiserat se facturum, scripto, adhibitis etiam notarijs & testibus confirmauit, suaque manu scripta tabellionum notauit. Cùm verò de eligendo loco, quò sine discrimine vterque venire posset, mentio haberetur: neque ea de re factis inter eos conueniret, collusores & foedifragi ab vtroque cardinalium conuentu sunt habiti: qui Pisas, hinc Roma, hinc Auinione adnauigantes, vno consensu Gregorium & Benedictum dignitate pontificia priuarunt, consentientibus in tam grauem sententiam omnibus nationibus, præter Hispaniam citeriorem, regem Scotiæ, comitem Armeniaci, qui Benedicto fauebant. Inita deinde creandi noui pontificis ratione, qui benè ac sanctè sine vlla seditione ecclesiam Dei gubernaret, venère in hanc sententiam, vt Alexandrum quintum crearent. Dum autem Gregorius abesset, creandi que Alexandri ratio haberetur, armis omnia Romæ circumsonabant. Ladillus enim rex, occupata Ostia pedestribus nauibusque copijs, aded Romanos incursionibus vexauit, vt inita pace honorificè postea in urbem receptus tanquam dominus, & magistratus mutauerit, & portas ac moenia pro arbitrio animi sui operibus & custodijs firmauerit. Verùm superueniente Paulo Ursino ecclesiastico duce, apud sanctum Iacobum in Septimiano acerrimè pugnatum est, multis vtrunque desideratis. In Transtiberi namque rex suos tum continebat arbitratus se illo in locotutiorem esse ob nauales copias quas Ostia Romam subuexerat. Is verò deinceps cedens potius quam fugiens Ursinæ factioni quæ nondis magis magisque augebatur, vix olim proficiscitur, debilitata præsertim factione sua ob superatos ante ingressum suum Columnenses, Ioanne Columna, Baptista Sabello, Iacobo Ursino, Nicolao Columna ducibus, qui occupata sancti Laurentij porta, urbem iam ingressi erant. Verùm superueniente Paulo Ursino, superati (vt dixi) magna ex parte fuerat. Ex his capitali supplicio duo affecti sunt: quorum alter Galeottus Normannus eques insignis, alter verò Richardus Sanguineus est habitus, è familia nobili ac vetusta originem ducens. Reliqui verò incolumes dimissi fuerant, hac tamen conditione, ne amplius Ladillai auspicijs militarent. His autem perturbationibus aded Romæ annonæ caritas inualuit, vt mensura tritici (quam rubium vocant) florenis decem & octo venderetur, propter ab-

ta pecora & rusticos, partim captos, partim necatos, vt in bello fieri consuevit.

Angelus Corrarius, genere Patricio ortus, *Ex Osnaphio.* Castellano Venetijs, Patriarcha Constantinopolitanus titulotenus, & Chalcidensis in insula Euboëa episcopus primùm, mox presbyter Cardinalis tit. S. Marci, & Piceni legatus ab Innocentio vij. efficitur. Pontifex verò designatur in Vaticano palatio tredecim Cardinalium votis, prid. Kal. Decembris, anno millesimo quadringentesimo sexto, octogenario maior, coronatus Nonis Decembris, ad S. Petrum: sedit Cæsarius Roberto, & Sigismundo Regibus Romanorum, annos octo, menses octo, dies quinque. Hic ea conditione, veluti Interrex, Pontifex Romanus renuntiatus est, vt tollendi schismatis causa, summum sacerdotium deponeret, si idem Benedictus xij. factitasset: Vterque iure iurando id promisere: quod cùm imperij dulcedine præstare nolle viderentur, vtriusque Pontificis collegia, ipsidem relictis Pisas conuenere, ibique generale totius Christianæ Reipublicæ Concilium congregatum est. Quæstionibus in vtrumque legitimè habitis, Synodus Pisana vtrumque de Pontificatu contendentem, priuauit Nonis Iunij, anno millesimo quadringentesimo nono. Pontificatus Gregorij anno. II. mense sexto, die sexto. Quum ipse iam duabus ordinationibus Cardinales tredecim creasset. Qui non nisi in Concilio Constantiensi in aliorum pattum numerum suscepti sunt, quando Gregorius ipse, pro vnitate Ecclesiæ faciendi, sponte per procuratorem absens Arimini Pontificatu se abdicauit. Quod factum fuit sessione decimaquarta, die quarto Nonas Iunij, anno millesimo quadringentesimo decimoquinto. Nam Pisani Concilij decretis, tanquam minus legitimè congregati, parere recusauerat. Obijt Episcopus Cardinalis & perpetuus Piceni Legatus biennio post Recaneti, anno M C C C C X V I I. paulò antè Martini V. creationem; nonagenarius. Ibiq; in cathedra-li Ecclesia sepultus est cum hoc Epitaphio.

Maximus Ecclesiæ Princeps, summusq; Monarcha.

Ordine Gregorius bissems clauditur arca.

Hic pro pace datus caelesti munere, semper

Ferbuit, at her eos superis munire decenter

Archibisisma malum, facta hac dementia Pisis,

Ipse pius releuat, facta est Constantia testis,

Cardine bis sacro pastoris conscia sede
Marchia suscepit Racaneti flauius ede.

Obijt Anno Domini MCCCCXVII.

ALEXANDER V.



113. Pont.

ALXANDER quintus, natione Cretensis, Petrus antea vocatus, ordinis Minorum frater, archiepiscopus Mediolanensis, vir doctus & sanctitate vitæ præclarus, omnium cardinalium consensu, qui tum in concilio Pisano erant, pontifex creatur. Hanc ob rem Gregorius in Austriæ ciuitatem profectus, quasi profugus de concilio generali mentionem fecit. Verùm cum eo in loco nequaquam se tutum arbitraretur, Ariminum profectus à Carolo Malatesta perbenigne & splendide est habitus. Benedictus autem post habitum in Perpiniano concilium, quò tator esset, ad castellum, Panischoleæ locum munitissimum confugit, vbi diutius immoratus est. Vterque autem licet in Pisano concilio exauctorati essent, tanquam veri pontifices, cardinales creantur, maximè verò Gregorius: qui, dum Luca esset de consensu cardinalium, qui nondum ab eo discesserant, Gabrielem Candelmerium cardinalem creat: qui postea in pontificem electus, Eugenius quartus appellatus est. Ad Alexandrum redeo. virum in omni vitæ & ætate præstantem. Hic enim ab adolescentia ordinem Minorum ingressus, adèd Parisijs liberalibus studijs theologicæque discipline vacauit, vt breui & publicam scholam habuerit, & in libros Sententiarum doctè & acutè scripserit Magnus quoque orator, magnus prædicator est habitus. Hanc ob rem à Io-

anne Galeatio duce Mediolanensi accitus, primum locum in consultationibus suis habuit. Creatur deinde rogatu Galeatij Vicetinus episcopus, postea Nouariensis mutato loco, postremò præful Mediolanensis factus, ab Innocentio septimo cardinalis basilicæ duodecim apostolorum creatur: quo quidem gradu pontificiam dignitatem adeptus, meritò Alexandri nomen consecutus est, cum & liberalitate & magnitudine animi, cum quouis optimo principe conferri posset. Adèd enim munificus erat in pauperes & viros sua benignitate dignos, vt breui nil sibi reliquerit. Vnde per iocum dicere interdum solebat, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, mendicum pontificem. In eo enim defuit illa habendi cupiditas, quæ vnà cum re & ætate accrescit simul. Sed hoc vitium cadere in viros bonos & rerum humanarum contemptores non potest: qui quò magis confenscunt, eò minus viatici indigere se cognoscunt, & ob hanc rem cupiditates sedant, refrenant auaritiam, ac cæteras animi labes expellunt. Tanti præterea animi Alexander fuit, vt Ladislaum regem tum potentissimum, qui ditionem ecclesiæ pontificibus absentibus diu multumquæ vexauerat, oppidaque aliquot vi occupauerat, in concilio Pisano approbantibus, qui tum aderant, règno priuauerit, iusque illud Ludouico Andegauicæ duci cõpetere declarauerit. Soluta autem concilio Pisano pontifex Bononiam proficiscitur: cui ciuitati tum præerat Baltassar Costa sancti Eustathij cardinalis: quem Alexander in legatione confirmauit, quòd eius industria ac præsidij Pisanim concilium habitum fuisset, quòdque etiam vir erat, qui percommode tyrannis ac rem ecclesiasticam occupare conantibus, obijci quouis tẽpore posset. In homine tamen plus ferocitæ, plusque audaciæ & sæcularitatis (vt ita dicam) erat, quàm eius professio requirebat. Militaris propè habebatur eius vita, militares mores, adèd vt multa etiam, quæ loqui fas non est, sibi licere arbitraretur. Cum verò Alexander grauitè ægrotare cõpisset, nossetque mortè propè instare, cardinales ad se venientes, ad concordiam, ad pacem, ad tuendam ecclesiæ dignitatem adhortatur. Testatus præterea est, per eam mortem, quam ante oculos se continud cernere dicebat, nec reformidare, conscientia benè actæ vitæ motus, se existimare & credere, quæ in concilio Pisano decreta fuissent, rectè atque integrè facta esse omnia sine

ne dolo malo fraudeve. Cùm hæc dixisset, lacrymantibus omnibus, qui aderant, illud Saluatoris verbum ægrè proferens, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, statim moritur pontificatus sui mense octavo, sepe- liturque Bononiæ in ecclesia fratrum Minorum. Laboratum est autem hoc anno fame ac peste.

FRater Petrus Philargi, Ordinis Minorum, obscurissimo genere ortus. Artium & Philosophiæ doctor, ac sacræ Theologiæ magister, Iohan. Galeatij Infubrâm primî Ducis à consilijs fuit, quem ex episcopo Vicetino, Nouariensem primum, deinde archiepiscopum Mediolanensem, demum presbyterum Cardinalem Basilicæ Sanctorum XII. Apostolorum, & Longobardiæ Legatum Innocentius VII. fecit. Pontifex verò Romanus Gregorio XII. & Benedicto XIII. abrogatis, XX. vacâtis sedis die, vi. Kal. Iulij, anni MCCCCIX. in Concilio Pisano, à xxij. Cardinalibus vtriusque obedientiæ septuagenario maior creatus, & Nonis Iunij die Dominico in Cathedrali Ecclesia Pisana coronatus: sedit Cæsare Roberto Rege Romanorum menses x. dies viij. Hic humanitate, doctrina, liberalitate, animi magnitudine clarissimus fuit, ita in omnes munificus, vt nihil sibi reliquerit. Quare per iocum dicere interdum solebat: sed item Episcopum fuisse pauperem Cardinalem, mendicum Papam, ob profusas & immodicas largitiones. Ludouicum iuniorem Andegauensem Ducem, priuato Ladislao Regem Neapolitanum constituit, pecunia & comiteatu adiuuit Baltassare Cossâ Cardinalem & legato Bononiensi ad eam expeditionem (quæ irrita fuit) misso. Pontifex Pisis discedens Bononiam accessit. Vbi v. Nonas Maij, anno MCCCC. rebus humanis eximitur. Vacauit sedes dies xij. Corpus ad Minores marmoreo tumulo conditum est cum his versiculis:

*Summus pastorum Alexander quintus, & omnis
Scriptura lumen, sanctissimus Ordo Minorum -
Quem dedit, & proprio Cretensis nomine Petrus.*

Migrauit, Anno Domini MCCCCX.



IOANNES XXIV.



IOANNES vigesimusquartus patria Neapolitanus & nobilis. Baltassar cognomento Cossa antea vocatus Bononiæ omnium consensu pontifex creatur. Sunt autem qui scribant, id factum violenter esse, quod & legatus Bononiensis esset, & armatos milites tum in vrbe, tum in agris pro statione habuerat: vt si precario id obtinere non posset, minis & armis tandem consequeretur. Vt cumque est, constat eum pontificem creatum fuisse, ad eamque dignitatem semper adspirasse. Nam cum adolecens esset, ac Bononiæ aliquot annis iuri ciuili operam dedisset, assumpto (vt nunc fit) doctrinæ gradu Romani iter instituit. Interrogatus autem ab amicis quod proficisceretur, ad pontificatum respondit. Romam itaque veniens, à Bonifacio nono in eubiculum secretum recipitur. Creatus deinde sancti Eustathij cardinalis, legatus è latere Bononiam mittitur, quam breui conducto milite vnâ cum magna Flaminia parte in potestatem ecclesiæ redegit pulsus quibusdam tyrannis, alijsque extremo supplicio affectis. Verùm post nouem annos cum longa paciuitate Bononiensem mirum in modum auuississet, grandemque pecuniam sibi comparasset, mortuo Alexandro, largitione vsus, maxime verò erga cardinales à Gregorio creatos, pauperes adhuc, pontifex creatur. Quo facto, oratores statim ad electores imperij misit, eos oratû, vt Sigismundum Lucimburgû Vngariæ & Bohemiæ regem, imperator è crearent, virû

strenuum (vt ipse dicebat) & ad omnia fortiter agenda promptissimum. Hac enim ratione hominis gratiam occupabatur. Vbi verò hoc ei ex sententia accidit, cum in conuentu Pisano constitutum esset, vt ad certum tempus concilium haberetur, ne alibi transferretur, celebraturum se id Romæ prædixit: & quò liberi^o eò proficisci omnibus liceret, pacare Italiam conatus est, maximè verò Cisalpinam, in qua bellum indies magisq; crescebat, Facino Cane discordias suscitante, qui mercenarios milites retinere sine bello apud se nequaquam poterat.

Eos enim rapinis, direptionibusq; vrbium pascere consueuerat. Fortè tum accidit, vt Papienses, quos Philippus ob tenellam adhuc ætatem retinere in officio non poterat, studio partium concitati, ad arma concurrerēt. hinc Gibellini Beccaria familia duce, Facinum cū exercitu in vrbem introduxere, pacti fortunas Guelforum. Verum is cum armato milite ingressus, neutri in diripiendis fortunis percipit. Quærentibus autè Gibellinis, sua quoque bona contra datam fidem diripi, respondit, ac egregiè quidè, Gibellinos saluos fore: eorum verò bona, quod Guelfa essent, militibus se in prædam concessurum, deridens vtriusq; factionis stultitiam & cupiditatem. Inde verò abiens, relicto in portis & in arce firmo præsidio, tutelam Philippi donec adoleuisset præferens, contra Pandulphum Malatestam ducens, Brixianos & Bergomates incursionibus ac rapinis vexat, nec à Cremonensibus quidem abstinuit, quibus tum Cabrinus Fundulus imperitabat. Dum hæc autem in Brixiano agerentur, Vngariæ rex iturus (vt ipse prædicabat) Romam libero itinere ad accipiendam imperij coronam, duodecim millia equitum, peditum octo in Venetos mittens, capto primo impetu Foroliuio, Taruisum oppugnat. Huic verò tanto exercitui Veneti Carolum malatestam obijciunt, qui cunctando magis quàm dimicando exultantem victoria hostem remoraretur. Parum etiam abfuit, quin Veneti eodem anno Veronam prodicione quorundam ciuium amitterent, ad rapinam magis quàm ad libertatem spectantium. De nocentibus poena sumpta, ac statim se data sunt omnia. Mortuo autem eodem anno Facino Cane coniurati quidam Ioannem Mariam Mediolani ducem interficientes, Bernabouis filios & nepotes in vrbem recipiunt. Tum verò Philippus persuadentibus amicis

Beatricem viduam ob Facini mortem ditissimam, & cuius auctoritate, qui sub marito militauerant, admodum mouebantur, duxit vxorem. Qua ex re & ciuitates omnes, quæ Facino paruerant, statim in deditioem accepit: & Carmignolam, Siccumq; Montagnanum: qui legionem mortuo Facino per seditionem diuiserant, in suam militiam persuadente Beatrice pertraxit: quibus ducibus Philippus postea vsus Astorgium Bernabouis filium Mediolano pellens, in expugnatione Modoëciæ interfecit. Agebantur hæc Insubria, cum Ioannes Franciscus Gonzaga Francisci iam mortui filius, cum satis iusto equitum peditumq; numero, Bononiam præsidij causa proficiscitur, mandato Ioannis pontificis, cuius auspicijs tum militabat. Nam Malatesta Ariminensis Ladislai regis mercenarius, vrbem ipsam graui bello tum premebat. Is itaque adiuuantibus Bononienfibus, graui aliquot prælia cum hostibus fecit: quibus superior factus, vrbem acerrimè tutatus est.

Sequenti verò hyeme Ioannes pontifex à Ladislao bello vexatus, Roma Florentiam, atque inde Bononiam veniens, haud ita multò post Mantuam proficiscitur, vbi splendide ac magnificè à Ioanne Franciscus Gonzaga susceptus est. Quem inde abiens cum magna parte copiarum Laudam Pompeianam (quò venturum Vngariæ regem sciebat) secum ducit. Multum enim huic principi fidebat, cuius fidem & integritatem Bononienfi bello optimè norat, quamuis pollicitationibus & donis in partes regias à Malatesta sollicitaretur. Cum itaque pontifex ac rex haud quaquã se tutos Laudæ arbitrarentur, Ioannem Franciscum Mantuam (quò se velle ire dicebant) ad parandos com meatus disponendamq; vrbem, quò recipi comòde tanta multitudo posset, properè mittit: qui breui paratis rebus omnibus, Cremonam (quò iam peruenisse pontificem ac regem intellexerat) redijt. Hos autem inde Mantuam abducens, populo omni ferè obuiam effuso, opinionem omnium benignitate & gratia superauit. His verò conuentibus, qui Laudæ Cremonæ, Mantuæ sunt habiti, de pellendo ex Latio, Umbria, Etruria Ladislao, qui Romam & multa ecclesiæ oppida occupauerant, est actum. Videbant hi Italiam incendijs bellorum aliter liberari non posse, de impensa bellica non Mantuæ, sed Bononiæ (cum eò venissent) agendum censuere. Verum maior eos cura incessit. Ad concilium nanque Ioannes omnium
natio-

nationum consensu citatus, ad tollendū schisma, duos cardinales statim in Germaniam misit: qui vnā cura principibus Gallicæ & Germanicæ nationis locum concilio idoneum deligerent. Constantia Maguntinæ prouinciæ ciuitas, ad id potissimum idonea est visa. Eo itaque ad certam diem ex instituto proficiscuntur omnes, proficiscitur & Ioannes pontifex, admoneatibus tamen quibusdam ne id faceret, quod vererentur, ne cum pontifex accederet, priuatus reuenteretur: quod etiam contigit. Eo namque proficiscens cum viris quibusdam in omni genere doctrinæ præstantibus, diu multumque Germanos disputationibus incertos & ambiguos tenuit, qui potissimum decernerent. Verum superuente Sigismundo, factaque omnibus dicendi quod liberet potestate, multa crimina & quidem grauissima pontifici obiecta sunt: quorum caussa mutato habitu familiaque, Constantia clanculū Scaphusam se contulit, veritus ne quid grauius in se consuleretur. Erat Scaphusa. Frederici Austriae ducis ciuitas, quod etiam plerique cardinales à se creati, fuga peruenere. Verum his postea concilij auctoritate reuocatis Ioannes Scaphusa Friburgum confugit, iturus inde, si tutò fieri posset, ad Burgundiæ ducem. Sed durante concilio, Ioannes capitur, & infula sancti Marci propè Constantiam in carcerem conijcitur, pontificatus sui anno quarto, mense decimo. Causam fugæ, disquirere concilium tum cepit, certosque iudices viros grauissimos & doctissimos delegit: qui crimina Ioanni obiecta discuterent eademque concilio ex ordine referret. Ad quadraginta capitula & eo amplius contra hominem probata sunt: quorum aliqua cum in eo minimè immutari possent; aded erant inueterata contra fidem iudicata sunt, aliqua verò Christianis omnibus, si non damnarentur, scandalum paritura. Venientibus itaque omnibus in eandem sententiam, Ioannes meritò pontificatus deiectus, sententiam in se latam comprobat. Quo facto, statim ad Ludouicum Bavarum, qui cum Gregorio duodecimo sentiebat, custodiendus mittitur, donec aliud decerneretur. In Haldeberga castello munitissimo triennio sine vllò cubiculario famulove Italico diligenter asseruatus est. Teutonici erant custodes omnes: quibus cum Ioannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Teutonicam, ne illi vicissim Italicam scirent. Abrogatum Ioanni pontificatum ab his tantum-

modò, qui cum eo antè sentierant, ferunt. Non dum enim qui cum Gregorio & Benedicto sentiebant, conuenerant. Hic igitur vt abrogationem à se factam, veram & integram iudicaret, omnes synodicum decretum promulgarunt, quo affirmabant concilium generale legitime congregatum, habere statim à Christo potestatem. Hoc quidem fundamento concessò, ipsum etiam pontificem concilio subiciebant. Quare Gregorio necesse fuit, suadente etiam imperatore Sigismundo, vnum aliquem ad concilium mittere, cum ipse proficisci recusaret, qui suo nomine concilij sententiam approbaret. Missus itaque Carolus Malatesta vir certè insignis, cum videret omnes in hanc sententiam venire, vt Gregorius quoque pontificatu se abdicaret; in publicum prodicens, ac in sede Gregorij non aliter exstructa, si ipse adesset, collocatus, perlecta renuntiandi facultate, Gregorium pontificatu abdicatum statim conuentus omnis pro tam libera abdicatione, agri Piceni legatum creat. Is itaque non multò post Recaneti moritur, dolore animi (vt aiunt) propter subitam abrogationem ante constitutum tempus à Carolo factam. In longum enim re protrahi volebat, in mora, spem aliquam ponens. Mortuus igitur ante Martini pontificatum, in Recanetensi ecclesia sepelitur. Sublatis duobus pontificalibus, tertius, in quo abrogando maior difficultas inerat restabat, Petrus Luna Benedictus tertius decimus (vt antè dixi) vocatus. Vt autem is etiam nolens abdicare se magistratu cogere, Sigismundus imperator vnā cum oratoribus concilij ad Franciæ & Angliæ reges peruenit: eosque adhortatus est, vt pro salute Christiani nominis iam ob scissina periclitantis, in abrogando Benedicto, sublatis alijs duobus, eius sequerentur sententiam. Grato autem responso accepto, inde Narbonem properat ad Ferdinandum Aragonum regem, cuius populi magna ex parte Benedicto obtemperabant. Quo cum inter alia capitula hoc pactus est, vt Benedictum rationibus moueret ea facere, quæ Gregorius & Ioannes in concilio Constantiensi egissent. Id verò si facere recusaret, populos cogeret ab eo ad concilium Constantiense deficere. Benedictus autem in castella Panischolæ loco munitissimo se continens, moueri persuasionibus e sententia sua non poterat, quod diceret & se verum Christi vicarium esse, & Constantiam non esse locum libertati ecclesiasticæ conuenientem, cum Io-

annes vigesimustertius ab his etiam abdicare se pontificatu coactus fuerat, qui partes suas antea sequebantur. Tum vero principes Hispaniæ cernentes pertinaciam Benedicti, concilij opinionem secuti, in reliquorum sententiam venere. Gerebantur res in concilio quinque nationum suffragijs, Italica, Gallica, Germanica, Hispanica, & Anglica. Quidquid vero harum nationum suffragijs decernebatur, id ita rarum erat, atque per præconem, aut per notarium publicum pro curia enuntiabatur, si omnium consensu postea confirmatum fuisset. Qua quidem auctoritate Benedictus, discussa aliquandiu re, pontificatu tandem priuatur, absentibus reiectisque nationibus, quæ cum eo sentiebant, maxime vero Scotis & comite Armeniaci. In eodem quoque concilio condemnata est Ioannis Vigles hæresis: & duo ex sectatoribus eius combusti sunt, Ioannes Hus & Hieronymus eius discipulus, tanquam hæresiarchæ: quod inter cæteros errores dicerent ecclesiasticos ad imitationem Christi pauperes esse debere: cum ex tanta rerum copia & luxu populi omnes scandalizarentur. Rebus autem hoc modo compositis, cum de restituenda ecclesia emendandisque moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non posse existimarunt vacante sede. Unde de eligendo novo pontifice sermo est habitus, quo decreta concilij maiore deinceps auctoritatem haberent. Cum igitur hac de re verbum haberetur, placuit ex vnaquaque natione viros sex deligi, & quidem probatos, qui vnâ cum Cardinalibus conclaue ingressi, pontificem deligerent. Anno igitur millesimo quadringentesimo decimo septimo, sexto Idus Nouembris conclaue ingressi, consentientibus Cardinalibus duobus & triginta, nationibusque omnibus, præter omnium spem & opinionem, cum iam quadriennio vero pontifice caruisset ecclesia, multi que schismatici tum interessent, tertio Idus Nouembris, in celebritate beati Martini hora tertia Otho Columna Romanus princeps, sancti Georgij ad Vellus aureum diaconus Cardinalis pontifex creatur, tanta omnium lætitia, vt præ gaudio loqui vix homines possent. Effusus nimio gaudio imperator, nullu habito dignitatis suæ discrimine, conclaue ingressus, & gratias omnibus egit, qui tantum virum & tam necessarium reipublicæ Christianæ propè extinctæ delegissent: & ante pontificem prostratus,

cum summa veneratione eius pedes exosculatus est quem contra pontifex amplexus, non secus ac fratrem in precio habuit, ei que gratias egit, quod sua opera & industria pax tandem ecclesiæ Dei reddita esset. Vocari autem Martinus voluit, quod ea electio in Martini celeberrate habita fuisset. Interim vero dum hæc Constantiæ agerentur, mortuo etiam Ladislao contra Florentinos proficiscente, Romæ ad arma & libertatem conclamatum est. Cogitur à populo Petrus Matheucij etiam nolens gubernacula Reipublicæ suscipere: qui postea magistratu se abdicauit, cum intellexisset legatum à Ioanne pontifice iam antea designatum, paulò post adfuturum cum senatore Bononiensi, qui vrbe ingressi, & Paulus Palonium, & Ioannem Cincium seditiosos ciues capitali supplicio affectere. Sequenti vero anno Brachius Montonius Romanus cum exercitu veniens, vrbe potitus, oppugnare arcem sancti Angeli adortus est: quæ firmo Ioannæ reginæ præsidio defendebatur. Nam Ioanna Ladislao fratri in regnum successerat. Verum superueniente Sfortia militum reginæ duce: non solum Brachium ab oppugnanda arce dimouit, sed etiam hominem pugnantem continud ab vrbe expulit: Romanis in neutram partem inclinantibus. In ea pugna occiditur Ioannes Columna à milite qui olim cum Paulo Ursino militauerat, quem Ludouicus Columna cum Brachio militans in agro Fulginati interfecerat. Erat autem militi in animo Ludouicum obruncare vlciscendæ Pauli necis causa, sed Ioannes Ludouicum defensurus, innocens moritur. Dum autem Roma hoc modo fluctuaret, in varias partes declinans, creato Martino, spem aliquam exoptatæ quietis tandem concepit.

B Altaffar Cossa nobili genere ortus, vtriusque Iuris Doctor, à Bonifacio ix. ex cubiculario suo in patriæ gratiam Diaconus Cardinalis S. Eustathij, Flaminixque Legatus creatus, Bononiam Iohan Galeatio Insübrum Duci ademit, cuius vsque ad pontificatum perpetud Legatus fuit. Præcipuus Concilij Pisani auster, Alexandro V. gratissimus. Quo mortuo Bononiæ, à sedecim Cardinalibus, decimosexto Kalendas Iunij, anno millesimo quadringentesimo decimo, summus Pontifex renunciatus, ibiq; in Cathedrali viij. Kal. Iunij inauguratus, Cæsare Sigismundo Rege Roma-

*Her. sis
Vigles.*

MARTINVS V.

norum: sedit annos V. dies xv. Vir fuit bello & armis, quàm religioni aprior, utpote qui nullam neque fidem norat, neque religionem, rebus profanis magis quàm diuino cultui accommodatus. Cardinales tribus ordinationibus xvi. creauit: Quum verò schisma ob eius creationem non sedatum, sed auctum esse videretur, tribus iam se pro pontificibus gerentibus, quo solus in pontificatu, ceteris reiectis, confirmaretur, suasu Sigismundi Imperatoris generale concilium Constantiæ indixit: quo ex vniuerso orbe Christiano infinita multitudo confluit. Ad concilium & ipse cum Cardinalibus accedens, quum eius dignitas in periculum reuocari cerneret, noctu clam habitu mutato Concilio abiit: ex fuga retractus, & questione capitali in eum instituta, ex Concilij decreto damnatur, Pontificatusque ei abrogatus est 4. Kalendas Iunij sessione duodecima, anno millesimo quadringentesimo decimo quinto: cui damnationi ipse pridie Kalendas Iunij in oppido Scaphusia cōsensit. Vacauit tum Apostolica sedes annos duos, menses quinque, dies decem. Quadriennio ferè in carcere asseruatus, ad extremum magna pecuniæ summa perfoluta dimittitur, Martino iam creato & Florentiæ agente. Ad quem Baltassar accedens episcopus Cardinalis Tusculanus creatur. Obijt Florentiæ vndecimo Kalendas Ianuarij, anni millesimi quadringentesimi decimo-

ni. Sepultus in Baptisterio sancti Iohannis, cum hac notula:

IOHANNES QVONDAM PAPA
XXIII. OBIIT FLORENTIÆ
ANNO DOMINI MCCCXVIII.
XI. KALENDAS IANVARIJ.



MARTINVS quintus, patria Rōmanus, Otho cognomento Columna prius vocatus, non magis suo, quàm ecclesiæ iam labentis tempore pontifex in concilio creatur, nationum omnium & Cardinalium consensu. Is enim à teneris annis cura parentum moribus & litteris imbutus, vbi adoleuisset, iuri pontificio Parusij operam dedit, vnde ad urbem rediens, ob integritatem & doctrinam Urbani sexti referendarius factus est, quod munus tanta cum humanitate, iustitia, & mansuetudine gessit, vt diaconus Cardinalis ab Innocentio septimo creatus sit. Nec ob eam quidem rem à natura sua discessit. Humanior enim quàm antea factus, patrocinium suum omnibus præstabat, ita tamen, vt in rebus publicis non multum se immisce- ret Nam cū in conuentu Constantiensi multa in vtranque partem altercationes haberentur propter diuersa factionum studia, ipse medium quoddam tenuit, quo in alteram partem inclinare nullo modo videbatur, communi vtilitati semper consulens. Hanc ob rem & imperatori, & Cardinalibus ac denique omnibus gratus, pontifex creatur. Quo in magistratu non somno & otio, sed negotio & sollicitudini deditus, audire, refellere approbare, suadere, dissuadere, hortari, deterrere accedentes ad sedem apostolicā consueuerat, cognita petentium honestate, vel secus. Mira enim vtebatur facilitate, & honesta petentes à re voti compotes dimittebat. In consultationibus autem mirè prudentie

vir est habitus. Nam & quid agendum, & quid vitandum esset statim re proposita acutissime dijudicabat. Breuis in dicendo, cautior in agendo, aded vt prius rem factam cernerent homines, quam ab eo excogitatum putarent. Eius autem sermo plenius sententis erat. Ex ore eius nullum verbum tam crebro, quam iusticie nomen prodibat. Ad suos persape conuersus, maxime ad eos, qui prouincias & ciuitates gubernabant, his verbis vtebatur: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Indigebat tum profecto tali pontifice ecclesia Dei, qui nauiculam Petri scismatis & seditionum omnium fluctibus quassam, redigere in portum salutis gubernaculo admotus sciret & posset. Adeptus itaque tantum magistratum, cum restare adhuc caput renascentis hydræ cerneret, Benedictum Lunam cum aliquot Cardinalibus & prælatis Paniscolæ tanquam in arce schismatis se continentem, quibusdam Arragoniæ populis in vtram partem inclinarent adhuc titubantibus, approbante concilio, Alemannum Ademarium virum doctissimum, & cuius sepulchrum in sancta Maria noua adhuc cernimus, patria Florentinum, sancti Eusebii presbyterum cardinalem legatum è latere suo in Arragoniam mittit, qui sub pœnis & censura ecclesiastica Petrum admoneret, vt se pontificatu abdicaret. Cardinales autem, qui cum Petro sentiebant, intelligentes vltimam concilij & pontificis sententiam, Petrum ipsum adeunt rogantque, vt de ecclesia Dei tandem omne schisma tollat, quo iam multis annis Christiana resp. magnis calamitatibus afflicta erat. Id autem ob salutem labentis ecclesie, à Gregorio & Ioanne factum esse. Respondit Petrus cauillationibus quibusdam, id sibi nequaquam integrum esse, sibi autem cum Martino conuenturum, si vera essent, que de hominis integritate & humanitate dicerentur, finerent sibi id negotij, nec amplius ea de re solliciti essent. Ex quatuor verò cardinalibus duo pertinaciam hominis inspicientes, ab eo ad Martinum statim defecere. Qui autem in fide mansere, anticardinales sunt habiti: quorum alter Carthusiensis fuit, alter verò Iulianus Dobra appellatus est. Martini quoque auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non raulto post & Scoti & Armeniaci. Arque ita omnis Respublica Christiana, vna duraxat Paniscola excepta, Martini auctoritatem secuta est. Composita autem ex sententia tanta re principum omnium eccle-

sasticorum & secularium, maxime verò Sigismundi imperatoris labore & industria, de componendis moribus nimia licentia iam labefactis, tam laicorum, quam clericorum, mentio haberi cœpta est. Verum quia quadriennio Constantiense concilium iam durauerat, cum magno prælatorum & ecclesiarum incommodo. Martino placuit approbante concilio, rem tantam in aliud tempus magis idoneum transferre. Dicebat enim rem ipsam maturitate & consilio indigere: quia ex Hieronymi sententia, vnaquæque prouincia suos habet mores, suos sensus, qui tolli sine perturbatione rerum subito non possunt: Verum quia schisma ex parua re antea ortum fuerat, diutiusque cum magna calamitate Christianæ reipub. durauerat, de celebrandis concilijs talem sententiam promulgauit, maxime verò vbi intellexit Ioannem vigesimumtertium è custodia lapsum, aufugisse. Verebatur enim ne rursus aliud concilium inchoaretur. Eius autem sententia & decretum tale fuit, vt à fine concilij Constantiensis non nisi ad quinquennium vsque concilium denuò celebraretur: atque à quinquenniali in septennium aliud transferretur: ab hoc verò in decennium res protracta, legis haberet locum, vt singulis quibusque decennijs generale concilium idoneo haberetur loco, vbi de rebus omnibus ad fidem & rempublicam Christianam pertinentibus mentio fieret. Ad hanc autem institutionem approbandam patentibus litteris (quas bullas vocant) comprobari Martinus rem voluit, in eius sententiam concilio veniente. Omnia autem decreta ante pontificatum suum in schismate facta, nisi ad fidem & bonos mores pertinerent, omnino sustulit. Vt verò omnes intelligerent sibi in animo esse concilium habere, locum ad id aptum publico concilio disquirita tandem approbantibus omnibus, Papiam, quam idoneum habendi concilij locum decernit, littera que apostolicas in hanc ferè sententiam super ea edidit: Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam: Cupientes ac etiam volentes huiusce generalis concilij decreto satisfacere concilio approbante & consentiente. cum de loco ambigeretur, Papiam urbem auctoritate nostrarum litterarum designamus. Nulli ergo hominum liceat huius nostri decreti paginam infringere. Si quis autem hoc attentare presumpserit, omnipotentis Dei iram, beatorumque Petri & Pauli Apo-

colorum eius senescat incursum. Datum & actum Constantiæ in loco publicæ sessionis tanti concilij decimotertio Kalendas Maij, pontificatus nostri anno primo. Præterea verò dissoluendi concilij cupidus, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo conuentum habiti publicæ sessione: quo sublato consensu omnium, maximè verò Imperatoris, hæc verba mandante pontifice à Rainaldo sancti Viti in Marcello diacono Cardinali, audientibus omnibus enunciata sunt: Domini, ite in pace. Abeundi itaque omnibus potestas facta est. Cùm autem pontifex hinc ab Imperatore & Germanis rogaretur, vt in Germania aliquandiu remaneret, hinc à principibus Gallicis, vt in Galliam proficisceretur ostendit, sibi id nequaquam integrum esse, quòd diceret patrimonium ecclesiæ, absente pontifice, à tyrannis quibusdam in Italia occupatum distrahi & lacerari: urbemque Romanam religionis Christianæ caput cùm rectore suo careret, penè ad interitum redactam esse, peste, fame, ferro, igne, seditionibus. De basilicis verò ac sanctorum martyrum sacellis nolle dicere quæ abiente pontifice aut iam concurrerent, aut paulò post collapsuræ viderentur. Proinde sibi abeundum esse dicebat. Ferrent æquo animo quod vellent ratio & necessitas: paterenturque eum sedere in solio Petri, quem pontificem omnium consensu decreuerant: Ecclesiam Romanam caput esse & matrem omnium ecclesiarum, proinde in ea immorandum pontifici esse, ne verus gubernator à puppi ad proram transferatur, eum magno nauigantium (hoc est, in Christiana Republica viuentium) periculo & detrimento. Abiens itaque Constantia, ac per Sabaudiam iter faciens, dum Italiam petit, Mediolanum peruenit. Vbi à Philippo duce populoque Mediolanensi, nullo non genere honoris adhibito, per benignè suscipitur. Erat tum quidem Philippus in armis, ditionem paternam repetens, defendentibus se acriter tyrannis: qui gustata semel imperandi voluptate, non ita facile de possessione pellebantur. Urgebat tum Carmignola primus Philippi copiarum dux, Pandulphum Malatestam, qui capto Bergamo prodente arcem præfecto, pecunia & pollicitationibus corrupto, in Brixianos mouens, eum omni dominatu breui spoliasset, nisi à Venetis ingenti pecunia ac firmissimo equitatu esset adiutus: & à Martino Pontifice, qui auctoritate & gratia Philippum

ad pacem cum Pandulpho Malatesta inuendam perpulit, quæ postea Mantuæ, & Martino ea accedente, Ioanne Franciscò sequestro adhibito, his legibus composita est, vt Pandulphus quotannis tributo, tam diu Brixia potiretur, quoad ei viuere liceret, nulla intellando de ciuitate, quæ meritò ad Philippum deuolueretur, relicta potestate. Hanc verò pacem sequenti anno Pandulphus disturbauit, annixus pecunijs & milite retinere Gabrinum Fuldum in vrbe Cremona: quem armis Philippus continuò vexabat, ciuitatem paternæ ditionis, tot annis à tyranno possessam, repetens. Erat tamen fama, Pandulphum urbem ipsam à Gabrino emisse, Salodij Riperiam (ita ripam Benaci vocant, in precium pollicitus. Ab hoc autem bello Ioannes Franciscus deterrere hominem ob affinitatem conatus est, missis legatis, qui eum admonerent contra ius fasque agere, quòd foedera asperneret, quòd tyrannum tutaretur, quòd contra eum arma sumeret, à quo dominatu Brixiano donatus fuerat. Non esse contemnendam auctoritatem Martini, de sua nolle dicere, cuius auctoritate pax erat composita: si hominum auctoritatem contemneret, Deum saltem inspiceret, quem testem violati ab eo foederis, dum pax fieret, inuocauerant. Abiens autem Mantua pontifex quarto post accessum mense, Ferraria ac per Flaminiam iter faciens, Florentiam peruenit, vitata de industria Bononia: quæ, posteaquam intellexerat Baldesarè Cossam coactum esse abdicare se pontificatu, pulsis ecclesiæ magistratibus, in libertatem se vindicauerat. Instat tum acriter Carmignola iuvene Philippo, qui suo iure ducere exercitum in Pandulphum posset, atque breui capta magna Brixiani agri parte, ad Montemclarum castra locat, cum Ludouico Meliorato Innocentij septimi nepote certaturus: qui aduentare cum magno equitatu in auxilium Pandulphi dicebatur, affines namque erant, & id Ludouicus necessitudini tribuebat. Conserto itaque prælio, ac Ludouico turpiter fugato, Carmignola haud ita multò post, Brixiam in potestatem Philippi redegit. Potitur & breui Cremona Philippus, ac Gabrinum tyrannum ad castellionem captum, capitali supplicio afficit. Hoc tanto Philippi successu Nicolaus Estensis motus, sponte facturus id, ad quod armis cogi potuisset, Mediolanum profectus, Parmam (quam mortuo Othone tertio occupauerat (Philippo reddidit, retento Regio

Martini pontificis rogatu feudi nomine. Profectus & ed Ioannes Franciscus Mantuanus princeps Philippo gratulatum pro re bene gesta, cum minus comi fronte inspiceretur, cumque intelligeret, Philippo in animo esse, quicquid de Cremonensibus & Brixianis teneret, iure suo repetere, properè Mediolano abiens, Venetorum deinceps & Florentinorum amicitiam ac societatem secutus est. Hi enim duo populi sibi timentes, vnumquenque in partes suas blanditijs & pollicitationibus alliciebant, quòd Philippus regnandi cupidus, ruptis legibus initi foederis, & vltra Macram Sarzanam oppidum Lunensis agri, Thomæ Fregoso dedisset, quem è principatu vi & armis deiecerat. ne cum Genuensibus exsulibus quicquam aduersus se moliretur: & Bononienses Florentini populi socios ad defectionem concitasset, eorumque milites stipendio conduxisset, & Forumliuij nunc ob Thebaldi pueri tenellam ætatem, nunc ob Ferrariensis principis gratiam (vt crebrò dicebat) occupasset, cum foederibus cautum esset, ne Philippus Boniam & Flaminiam armis attingeret. Verebantur item, ne trium simul potentissimorum principum, Philippi, Martini pontificis, Alouisij regis: quos societatem iniisse constabat, vi & armis occuparentur omnia, cum contrà Philippus omnium malorum crimina in Venetos & Florentinos reijceret, quòd Veneti retinere Pandulphum in dominatu Brixiano sint annexi, quòdque Florentini & Genuenses quosdam hostes suos commeatu pecuniaque iuuisent: quòd Liburnum ditionis Genuensis, quam tum in potestatem suam redegerat, centum millibus nummis aureis emissent. Satis tum quidem ad concitandum bellum hæc discordiarum semina videri poterant, sed nihil est quod æquè Venetorum animos ad bellum impulerit, quam auctoritas Francisci Carmignolæ, viri bellica laude insignis, atque ea ætate clarissimi: qui (vt ipse dicere solebat) ægrè ferens Philippi insolentiam ad Venetos tum confugerat, eosque ad bellum animauerat, operam suam in ea re pollicitus. Quare hi duo populi, adscito in societatem belli principe Mantuano & Ferrariensi, partitaque bellica impensa, cum exercitu equitum duodecim, peditum octo millibus, cui Carmignola præficitur, cum fluuiali & maritima classe Philippum eodem tempore multis à lateribus, oppugnare adorti, à Guelphis, Brixianis, qui Philippo auersaban-

tur, in urbem vocantur: qua quidem ex parte occupata, Veneti tandem septem mensium oppugnatione totam denique in potestatem suam redegère. Ducente deinde Carmignola ad capiendâ Brixianorum castella, Martinus pontifex Philippo ducis calamitate motus, cardinalem sanctæ crucis ad Venetos mittit, qui pacem inter Philippum & Venetos componeret. qua infecta, quòd Veneti & Florentini iniqua postulare viderentur, rursus magnis viribus bellum vtrinque parari cœptum est. Pugnatum est ter eo anno collatis signis ad Gotolengum Brixianorum castellum, ad summum Cremonensem vicum, quibus in locis æquo Marte vtrinque discessum est. Ad Macloodium tertia pugna est habitata: quo in prælio superantur Philippi copia, cœpiturque Carolus Malatesta totius exercitus dux. Constat autem hanc tantam fuisse cladem, vt si milites captos retinere Carmignola voluisset, signaque ocyus perterritis inferre, eijcere principatu Philippum conseruatum, tanto accepto incommodo, haud magno negotio potuisset. Captus (vt dixi) eo prælio Carolus à Mantuano principe, ob affinitatem incolumis dimittitur. Interim verò dum Carmignola ad oppugnanda Brixianorum oppida, quæ in Philippi fide permanserant, copias ducit, eidem Philippo respirandi spacium dat. Nam & pacem cum Amadeo Sabaudia duce, à quo bello premebatur, datis ob id Vercellis componit, & Sigismundum ac Brunorum Scalam in Venetos concitat. Martinus autem pontifex Philippi rem in maximo discrimine videns, cardinalem sanctæ Crucis secundo ad componendam inter Philippum & Venetos pacem mittit: qui Ferrariæ subsistens, èd proficiscentibus cum mandatis principum ac ciuitatum legatis, ita pacem composuit, vt Brixiam Veneti & oppida Brixianorum Cremonensiumve quæ antea ceperant, retinerent. Præterea vti Philippus Bergomum Bergomatemve agrum Venetis ex foedere dederet, hac conditione, ne socios Venetorum Florentinorumque bello lacefferet, aut ad id defectionem concitaret. Approbavit hanc pacem Martinus, veritus ne Philippus ducatu omninò pelleretur, homini enim amicissimo, cum ob religionem auxilio esse non poterat, tum vel maximè, quòd superioribus annis ærarium pontificium exhaustum omninò fuerat, eo bello quod contra Brachium gesserat. Nam eo tempore, quo Flo-

rentiam profectus est, ostendit Brachium Montonium, virum in re militari præstantem, Perusiam, ducatum Spoletinum, & magnam patrimonij partem, ita occupasse, conductis mercede quibusdam tyrannis circumquaque positis, ut ipse tunc proficisci Romam non posset. Cum verò admonitus Brachius redire ad sanitatem nollet, armis spiritualibus, hoc est, censuris primo in eum pontifex usus est. Interdictum enim à sacris his omnibus est, qui Brachio parerent: vetitique sacerdotes decreto pontificis eidem in locis celebrare. Hanc ob rem Florentini moti amici Brachij incommodo, de pace cum Martino agunt, hac conditione, ut Brachius ad pedes Martini prouolutus, veniam peteret: quod etiam fecit, oppidaque aliquot ecclesiæ redderet. utque etiam stipendijs pontificis militans, Bononiam rebellem in Martini potestatem redigeret. Cui quidem bello Gabriel Condemmerius, tituli sancti Clementis presbyter cardinalis & legatus præfuit: cuius industria & Brachij virtute Bononia in potestatem ecclesiæ breui redacta est. Interim verò dum hæc Bononiæ agerentur, quattuor illi Cardinales, qui olim cum Petro Luna adulterino pontifice fenserat, Florentiam ad Martinum venientes, cum magno & honorificentissimo comitatu publico consistorio suscepti, dignitatum suarum titulos retinere. Tres enim diaconi cardinales erant: quartus verò qui antea canonicus regularis fuerat, presbyter cardinalis est habitus. Cum autem Baldesar Cossa adhuc in vinculis apud Heidelberg in Germania à comite Palatino detineretur, quidam Florentini ciues, quorum de numero Cosmus habitus est, rogare pontificem Martinum omnino non desisterent, ut tandem è carcere Baldesarem liberaret. Facturum se id pontifex pollicitus est. Verum dum eò legatum ob eam rem mittit, Baldesar moræ impatiens, triginta millibus nummum aureorum Palatino comiti persolutis, se è vinculis redimens, in Italiam veniens, ut rectè Florentiam proficisceretur, apud Petrum Rubicum agri Parmensis baronem veterem amicum diuertens, parari sibi insidias intelligit. Hanc ob rem noctu cum legato pontificis qui eum in via conuenerat, ad Thomam Fregolum veterem amicum confugiens, magnam iniecit omnibus suspicionem, ne rursus schisma innouaretur. Erat enim vir magni animi sagacissimique, & qui priuatam vitam nequaquam pateretur. Non des-

rant præterea qui hominis audaciam ad res nouas molienda concitarent, adeò tum rebus nouis studebatur: sed Deus omnipotens ecclesiæ suæ consulturus, Baldesarem impulit, nullis pactionibus interpositis, nulla requisita cautione, Florentiam ad Martinum proficisci: quò cum venisset admirantibus omnibus, exosculatione pontificis pede, eundem audientibus omnibus, ut verum pontificem & Christi vicarium canonicè lectum salutauit. Mira profectò hæc res omnibus visa est, & Dei potius, quàm hominum industria eò deducta, quòd homo regnandi cupidus, in summo rerum fastigio ante collocatus in loco libero, ubi plurimum ab omnibus diligebatur, amabaturque, tanta vteretur mansuetudine. Quæ certè omnibus præ gaudio lacrymas excussit, maximè verò his Cardinalibus, qui eum prius ut pontificem secuti fuerant. Martinus autem vicissitudine rerum humanarum motus, post aliquot dies hominem in numerum Cardinalium adsciscens, episcopum Tusculanum creat, atque deinceps eo habuit in honore, quo reliquos cardinales tam publicè, quàm priuatim. Verum Baldesar dolore animi, ut putatur (ferre enim vitam priuatam non poterat) aliquot post menses Florentiæ moritur: sepeliturque honorificentissimo sepulchro in templo sancti Ioannis, non longè ab ecclesia cathedrali, magna adhibita funeris pompa, eam rem Cosmo Medice procurante: quem homines existimant pecunia Baldesaris opes suas in tantum auxisse, ut & primarius apud Florentinos ciues, & dicissimus omnium apud Italos, ac fortassè apud exterarum quoque nationes deinceps sit habitus. Sepulchro hominis hæc verba ferè inscripta sunt: BALDESARIS COSSAE, IOANNIS XXIII. QVONDAM PAPAE CORPVS HOC TVMVLV CONDITVM. Interim verò dum hæc Florentiæ agerentur, oratores imperatoris Constantinopolitani ad pontificem venere, pollicentes Græcos quod ac fidem pertineret, vel le in sententiã Latinorum venire, si æquæ conditiones proponerentur. Hos & perbenignè ac splendide pontifex suscepit, & legatū è latere creauit, Petrum Fonsecam sancti Angeli Cardinalem hominem Hispanum in quavis facultate doctum, qui Constantinopolim ad res componendas proficisceretur. Verum priusquam virum integerrimum à se dimitteret, eò præmisit fratrem Antonium

nium Massanum ordinis Minorum generalem gubernatorem, qui imperatoris ac Græcorum explorata sententia, quid ea in re postea sperandum esset, pontificem admoneret. Instantibus autem Romanis, ut demum pontifex Romam proficisceretur, Martinus cum bona Florentinorum gratia discessurus, civitatem honore Metropolitanico exornavit. Nam cum antea ab ipsa penè vrbe origine episcopatum tantummodò habuisset, in archiepiscopatum eorum cathedralem ecclesiam transtulit: eique subiecit ut matri Volaterranam, Pistoriensem, Fesulanam ecclesiam. Dedicavit præterea ipsemet maius altare sanctæ Mariæ novellæ ordinis Prædicatorum, apud quam basilicam tamdiu diuertit, quamdiu Florentiæ fuit. Est enim conuentus ille ad recipiendos pontifices maximè commodus. Abiens itaque Florentia, Romam tandem peruenit, effusa obuiam omni vrbana multitudo: effusis principibus tanta vrbe, qui hominem non secus ac quoddam salutare sidus, vel vnicum patriæ parentem expectabant. Diem illum in fastis annotauère Romani, decimo Kalendas Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo. Vrbem Romam adeò diruptam & vastam inuenit, ut nulla ciuitatis facies in ea videretur. Coislabentes vidisses domos, collapsa templa, desertos vicos, coenosam & oblitam urbem, laborantem rerum omnium caritate & inopia. Quid plura? nulla vrbe facies, nullum vrbaneitatis indicium in ea videbatur. Dixisses omnes ciues aut inquilinos esse, aut ex extrema omnium hominum fece eò commigrasse. Ciuium itaque suorum calamitate permotus pontifex optimus, animum ad exornandam ciuitatem, componendosque ciuium ita adiecit, ut breui conualescens, meliorem faciem præ se tulerit. Hanc ob rem ciuitas ipsa, eum non modò summum pontificem, verùm etiam patriæ parentem appellauit. Sed ne tam publica lætitia diuturna esset sine aliqua molestia, sequenti anno mense Nouembris in vigilia beati Andree, adeò in immensum Tiberis creuit, ut per portam Flaminiam ingressus, totam urbem in plano sitam inundauerit: templumque Pantheon usque ad altare maius repleuerit. Decrescens autem biduo post, multa animalia passim secum traxit, multaque ciuibus damna intulit: qui non secus per vicos navigabant, ac per alueum Tiberis facere consueuerunt. Alouisius

autem rex Ludouici regis filius, eodem tempore Romam ad pontificem veniens, regni Neapolitani titulum à Martino consecutus est, Cardinalium omnium consensu. In regnum namque per adoptionem à regina Ioanna Ladislai sorore vocatus, sine vlllo Marte hoc modo consecuturum se regnum putabat. Verùm studio partium ab vrbe Neapoli submotus, in Calabriam secessit. Cùm autem concilij tempus instaret (ut ex decreto Constantiensi institutum erat) Martino placuit sententibus etiam ita cardinalibus omnibus, præmittere quosdam prælatos, qui Papiæ illud inchoarent. Is enim locus ad eam rem omnibus maximè commodus videbatur. Missi itaque eò statim Petrus Donatus archiepiscopus Cretensis, Iacobus Camplo episcopus Spoletinus, Petrus Rosatius Aquileiensis diocesis abbas, præter Leonardus Florentinus, fratrum Prædicatorum generalis, concilium inchoarunt: ad quod nemo quidem adhuc venerat, præter duos abbates Burgundos. Differre itaque rem in aliquot dies placuit, donec ex omni natione vnus aliquis superueniret. Ex Gallica enim & Germana natione nondum quis venerat. Parui namque momenti fore putabant, quod sine istorum auctoritate & suffragijs esset inchoatum. Sed ecce dum hos expectant, tanta repente pestis Papiam inuasit, ut præsidentes concilij mutare locum & tempus sint coacti. Placuit itaque omnibus ex sententia pontificis Senas migrare: quo maior ex omni natione multitudo quam Papiam peruenit. Alphonsus autem Aragonum rex Martino inensus, qui titulum regni Sicilia & Neapolis habere nequiuerat, datum (ut antea dixi) Alouisio regis Ludouici filio, oratorem ad concilium mittit: quid & concilium in longum duceret, & causam Petri Lunæ adhuc in Paniscola superstitis restitueret, largitione, pollicitationibus ambiendo vnūquenque ex his, quid in concilio auctoritatem haberet. Hanc ob rem Martinus non ignarus quantam calamitatem ea res ecclesiæ Romanæ allatura esset, quantumque periculi in mora haberetur, mandauit concilium statim dissolui approbatis decretis concilio habitis, quæ ad fidem pertinebant. Et ne subterfugere conuentum Christianorum videretur, in sequens septennium concilio adiudicauit, quo in Basilea celebraretur. Atque hoc modo schismatis & discordiarum semina à quibusdam in concilio Senensi iacta & sparsa, sublata hominis

prudencia & astu sunt. Tum verò Alphonfus palam de Martino conqueſtus est, quòd dicere eius opera & se à regina Ioanna abrogatum regno esse, quem prius hæredem instituerat, & Alouisum regis Siciliæ filium, nouum hæredem institutum. Refellebat quidem hæc crimina perfacile Martinus, quòd dicere Alouisum hæredem Ioannæ ab Alexandro quinto, & Ioanne vigesimo tertio in regno prius confirmatum fuisse, reijceret eam omnem culpam in reginam, non autem in se, ad quem pertineret feudatarios ecclesiæ confirmare, non autem tollere, nisi aliquod grande facinus in sedem Romanam commississent: se non videre cur Alouisus Ioannæ suo iussu coronatæ, legitimus hæres esse non posset. At verò Brachius cùm videret pontificem multiplici cura implicitum, ob simultatem cum Alphonso contractam, multis oppidis ecclesiæ per vim potitus, Aquilam urbem regni Neapolitani graui obsidione premit. Hanc ob rem motus pontifex, comparato satis iusto exercitu, liberare Aquilam annixus, adiuuantibus his, qui cum regina & Alouisio militabant, non longè ab Aquila patenti campo Brachium superat & interficit. Aderant in eo prælio Sfortiani. Francisco duce Sfortiæ filio, qui superioribus annis, dum Piscariam flumen trajicit, quod Aternum veteres appellabant, in undis perierat. Delatum itaque Romam Brachij cadauer, in loco profano extra portam sancti Laurentij sepelitur. Hac autem victoria tanta deinceps tranquillitas exorta est, redactis ad ditionem ecclesiæ Perusio, Tuderto, Assisio, alijsque oppidis, quæ Brachius occupauerat, vt Augusti Octauij felicitas & pax redijſſe sua ætate videretur. Licebat tum frui otio, & liberè per siluas noctu etiam tutò commearo. Nulli latrones tum exstabant, nulli sicarij & fures, adeò hoc hominum genus persequeretur, sublato è medio Tartalia, Lauello, alijsque tyrannis, qui atrocinijs potius, quàm militia vita traducebant. Huic autem felicitati obſtare Bohemi hæretici videbantur, qui hæresi & armis Germanos catholicos continuè vexabant. Vt igitur hi quoque rationi & ecclesiæ obtemperarent, cùm benè monenti parere noluiſſent, legatos in Germaniam miſit, qui catholicos ad arma concitarent. Ac primò quidem, seorsum tamen, Henricum sancti Eusebij Cardinalem, deinde Bartholomæum Placentinum, postremò verò his reuocatis, Iulianum Cæſarinum sancti Angeli Car-

dinalem eò miſit, qui certè non sua culpa, sed ignauia militum, magnum incommodum ab hostibus accepit. Martinus autem ob eam rem haud animo concidens, maiora in hæreticos parabat. Verùm priusquàm tantam rem aggrederetur, sedare Italarum discordias instituerat. Nam pace, vt diximus, à Martino composita inter Philippum & Venetos, Florentini ægrè ferentes, Ladislaum Pauli Guinifij tyranni Lucensis filium superiore bello sub Philippo militasse, occasionem opprimendæ Lucæ nati, quòd superiore pace nil scriptis de Guinifio cautum fuerat, in agrum Lucensem copias mouent, Nicolao Fortebrachio copiarum duce. Captis itaque non ita multò post quibusdam castellis circumquaque positis, urbem obsidione cingunt. Tum Philippus sollicitatus Pauli precibus, veritusque ne si Luca in Florentinorum potestatem deueniret, acriores eos vt pote propinquiores haberet hostes, Franciscum Sfortiam cum magno equitatu primo in Parmensem agrum mittit, vnde pedestres copias conſcriberet. Qui quidem vere iam appetente Apenninum transgressus, tantum terroris Florentinis iniecit, vt prius quàm in vallem nebularam, ita enim accolæ vocant, descenderet, hostes mouere castra, ac Lucam obsidione liberare præ metu coegerit. Eius autè aduentus eò gratior Lucensibus fuit quòd pulsus hostibus ac capto tyranno, liberi omnino Francisci auxilio futuri videbantur. Verùm Franciscus acceptis 50. millibus nummum aureorum ex xario Florentino depromptis, Lucenses maiore in discrimine, quàm vnquàm antea fuerant, reliquit, pactus ob datam pecuniam se eo toto semestri Philippi imperio nõ obtemperaturum. Obsideri deinde Lucenses acrius sunt cepti. Quare Philippus instante Martino pontifice, qui Lucensium quoque vices dolebat, Nicolaum Picenninum cum maximo equitatu eò statim mittit, qui suis ac fugatis hostibus, non solum Lucam obsidione liberauit, verùm etiam inde mouens, ex Pisanis ac Volaterranis multa castella vi cepit. Senensibus etiam rem gratam factururus, qui tum Florentinos bello inuaſerant. Martinus autem ab externo hoste quietus, ad exornandam patriam basilicasque Romanas animum adijciens, porticum sancti Perri iam collabentem restituit: & pauimentum Lateranensis basilicæ opere vermiculato perfecit: & testudinem ligneam eidem templo superinduxit: picturamque Gentilis, opus pictoris egregij inchoauit.

Aedes præterea vetustate collabentes ad duodecim apostolos restituit. vbi & annos aliquot habitauit. Huius autem studia Cardinales secuti, titulos suos ita certatim restituit, vt iam aliqua facies rediisse vrbi Romæ videretur. Creauit & Cardinales, quorum de numero fuit nepos suus Prosper Columna, sancti Georgij ad Velus aureum diaconus cardinalis. Interea verò mortuo Petro Luna in Paniscola, ne aliquid deesset, quod ecclesiam vexaret, duo illi anticardinales, de quibus mentionem fecimus, Alphonso Martini honestè adhortante, Aegidium cognomento Munionis, canonicum Barchinonensem genere nobilem, pontificem deligunt, Clementem què octauum appellant: qui statim & Cardinales creauit, & fecit quæ à pontificibus fieri consueuerunt. Verùm cum Martinus in gratiam cum Alphonsio rediisset, eò statim Petrum de Fuxo Cardinalem misit apostolicæ sedis legatum: in cuius manus iubent Alphonso Paniscolæ domino, Aegidium omnia pōtificatus iura deposuit: erga quem hac benignitate Martinus postea vsus est, vt eū Maioricensem episcopū declarauerit Cardinales autè ab Aegidio creati spontè cardinalatu se abdicarunt. Illi autem duo, quos à Petro Luna creatos diximus, in sua què pertinacia mansisse, cum pontifici Romano parere nollent, in carcerem à legato conijciuntur. Atque hoc modo Martini pontificis sapientia & industria omne schisma vndiq; sublatum est. Pacata hoc modo vndique ecclesia Dei, in dandis beneficijs mira prudentia vsus est. Non enim vniciquè petenti ea conferebat, sed statim mente agitabat, quis potissimū esset idoneus, cui talis cura demandaretur. Quod si homines prouinciarum non nossent, in quibus vacare beneficia contigisset, statim peritos regnum consulebat, quis aut incuria, aut gymnasijs publicis esset doctrina nobilitate, moribus tanta prouincia dignus. Atque hac quidem ratione & ecclesijs & hominibus honore dignis pariter consulebat cum maxima celebritate nominis sui. Tantæ præterea constantiæ fuit, cum duos haberet fratres, quorum a alter Iordanus princeps Salernitanus maior natu peste moritur: alter verò minor natu, Laurentium appellant, in turri igne casu iniectus exultus est, vt nil ex eo sit auditū, nil visum, quod impatientiæ aut abiecti animi signum aliquod præferret. Hic autem vir in omni vita integer, demum pontificatus sui anno 14. mense 3. Romæ a popplexia moritur, g-

tatis suæ anno 63. sepelitur què eius mandato in basilica Constantiniana ante capita apostolorum, sepulchro æneo, comitante populo Romano, comitante clero non aliter flente, quàm si ecclesia Dei, si vrbs Roma vnico atque optimo parente orbata fuisset. Vacat tum sedes diés xij.

Otho Columna Agapiti filius, regulus Romanus, nobilissimo genere ortus, & à teneris annis omnium disciplinarum genere imbutus, vtriusquè Iuris Doctor fuit. Ab Innocentio viij. Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro creatus Vmbriæ, & Etruriæ summa cum æquitate Legati iure præfuit. Quum in concilio Constantiensi, tribus qui de pontificatu decertabant, repudiatis, vir optimus quaeretur, qui remp. Christianam longo schismate perturbatam, constitueret, ipse vnus post conditam Romanam ecclesiam, ab vniuersali concilio, cui tres & viginti Cardinales interfuerunt, ad supremum in terris fastigium euectus est. 3. Idus Nouembris, anno MCDXV. ætatis suæ quinquagesimo, cōsecratus ibidem in ecclesia Cathedrali Constantiensi. xi. Kal. Decembr. Sedit verò Cæsare Sigismundo Rege Romanorum annos xiii. menses iii. diés x. Hic schismate quinquaginta annorum sublato, pacem ecclesiæ reddidit. Romam veniens Italicas res turbatas, pace inter dissidentes Principes cōposita, constituit. Ditione ecclesiasticā à tyrannis occupatam recuperauit, Picanos rebelles domuit, vrbem intestinis discordijs afflictam recreauit, fabricis exornauit, moribus & optimis institutis excoluit, sacras aedes collabentes refecit, agrum Romanum latrocinijs infestatum, sicarijs, & latronibus necatis, tutissimum reddidit. Ioannam Neapolitanorum Reginam Legati opera coronauit, cuius regnum ex Reginæ auctoritate, reiecto Alfonso Arragonio rege, Ludouico III. Andegauensi duci adiudicauit. Basileense conciliū indixit. Vrbem ad eam omnium bonorum beatam copiam felicitatem què perduxit, vt Augusti tempora rediisse viderentur. Postremò de patria, Romana ecclesia, & Republica Christiana optimè meritis, Cardinalibus quoque xvii. ordinationibus tribus creatis, Romæ a popplexi correptus, rebus humanis excelsit, x. Kalend. Martij, anno MCDXXI. ætatis Lxiiii. Vacauit sedes diés x. Corpus æneo solio ante Apostolorum capita, cum hoc Elogio Laterani sepelitur.

MARTINVS PAPA V. SEDIT AN-
NOS XIII. MENSES III. DIES XII.
OBIIT ANNO MCCCCXXXI. DIE
XX. FEBRVARII TEMPORVM SV-
RVVM FELICITAS.

EVGENIVS IV.



EVGENIVS quartus, patria Venetus, fa-
milia Condemeria, populari quidem,
sed antiqua patre Angelo natus, ponti-
ficatum hac ratione adeptus est: Creato enim
pontifice Gregorio duodecimo è gente Cor-
raria patria Veneto, Antoninus Corarius Gre-
gorij nepos, Cælestini habitu Canonicus con-
gregationis sancti Georgij in Alga Romam i-
turus, Gabrielem Condemerium, qui e usdè
professionis erat, quo cum ab ineunte ætate
familiariter vixerat, secum aliquandiu recu-
santem duxit, cuius ingenio & solertia dele-
ctatus Gregorius, eum primo thesaurarium
fecit, deinceps verò episcopum Senensem crea-
vit, præfecto Bononiensibus in eadem digni-
tate Antonino nepote. Recusarunt aliquam-
diu Senenses Gabrielem in episcopum, quòd
diceret hominem aliundè natum, nequaquam
in tanta re civibus Senensibus præficiendum,
eam curam debere civis alicuius esse, qui mo-
res hominum & ritus civitatis nosset. Verùm
cum postea Gregorius rebus suis diffidens,
Roma Lucam profectus fuisset, aucturus Car-
dinalium numerum, Antoninum nepotem &
Gabrielem Condemerium in Cardinales re-
tulit Gabrielis autem opera in magnis rebus
postea Gregorius & Martinus abrogato Gre-

gorio vsus est: maximè verò in legatione Pi-
centina, qua & Picentes in fide ecclesiæ con-
firmavit, sumpta de quibusdam seditiosis &
coniuratis poena: & templum sanctæ Hagne-
tis Anconæ dirutum, portumque eiusdem ci-
vitatatis ad imitationem divi Traiani magna
impensa restituit, fluctibus quassum & veru-
state consumptum. At verò cum Martinus in-
tellexisset Bononienses rebus novis studere,
eo è Piceno Gabrielelem legatum misit, qui suo
adventu seditionem omnem statim iustulit.
Cum autem inde Romam venisset, mortuo
haud multò post Martino, solus è duobus de
viginti Cardinalibus, qui tum in conclavi ap-
ud Mineruam aderant, pontifex creatur an-
no millesimo quadringentesimo tricesimo-
primo, quinto Nonas Martij: Eugenijsque mu-
tato nomine ut sit, appellatus, ad sanctum Pe-
trum comitante populo & clero statim per-
ducitur. Accepta deinde corona pontificia de
more, inuisaque basilica sancti Ioannis Late-
ranensis, in Vaticanum rediens, consistorium
generale proposuit indicta die: qua certè tan-
ta multitudo adfuit, ut cum trabes deficerent
eius loci, ubi nunc consistorium publicum sit,
trepidatum adedò tumultuosè sit, ut in ipsa fu-
ga Senogalliz episcopus civis Romanus è gê-
te Mellina, obtritus perierit. Nondum enim
ædes ipsæ pontificiæ hanc formam, quam nunc
habent, acceperant. Dimisso consistorio Euge-
nius tumultus deinceps ex industria vitavit.
Instantibus deinde quibusdam delatoribus, qui
dicerent Martinum congregandi auri cupidum,
maximos thesauros reliquissè, idq. sciturum
Eugenium ex Martini familiaribus nepoti-
busque, eò vesanijs hominem pepulère, ut Od-
dum Poccium Martini vicecamerarium com-
prehendi iusserit, idque negotium Stephano
Columnæ dederit, quem copijs suis præfeca-
rat. Ab alijs enim Columnensibus is solus dis-
sentiebat, Cardinali Ursino & Cardinali Co-
mitum insaniam hominis adiuvantibus, quo-
rum artibus hæc omnia contra Columnenses
gesta putantur, ob inueterata factionum o-
dia. Mandauerat Eugenius ut Oddo ad se sine
vllò tumultu, sine ignominia perduceretur,
quod contra à Stephano factum est; nam & e-
ius bona à militibus direpta sunt, & ipse
vi tanquam latro per ora hominum ad ponti-
ficem tractus est. Hac indignitate motus Eu-
genius, Stephano admodum succensuit, eique
interminatus est, quod & Oddonem, & epi-
scopum Tiburtinum olim Martini cubicula-

rium, ita indecenter ad se pertraxisset. Veritus itaque Stephanus Eugenij iram, & Præneste ad principem Columnam confugit: eumque adhortatus est, suas opes pollicitus, ut Eugenium ab vrbe pelleret, quod diceret ei in animo esse nomen Columnensium extinguere: id se optimè scire, eiusque consiliorum participem fuisse, & ob eam rem aufugisse, quod sciret partem illius calamitatis ad se quoque (nisi tantum mali simul declinarent omnes) peruenturam. Motus his verbis princeps, & eorum calamitatibus, qui Martini pontificis familiares fuerant, sumptis properè armis, pontificem aggredi instituit. Substitit tamen aliquandiu, donec Prosper frater diaconus Cardinalis, quem quidem præmonuerat, ab vrbe discederet. Viso autem fratre à Præneste Martinum, atque deinceps Romanam tanquam ex arce belli in Eugenium mouens, occupata per Ioannem Baptistam porta Appia, urbem armato milite sine vlllo maleficio primo ingreditur. Iam peruenerant ad sanctum Marcum, & in vicum Columnam cum subito eis obuia facti sunt pontificis milites, magna populi parte adiuuante. Pugnatum est in vrbe aliquandiu, atque acriter: qua in pugna multi vtrinque cecidere & capti sunt. Quare Columnenses cum viderent populum Romanum longè aliter sentire, quam arbitrarentur, cedere ex vrbe instituentes omnia passim rapiunt, pecora abigunt, homines abducunt. Talionem tamen his reddidere pontificis milites, Romano populo mixti. Nam & Prosperi Cardinalis & Columnensium omnium, ac eorum qui cum Martino familiariter vixerat, domos hostilem in modum diripiunt & vastant. Irritatis hoc modo vtrinque animis, non solum aperto Marte, verum etiam proditiōibus res agi cœpta est. Capitur nanque archiepiscopus Beneuentanus Antonij Columnæ filius, ac quidam Masius frater, qui fassus est quæstione adhibita, sibi in animo fuisse arcem sancti Angeli dolo capere, interfecto ipsius arcis præfecto, eamque Columnensibus prode: qua occupata, & pontificem & Vrinos ab vrbe pellerent. De Masio sacerdotio abrogato quod degradare appellant, sumptum supplicium est in campo Floræ eiusque corpus quadrifariam sub furca diuisam, ad quattuor vrbes celeberrimas vias suspensum est, de archiepiscopo Beneuentano nulla mentione habita. At vero cum Eugenius in ægritudinem quandam incidisset, vel dolore animi quo in tantis per-

turbationibus afflictabatur, vel veneno, quo appetitum à Soldano suo quidam dicebant, agere de pace cum Columnensibus cœpit, curante eam rem Angeloto Fusco ciue Romano, quem non ita multò pōst vnà cum Francisco Condemerio nepote suo, Cardinalem creauit. Diuulgata itaque pace quanta maxima celeritate potuit, quod iam ingressum Italiam Sigismundum intellexerat, Romam venturum, nepotem Franciscum camerarium instituit: huicque viros quosdam præstantes addidit, quorum consilijs vteretur in gubernanda ecclesiastica ditione. Dum hæc autem Romæ agerentur, Florentini & Veneti elatiores facti, quod & Philippum Genuæ dominum elasse in littore Genuensi superassent, quodque Eugenium ciuem pontificem haberent, Philippum ipsum bello terrestri aggrediuntur: qui accito properè ex Etruria Nicolao Picenaino, & classẽ Venetam ad Cremonam desecit: & Carmignolæ impetus facilè retardauit, quem Veneti haud ita multò pōst quæstionibus, literis, testibus cõditiũ, ut ipsi dicunt, capite multarunt: quod per eum stetit, quò minus Cremona potirentur, capta à Gualcoboue ipsius vrbis porta: quodque etiam classis sub ipsius oculis desecta ab hostibus fuisset, cum ex propinquo loco à tanto exercitu id fieri perfacilè potuisset. Tum verò Florentini aduentum Imperatoris in Italiam veriti quò Philippi rebus fauere vidèretur, Nerio Capponio ciui suo negotium dant, ut quibus rationibus maximè potest, Eugenio ostendat & persuadeat, aduentum Imperatoris ad urbem, non minus apostolicæ sedi, quam Florentinis exitium ac perniciem minari, destineri hostem facilimè posse, quo minus Arnũ ad Senenses transeat, qui Florentinos iam pridem bello lacessierant, si Nicolaus Tollentinas, qui tum pontificis nomine stipendia faciebat, coniunctis copijs & animis cum Michele Cotignola Florentinarum copiarum duce, ad Arnũ Sigismundum cõrceat, ne flumen cum Germano equitatu traiciat. Venerat in eadem sententiam perfacilè Eugenius: & cum de impensã bellica aliquantulum ad dubitaretur, rem Nerius ita statim partitus est, ut duobus millibus equitum Eugenij, populus Florentinus tam diu stipendia præberet, quò ad bellũ illud protraheretur. Tum verò Nicolaus Tollentinas iussu pontificis ex hybernis mouens, dum Seneses incurfionibus & rapinis vexat: Sigismundo traiciendi Arnũ

tempus & facultatem dat, adiuuante Antonio Pontadera egregio tum copiarum duce, & accerrimo Florentinorum hoste: qui deinde per Volleranum iter faciens, pacato magis quàm hostili agmine ab omnibus expectatus proficiscitur. At Imperator cum iam sex mensibus Senis substitisset, cum magna populi Senensis impensa, tentatam frustra cum Florentinis pacem omittens, ad Eugenium conuersus, inuito cum eo foedere Romam profectus, perbenignè à pontifice populoque Romano susceptus, corona imperij donatur. Verùm dum è Vaticano vbi coronam acceperat, ad Lateranum vbi diuertebat, proficiscitur; in ponte Hadriani, vt Imperatorum mos est, multos tum Italos, tum Germanos in equestrem ordinem asciuit. Sunt qui scribant, Eugenium hominem vsque ad pontem comitatum ad sanctum Petrum rediisse. Abiens deinde cum bona Eugenij gratia, Imperator per Picentes & Flaminiam iter faciens, Ferrariam atque Mantuam peruenit. Vbi aliquot dies immoratus, & Ioannem Franciscum Mantuæ dominum marchionali dignitate additis imperij signis ornauit, & Barbaram Ioannis marchionis Brandiburgensis filiam, Ludonico Ioannis Francisci filio spondit in vxorem, quæ nuptiæ honestare familiam Gonziacam sunt visæ: & quod Sigismundo Imperatori puella affinitate coniuncta erat, & quod pater Ioannes potestatem ineundi suffragia ad creandum imperatorem habebat. Abeunte autem ab Italia imperatore, cum iam omnia bello feruerent, Nicolaus Estensis Ferrariensis marchio hortante Philippo Venetias profectus, Venetos ad pacem multis rationibus adhortatus est, qui & hominis auctoritate permoti, & quod etiam nimia belli impensa exhausti priuatim ac publicè essent, legatos Ferrariam cum Nicolao mittunt, vbi kalendis Aprilis; anno trigesimotertio supra quadringentesimum & millesimum veniente in eandem sententiam Eugenio; pax his conditionibus composita est, vt Philippus Glarea Abduæ, id ei loco nomen est, decederet; vtque marchioni Montisferrati & Olando Pallauicino dominatum redderet: vtrunque enim ditione paterna spoliauerat: Florentinorum, Lucensium; Senensiumve, quæ bello capta fuissent; ad pristinos dominos reciderent; communi omnium hoste habito, qui infra trigesimum diem capta non reddidisset. Pace autem hoc modo vbique parta, quietura ali-

quandiu omnia videbantur, cum subito omnis belli vis in Eugenium conuersa est. Nam Philippus nouarum rerum cupidus, & Franciscum Sfortiam cum magnis copijs in Flaminiam misit, hominem iturum in Apuliam simulans, quam Alphonsus bello vexabat, defensurum ea oppida, quæ pater Sfortia è loci adeptus erat. Qui quidem paratissimis copijs per Picentes & Umbros iter faciens, oppida illa ex improviso adortus, breui in potestatem suam redegit. Non hoc contentus Philippus, Nicolaum Fortebrachium, virum ingenio, & manu promptum, cum delecto equitatu ad eò celeriter in Eugenium misit; vt prius propè & pontem Miluium & portam Flaminiam occupauerit, quàm aduentare hostem sit cognitum. Militauerat prius sub Eugenio Nicolaus, & eius nomine præfectum Vici Vetralla & ciuitate veteri spoliauerat, adiuuantibus Venetorum triremibus, quæ mari arcem continuè oppugnabant. Verùm cum postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugenius, tantum prædæ ex castellis præfecti cum auxillis, maximè verò ex direpto Vico, vt ei pro stipendio sat esse possent. Quam ob rem indignatus Nicolaus, agrum Romanum ingressus, tantum tumultus concitauit, ingenti præda tum hominum, tum pecorum abacta, vt Eugenius aliquandiu incertus remanserit, quorsum iret. Concurrerant Romani ciues ad Eugenium, quæstum de illatis iniurijs quos pontifex eo potissimum tempore concilij exers & bonæ valetudinis, ad Franciscum camerarium remittebat, qui ocio & voluptatibus deditus, nil aliud respondebat, cum crebra de ablatis pecoribus querelæ fierent, eos nimiam spem in pecoribus collocasse: Venetos quidem sine gregibus & iumentis longè vrbaniorem vitam ducere. Indignati huiuscemodi responsi Romani, cum iam Nicolaus & Tibur, pulso inde comite Taliacocij, & Sublacense oppidum cepisset traxissetque in partes suas Columnenses omnes, interfecto à principe Stephano Columna, qui semper diuersa sentiebat, ad libertatem respicientes, sublato clamore ad arma & libertatem conclamatum; pulsus omnibus Eugenij magistratibus, ac capto Francisco camerario, nouos ipsi magistratus creant. Septem fuere è ciuibus Romanis, quos ipsi gubernatores appellabant, penes quos vitæ ac necis hominum summa potestas erat. At verò Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus, quid potissimum

faceret. de fuga cogitare cœpit. Mutato itaque habitu, sumptoque monastico cucullo, vnâ cum Arsenio monacho nauiculam ingressus, Tiberi Ostia uehebatur, eum subitò Romani quidam cognita hominis fuga, eum lapidibus, sagittisque incessunt. Distinere enim hominem tandiu cupiebant, quoad arce sancti Angeli potirentur. Abeunte autem Eugenio Iulij, eodemque Pifas, ac deinde Florentiam triremibus ad id paratis delato, Romani ad oppugnandam arcem sese accingunt, vallo & aggeribus omnia loca munientes, quæ dare accessum hostibus possent. Contrâ autem qui in arce erant, prodire in certamen nonnunquam consueuerant. At verò præfectus artibus agendum cum Romanis ratus, adiuuante Baldesare Aufida viro sagacissimo, qui inferiori arcis partem tuebatur, vni ex militibus suis in certamen prodeuntibus negocium dat, vt captus de industria ab hoste. Castellani sæuitiam & auaritiam criminetur; polliceaturque eis, si velint pactam mercedem præstare, & mortem præfecti, & arcis prodicionem. Fecit ille mandata diligenter. Captus, nullo non genere maleficij in Antonium Ridium coniecto (ita enim arcis præfectus vocabatur) fidem dat se cum socijs omnia transacturum. Dimissus itaque, arcem ingreditur, vestes Antonij ac caligas, addita etiam capitis forma, suspendit: à longè idem videbatur. Clamabat Baldesar de scelerato sumptum esse supplicium, ingrederentur aliquot ex optimatibus, & enumerata pecunia iam pacta, arcem reciperent. Credidèrè miseri nullam subesse fraudem, ingressi aliquot, statim capiuntur. Fit clamor exultantium in arce, conijciuntur in populum Romanum missilia, bombardæque. Derisi autem hoc modo Romani, de redimendis captiuis cogitantes, & camerarium Eugenij nepotem, quem in vinculis habebant, dimittunt, suos, qui in arcè erant, recepturi: & demum in Eugenij potestatem veniunt. quanto post libertatem adeptam mense. Creati itaque magistratus ecclesiæ nomine statim Capitoliū firmo præsidio & comeatibus muniunt. Superueniente deinde Ioanne Vitelesco, quem patriarcham vocabant, abeunte ad Eugenium Francisco nepote, tantus repente terror Romanis incussus est, vt hircere præ metu non auderent. Erat enim Vitelescus homo imperiosus & sæuus, & tyrannicam magis quàm religiosam vitam præferens.

Agebantur hæc Romæ, cum Alphonfus inte-

rim Neapolim & Caietam oppugnat, à mercatoribus Genuensibus acriter defensionem. Succurrendum itaque suis Genuenses rati, classem quanta maximè celeritate possunt, instrunt, Philippo Vicecomite eorum duce annuente, ac pedites aliquot præbente. Facti non longè à Caieta hosti Alphonso obuiam, cum eo confligunt. Post longam & acrem pugnam superatur Alphonfus rex, & capitur vnâ cum suis omnibus, quorum de numero aliquot præcipes fuère. Perducitur Mediolanum ad Philippum Alphonfus, suscipiturque non vt captiuus & Genuensium hostis sed vt rex & amicus. Habitus autem honorificèssimè per aliquot dies, multisque & magnis muneribus à Philippo donatus, in regnum abiens, Caieta statim potitur. Tum verò Genuenses indignabundi quòd Alphonsum hostem, quem tanto cum periculo captum, tam leuiter dimississet, Thoma Fregoso auctore, à Philippo descendièrè: eundemque Thomam ducem creauerunt. Tum verò Picenninus in Genuenses missus, cum ciuium pertinaciam cognouisset, capta Sarzana, in Pisanos moeans, simulata in regnum profectio, ne inuand. Alphonso gratia, multa ex Pisanis castella diripuit. Hominis tamen impetus retardauit Florentini, accessit Eugenio nutu Francisco Sfortia qui iam Picenum occupauerat, quærebatque adiuuantebus Florentinis & Venetis, vt marchix dominus decerneretur. Facturum se id recusabat Eugenius quòd diceret pontificis esse redimere etiam bello, si reporteret ecclesiasticas res, non alienare. Dilata tum res in aliud tempus est: atque hac spe ductus Franciscus & Picenninus ab obsidione Bargæ repulsi, capto Ludouico Gonzaga, qui cum Picennino militabat: & Lucam Florentinorum nomine, acri obsidione cinxit. Sed Picenninus Lucensibus auxilio futurus transitu Apennini prohibitus, liberaturum se alia ratione Lucenses prædicâs, per Bononiensem agrum sine vlllo maleficio iter faciens, vbi Oriolum Florentinorum oppidum expugnasset, Lucensium memor, cum exercitu victore eò profectus superatis Florentinis absente Francisco Sfortia, Lucam obsidione liberat. Tum verò pontifex ancipiti cura distractus, & quòd bellis vndique premeretur, & quòd Basileense cõcilium, iam antè inchoatum Martini decreto augeri indies cerneret, concurrentibus eò Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, Pannoniæque principibus, qui communem rei p. Christianæ causam in arbitrio concilij reponebant: ad

collendum concilium versus, illud primo quidem ex Basilea Bononiam transtulit, cardinalium omnium, qui secum aderant, consensu. Sed imperator alijque principes & prelati, qui tum Basileæ erant, non modò pontifici nõ obtemperarunt, verùm etiam eum bis terque monuerunt, vt Basileam idoneam à Martino celebrandi cõcilij locum delectum, vnà cum cardinalibus proficisceretur, aliter se in eum acturos vt in præuaricatorem & cõtumacem. Motus istorum verbis Eugenius, Basileense cõcilium litteris etiam apostolicis confirmauit, facta vnicuique cundi ad concilium potestate. Aded enim bellis vnde quaque vexabatur, vt vix ei respirandi facultas daretur. Verùm recuperata vrbe Roma, vt diximus, eò statim Ioannes Vitelescus ab Eugenio mittitur, homo quidem ad res agendas aptissimus, sed natura fauissimus & immitis: qui in Columnenses & Sabellos totamq; Gibellinam factionem duceens, & castellum Gandulphum ad lacum Albanum possum, & Sabellum & Borgetum in Latio de Sabellis diripuit & euertit. Albam, ciuitatem Lanuuianam, Præneste, & Zagarolũ cepit, incolis omnibus, qui supersites fuere, Romam migrare iussit. In Hemicos deinde conuersus quam nunc Campaniam vocant, omnes in ditionem ecclesiæ redegit. Captũ Antonium Pontaderam hoste ecclesiæ, apud Frusconem ad oliuata turpi laqueo suspendit. Reuersus deinde Romã trepidantibus omnibus, & domos quorundam coniuratorum qui portam Næuiam, quam maiorem vocant, concitato in vrbe tumultu ceperant, diruit: eosque hostes ecclesiæ dijudicat. Ex his autem captum Pulcellum, & forcipibus ignitis in curru ex cruciatum, in Campo Floræ suspendit. Verùm conquerente populo Romano, quòd diuicium quorundam auaritia, charitate annonæ laboraretur, tantum repentè tritici suo iussu in forum delatum est, vt à magna charitate ad summam copiam breui sit ventum: aded omnes eius imperia obseruant. Pacatis hoc modo rebus, in regnum Neapolitanum conuersus, quod paulò antè Alphonsum occupauerat, quodque ipse dicebat ad ecclesiam & pontificem pertinere, principem Tarentinum cum duobus millibus equitum cepit, comitis Nolani ditionem occupauit. Paulùm etiam abfuit, quin Alphonsum caperet fraude potius, vt aiunt, quàm vi, cum induciã inter eos essent, & pax propè certa. Acceptis, quæ ad ecclesiam pertinebant, oppidis principem di-

misit. Rediens, ad vrbem, Præneste ad rebellionem spectans, Laurentio Columna instante, funditus euertit, Prænestinis populariter migrare iussis, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto. Quo quidem anno Eugenius Florentinorũ cathedrali ecclesia, Bononiam profectus, & archem ædificat ad eam portam, qua Ferrariam itur, & eades in foro positas, vbi legatus nunc residet, muro præalto & lato à tergo potissimum & turribus firmat. Anno verò sequenti publico consistorio Basileense concilium, quod antè approbauerat, Ferrariam transfert, quòd diceret Græcos cum ecclesia Romana in fide conuenturos, eundem locum sibi delegisse. Instabantur concilij Basileensis præsidēs, & precibus ac pollicitationibus Græcos adhortabantur, vt omisso Eugenio ad se proficiscerentur. Neque hoc contenti abrogaturos se Eugenium prædicabant, nisi ipse quoque eò proficisceretur. Subsistit aliquandiu Eugenius animi dubius, quod potissimum decerneret, misso tamen eò legato Ioanne Francisco Capitelista iureconsulto, Patuinoque equite, qui eius causam tueretur. Verùm mortuo Sigismundo imperatore, à quo Basileense concilium incrementum habuerat, creatoque ab electoribus imperij Alberto Austriæ duce, conciliũ Ferrariense Eugenij nomine cardinalis sanctę crucis inchoauit. Eò proficiscitur & Eugenius, quòd aduentare imperatorem Cõstantinopolitanum Ioannem Palæologum intellexerat cum plerisque triremibus, tum suis, tum Venetorum Eugenij gratia obuiam missis, ne quavis imperatori fieret: quòd intellexerat concilij nomine triremes Gallicas in Ionium missas, quæ aut imperatorem ad se adducerent; aut si id fieri non posset, saltem hominẽ remorarentur, quò minus Ferrariam proficisceretur. Harum verò triremium præfectum ita largitionibus corrupuit Eugenius, vt relicto concilio partes suas deinceps secutus sit. Imperator autem Ferrariam ingrediens, non aliter susceptus ab Eugenio est, ac Romani imperatores suscipi non consueuere. Vitelescus verò sedata ecclesiæ ditione, sumptoque supplicio de presbyteris quibusdam, qui lapides preciosos è capitibus Petri & Pauli apostolorum furtim subtraxerant in basilica Lateranensi, in qua quidem sacerdotes erant, interfectoque cum socijs Iacobo Galeffo, qui res nouas moliebantur, Ferrariam proficiscit-

ficiscitur, ac publico consistorio cum magna laude in numerum cardinalium recipitur. Cardinalis namque sex menses antea Bononiæ creatus fuerat, qui postea maiore cum auctoritate rediens, & præfectum Vici Vetrallæ, & dominum Fulginatem tyrannide pulsum, in arce Suriana capitali supplicio affecit. Eugenius autem duas ecclesias iam pridem dissidentes, in vnum corpus redigere cupiens, anno Domini M. CCCC. trigesimo octavo habita ingenti supplicatione, celebrataque spiritus sancti Missa, concilium vnâ cum imperatore Græcorum & patriarcha Constantinopolitano ingressus, sedente imperatore condigna sede, alijsque Græcis è regione pontificis, primo quæsitum est, vellent ne tam Latini, quàm Græci ex duabus ecclesijs iam pridem dissidentibus vnam fieri. Ad quam vocem omnes succlamarunt, placere & velle, modò rationibus illa prius cõfutarentur, quæ tantæ discordiæ causa fuerant. Disputabatur quotidie ea de re ab his, qui tum à Græcis, tum à Latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verùm cum pestis Ferrariæ inoleuisset, eodemque in loco non sine magna incommoditate staretur, Florentiam transferre cõcilium placuit. Eò itaque vbi ventum est, statim Picenninus Forumliuuium, Imolam, Rauennam, Bononiam occupat mandato Philippi, cogitata Eugenij, qui Venetis & Florèntinis hostibus fauebat, disturbare conatus. Præterea verò in Parmensem agrum reuersus, comparato ingenti equitatu, Padum radibus traiciens, & Casale maius & Platinam meum natale solum, & quicquid Veneti in Cremonensi agro tenebant, breui recepit. Pulso deinde ad Caluatonium Gattamelata Veneti exercitus duce, adscitoque in societatem belli principe Mantuano, Brixiam aliquot mensibus oppugnat, eam & ciuibus & Francisco Barbaro viro doctissimo atque vrbis prætorè, acriter defendentibus. Qua quidem ommissa cum magno suorum incommodo, iniquo hyemis tempore ad occupanda castella circumquaque posita conuersus, ne comneatus submitti in vrbem possent, Veronam vique & Vicetiam longè ac latè omnia populatus, Venetis nil reliqui fecit. Occupato & magna ex parte Mincio, Athesi, Benaco, Sebunioque lacu, ne subuehi quicquam nauibus posset penuria laborantibus. Ex Athesi tamen remulco naues quædam attractæ vsque ad lacum, quem sancti Andree accolæ vocant, sensim in Benacum à Peneda ad Tor-

bolium demissæ & refectæ, quia attractu & illusione quassatæ erant, rem Venetam meliorem aliquantulum fecere. Verùm cum nihilominus Nicolaus Picenninus Veronenses & Vicetinos vrgeret, Veneti de se actum putantes, nisi vnum aliquem egregium bello duccem mercede conducerent, Iacobum Donatum ad Florentinos socios mittunt oratum, vt si reipublicæ Veneti, si salutis & libertati Italiæ consultum velint, Franciscum Sfortiam properè cum omnibus copijs in Venetiam mittant, Philippi ac Mantuani armis penè oppressam. Tum verò Florentini suo ac sociorum periculo moti, Franciscum adhortantur, vt arma pro Venetis sumat, publica fide polliciti, se ei quæ de Romana ecclesia tenebat oppida, id enim maximè petebat, constanter defensuros. Extorsere præterea ab Eugenio literas apostolicas, quibus declarabat Franciscum agri Picensi marchionem & dominum. His tamen verbis, accipiat, quod Petrus & Paulus ei malè vertant. Franciscus autem suo equitatu secus Hadriæ litus in agrum Ferrariensem descendens traiecta ratibus Pado, atque in Patauinis exercitu (Nam & duodecim equitum peditum quinque millia habuisse sub signis dicitur) hosti primo ad Suae in agro Veronensi sit obuiam: vbi aliquandiu & acriter pugnatum est, neutri inclinante victoria. Cedente deinde Picennino ob ægritudinem & paucitatem copiarum, cum Franciscus omnia de Vicetinis & Veronensibus castella recepisset, Brixiam obsidione liberaturus, interclusos alios aditus cernens, Athesim traiecit ac in Tridentinum agrum mouens, ad Arcum oppidum oppugnaturus peruenit: nam comes Arci, Philippi partes sequebatur. Venit & eò Picenninus, comitem loci defensurus: verùm dum cupidius, vt eius mos erat, quàm cautius pugnat, à reliquo exercitu seclusus, magno accepto incommodo, fuga salutem in subiectas valles petens ab hoste captus fuisset, nisi Carolus Gonzaga Ioannis Francisci filius, sese hostibus obijciens, hominem è tanto periculo liberasset: qui quidem abundante postea multitudine, captus illico est, & Veronam in carcerem ductus. Sunt qui scribant, Picenninum debilitatum altero latere propter accepta in prælijs vulnera, cum equo ad suos redire non posset, à Todeschino ingentis magnitudinis ac roboris famulo humeris tanquam cadauer sacco inuolutu, ad suos etiam per castra hostium delatum.

cum. Dum hæc in Venetia agerentur, Philippus ægrè ferens Florentinos, adiuuante Eugenio atque adhortante, Franciscum Sfortiam Venetis auxilio misisse, cum his agit, qui in Basileense concilio erant, ut Eugenium citarent. fecere illi id quidem bis terve. Verùm cum id ex sententia ei non cederet, eo demerentia eos pepulit, ut abrogatæ Eugenio Amedæum Sabaudia ducem focerum suum, qui erimitanam vitam Ripaliam cum quibusdam nobilibus ducebat, pontificem crearent, Felicemque appellarent. Hinc magnæ seditiones in ecclesia Dei exortæ sunt, cum Christiana respublica trifariam diuisa, aut Felicem, aut Eugenium sequeretur, essentque qui neutrales vocarentur, quod neutri obtemperarent. Eugenijs tamen haud animo concidit. nam habito sæpius conuentu, discussaque Græcorum & Latinorum contentione, tandem eò ventum est, ut Græci rationibus victi, faterentur & spiritum sanctum à patre filioque procedere, homusionque esse, non à patre tantum, ut ipsi credébant, prouenire, utque in azymo sine ferm. n. o. triticeo pane corpus Christi consecraretur, ac purgatorij locum esse crederent. Postremò verò, ut faterentur Romanum pontificem verum Christi vicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui & orientalis & occidentalis ecclesia meritò pareret.

Abeuntibus autem Græcis re hoc modo composita, Armenij etiam cum fide nostra conuenère, sublatis crebris disputationibus eorum erroribus, promulgatisque Eugenijs litteris super ea re, quæ rationem concordia ostenderent, cum inscriptione, Datum in sacrosancti œcumenici cõcilij Florentini, quod in cathedrali ecclesia habitum est sessione anno millesimo quadringentesimo tricesimo nono, vigesima secunda Nouembris die. Præterea verò ut partes suas augendo, Basileense concilium infirmaret, eodem tempore consistorio publico decem & octo cardinales creauit: quorum de numero fuere duo Græci, Rutenus & Nicænus, ut eorum auctoritate Græcorum ratio in fide contineretur: quæ haud ita multò post antiquos mores recidit. Habere tamen se alios dixit, quorum nomina deinceps nunciaturus esset. Hi autem fuere Petrus Barbo ex sorore nepos, & Alouisius Patauinus, quem deinceps patriarcham Aquileiensem & camerarium fecit, translato ad Vicecancellarium Francisco Condalmerio. In

terea verò dum illa, quæ scripsimus, ad ripam Tridenti agerentur, existimarentque homines Picennium & Mantuanum principem accepto tanto incommodo cessuros, inde celeriter abeuntes; Veronam urbem capiunt, per Citadellam ingressi, admotis ad muros scalis, nemine vigillum sentiente, stridente maxime ea nocte aquilone vento, ad quem vitandum ob immensum frigus; relictis magna ex parte stationibus, custodes sese intra tabernacula receperant. Franciscus autem Sfortia captam ab hostibus Veronam intelligens, eò properè omnes copias mouens, recuperandæ urbis spem mente concepit, vbi vidit & castrum vetus & arcem S. Felicis in monte sitam, adhuc in potestate Venetorum esse; qua quidem structis aciebus, urbem ingressus, hostes magno clamore inuadit. Fuerunt obuiam Philippi duces cum paucis equitibus: nondum enim omnes eius copiarum superuenerant. Pugnatur acriter in ea parte urbis, quæ infulam vocat. Tandem verò cum pauci à pluribus pellerentur, in pontem (quem accolæ nouum appellant) Picennini ac Mantuani principis milites sese recipientes, vim hostium aliquandiu sustinent. Ibi dum ab equitibus (ut fit) manus conseruntur, dumque plures paruo in loco conglobati resistunt, pons ligneus, quo lapideus coniungi ac disungi pro arbitrio solet, nimio pondere pressus concidit. Submersi ferme omnes qui è ponte in flumen ceciderant, fessi diutina pugna & pondere armorum pressi. Accurrens deinde ad pontem nauium Franciscus, traductis copijs Picenninum & Mantuanum fidem ciuium suspectam habentes, penitus urbe quadriduo post captam eandem, expulit. Tum verò Philippus animo concipiens distrahi Franciscum à Venetis posse, si Florentinos bello vexaret, qui paribus auspicijs atque impensa Franciscum mercede conduxerant, Picenninum media hyeme in Etruriam cum sex millibus equitum mittit. Tum Florentini accersito Petro iam Paulo egregio copiarum duce, rogatoque Eugenio, ut milites ex foedere ad defendendam Etruriam acciret, ire obuiam Picennino instituerant. Verùm cognita Ioannis Vitellesci cum Philippo coniuratione, qui tum exercitui ecclesiastico legatus præerat, cum non amicus ut præferebar, sed hostis in Etruriam sex millibus equitum venturus esset, iunctisque cum Picennino copijs Florentinos inimico & hostili animo persecuturus, dant operam quatum Florenti-

tia in magistratu erant, siue veris, siue fictis Eugenij litteris; vt dum copias per pontem Hadriani traiecit, ab Antonio Rido arcis præfesto interficeretur. quod etiam factum est, neque enim iuuari à suis potuit, qui iam pontem traiecerant: ipse nanque extremum agmen subsequebatur. Comes Auerfus, qui sub patriarcha militabat, amisso duce, eius impedimenta Roncilionem secum detulit. Liberati autem tanto timore Florentini, cum Eugenio callidè agunt, vt Ludovicum Patauinus in demortui Vitellesci locum successus, copijs ecclesiæ in vnum coactis, reipublicæ Florentinæ iret auxilio. Alouisij enim vafri & astuti opera sublatum è medio Vitellescum crediderim, Picenninus autem in Mugellanam vallem descendens, longè ac latè Fesulas vsque cædibus & rapinis omnia complebat, in Cassentinum deinde conuersus, comite Popij adiuuante, multa oppida ad defectionem compulsi. Inde verò Perusium proficiscens, vrbe pacato agmine ingressus, legatum, qui tum ibi cum imperio erat, ad pontificem Eugenium cum mandatis quibusdam mittit. Interim verò capto ærarij magistro, quem vulgo thesaurarium vocant, totum ciuitatis statum repente mutauit. Delegit enim ciues decem, qui vitæ ac necis in reliquos omnes potestatem haberent. Veriti autem Perusini ne tyrannidem occuparet, cum homine pepigère, vt acceptis quinquaginta millibus nummum aureorum, ab vrbe discederet: qui accepta pecunia Cortonam mouens, vrbe, vt ipse arbitrabatur, proditione occupaturus, patefacta coniuratione, ac proditoribus partim interfectis, partim ab vrbe pulsis Tiferinum, quod ciuitatem castelli vocant, adiit. Mouent & Florentini Anglaræ sũ ditionis oppidum, suis auxilio futuri, si quid per vim moliri Picenninus conaretur.

Agebantur hæc in Etruria, cum Franciscus Sfortia, superata ad Benacum Philippi classe, cui Italianus Furlanus præerat, non solum Brixiam ac Bergomum obsidione liberat, verùm ea ætate superatis ad Soncinum Philippi ducibus, captisque eiusdem mille & quingentis equitibus, & Brixiana castella, & partem Cremonensium Mantuanique agri ac totam Gerram Abdur in Venetorum potestatem breui redigit. Amisit tum Mantuanus princeps Afolam, Lonatum, Pischeriam, tria oppida fatis magna ac munita, nemine defendente: nam absente Picennino, congredi cum

hoste aperto Marte nusquam ausus est. Tum verò Picenninus commutatam in Venetia fortunam intelligens, ob eamque rem frequentibus nuncijs & litteris accitus, tum à Philippo, tum à Mantuano principe, fatigatusque militum precibus, qui magna ex parte Cisalpini erant, motis à Tiferino castris ad Burgum sũ ditionis oppidum, quod è regione Anglarij positum est, peruenit, ea mente, vt vel vi, vel astu cum Florentinorum pontificisque exercitu decerneret, qui (vt diximus) ad Anglaræ confederant. Ad tertium itaque kalendas Iulias, dies is petri & pauli celebris erat, Picenninus structis aciebus emensus planitiem quattuor millium passuum, prælium in quo loco commisit, ratus occasionem bene gerendæ rei sibi oblatam esse, quod gregarios hostium pabulatum profectos intellexerat. Subeundum erat ei in aduersum clium, quem facilè è superiore loco hostes propellebant. Dimicatum est tamen, ad quinque horas constanter: tandem verò Picenninus à multitudine hostium & stultitia Francisci filij, qui à statione discesserat, superatus, Burgum repetit, magno accepto incommodo, amissisque signis militaribus. Sequenti autem die, relicto Burgo in potestate oppidanorum cum his tantum, qui ex prælio supererant, iter per Flaminiam faciens, ad Philippum redijt. Oppidani Burgenses veriti ne in eos asperis animaduertetur, quòd à pontifice desciuissent, impetrata per oratores venia, & corporum ac rerum omnium incolumitate, sese legato dederunt. Gratissima ea victoria tum Eugenio, tum Florentinis fuit. Ferunt Alouisum Patauinum ob eam victoriam in numerum cardinalium tum relatum fuisse. Eadem quoque ætate Florentini comitem Popij, qui cum Picennino senserat, Etruria pellunt. Philippus autem tot cladibus circumuentus, ad externa auxilia respiciens, Alphonsum Neapolitano regno tum potitum rogat, vt quæ Sfortiani in regno oppida tenerent, bello vexaret, quò Franciscus Sfortia à Venetis distraheretur. Hac itaque in re Philippo morem gerens Alphonus, Franciscum ramen à bello inuito reuocare nunquam potuit. Is enim vbi primum pabuli copia esse ccepit, cum equitum quindecim millibus, peditum sex, Pischeriam Brixiam mouens, apud Cignanum vicum Picennino sit obuiam hoc animo, vt hosti pugnandi copiam faceret. Non detrectauit certamen Picenninus, etsi nume-

ro copiarum inferior erat, suorum virtute fretus. Pugnatum est aliquandiu, atque acriter, incerta tamen victoria vtrinque discessum est. Tum verò Franciscus satis sibi factum ad belli famam existimans, quòd vltro hostem ad certamen prouocasset, exercitum circumferens, quædam oppida per hyemem à Picennino capta, in potestatem Venetorum redigit. Martinengum deinde profectus, quòd Picenninus firmo præsidio munierat, oppidum obsidione cingit & oppugnat. Verum Picenninus aucto exercitu aduentu Francisci filij & principis Mantuani, eò proficiscens, mille passibus longè ab hoste castra locans, eum frequentibus prælijs ad vniuersæ rei dimicationem prouocat: qui remisso priorè manu cum hoste conferendi ardore, ad expugnandum oppidum torus ferebatur. At verò cum Picenninus castra sua hostium castris magis indies conferens, eo d. scriminis Franciscum redegisset, vt neque eius gregarius miles ire pabulatum sine periculo, neque commeatus submitti tutò, neque inde exercitus abduci sine magno discrimine posset: præter omnium spem pax subitò enunciatà est, iam antea occultè agitata inter Philippum & Franciscum, Eusebiolo quodam cognomento Chaim, vltro citroque comeante, ignaro Picennino: qui tanta re percepta, Deos hominesque accusabat, præcipuè verò Philippi inconstantiam, qui victor, pro victo pacem peteret. Digredientibus autem inde exercitibus, ad Caprianam pax hoc modo composita est, millesimo quadringentesimo quadagesimosecundo, vt Franciscus Blanca Philippi ducis filia in vxorem ducta, Pontremolum & Cremonem dotem cum agro Cremonensi acciperet, præter Picigitonum, & ea castella, quæ Mantuanus & Pallauicinus de Cremonensibus possideret: vtque illa præterea, quæ Philippus & qui cum Philippo sentiebant, bello cepissent, quæque item Veneti, eorumque socij, præter Afolam, Lonatum, Pischeriam, quæ Mantuani principis ante id bellum fuerant, redderentur: vtque qui huic sententiæ stare noluisset, communis omnium hostis haberetur. Hanc verò pacis conditionem ægrè admodum Eugenius ferens, quòd Franciscus cæteris socijs se posthabito, de amissis restituendis cauisset, existimationemque suam non reddita Bononia, quam Picenninus occupauerat, contempsisset, abire Flo-

rentia Romam instituit, eoque in loco, vt pote liberiore de recuperanda ecclesiæ ditione cogitare. Verum vt omnia pacata inueniret, Alouisum parauinum sancti Laurentij in Damaso presbyterum cardinalem præmisit, qui & canonicos regulares pulsos secularibus in ecclesiam Lateranensem remisit. Pulsi enim à presbyteris secularibus fuerant, dum contenditur vtri Christi corpus ferret in celebritate eiusdem, dum litaniæ fiunt ac supplicatione. Et de Gino Albanefio viro in re militari præstanti sumptum supplicium, quia per eum non stetit, quòd minus pax inter Alphonsum & Eugenium inita turbaretur. Afficitur & capitali poena Paulus de Lamolara, vir præstantis animi inuictique roboris, cuius virtus homini magis astuto quàm forti suspecta erat. Rebus autem hoc modo compositis, Eugenius Florentinis quouis modo frustra eum retinere annexis, Romam veniens anno Domini M. CCCC. XLIII. XXVIII. Septembris, effusa obuiam vrbana multitudo, nullo non genere honoris adhibito, ad portam Flaminiam noctu diuertit. Sequenti verò die ad sanctum Petrum iturus, paratis de more supplicationibus, pontificio habitu per urbem incedens, tumultuantem populum intelligit ob duplicatum tributum vectigalque nouum vino impostum. Hanc ob rem facto silentio, audientibus omnibus exactionem illam vt minus liberalem sustulit, quo facto, statim succlamatum ab omnibus est: *Viuat Eugenius, cum antea clamassent, Moriantur noua vectigalia eorumque inuentores.* Post dies verò decem & nouem ad Lateranum proficiscens, concilium generale eo loci se habiturum omnibus denunciat, missis ad principes litteris & nuncijs, quibus ea de re certiores fierent. Hac enim ratione infirmari ac tolli omnino concilium Basileense volebat. Rebus autem hoc modo Romæ compositis, iniuriarum memor Picenninum belli ducem in Picentes, quos Franciscus bello subegerat, acciuit, qui Bononia abiens, dum Perusum proficiscitur, Tisernates Florentini populi socios ad defectionem compulsi, Eugenio rem gratam facturus Florentinis inensio, quòd Franciscum pecunia ad oppugnandum retinendumque Picenum semper iuuissent. Alphonsum item, qui superiore anno Neapolim iam diu obsessam, per cloacam ingressus, pulso inde Renato ceperat, Picennini virtute ac

te & fama per motus. hominem non ducem solum quem exercitui suo præficeret, deligit, verum etiam honoris gratia eum in adoptionem familiæ Arragonensis recipit, qui statim acceptis ab Eugenio & Alphonso in sumptus belli pecunijs, Picentes ingressus, multa oppida frustra retinente Francisco Sfortia, qui relicta Cremona cum firmo præsidio eo profectus fuerat, in deditioem ecclesiæ redigit. Eodem fere tempore mortuo Ioanne Francisco Gonzaga, Veneti & Florentini de futuro solliciti, Ludouicum Gonzagam Ioannis Francisci hæredem & filium, quem Philippo si oporteret, obijciant, mercede conducunt. Quiescentibus autem in Cisalpina rebus, Hannibal Bentiuolus in arce Peregrini oppidi, iubente Picennino ob suspensionem coniurationis aliquandiu asseruatus, deceptis custodibus Bononiam rediens, conuocato ad libertatem populo, Franciscum Picenninum vrbs præfectum cum præsidio comprehendit, quo facto, exules omnes, tum suæ, tum aduersæ factionis, maximè verò Baptistam Cannedolum in patriam euocat. Missi deinde sunt à Bononiensibus ad Venetos & Florentinos legati, societatem & amicitiam petentes. Qua quidem impetrata, domum redeunt, arcem, quæ adhuc in potestate hostium erat, cum sociorum copijs ad id missis capiunt, ac captam statim diripiunt, Alouisiumque Vermem ex agro Bononiensi fugant. Tum verò Philippus ægrè ferens, Bononienses cum Venetis ac Florentinis sentire, amicos quosdam Baptistæ subornat, auxilium eis pollicitus, vt Hannibalem è medio tollant, quò principes ipsi cum sua factione in ciuitate remaneant.

Tum Betotius Cannedolus fraudi ac sceleris intentus, Bononiensem quendam subornat: cui cum casu filius natus erat, vt Hannibalem in baptismate pueri compatrem sibi deligat, quo exorato dat operam, vt sequenti die infans ad sacerdotem deferatur. Baptizato puero, Hannibalem pater ad ædem sancti Ioannis Baptistæ, cuius tum solemne erat, inuitat. Obtemperat etiam ea in re proditori Hannibal, nullam fraudem subesse ratus, qui dum in via esset, à coniuratis circumuentus, occiditur, resistentibus aliquandiu duobus famulis charitate Domini vim propulsare conantibus. At Bononiensis populus indignitate rei motus, sumptis propere armis Cannedolæ factionis principes

obtruncat: maximè verò Baptistam, cuius cadauer & per urbem tractum, & cum magna ignominia sepultum est. Accidit & tum Romæ scelus ingens, à suo enim cubiculario Angelotus sancti Marci presbyter cardinalis, & vita & fortunis, quas tanta cum auiditate aggregauerat, priuatur. Captus sceleratus ille, ac varijs cruciatibus necatus, quadrifariam diuiditur, ad quattuorque vrbs portas suspenditur. Veneti autem & Florentini veritate Bononia vtrique ciuitati in rebus bellicis peropportuna, in manus Philippi veniet, eò statim cohortes aliquot mittunt, quæ socios Bononienses iuuarent. Non fefellerat hæc opinio Venetos: eò enim Philippus rogantibus exulibus mittere Picenninum cum exercitu instituerat. ni hominem mors præripisset. Mortuum ferunt dolore animi, cum intellexisset Franciscum filium, quem in Piceno cum exercitu reliquerat, cardinali Firmiano legato, à Francisco Sfortia superatum. Sequenti tamen anno Philippus haud animo concidens, Eugenum ad repetendam bello Bononiam adhortatur, militem ac impensæ partem pollicitus. Quare per motus pontifex, inito etiam cum Alphonso foedere, Sigismundum Malatestam cum magno equitatu in Picentes contra Franciscum mittit: quò facilius distractis Florentinorum copijs, Bononia premi ad deditioem posset. Præmiserat iam Philippus & Guillelmum Montisferratam, & Carolum Gonzagam cum magnis copijs, qui agrum Bononiensem hostiliter ingressi, incurisionibus longè ac latè omnia vexabant. Moti verò sociorum periculo Florentini, Astorgium Faentinum cum equitibus mille & quingentis, cumque pedibus ducentis mittunt, qui Bononiensibus auxilio sit, donec aliud à Venetis & Florentinis decerneretur. Agebantur hæc in Flaminia, cum Philippus præter opinionem omnium Franciscum Picenninum ex Picenis accitum, cum magno exercitu kalendis Maij in Cremonenses nil tale metuentes mittit: qui captis passim rusticis, tantum terroris urbem die noctuque oppugnando ciuibus iniecit, vt paulum à capienda vrbe abfuerit. Moti tum Veneti ac Florentini Francisci ac communi periculo, Cremonam & Bononiam eodem tempore tueri instituunt. Mittunt itaque Tibertum Brandolinum ducem impigerrimum, qui cum populo Bononiensi, cumque his quos Florentini auxilio miserant,

rant, in hostes tendens, simulate & odio inter se certantes. (ad sanctum Ioannem oppidum hi confederant) pertracto in partes Bononiensium sollicitationibus & premijs Guillelmo Montisferrato, ac Carolo haud magno negotio fuso & fugato, oppida omnia ex hostibus breui recepit. Pacata autem hoc modo Bononia, auxiliares copiae Venetorum ac Florentinorum mandato bifariam diuisa, pars Francisco Sfortia, qui vsque ad Urbini moenia ab Eugenio & Alphonso vi pulsus fuerat, pars Cremonensibus grauius à Francisco Picennino pressis auxilio missa. Veneti decernere aperto Marte cum Philippo instituentes, legatos, qui ei bellum indicant, mittunt, ni oppugnare Cremonam destiterit. Oratoribus per internuncios responsum (neque enim alloqui hominem fas erat) eos alibi quam Mediolani tutiores fore. Quo responso commoti Veneti, Micheleto Cotignola copiarum suarum duci imperant, qui tum Brixiae erat, vt in agrum Cremonensem, quem Philippus magna ex parte occupauerat, confestim moueat, & cum hoste vbicumque eum nactus fuerit, decernat. Is autem mandata diligenter facturus, traiecto Olio, ad Casale maius celeriter proficiscitur, hostemque haud longè insula Padi munitissimo loco confidentem, vado traiciens castris exiit, ac magnam vim equitum cepit. Recuperatis deinde oppidis omnibus, liberataque obfisione Cremona, aucto etiam Ludouici Gonzagae copijs exercitu (qui Platinam & castella quaedam agri Cremonensis in deditio-nem Venetorum redegerat) in Gerram Abduae mouentes, nil praeter Cremam citra Abdudam Philippo reliquere. Flumen deinde traicientes, Mediolanum vsque perueniunt, incendijs & rapinis omnia passim complentes; direpto autem Briantiae monte, Breuiorque capto, qua ponte Abdua iungitur, Lecum Larij caput oppugnare aorti, acriter qui in praesidio erant, locum defendentibus, cum integri fessis ac saucijs nauibus submitti possent, multis in ea oppugnatione desideratis, equisque ad extremam maciem inopia pabuli redactis, tandem re infecta abire, de Francisco Sfortia solliciti, quem in partes Philippi descendere clam intellexerant. Interim verò Alouisius Patauinus pontificis legatus, qui his praerant copijs, quae in Picentibus contra Franciscum Sfortiam dimicabant, cognita Italiani ac Iacobi Gatua-

ni, qui partim Philippi, partim Eugenij stipendijs militabant, ad Franciscum transitione, eos antequam id fieret, ad Rocham contrariam comprehendere iubet, & captos supplicio capitali affici. Vterque enim mille & quingentis equitibus praerant. Hac autem re permotus Franciscus Sfortia cum amplius sustinere hostes non posset, quippe à multis simul oppugnatus, & à nemine adiutus, adhortante ad eam rem Eugenio & Alphonso, qui rem Venetam augeri indignabantur, omisso Piceno; Philippi militiam secutus, eius copijs praeficitur.

Interea verò Eugenius, ne rem bellicam solum curare videretur, Nicolaum Tolentinatensem ordinis S Augustini, miraculis clarum, in sanctos referens, à sancto Petro cum omni clero supplicando, ad sanctum Augustinum profectus, solemnia ipse celebrat, adstante populo Romano cardinaliumque omnium coetu. Praeterea verò pulsus omnino è sancto Ioanne Laterano canonicis secularibus, admissisque tantummodo regularibus, & porticum illam exstruxit, qua ab ecclesia ad Sancta sanctorum: & claustrum, vbi sacerdotes habitarent, restituit. Auxit, & picturam templi à Martino antea inchoatam, praeterea verò sancti Siluestri mitram, Romam Aui-nione delatam ipsemet è Vaticano ad Lateranum detulit, magna cum veneratione & litania sacerdotum omnium, populique Romani. Verum cum Alphonso rex Tiburtum venisset, de ratione belli gerendi cum Eugenio collocuturus eius aegritudinem intelligens, aliquantulum substitit. Eugenio autem in animum venerat, Florentinos, qui hostem iuuerant, bello persequi. Existimabat namque, si suis, si regis, si Philippi copijs eos adoriretur, eam urbem in quas vellet partes facile adductum iri: verum interuentu mortis disturbata sunt omnia. Moritur autem pontificatus sui anno decimosexto, octauo kalendas Martij, anno millesimo quadringentesimo quadragimosexto, vir centè in vita varius. Principio enim pontificatus sui malis consilij ductus, diuina humanaque omnia perturbauit. Nam & populum Romanum ad arma exciuit: & concilio Pasileensi, vnde infinita mala orta sunt, auctoritatem dedit, approbatis eorum per litteras apostolicas decretis. Verum postea ad seipsum rediens, omnia prudenter ac constantissimè egit, vir adspectu insignis & veneratione dignus,

dignus, grauis in dicendo potius quam eloquens, modicæ literaturæ, multæ cognitionis, hystoriæ præsertim. Liberalis in omnibus, tum vel maximè in litteratos, quorum familiaritate delectatus est. Nam Leonardum Aretinum, Carolum Poggium aurispam, Trapezuntium, Blondum, viros doctissimos, se cretis suis admisit. Ad iram non facilè mouebatur ob iniurias illatas, & maledicentiam hominum aut minas & dicteria scribentium, Gymnasia autem omnia quàm diligentissimè fouit, maximè verò Romanum ad quod omne genus litteratura adhibuit. Religiosos mirum in modum dilexit, eosque opibus & immunitatibus auxit: bella autem ita amauit, quod mirum in pontifice videri debet, vt ad ea, quæ scripsimus ab eo in Italia gesta, & Delphiaum Caroli regis Franciæ filium, composita prius inter regem & ducem Burgundiæ pace, cum magno equitatu in Basileenses concitauerit, cuius impetu dissipatus ille conuentus est, & Vladislaum Polonum regem cum Iuliano Casarino diacono cardinali in Turcos miserit: quorum de numero ad xxx. millia vno prælio caesa inter Hadrianopolim & Danubium sunt, licet in tanta victoria rex ipse cum cardinali ab hostibus interfectus sit. Constans præterea in pactis seruandis est habitus, nisi quid pollicitus fuisset, quod reuocare quàm perficere satius esset. Splendidus in victu famulæ, parcus in suo: & à vino ita alienus, vt abstemius merito vocaretur. Familiars habuit admodum paucos, sed viros doctos, & quorum opera in grauibus rebus vti posset: quosque tanquam suæ modestiæ testes in cubiculum conaturus admittebat, ac sciscitabatur quid in vrbe fieret, quid de pontificatu suo sentirent homines, vt errata sua vel suorum, si quid perperam factum esset, emendaret. Exornare autem ecclesiam Dei ædificijs & sacellis est annexus, vt ex capella pontificia & æneis sancti Petri valuis apparet. Moritur autem (vt dixi) vir ingenio & rebus gestis insignis, ætatis suæ anno sexagesimo quarto, sepeliturque in basilica sancti Petri sepulchro marmoreo, his versibus notato:

Eugenius iacet hic quartus, cor mobile cuius.

Testatur vitæ splendida facta sua.

Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,

Alter ab occasu Casar vterque pedes:

Alter vt accipiat fidei documenta Latina,

Alter vt aurato cingat honore caput.

Quo duce & Armenij Graiorum exempla secutus.

Romanam agnourit Aethiopesq; fidem:

Inde Syri ac Arabes, mundiq; è finibus Indi,

Magna, sed hac animo cuncta ruina suo.

Nam valida rursus Teucros iam classe petebat.

Dum petit, ast illum sustulit atra dies.

Qui semper vanos tumuli contempsit honores:

Atque hac impressa condite, dixit, humo

Sed non quem rubro decorauerat ille galero.

Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit:

Suscipitq; memor meriti, tam nobile, quod nunc

Cernis tam præstans surgeret iussit opus.

Vacat tum sedes diebus duodecim.

DGA B R I E L Condesmerius, Angeli filius, Venetijs populari, antiqua tamen familia ortus, ex Canonico seculari Cælestini coloris Congregationis sancti Georgij in Alga Venetiæ, episcopus Senensis, & Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, à Gregorio XII. factus, Legationem Picenam sub Martino V. integrè administravit. Quo mortuo, Romæ in Sacrorum ordinis Prædicatorum ac Minerue duodequingagesimum annum agens. XIII. Cardinalium suffragijs. V. Nonas Martij, anno M. CDXXVI. Pontifex Maximus creatus, & V. Idus Martij ad Petrum coronatus, sedit Imperatoribus Cæsariibus Sigisimundo Lucenburgo, Alberto, & Friderico III. Austrijs, Augustis, annos xv. menses xi. dies xxi. Fuit Eugenius III. varia fortuna, modò prospera, modò aduersa consistatus, bellis implicatus, seditionibus Ecclesiasticis, & acerrimo schismate vexatus. Quæ omnia excelso animo tulit, & superauit. Pontificatus initio ciuilem seditionem à Columnensibus passus, eorum conatus repressit. Sigisimundum Augustum in Basilica Vaticana Imperatorio diademate coronauit, Philippi Insubrum Ducis vi, & insidijs vexatus, & Roma tumultu populari exactus, Florentiam aufugit, breui Iohannis Vitelofchi Cardinalis opera cuncta amissa recuperauit, rebelles domuit, concilium ab se Basileæ indictum reuocauit, nouam Synhodum, ad quam Græci, Imperator, Patriarcha, & episcopi conuenerunt, Ferrariæ instituit. Florentiæ absoluit, Armenorum & aliorum orientalium Legatos audiuit, ijs leges dedit. A Basileensibus Pontificatu priuatus; diro schismate excitato, contra se Felicem IIII. nuncupatum V. creatum, passus est. Romæ post decennalem peregrinatio-

tionem rediens, Urbem deformem, & sua absentia laceratam constituit, Tyrannis ditio- nem ecclesiasticam armis vexantibus fortif- simè restitit. In Turcas mari classem, terra ex- ercitus Legato Iuliano Cæsarino Cardina- le misit. Moritur tandem multis in discrimi- nibus versatus, anno ætatis LXIII. Christi ve- rò M. CCCCLVII. VII. Kalend. Martij. Quum orationibus v. I. habitis Cardina- les viros egregios xxvii. creasset. Vaca- vit sedes dies x. corpus in Basilica S. Petri ante ostium Sacrarij marmoreo tumulo condi- tum fuit.

NICOLAUS V.



PÖr. **N**ICOLAUS quintus, Thomas Sarza- nus antea vocatus, à Sarzana oppido Lunensis agri, pontifex omnium consensu creatur pridie Nonas Martias, M. cccc. xvii. vir quidem modicis parentibus, utpote matre Andreola, patre Bartholomæo physico natus: sed virtute, doctrina, comitate, gratia, libertate, magnificentia tanto pontificatu dignus, licet ipse admodum modestus erant, ut tanto magistratu se indignum arbitraretur: roga- veritque cardinales omnes suppliciter etiam, ut ecclesie Dei maturius consulerent. Verum Tarentino cardinali eum adhortante, ne cursum sancti Spiritus impediret, collum tanto oneri subiecit. Interrogatus (ut sit) cardinalis Portugalsis è conclavi prodiens, quem pontificem creassent, respondit, Non nos Nicolaum, sed Deus pontificem designavit. Sunt autem qui scribant, Thomam Pisis natum, Luca educatum, Bononiæ litteras & bonas artes didicisse; maximè verò phi-

losophiam & theologiam, adiutum benefi- centia sanctissimi viri Nicolai Albergati car- dinalis sanctæ crucis, adolescentis ingenio delectati. Hanc ob rem in pontificatu hominis de se bene meriti nomen sumpsit. Cum verò magistri nomen in gymnasio consecutus esset, acerrimis disputationibus probatus, Cardinalem sanctæ Crucis sequutus, familiaritanti viri œconomus factus, in numero scri- ptorum pœnitentiariæ primo refertur; deinceps subdiaconatum pontificium adeptus, bone agendo vitamque sine invidia & emulatio- ne ducendo, maiora mente concepit. Iam enim Eugenius cognita hominis doctrina & integritate, in illis potissimum disputationibus, quæ cum Græcis Florentiæ & Ferrariæ sunt habitæ eum cardinalem destinaverat. Verum ut id honestius fieri posset, hominem cum Ioanne Garuagialla, qui postea sancti Angeli cardinalis est habitus, in Germaniam mittit ad tollendum Basileense concilium neutralitatemque. Neutrales enim ideo Ger- mani sunt dicti, quod neque Felicis, neque Eugenij dictis obtemperarent. Quas ob res ecclesia Dei multas & maximas calamitates incurrebat, cum imminutione maiestatis pontificiæ. Hac autem de re pluribus in con- ventibus apud Fredericum Romanorum regem esse disceptatum. Aenea Piccolomineo, qui deinceps pontifex fuit, qui quæ tum regis secretarius erat ad tantam rem tamque neces- sariam longis orationibus omnes adhortante. Difficile quidem erat removere Germanos ab opinione sua, falsa præsertim. Difficile item videbatur persuadere Eugenij oratori- bus, ut postulatis Germanorum obtempera- rent. Tandem verò delinita orationibus nimia oratorum seueritate, & castigatis Germa- norum postulatis, schisma & neutralitatem, rem quidem Romanæ sedi perniciosissimam sustulerant, si stare promissis Germani voluissent. Redeuntes itaque ad Eugenium cum hac opinione legati, succlamantibus omnibus, cardinales decernunt, eisque Eugenius ad portam Flaminiam galeros obuiam mittit, ut urbem insigniores ingrederentur. Vno itaque eodemque anno Thomas Sarzanus & episcopatam Bononiensem, & cardinalis dignitatem, & pontificatum adeptus est, cum maximæ totius cleri populique Romani lætitiæ licet, dum adhuc in conclavi cardinales essent, tumultuatum aliquantulum sit, Stephano Porcario equite Romano, viro in dicendo

acerrimo & eleganti, ciues suos in ecclesia Aræaceli congregatos, ad capeffendam libertatem cohortante, quòd diceret paruum quodque oppidum mortuo loci domino, de libertate vel saltem de moderanda regentium cupiditate verba facere. Verùm reclamante archiepiscopo Beneuentano tum quidem vicecamerario, de re ipsa nil deliberatum est. Veriti eam Romani sunt Alphonsum regem, qui Tibure substiterat, mortuo Eugenio dubius animi, retrone cederet an Florentinos bello persequeretur, quemadmodum antè cum Eugenio & Philippo instituerat. Hominem autem ita nutantem, duo Senenses, qui ciuilibus discordijs alebantur, ad Etruriæ imperium adijcere animum pepulère: quod perfacile esset consecutus, si Senas profectus, eam ciuitatem spontè sese dedituram, in potestatem suam redigisset. Collaudauit Senenses rex, eisque ad sollicitandos animos ciuium diuissis, adfuturum se in tempore pollicetur. At Nicolaus pontifex pacis & quietis amator, celebrata de amore coronatione sua, factisque ingenti apparatu litanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalem Morinensem Ferrariam mittit, componendæ pacis commune domicilium: quò legati interuentu & auctoritate, ad pacem magis impellerentur partium animi. Missi & eò properè Alphonfi, Philippi, Venetorum, Florentinorumque legati, qui post longam disceptationem hanc Philippo optionem dedère, vt vel inducias in quinquennium à Venetis Florentinisque acciperet, vtraque parte possidente quæ tenebat: vel pacem permutata Crema, cum his oppidis, quæ vltra Abdum vel in ripa Abdum bello Veneti cepissent, Cassana tantùm in arbitrio pontificis relicto, quod illi ex fœdere debebatur, cui primo illatæ essent iniuriæ. Hoc autem additum est, quòd pax diuturnior haberetur. Missus autem ex legatis Philippi vnus, qui ei optionem faceret, vt vtrum mallet, eligeret: hominem pridie eius diei, quo Mediolanum peruenerat, a poplexia mortuum intelligit, VI. Idus Augusti, anno Domini M. CCCCXCVII. Tum Morinensis cognita Philippi morte, legatos omnes ad se properè vocat, & nihilo segnius quàm antea de pace agit. Interrogati Veneti, irentne in eam sententiam, quam prius approbauerant, respondent Philippi morte eius rei nil sibi integrum relinqui, ad senatum ea

de re velle perscribere, tum demum facturos quod à ciuitate mandaretur. Hac itaque mora interposita, qui aderant legati, cognita Venetorum cupiditate, quòd totius Italiae dominatum appeterent, soluto conuentu domos quisque suas redière, legato pontificis frustra eos ad concordiam reuocante. Veneti autem, qui ad Soresinam in agro Cremonensi statiuæ habebant, quòd Cremonam tumultuantem adiuuantibus Guelphis in deditioem posse recipi sperabant: cognita Philippi morte. Laudam properè mouent, qua recepta, Placentinos quoque eadem, qua Laudenses, conditione in fidem suscipiunt, missis eò ac properè quidem mille & quingentis equitibus, qui Placentinis auxilio essent: si qua vis ingrueret. At verò Franciscus Sfortia, qui tum ex Piceno pulsus, in Bononiensi agro confederat, refecturus exercitum diutino bello, armis, equis, viris exhaustum, occupari omnia à Venetis fœceri morte intelligens, magnis itineribus Cremonam proficiscens, à Mediolanensibus statim summo omnium consensu exercitus, ac copiarum dux contra Venetos deligitur: qui Pado amne ponte coniuncto castellisque ac machinis firmato, quò minus Veneti Placentiam classe contenderent, Abdum amnem ad Picigitonum traiciens, non longè ab hostibus ad Camuragum confidentibus castra ponit. Vbi parua quædam certamina ad tentandam credo hostium patientiam, sunt commissa. Tum verò Papienses sumptis ob aduentum Francisci paululum animis, cum ab imperio Mediolanensium propter vetus inter eos odium abhorrent, cumque item extrema quæque pati mallerent, quàm Venetis obtemperare, qui eorum societatem adspernati essent, urbem Francisco dedunt, præfœdo arcis non abnuente: quo additamento Sfortia Insuæbriæ dominatum statim mente concepit. Agebantur hæc in Cisalpina Gallia, cum Alphonfus eodem tempore Nicolao pontifice frustra reclamante, cum exercitu in Senensium maritima descendens, eorum libertatem subuertisset, ni Florentinus populus cognita regis calliditate, legatum Senas misisset, qui ciuitatem admoneret Alphonsum regnandi cupidum, Senenses bello non minus quàm Florentinos petere. Tum verò Senenses cognito periculo, etsi regi comæatus non negabant, non tamen quempiam ex regijs militibus ingredi suâ moenia deinceps sunt

passi. Rex itaque cognita Senensium diligentia, in Volaterranum & Pisanum agrum descendens, multa castella partim deditione, partim vi cepit: maximè verò Castilionum Piscarię, quę oppida Florentini haud ita multò potest recepere, præter Castilionum, Sigismunda Malatesta duce: quem antea Alphonsi stipendio conductum, ab eo ad se deficere pecunijs compulerant. Non desisteat interim Nicolaus pontifex nunc Regem, nunc Venetos adhortari, ut pacem quam bellum malent: sed hi ferocia exsultantes, benè monenti nequaquam obtemperabant. Hanc ob rem Franciscus comparato ingenti exercitu, in quo robur Italicorum militum inerat, Brachianis & Sfortianis militibus simul iunctis, ad Placentiam firmo Venetorum præsidio munita, medio autumnò castra locat, partemque murorum bombardis demolitus, crescente Pado aded, ut Galeones, ita enim naues fluuiales ad bellum aptas vocant, mœnibus appellerentur, terrestri ac nauali oppugnatione urbem capit ac diripit. Magna hæc Francisci laus est habita, quòd hyeme tanta imbrium inundatione, ut ægrè in tabernaculis miles retentus sit, tantam urbem vi ceperit. Non desistit tamen Nicolaus pontifex de pace tum quidem mentionem facere, instantibus etiam apud Venetos socios Florentinis, quòd regis potentiam vererentur, qui tum cum exercitu in Etruria erat. Verùm ea de re nil actum est, quòd Laudam Veneti Mediolanensibus id maximè petentibus, reddere grauerentur. Nicolaus autem pontifex omiſsa re toties frustra tentata, ad rem diuinam animum applicans ingentes supplicationes decernit ad placandam iram Dei; precandumque ut pacem Christiano populo præstaret his litanijs pontifex ipse cum omni clero à sancto Petro usque ad S. Marcum profectus est, multam religionem & singularem pietatem præferens. Verùm neque ita quidem, exigentibus id fortasse hominum meritis, Dei ira placata est. Nam sequenti biennio aded ubique ferè peste laboratum est, ut pauci de multis superfuerint. Quod quidem malum & frequens terræ motus, & eclipsis solis indicare videbantur. Minabantur hi, quos prædicatores vulgo appellant, futuram calamitatem: maximè verò Robertus ordinis sancti Francisci professus prædicator insignis, qui concionibus suis ad eòd populum Romanum mouit, ut pueri passim sceminæque per urbem incederent mise-

ricordiam à Deo exposcentes. Et ne quid mali in Italia decisset, bella, quæ antè inchoata diximus, aded inualescebant, ut sedari nullo modo posse viderentur. Nam Franciscus Sfortia sequenti æstate oppugnatis quibusdam Venetorum castellis, in eorum classem qua Cremonenses vexabant, cum terrestri naualique exercitu profectus, eam cedere retro ad Casale maius coëgit: quòd & hostem insecutus, cum eius classem in naualia subductam bombardis disiceret, ad tantam desperationem profectum Venetum redegit, ut incensa classe, quam tueri non poterat, effusa fuga in oppidum sese receperit. Inde verò Franciscus abiens, non amplius de Cremona sollicitus, sublata hostium classe, in Glaream Abduæ mouens, ad Carranagium firmo hostium præsidio munitum castra locat. Mouent & eò Veneti, de existimatione sua actum putantes, si oppidum à Mediolanensibus occuparetur, qui positus ex regione hostium circiter mille passus castris suis, temporè se adfuturos, si oppugnatione vexarentur, ostendunt. Crebra quotidie committebantur prælia, ut potè ex tam propinquis castris. Verùm cum ad summam dimicationem ventum est in via paludibus undique coarctata, ad quam primæ Venetorum acies retruse, neque cedere, ut in pugna facere plerumque necesse est propter subsequentes: neque pugnare in tam angusto loco, propter iustantes hostes poterant, oppressa penitus & obruta cecidissent, nisi à nouissimo agmine fugiendi initium ortum fuisset. Tum verò Franciscus cedentem hostem insecutus, & castris opulentissimis eum exiit, & equitum ac peditum circiter 5. millia capit. Postea verò Franciscus, Brachianis eo inuito ad expugnandam Laudam mandato Mediolanensium proficiscentibus, cum reliquo exercitu Brixiam mouens, urbem obsidione cinxit. Hac verò calamitate promoueri Veneti, de se actum existimabant, nisi pacem cum Francisco componerent, orta iam inter Franciscum & Mediolanenses simultate quæ his legibus composita est, ut sumptis in Mediolanenses armis quicquid ultra Abduam Padumve Francisci, quicquid verò citra Abduam caperetur, Venetorum esset, collatis eidem à Florentinis ac Venetis singulis mensibus 16. millibus nummum aureorum; immisissisque aliquot turmis auxilio, donec Mediolano potiretur. Inito itaque hoc modo foedere, allectisque ad se quos potuit copiarum ducibus pollicitationibus &

præmijs, in Mediolanenses conuersus, omnes ferè eorum ciuitates in deditiōem recepit. Quo quidem successu promoti Veneti, longè aliter euenire Francisco cernentes quàm arbitrati fuerant, accepta ex fœdere Crema, renocatisque militibus suis, fœdus cum Mediolanensibus ineunt, Francisci potentiam reformidantes si Mediolano potiretur. Franciscus autem simulata cum Venetis beneuolentia, priuataque magis Cosmi Medices, quàm publica Florentini populi pecunia adiutus, post multas acceptas illatasque clades, post longam & grauem oppugnationem, utpotè media hyeme, post defectionem & transitionem militum ad hostes, aduersante etiam Alphonso, qui Mediolanum sibi iure hæreditario deberi dicebat, ob eamque rem Ludouicum Gonzagam mercede conduxerat, & in Bononienses miserat, quò suis tutius in Cisalpinam transire liceret, Mediolano tandem potitur, anno M. C. C. C. X. L. I. Iuuabant quidem Mediolanenses Veneti, immisso cum exercitu suo Sigismundo Malatesta, qui se Picennino auspicijs Mediolanensium militanti coniungeret, sed pernegligenter: ut euecti fame, ciuitatem Venetis potius quàm Francisco committerent. Quare, longè aliter euenire cernentes quàm putarant, cum Alphonso agunt, qui Franciscum inimico & hostili animo persequebatur, inito prius fœdere, ut homo dominandi cupidus priusquam inualesceret, ducatu Mediolanensi pelleretur. Inuitant & Florentinos ad eam rem. Verùm cum hi nunquam se aduersaturus Francisco dicerent, eorum mercatores ab urbibus suis Veneti pellunt: idemque ut Alphonso faceret, tandem etiam impetrarunt.

Nicolaus autem pontifex totam Italiam ad arma concitari cernens, auctoritatem suam sæpius interposuit, quòd pax componeretur, ut sequenti anno liberè omnibus ex tota Europa ad Iubileum venire liceret. Instabat enim quinquagesimus annus, quòd Iubileus de more indicebatur. Cardinales præterea sex creauit: quorum de numero fuère Latinus Vrsinus, & frater ipsius pontificis vterinus tantum Philippus tituli sancti Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis, vir certè bonus, ingenijque liberalis. Interim verò Fredericus imperator, instante pontifice, Felicem compulsi, ut se pontificatu abdicaret, quòd cerneret tantam seditionem & tam diuturnam, ecclesiæ Romanæ perniciosam esse. Vfus

tamen hac benignitate erga Amadeum Nicolaus est. Ad hominem nanque galerum Cardinalatus misit: eundemque legatum Germaniæ fecit, ne omninò sine dignitate viueret. Venere & in arbitrium pontificis Cardinales illi, quos Amadeus creauerat. Hæc verò concordia aded lætatus est non modò clerus omnis, verùm etiam populus Romanus, ut in sequenti nocte eius diei, quo hæc audita sunt, anno Domini M. C. C. C. X. L. I. vigesimoquarto Aprilis, cum faculis per urbem in equis incederent, clamantes, Viuat Nicolaus. Pontifex autem, ne ingratus erga Deum tanti beneficij videretur, supplicationes admodum celebres cum populo & clero in Vaticano habuit. Idem fecere & reliqui Italiæ populi, tam perniciose seditione liberatam ecclesiam Dei cernentes. Tanta præterea fuit pontificis auctoritas & gratia, ut animos principum ad bellum iam concitatos, aliquandiu represserit. Instigabant namque Venetos ad id bellum & Iacobus Picenninus, & Sigismundus Malatesta, & Carolus Gonzaga, acerrimi ipsius Francisci Sfortiæ hostes & inimici. Pellexerant etiam in societatem suam Veneti Sabaudia ducem, marchionem Montisferrati, ac Cörregij dominos, Bononiensesque & Perusinos, reclamante pontifice & minante ne id facerent, concitare, sed frustra conati sunt, pacti cum Alphonso, ut dum ipsi Franciscum adorirentur, Florentinos bello destineret. At Franciscus Florentinorum amicitia ac potentia fretus, assumptioneque in societatem belli Ludouico Gonzaga principe Mantuano, ad bellum se constanti animo parabat. Hinc ortæ sunt inter Carolum & Ludouicum graues inimicitia, quòd eius amicitiam sequeretur, quem ipse hostem haberet: quòdque oppida sua occupasset, quæ ei pater ex testamento reliquerat. Nam Ludouicus frater in carcerem coniecti vas factus, cum spondidisset ostroginta millia nummum auri, quo frater liberaretur, veruissetque solum Carolus, cum Franciscus aut nummos, aut oppida peteret, maluit nummos persolvere, & oppida retinere, quàm tam vicina & propinqua loca dimittere. Hanc itaque ob rem Carolus fratrem calumniabatur, ut raptorem & alieni appetentissimum, non modo apud Venetos, quorum partes sequebatur, verum etiam ab imperatore ius suum reperere.

Iam attigerat annus Iobileus, cum subito tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea. Vnde cum semel è Vaticano visa Saluatoris imagine ad urbem redirent, facta obuiam mula quædam Petri Barbi Cardinalis sancti Marci, cum neque venientes, neque redeuntes ob insequentem multitudinem cedere possent, cadente vno atque altero super mulam illam iam à multitudine oppressam, ad ducenta hominum corpora, & equos tres, obruta & suffocata in ponte Hadriani constat. Multi enim à lateribus pontis in flumen cadentes, in vndis perierunt. Sepulta in sancto Celso ad centum & triginta sex constat: reliqua verò ad campum sanctum delata sunt. Hanc ob rem Nicolaus pontifex vires eorum, qui mortui fuerant, dolens, casulas quasdam augustiorem viam ad pontem facientes omnino sustulit: totumque ferè annum illud in celebritatibus consumpsit, stationes ipsemet quotidie inuisens cum Cardinalium coetu. Cavit etiam quàm diligentissimè ne abundante tanta multitudine, commectus, & omnia ad victum necessaria in vrbe deessent. Curauit item execrationibus & satellitibus, ne grassatores in peregrinos ad urbem accedentes scirent. Sequenti verò anno, quòd venturum ad urbem Fredericum imperatorem intellexerat, tum vt coronam imperij acciperet, tum vt Leonoram regis Lusitanix filiam, Alphonsi neptem in vxorem duceret, portas vrbis actures, Capitolium, arcem sancti Angeli, muris firmissimis munire coepit, veritus credo, ne aduentante imperatore noui aliquid, & ab eo, & à populo Romano oriretur: erat enim natura formidolosus. Hanc ob rem milites omnes suos cum collectitijs copijs Romam acieuit. Ad delinendos verò multitudinis animos, tredecim marescalcos, qui tredecim regionibus vrbis præessent, delegit, eisdemque tredecim vestes coccineas dono dedit. Imperator itaque prodeuntibus obuiam tredecim Cardinalibus, omnique vrbis magistratu, ac honorato quoque, per portam castelli ingressus, & ad scalam sancti Petri perueniens, obuium habuit pontificem, à quo vnà cum Leonorâ vxore, quam Senis offenderat iam ex Hispania auertam, in templum Petri introducitur, millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, die nono Martij. Vnde facta oratione digressi, in ædibus illis diuertere, quæ ad ipsos sancti Pe-

tri gradus adhuc visuntur, meliorem formam quàm antea habentes, Romani Cardinalis Constantiensis impensa. Pontifex autem sequentibus diebus in sancto Petro Missam celebravit, benedixitque imperatori & imperatrici, vt in nuptijs fieri consuevit, antequàm sponsus cum noua nupta coëat, eosque deinceps eodem in loco xviij. eiusdem mensis imperatoria corona donauit. Dum verò imperator (vt fit) ad sanctum Ioannem coronatus proficiscitur, pluresque auratos equites in ponte Hadriani creauit. Abiens deinde Neapolim cum vxore visendi Alphonsi regis causa, à quo sumptuosa ac magnifica impensa cum tanto comitatu est habitus, rursus ad urbem mare rediens, iter in patriam statim arripuit, quòd intellexerat quosdam principes res nouas in Germania & Vngaria moliri, ob regem Ladislaum adulescentem egregium, quem imperator secum ducebat. Hominem autem abentem duo Cardinales ad quinquaginta millia passuum comitati sunt, Bononiensis ipseus pontificis frater, & Caruaial sancti Angeli Cardinalis.

Abeunte autem Imperatore, Veneti comparato ingenti exercitu, Cremonensem agrum ingressi, omnia prius longè ac latè populati, Soncium atque oppida vicina oppugnare sunt adorti, quæ in potestatem eorum haud ita multò post venêre: captis ibi aliquot equitum turmis, quòd serius quàm decebat Franciscus exercitum comparauerat. Verùm postea superueniente Ludouico Gonzaga amico & belli socio, in agrum Brixianum mouens, eò Venetos redegit, vt paludes egredi nunquam sint ausi, & aperto Marte collatis signis secum decernere. Protrahi rem volebant, in mora spem omnem victoriæ repouentes, quòd existimabant Franciscus propter inopiam ararij, impensæ bellicæ haud diu suffecturum, simul etiam sperabant, Mediolanenses extortæ quondam libertatis memores, Francisco tanto bello implicito, aliquid noui ad excuriendum teruitutis iugum molituros. At Ferdinandus patris Alphonsi iussu, cum equitum circiter octo, pedum quattuor millibus, in Etruriam contra Florentinos mouens, cum Cortonam ad defectionem tentasset, Foianum Arretini agri oppidum quadraginta dierum oppugnatione, multis vtrinque desideratis capit. Inde verò abiens, ac per Senensem agrum

iter faciens, cùm Castellinam frustra oppugnare tentasset, in maritima Senensium hyematum descendit captis in itinere quibusdam Volaterranorum castellis. Obseruabat hominem continuò Sigismundus Malatesta Florentini exercitus dux occasionem bene gerendæ rei capturus. Florentini autem cùm pollentes Alphonſi ac Venetorum opes terra marique reformidarent, ad externa auxilia confugere instituunt, Francisco id approbante. Missus itaque in Galliam Angelus Acciaiolus equestris ordinis Florentinus orator ad regem Franciæ commemorata Florentinorum in regiam domum beneuolentia, hominem eò pepulit, vt & duci Sabaudix & Allobrogis imperaret, qui iam iam in Franciscum arma sumpserant, ne Franciscum Florentini populi socium & amicum dicto rite factò læderent, affirmans se illi hostem futurum, qui secùs fecisset. Et Renatum impulit pecunias ei ac militem pollicitus, regnum Neapolitanum, vnde fuerat ab Alphonſo pulsus, repetere: maximè verò quòd rex Florentinorum bello tum destineretur. Hac autem legatione Florentinorum ad Francisci res ad eò secunda sunt factæ, vt Veneti pacem deinde haud quaquam sint adspernati, suis præsertim non longè à Godio eorum copijs, quas in Mantuanum principem Carolo Gonzaga duce miserant, ne ipse vnà cum Tiberto Brandolino ad Franciscum Sfortiam, cuius auspicijs militabant proficiscerentur; coniunctisque copijs maiorum exercitum, quem Gentilis ductabat, adorirentur & funderent. Venerat nanque superiore anno ad exercitus Caruaial sancti Angeli Cardinalis, Nicolai nomine pacem inter concertantes compositurus: qui re infecta abiens, DEVM hominesque testatus est per Nicolaum pontificem non stare, quòd minus pace inter Italos composita, bellum communi Christianorum consensu in Turcos decerneretur: quos iam parare arma contra Constantinopolitanos senserat, & ob eam rem Cardinalem Rutenum patria Constantinopolitanam. eò miserat, qui imperatori & ciuibus auxilium polliceretur, si ad catholicam fidem, vt in Florentino concilio promiserant, redire voluissent. Interim verò Renatus recuperandæ regni Neapolitani cupidus, ad quam rem Franciscus ac Florentini copias & opes pollicebantur, si Alpes transmittens, contra Venetos exercitum mouisset, frustra tento cum

duobus millibus equitum per Allobrogas itinere, quos nunc Sabaudientes vocant, & stateque in ea re penè consumpta, Sauonam aliò itinere atque inde ad Franciscum peruenit: qui accessu tanti Regis & non paruis copijs, atque animo auctus, hostem pauidum & certamen detreclantem mouere castra ad montana Brixæ coëgit. Inde verò exercitum circumferens ex Brixianis & Bergomatibus ad quadraginta oppida, partim vi, partim deditione cepit. Superueniente deinde hyeme, cùm in hyberna vndique itum esset, Renatus relicto in Italia apud Florentinos filio malè in eos & Franciscum animatus, in Galliam redijt. Verùm frigescentibus vnà cum hyeme iam omnium animis, exhaustisque item assidua bellorum impensa populorum ac principum ararijs, de pace iam antè à Nicolao pontifice tentata, mentio fieri coepta est; ad quam Veneti & Florentini militarem licentiam perosi, summo ferebantur studio. Sed Nicolaus pontifex coniuratione Stephani Porcarij equitis Romani tum deprehensa, rem inchoatam omittens, ad sedandum intestinum bellum animum adiecit. Stephanus enim maioris animi quàm potentix, vir quidem in dicendo materna lingua eloquentissimus, multa liberandæ patriæ indicia præferens (vt in principio diximus) Bononiam à pontifice relegatur, hac conditione, vt singulis quibusque diebus Nicano gubernatori vrbis sese offerret, quem simulata ægritudine decipiens, Romam admentibus coniurationis propere redijt, hac mente, vt cùm vrbem attingisset, sumptis armis populum ad libertatem conuocando, pontificem & Cardinales caperet. Verùm dum fessus longitudine itineris & diutina vigilia aliquantulum quiesceret, aliquot enim noctes infomnes duxerat, detegendæ rei tempus & occasionem dat. Cognita hominis audacia, pontifex senatorem Iacobum Lauagnolum Veronensem ciuem, & vicecamerarium cum armato milite domum eius statim mittit, vt captum in carcerem perducerent. Is autem aduentare armatos intelligens, ad sororem confugit, relicto domi Baptista Sciarra, cum aliquot seruis, homine quidem impigerrimo & audacissimo: qui domo cum socijs erumpens, incolumis aufugit. Cognita deinde Stephani per indices fuga, hominem apud sororem in capsa desitescentem capiunt, & captum

captum ac seriem coniurationis factum, ad natos arcis sancti Angeli suspendunt. Eodem quoque supplicio afficitur in Capitolio Angelus Massa cum filio ac socio Sauro, lecta prius audientibus omnibus coniurationis serie, millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, quinto Idus Ianuarij. Persecutus deinde reliquos coniuratos omnes oppressit, maxime verò Franciscum cognomèto Gabadeum, & Petrum Monterotundum, & Baptistam Sciarram à Venetis ad supplicium deditum. Eo enim confugera: post patefactam coniurationem. Nicolaus autem, qui hætenus Romanos omni genere officij & liberalitatis iuuerat, quicquid liberior quam vllus antea pontifex incedere per urbem consueuerat, sibi ipsi deinceps cauens morosior cum in omnes, tum vel maxime in Romanos factus est. Accedentes enim alloquendi causa non ita facile admittebat. Accessit & podagra, qua tum maxime laborabat. Sed nihil fuit, quod æquè hominem cruciauerit, quam ubi audiuit Constantinopolim & Peram eodem impetu à Turcis captam, obruncatamque cum multis hominum millibus Constantinopolitanum imperatoreni. Captum quoque arbitrabatur & necatum Cardinalem Rutenum, quem eo (vt dixi) miserat, sed is mutata veste incolumis abiit. Ipsi tamen pontifici in animo fuit, classe & milite Constantinopolitanos iuuare, quemadmodum eius litteræ ad imperatorem scriptæ indicant, quibus & eorum à catholica fide defectionem, & simulatum in gratiam cum Latinis reditum, in calamitatis increpat. Verum ad eò repente vrbs illa capta est, vt vix de mittendo auxilio cogitare licuit. Præterea verò ne quid deesset, quod hominem cruciaret, Comes Auerfus iniussu suo Nursinos bello aggreditur, à Spoletinis mercede conductus, hi enim populi de finibus inter se certabant. Hanc ob rem Angelum cognomento Ronconem cum militibus ecclesiasticis mittit, qui comiti iter intercluderet, quò minus ad oppida sua reuerteretur. At verò cum intellexisset per Angelum stetisse, quò minus redeuntem milites caperent, hominem ad se vocatum, in arce Hadriani capitali supplicio afficit, tertia noctis hora. Sunt autem qui scribant, Nicolaum eius rei miracè poenituisset, quò quæ ira percitus mandauerat, ad eò accuratè præfectus arcis egisset. At Veneti frustra de mentionem fieri cernentes, cum eam rem facilius tentassent, veriti ne tanta res persuasum

Ludouici Gonzaga à Francisco intermitteretur, Iacobum Picennium copiarum suarum ducem, cum magna equitatus parte ad Vltimam celerrimè mittunt: qua capta, retrorsusque in Godium Angelo comitis non sine aliquo Ludouici incommodò, qui tum ibi egrotabat, hominem in hyberna reuocant, existimantes iam satis motum ad petendam pacem Ludouicum esse. Interim verò Simonetus ordinis Eremitarum vltro citroque commens, cum nunc Venetos, nunc Franciscum ad concordiam pluribus verbis adhortatus esset, eos tandem perpulit, vt pacem initis firmarent, quæ omnium consensu quinto Idus Aprilis publicè per præcones enunciata est, MCCCCLIV. his foederibus, vt quæ cuiusque ante id bellum fuissent, redderentur præter Gerram Abduræ, quam Franciscus de Venetis, & Castilionum Piscariæ, quod Alphonsus de Florentinis ceperat. Hoc verò quò firmitus haberetur, vtve Alphonsus dignitatis regis habitam fuisse rationem dignosceret, ad hominem mittendos legatos principes ac ciuitates censuere: quo cum vndique conuenissent, cumque Dominicus Capranicus Cardinalis sanctæ crucis, ac maior poenitentiarius, vir magnæ prudentiæ & auctoritatis, legatus à pontifice missus, hortando, monendo, pacis & concordie sequestrum se fore ostenderet, ita ad id foedus post longas disceptationes tandem ventum est: vt quam Veneti ac Franciscus pacem composuissent, eadem firma & stabilis ab omnibus haberetur: vt quæ si quæ deinceps dissensio discordiæ inter eos ortu essent, eius tolerandæ ius potestatemque pontifex haberet: vt quæ qui arma alteri intulisset, cognita à pontifice causa is statim communis omnium hostis haberetur. Data itaque publica per omnes fide, iureiurandoque adhibito, fœdus denique Neapoli firmatur, anno ferè post superiorum pacem, qua nulla memoria patrum nostrorum maior aut firmior est habita. Omnes enim præter Genuenses in eandem sententiam venere, quibus cum Alphonso ex gente Catalonica nequaquam conueniebat ob tributum promissum, nec redditum, vt Alphonsus dicebat. Relicta est etiam legatorum negligentia: vel industria (vt quidam volunt) ansa quædam ad bellum, qua Alphonsus postea Sigismundum Malatestam bello persecutus est, quò receptis antea à se mercedis nomine pecunijs, transicione facta cum Florentinis hostibus suis contra se militasset. Nicolaus autem

pontifex, siue tadio animi, quod maximè cruciabatur post captum Constantinopolim, siue febri & podagra, qua potissimùm vexabatur, pontificatus sui anno octauo moritur, millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto; sepeliturque in basilica Petri honorificentissima pompa, cuius in sepulchro hoc epitaphium meritò inscriptum est.

*Hic sita sunt quinti Nicolai antistitis ossa,
Aurea qui dederat sacula Roma tibi,
Consilio illustris, virtute illustrior omni,
Excoluit doctos, doctior ipse viros.
Abstulit errorem, quo schisma infecerat urbem:
Restituit mores, moenia, templa, domos.
Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,
Sancta Iobelei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Frederici coniugis auro,
Res Italas isto fœdere composuit.
Attica Romane complura volumina linguae,
Prodidit, eni tunulo fundite thura sacro.*

Laudatur quidem eius liberalitas, qua in omnes vsus est: maximè erga litteratos, quos & pecunia, & officijs curialibus, & beneficijs mirificè iuuit. Eos enim præmijs nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendū de integro aliquid nunc ad vertendos Græcos auctores in Latinum ita pepulit, vt litteræ græcæ & latinæ, quæ sexcentis iam antea annis in situ & tenebris iacuerant, tum demùm splendorem aliquem adeptæ sint. Misit & litteratos viros per omnem Europam, quorum industria libri coinquirentur, qui maiorum negligentia & barbarorum rapinis iam perierat. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit, & Enoch Alculanus Marcum Cælium, Appicium, & Pomponium Porphyriorem in Horatii opera scriptorem egregium. Aedificauit præterea magnificè & splendide, tum in vrbe, tum in Vaticano; in vrbe ædes pontificias apud sanctam Mariam ad Præsepe. Restituit & templum sancti Stephani in Cælio monte: à fundamentis verò erexit sancti Theodori templum inter Palatinum & Capitolinum montem in plano situm. Pantheon quoque in medio vrbis positum templum vetustissimum M. Agrippæ opus plumbeo tecto restituit: in Vaticano autem & pontificias ædes sumptuosius operis in hanc formam, quam nunc ceruimus redegit: & muros Vaticani præaltos & latos inchoauit, iactis insanis fundamentis ad tur-

res & maiorem molem superædificandam, quibus coerceri hostes possent, ne ædes pontificis & beati Petri templum, vt antea sæpè factum est, diriperentur. Inchoauit præterea ad caput templi beati Petri amplam testudinem, quam vulgò tribunam vocant, quò templum ipsum angustius, & hominum magis capax esset. Pontem quoque Niluium restituit, & ædes egregias ad balnea Viterbiana ædificauit. Iuuit & multos pecunia, qui in vrbe ædificabāt. Eius etiam mandato vici vrbs ferè omnes strati sunt. Eleemosynas quoque multas in pauperes erogauit, maximè verò in nobiles ad inopiam ob varios rerum humanarum casus redactos. Virgines inopes sua pecunia & munificentia collocauit. Legatos aliundè venientes munificè semper suscepit nullo non genere honoris & liberalitatis adhibito. Facilis ad iram fuit, ne mentiar, quippe qui biliosus erat, facilis etiam reditu ad beneuolentiam: hoc est, quod ansam maleuolis dedit ad carpendum hominem de Deo omnibus optimè meritum. Auaritiæ autem aded expers fuit, vt neque officium vllum vendiderit vnquam, neque beneficium Simoniaca prauitate ductus vlli collocauerit. Gratus de se & ecclesia Dei meritos, amator iustitiæ, pacis auctor & conseruator, clemens in delinquentes, cæremoniæ diligentissimus obseruator, nihil, quod ad diuinum cultum pertineret, omittens. Exstant adhuc vasa aurea & argentea existant cruces gemmis ornatae, existant & sacerdotales vestes auro & margaritis insignitae, existant peripetasmata & aulæ auro & argento intertextæ, existat & mitra pontificia, quæ hominis munificentiam nobis ostendunt. Omittit tot libros sacros suo iussu descriptos, auro & argento redimitos. Licet in spicere bibliothecæ pontificiam sua industria & munificentia mirificè auctam. Religiosus, vt vernaculo vocabulo utar, ita amauit, vt eos & mira beneficentia & ecclesiasticis beneficijs iuuerit. Beatum quoque Bernardinum Senensem ordinis Minorum in sanctos retulit, quod prædicando, dicendo, monendo, castigando etiam factiones Italiæ, Guelpham scilicet & Gibellinam, magna ex parte exstinxerit, & Christianis hominibus bene beateque viuendi viam ostenderit. Cuius corpus nunc etiam Aquilæ

magna cum veneratione inuisitur.

THOMAS, incerto cognomine, Sergiana oppido Lunensis agri in Liguribus obscuro genere ortus, patrem Bartholomæum medicum habuit. Luæ adultus Lucani cognomen suscepit. Adolefcens Bononiæ studijs vacans. Artium & Theologiæ doctor factus fuit. Eugenio I v. ob virtutem, & in tollenda Germanorum neutralitate industriad, gratus, ab eo episcopus Bononiensis, & Presbyter Cardinalis tit. S. Sufannæ creatus est. Quo mortuo, conclauit in Sacratio Prædicatorum ad Mineruæ factio, xvii. Cardinalium suffragijs prid. Nonas Martij, anno MCDXLVII. summus Pontifex denunciatus, & ad sanctum Petrum coronatus, imperatore Cæsare Frederico III. Austrio Augusto. Sedit annos septem, dies decem & nouem. Pontifex fuit doctrina, pietate, liberalitate, & alijs præclaris animi corporisque ornamentis clarissimus. Annum Iobileum millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto celebrauit, Fridericum Augustum, & eius vxorem Eleonoram Lusitanæ regis filiam imperiali diademate in Basilica Vaticana coronauit. Urbem veteribus ædificijs deformem nouis fabricis excitatis exornauit, schismate abdicante Felice, sublato pacem ecclesiæ restituit. Coniurationem V. barbaram aliquot ciuibus Romanis castigatis repressit. Eo pontifice Constantinopolis orientis Imperij caput Christianis à nefandissimis Turcis, Imperatore græco Constantino Palæologo cæso, occupata est. Cuius rei labem pontificatus suo impactam, dum abolere, coactis in Turcas copijs studet. areteticis doloribus totum corpus peruadentibus exstinguitur, quum ord nationibus tribus vndecim Cardinales creasset. Obijt autem Romæ in palatio Vaticano nono Kalendas Aprilis, anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi quinti.

Vacauit sedes dies quatuordecim, sepultus in Basilica sancti Petri, marmoreo sepulchro.

(..)

CALIXTVS III.



CALIXTVS tertius, Alphonfus cognomine Borgia antea vocatus, natione Hispanus patria Sauiensis, Valentiniæ diocesis, patre Ioanne, matre Francisca generosis parentibus natus, ac liberè educatus, Cardinalium suffragijs pontifex creatur sexto Idus Aprilis, anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi quinti. Is enim quartumdecimum natus annum, post prima litterarum erudimenta ad Ileridense gymnasium missus, tantum studio & diligentia profecit, vt breui doctor in vtroque iure factus, acutè ipse alijs ac perdoctè deinceps legerit. Hanc ob rem Petrus Luna (quem Benedictum tertiumdecimum appellarunt) proprio motu nemine rogante, canonicatum Ileridensis ecclesiæ ei contulit. Verùm cum iam eius doctrina omnibus nota esset, ad Alphonsum Aragonum regem profectus, eius consilio & secretis statim adhibetur. Cum autem Martino pontifice ecclesiæ Maioricensis gubernator factus esset, persuaderentque amici, vt ecclesiam ipsam in titulum acciperet, facturum se id renuit, quod diceret se expectare episcopatum Valentinum, quem haud ita multo post suo merito consecutus est. Cum enim mortuo Benedicto terriodecimo duo illi anticardinales, de quibus in Martino mentionem fecimus, Aegidium quendam Barchionensem canonicum in locum demortui Paniscollæ pontificem creassent, quem Clementè octa-



uum appellabant, eò statim missus ab Alphonso rege, qui iam cum Martino pontifice in gratiam redierat, Alphonfus Borgia est, non sine magno sui ac comitum discrimine: aded locus ille Paniscolæ tyrannicè custodiebatur, & ab his potissimum, quorum maxime intererat discordias alere. Qui Alphonfus aded rationibus & auctoritate Aegidium ipsum ad sanitatem deduxit, vt postea superueniente Petro Fuxo Martini legato pontificio nomine se abdicauerit, in potestatemque pontificis deuenerit. Hanc ob rem Martinus & Aegidium Maioricensem, & Alphonsum Borgiam Valentinum episcopum creauit. Orto deinde bello inter Alphonsum Arragoniæ, & Ioannem Castellæ reges, solus Alphonfus Borgia delectus est, qui ad pacem & concordiam reges adhortaretur, quam septennio post inchoatum bellum tanta cum diligentia composuit, contracta etiam inter eos affinitate, vt hodiè quoque aliquot illius foederis pacta seruentur. Verùm cum postea inualescente Basileensi concilio, rex Alphonfus, qui tum in regno Neapolitano bellum gerebat, rogaretur vt aliquem ex suis eò mitteret, Alphonso Borgia id negotium demandauit, qui ægrè ferens rem tam perniciosi exempli sibi committi cum regina egit Alphonfi vxore, vt in Italiam ad regem proficisceretur cum Ferdinando regis filio, eumque adhortaretur, vt tandem post multos labores, & tot pericula adita, in quibus tum etiam frequenter versabatur, in patriam rediret. Rex autem se id facturum abnuens, hominem ad Eugenium misit, qui tum Florentiæ erat, quo cum de pace ageret. Vitelescus enim Eugenij nomine regnum Neapolitanum armato milite ingressus, longè ac latè omnia populabatur, prohibiturus quò minus rex Neapolim, quam tum oppugnabat, potiretur.

Cum autem in longum res protraheretur, Eugenioque in mentem venisset viginti Cardinalis creare, Valentinum episcopum horum in numerum retulerat. Quam quidem dignitatem constantissimè renuit, quòd diceret id sibi nequaquam integrum esse, re præsertim, ob quam venerat, infecta. Redeunte deinde Romam Eugenio, cum patriarcha Aquileiensi Tarracinam ad Regem missus, pacem inter pontificem & regem composuisset, foederaque iniisset, quibus Valentinus e-

piscopus semper interfuit, aucteritatemque suam interposuit, & diligentiam, aded à pontifice diligi cœptus est, vt eum breui Cardinalenam creauerit, tituli sanctorum Quattuor coronatorum, Romamque ad se accerserit, non minore modestia in Cardinalatu vtens, quam antea in episcopatu fecerat ab omni pompa & inani gloria alienus semper fuit. In dicendis autem in senatu sententijs ita grauis habebatur, vt nihil vnquam per adulationem & gratiam locutus sit. Mortuo deinde Eugenio, eiusque successore Nicolao pontifice, Alphonfus Borgia, vt dixi, in ædibus sancti Petri pontifex creatus, Calisti nomen de more suscipiens, bellum Turcis statim indixit.

Id se ante pontificatum vouisse ostendens suo chirographo, his verbis scripto, quod in libro quodam suo exstabat: Ego Calistus pontifex DE O omnipotenti voueo, & sanctæ indiuiduæ Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, consecrationibus, & demum quibuscunque rebus poterò Turcos Christiani nominis hostes saeuissimos persecuturum. Admirati sunt omnes, qui aderant, quòd pontificatus nomen sibi desumpisset ante adeptam dignitatem, quodque homo senex ac ferè decrepitus, tantum animi haberet. Vt autem quod promiserat, re ipsa præstare posset, prædicatores per totam Europam statim misit, qui omnes Christianos in Turcos animarent, qui que facultatum aliquid & opum suarum ad tantam expeditionem conferrent. Ex his autem facultatibus ad sedecim triremes Romæ ædificatas in hostem misit, patriarcha Aquileiensi præfecto, qui triennio maritima hostium Asianorum vexauit, insulas quasdam cepit, ac magnas calamitates hostibus intulit. Alphonfus autem rex & Burgundiæ dux crucis signum suscipientes, ituros se quoque in hostem profitebantur, vel armatos milites eò missuros. Verùm vt res vno impetu mota est, ita etiam faciliè resedit, principibus ipsis ob voluptatem rem tantam & magnam gloriam parituram omittentibus. At verò dum pontifex ipse in basilica Lateranensi coronaretur, duo milites, quorum alter sub comite Auerio, alter sub Neapolione Ursino diuersarum partium ducibus militabat, de adolescente armigero contendentes, ita se mutuis vulneribus confecere, vt vterque statim perierit. Hanc ob rem Neapolio

polio factionem Vrsinam ad arma conuocans, ædes vbi comes Auerfus diuertere consueuerat, diripuit, aberat tum comes. Ad Lateranum itaque iturus Neapolio, vt comitem adoriretur, ægrè à Latino fratre, & à camerario pontificis retentus est. Non poterat certe sine magna vrbis calamitate eum proficisci Neapolio, cum tota Columnensium factio; quæ comiti fauebat, iam in armis esset. Miserat & ad vtrumque pontifex Ioannem Baruncellum, & Lælium de Vallè aduocatos consistoriales, qui pacem inter eos componerent: atque hoc modo auctoritate pontificis sedata sunt omnia, non tamen vetus simultas inter eos sublata est. Bello enim sæpius inter se concenterunt cum magno suorum incommodo. Pontifex autem ad transigenda negotia pontificia animum adiiciens, B. Vincentij Hispani ordinis prædicatorum, & B. Emundi Anglici memor, eos in sanctos retulit: ob eamque rem supplicationibus Deo gratias egit, ab Ecclesia Mineræ vsque ad sanctum Petrum continuato magno cleri ac populi Romani apparatu. Verùm ne quid ad disturbandam ecclesie quietem deesset rustici quidam Palumbare oppidi, quod in Sabinis est, extorres antea à Iacobo Sabello loci domino facti, domuni redeunt, duobus Iacobi filijs obruncatis, ecclesie oppidum ipsum se dedituros polliciti sunt: quod non modò Calistus renuit, verùm etiam eò Cardinalem Columnensem misit, qui in gratiam Iacobi eos redigeret. Tum verò Neapolio veritus, ne Cardinalis Palumbaram suo nomine occuparet; eò cum militibus suis profectus, locum ipsum aliquot dies obsedit. Verùm superueniente Mattheo Poiano & Francisco Sabello ac plerisque alijs militum ductoribus pontificis ac Cardinalis Columnensis mandato, soluta obfisione Palumbaram ingressi, ad viginti rusticos ex his potissimum, qui tumultum concitauerant, laqueo interemptos membratim diuisere, cæteris exemplum daturi, ne in dominos suos tam grande facinus molirentur. Apparente deinde per aliquot dies cometa crinito & rubeo, cum mathematici ingentem pestem, caritatem annonæ, magnam aliquam cladem futuram dicerent, ad auertendam iram Dei Calistus aliquot dierum supplicationes decreuit, vt si quid hominibus immineret, totum id in Turcos Christiani nominis hostis conuerteret. Mandauit præterea, vt as-

siduo rogatu Deus flecteretur, in meridie campanis signum dari fidelibus omnibus, vt orationibus eos iuarent, qui contra Turcos continuò dimicabant. Crediderim tum ego precibus omnium Christianos ad Bellogradum contra Turcos dimicantes duce Ioanne Vaiuoda viro clarissimo, adstante etiam Ioanne Capistrano ordinis Minorum, crucemque pro vexillo hostibus inferente, eos Bellogradum oppugnantes ingenti clade superasse. Ad sex enim hominum millia ex hostibus interfecta sunt; cum parua nostrorum manu, vt Caluaia sancti Angeli Cardinalis, ad pontificem & ad Dominicum Capranicum sanctæ crucis cardinalem scripsit: hostium quoque comæatus omnes, ad centum & sexaginta bombardæ captæ sunt, qua clade perterritus Turcus, Constantinopolim properè se recepit. Actum de crudelissimo genere tunc certè fuisset, si Christiani principes ommissis intestinis bellis & odijs, terra ac mari tantam victoriam prosecuti fuissent, quemadmodum Calistus prædicabat & monebat. Verùm his resumptis viribus, & Trapezon prius imperatore interempto, & Bosnam deinceps rege capto atque interfecto, postea cepit, admonentibus Christianos omnes his, qui rerum experientia & locorum cognitione tantam cladem à longè tanquam è specula quadam præuidebant. Non cessabat Calistus litteris & nuncijs principes Christianos adhortari, vt in tanto malo oculos aliquando aperirent, frustra remedia deinceps quæsituros, vbi iam hostis inualuisset. Ecce autem, dum vir bonus hæc inualuitur & prædicat, Iacobus Picenninus à Venetis discedens, cum magno equitatu ac peditatu in agrum Senensem hostili animo descendit, repetens à Senensibus aliquot millia nummum aureorum, quæ, vt dicebat, patri Nicolao, qui eorum auspicijs quondam militauerat, ipsi meritò debeant. Senenses autem suæ reipublicæ consulturi, omnes Italie principes ex foedere in auxilium vocant: maxime verò pontificem, qui eos primò admonuit, vt ne quadrantem quidem Iacobo darent, deinceps verò & milites suos contra Picenninum ipsum misit, ac principes Italie adhortatus est, vt idem ipsi facerent, ne aliquod graue incendium in Italia excitaretur, quod non ita facilè extinguì posset. Veriti omnes, ne id certè eueniret, quod pontifex prædicabat,

Cur in meridie Campanis signum dari fidelibus omnibus, vt orationibus eos iuarent, qui contra Turcos continuò dimicabant.

cabat, auxilia properè Senensibus misère: Solus autem Alphonfus, qui Iacobo fauebat hominemque ad se vocauerat, eius beneuolentiæ memor, quam antea cum patre Nicolao Picennino contraxerat, Senensibus ex fœdere auxilio non fuit, immò verò & comitem Petilianum in Senenses ita concitauerat, vt tantum mali prima causa inde exorta videatur. Verùm superuenientibus auxiliarijs copijs, tum à Francisco Sfortia, tum à Venetis, eò redactus est Picenninus aliquot prælijs, si non fufus, ac mutilatus & debilitatus, maximè verò ad Orbetellum, vt conscensis Alphonfi tirremibus, quæ ad hominem missæ sunt, rerum omnium inopia laborantem, in regnum tanta re frustra tentata, profectus sit. Quare & Calisti & sociorum opera atque auxilio Senenses magno periculo liberati sunt, qui non minus intestino, quàm externo bello laborabant, cum non deessent ciues quidam, qui sprete libertate, factionem Alphonfi sequerentur, quorum etiam opera tantum bellum concitatum crediderim, Sed ciues bene sentientes, aut pulsus, aut cæsis malè de patria merentibus, libertatem, quam tum magno labore & sumptu pepererè, nunc etiam & quidem diligenter tueri: animaduertere & tum acerrimè in militarem licentiam transfugas, interfecto Giberio Corrigia, eiusque milite in prædam dato: paululum quoque absfuit, quin idem etiam Sigismundo Malatestæ acciderit, qui tum eorum stipendio militabat, quique & bellum in locum ducebat, & prædam ex agris eorum non aliter abigebat, ac si hostis esset. Eodem quoque anno tantus in regno Neapolitano terræ motus exortus est Nonis Decembribus, vt, & multa templa, & plures ædes cum magno hominum, ac pecorum interitu corruerint, maximè verò Neapoli, Capuæ, Caietæ, Auerfæ, cæterisque veteris Campaniæ urbibus, quarum ruinas ego cum maxima admiratione deinceps inspexi, dum cernendæ vetustatis studiosus eò me contuli. Repetebatur votum Alphonfus tertio quoque verbo, quod in Turcos fecerat, & se quòd vouerat breui facturum dicebat: verùm nec sic quoque impelli ad sanctam militiam potuit, adeò erat illecebris Neapolitani regni irretitus. Calistus autem sedatis Italiæ rebus, nouem Cardinales creat: quorum duo ex fororibus fuère eius nepotes, Rodoricus Borgia, & Lucius Ioannes, cognomèto Millanus ex forore nepos. Aeneam quo-

que Senensem episcopum Cardinalem creauit, cuius opera in componenda Italiæ pace, dum Senenses bello vexarentur, vsus fuerat. Verùm mortuo comite Taliacocij, quem superiore anno pontifex vrbis præfectum creauerat, statim inter Auerfæ comitem & Neapolionem vrsinum orta dissensio est, cum Auerfæ comes Monticellum non longè à Tibure positum occupasset, quòd diceret eam hæreditatem ad nulum suam pertinere comitis filiam, contra instaret Neapolio, id suum esse debere iure hæreditario, quippe cum comes ipse ex gente vrsina haberetur. Ex altercatione autem duorum de hæreditate inter se, armis etiam concertantium, maxima damna populus Romanus tum certè perpeffus est. Verùm composita hac etiam controuersia, iusso vtrouque armis discedere, Calistus Borgiam nepotem suum & vrbis præfectum creauit in locum demortui comitis, & eundem militibus ecclesiasticis præfecit, quo facilius barones vrbis Romæ in officio contineret. Mortuo verò non ita multò post Alphonso, hærede legitimo carente, tanti animi Calistus fuit, vt regnum illud repetere sit ausus, dicentis id ad sedem apostolicam Alphonfi morte iure feudatario deuolutum esse. Parabantur iam vtrinque arma: nec Ferdinandus Alphonfi hæres animos hominis contemnebat. Norat enim hominis ingenium & animi eius amplitudinem. Verùm eius morte disturbata sunt omnia, & tanto metu Ferdinandus liberatus est. Moritur autem Calistus pontificatus sui anno tertio, mens tertio, die decimosexto; sepeliturque in Vaticano ad sinistram basilicæ sancti Petri in templo rotundo, quod sanctæ Mariæ in febris dedicatum est, Nicolai impensa antea restitutum. Moritur etiam non multò post Borgias, nepos, qui in ciuitatem veterem confugerat, vrsinæ familiæ odia declinans, quæ ipse contraxerat, dum alteri factioni magis fauet. Calistus autem in omni vita vir integer: nimis est habitus sed hæc eius præcipua laus est, quòd dum episcopus esset aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam voluit, dicens se vna sponsa, & quidem virgine contentum esse, hoc est, ecclesia Valentina, vt ius pontificium mandat. Eleemosynas præterea pauperibus. Christi, & seruis Dei frequentes dabat, tum publicè, tum priuatim. Virgines pauperes collata dote maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos, sua impensa in vi-

ea retinebat. Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat: maximè verò erga eos, qui nomen Christianum auctoritate & opibus suis iuuare poterant. Ad Vsum cassanū, Perfarum & Armeniæ principem, ad regem Tartarorum Ludouicum Bononiensem ordinis sancti Francisci fratrem, misit cum multis & magnis muneribus, eos in Turcum excitās, qui persuasū hominis & magnas Turcis calamitates intulere, & oratores suos, quos ad Calistum destinauerant, ad Pium pontificem demum misit: quos certè cum admiratione, tum ob interualla locorum, vnde venerant, tum vel propter habitum nostris oculis insuetum inspeximus. Ferunt Vsum cassanum, superatis per sepe hostibus ad pontificem scripsisse, se quidem victoriam ex hoste reportasse ob preces ab eo ad Deum habitas, eiusque beneficii diuini potius quàm humani se aliquando memorem futurum. Inchoata hæc amicitia à Calisto est, quam nunc constanter Christiani cum ipso principe retinent, qui Turcum continuis prælijs vexat. In ædificijs autem paruos sumptus fecit, quod ei parum viuere licuit: quodque pecunias in vsum tanti & tam periculosi belli colligebat. Restituit solum sanctæ Priscæ in Auentino templum, & moenia vrbs dirupta ac ferè solo æquata. Aulæ quædam auro intertexta ab eo empta cernuntur. In victu suo parcus est habitus, in sermone modestissimus. Facilis aditu quantum ei per ætatem licebat: iam enim octogesimum attigerat annum, nec tamè de studijs suis quicquam remiserat. Legebat ipse, aut legentes audiebat, si quid in tanto rerum fastidio ei tēporis supererat. Officium transfigurationis Domini nostri Iesu Christi ipse composuit, iussitque eo modo atque cum his indulgentijs celebrari, quibus celebritas corporis Christi in precio haberetur. Oratores ad se venientes mira beneuolentia complectebatur: quorum precibus aut postulatis ab honesto discedere nunquam voluit. Hanc ob rem cum Alfonso simultates exercuit, quod is peteret episcopatus interdum his dari, quibus vel propter ætatem, vel ignorationem tum literarum, tum rerum humanarum, committi nequaquam debebant. Moriens autem Calistus, centum & quindecim millia nummum aureorum reliquit, quos in vsum bellicos contra Turcos comparauerat. Dum autem Calisti funus celebraretur, moritur & Dominicus sanctæ crucis Cardinalis, & summus poenitentiarius, vis-

quidem grauis ac sapientissimus: sepeliturque in templo Mineræ bonis omnibus præ dolore lacrymantibus.

Alfonfus Borgia ex Castello Valentina di-
 oecesis Sciatiua patre Iohanne, genere ne-
 bili ortus, & omnibus liberalibus artibus Ex Ona-
phris.
 instructus, episcopatum Valentinum iuuenis adeptus est. Alphonfi Regis legatus ad Eugenium Papam I v. missus, ab eo presbyter Cardinalis et SS. Quattuor Coronatorum denunciatur. Mortuo Nicolao V. Romæ, in palatio Vaticano à XIIII. Cardinalibus summus Pontifex. 5. Idus Aprilis, anni MCDLV. creatus, & apud S. Petrum coronatus, sedit Imperatore Cesare Frederico 3. Augusto, annos 3. menses 4. Pontificatu inito bellum Turcis indixit, ad XVI. triremium classe, duce Ludouico Cardinale Aquileiensi legato, maritima hostium loca inuasit, & toto quo vixit triennio multis eos cladibus affixit. Sed & terrestri bello magna Turcis à Christianis clades illata est. Quippe qui ad Taurinum in Pannonia, insigni bello Iohanne Vaiuoda duce, adhortante Iohanne Capistrano Minorita superati, circiter LX. millia hominum amiserunt. Mahometes tyrannus saucius fuga salutem quaesivit. Ea victoria Pontifex festum S. Transfigurationis D.N. IESU CHRISTI, 8. Idus Augusti instituit, solemnes supplicationes habuit. Mortuo Alfonso Rege sine legitimo hærede, Neapolitanum regnum repetijt repugnante Ferdinando. Dum arma Pontifex pararet, octuogenario maior, viij. Idus Augusti, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, rebus humanis eximitur: Cardinalibus I X. duabus Ordinationibus creatis. Vacauit sedes dies duodecim. Ipse in Sacratio sancti Petri marmoreo tumulo sepultus est, sine vlllo epitaphio.



PIVS II.



219. Pont.

PIVS secundus, Aeneas cognomento Piccolhomineus antea vocatus, natione Italianus, Senis oriundus. Corsiniani ortus, patre Siluio, matre Victoria, patrum omnium consensu pontifex creatur tertio decimo Kalendas Septembris millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Nam pater eius à plebe Senensi cum reliqua nobilitate è republica deiectus, & ad fundum gentilicium Corsinianum vallis Vrciæ oppidum se conferens infantem eo loci ex vxore suscepit. Nato puero, Aeneas Siluius nomen pater indidit. Puerpera autem per quietem visa est sibi infantem cum mitra parere, quæ (vt pronæ semper in peius mentes hominum sunt) verita est, ne somnium illud puero & familiæ ignominiam portenderet: neque antea huiusmodi suspitione leuari potuit, quàm postea intellexerit filium Tergestinum episcopum designatum fuisse: quo nuncio omni prorsus metu liberata, immortalis Deo gratias egit, quòd defunctum meliori fato, quàm ipsa coniectauerat, filium sibi videre contigisset. Prius tamen cum iam per ætatem discere aliquid potuisset, Corsiniani singulari memoria & summa docilitate grammaticam didicit: parce aded ac duriter vitam ducens, vt omnia ruris officia ob inopiam adire sit coactus. Annum verò decimum & octauum agens, Senas proficiscitur: vbi à necessarijs & cognatis adiutus, pœtas primò, mox oratores audiuit: quibus facultatibus tantùm ingenio & diligentia vauit, vt breui præclara pœmata Latina & E-

trusca lingua ediderit, ludens credo in amorem quo ætas illa maximè conflictatur. Inde verò ad ius ciuile se contulit: quod profectò non ita multò post deserere coactus est. Ortonaque inter Senenses & Florentinos bello, caritatem annonæ veritus, & nobilitatem plebi Senensi suspectam cernens, voluntarium sibi velut exsilium adsciuit, secutus amplissimum virum Dominicum Capranicum, qui tum Senis iter faciens, ad Basileense concilium proficiscebatur, questum iniurias ab Eugenio pontifice sibi illatas propter denegatum galerum Cardinalatus insigne, quo etiam absentem Martinus ob eius virtutem, & integritatem meritò donauerat. Huius igitur contubernio vsus, post longos itineris labores superatis alpihus cælo vicinis, & congelatis nubibus opertis, per inferni pontem, Lucernæ lacum, Helueticorum campos, Basileam tandem peruenit. Quo in conuentu, etsi multa negotia Aenæ Dominici secretario obuenerint, semper tamen est aliquid otij suffuratus, quod litteris traderet. Dominicum deinceps paupertate & inopia circumuentum, quippe cui beneficiorum & paternæ hæreditatis prouentum omnem Eugenius denegabat, relinquere non sine lacrymis cogitur, Bartholomæum Nouariensem episcopum secutus, quo cum Florentiam, vbi Eugenijs pontifex erat, peruenit. Sed hunc quoque in iudicium ob crimen læsæ maiestatis ab Eugenio accersitum, Aeneas relinquere impellitur. Nicolaum sanctæ crucis Cardinalem secutus, patrem certè optimum, ac omnium opinione sanctissimum, qui Attrebatum profectus Eugenij iussu, vbi conuentus Gallorum principum habebatur, pacem inter ducem Burgundiæ, qui cum Angelis sentiebat, & regem Franciæ composuit. Redeunte autem in Italiam Nicolao quem Veneti ac Philippus Mediolani dux auctorem componendæ pacis requirebant, Aeneas non admodum Eugenio gratus Basileam proficiscens, magno semper in honore apud omnes est habitus. Fuit enim scriba in synhodo illa celeberrima, & litterarum apostolicarum abbreviator, Duodecim vir, qui magistratus in tanto cõuentu censorius habebatur. Nihil enim publicè per quempiam agi poterat, nisi horum grauissima auctoritas interuenisset: & si qui admissi ad consultandum de rebus conciliaribus minime idonei habiti sunt, horum iussu senatu mouebantur. Erant in eo concilio quattuor conuentus, qui deputa-

putationes more aulico vocabantur, apud quos de fide, de pace, de reformatione, de communibus, agebatur. His magistratibus singuli praesidentes singulis mensibus praeficiebantur. In deputatione fidei, cui Aeneas erat ascriptus, saepe praesedit. Inter collatores beneficiorum bis quoque electus, in eo autem conuentu persaepe orauit, sed illa eius oratio egregia & elegans est habita, qua in eligenda concilij sede idonea, Auinionis, Vtini, Florentiae, Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, situ loci, aedium priuatarum magnificentia, caeli benignitate & clementia, commoditate rerum omnium, quae vrbi possunt importari liberalitate Philippi ducis. Cum vero aliquid per nationes agendum erat, vnus semper ex Italica deligebatur, qui rebus agendis praesesset, tanta erat in homine morum facilitas, & ingenij dexteritas. Legationes vero plures concilij causa obiuit, Argentinam tertio, Tridentum semel, Constantium secundo, Francofordiam semel, in Sabaudiam iterum mittitur. Designato autem post longas consultationes concilij in pontificem Felice, Eugenioque excluso, cum octo viri ex vnaquaque natione deligerentur, quibus summa potestas in rebus conciliariis permitteretur, Aeneas pontificis secretarius, magistratum illum vltro oblatum renuit. Orator deinde ad Fridericum imperatorem a Felice missus, tantum dexteritate ingenij apud hominem valuit, vt eum corona poetica donatum, in amicos & protonotarium receperit; ita eos Germani appellant, quos principes secretis adhibent. Relatus deinde in senatorium ordinem, quem princeps in rebus grauibus consulit, tantum valuit doctrina & auctoritate, vt facilis in quauis re ad ingenium pertinente primus haberetur, licet aemulos & obtrectatores multos habuerit. Interim vero cum de abolendo schismate inter Eugenium & imperatorem agi coeptum esset, eiusque rei causa ad pontificem Aeneas proficisceretur, Senis aliquandiu moratus, a suis vehementer rogatur, ne ad Eugenium proficisceretur: veriti enim sunt, ne in eum pontifex grauiter animaduerneret, quod eius auctoritas in Basileensi concilio ab Aenea epistolis & orationibus persaepe impugnata diceretur. At homo constans sua innocentia fretus, spretis cognatorum precibus, Romam proficiscens, se primum apud Eugenium e-

legantiori oratione purgat, quod eorum auctoritatem secutus esset, quorum sententia Basileense concilium fuerat approbatum. Deinde vero his de rebus cum eo agere coepit, quarum gratia ab imperatore venerat. Missis deinde in Germaniam duobus ab Eugenio oratoribus, quorum vnus Thomas Sarzanus fuit, alter vero Ioannes Caruaial; tandem horum virtute & Aeneae industria, vt in Nicolao diximus, neutralitas sublata est. Vt vero etiam id rebus, non verbis tantum appareret, imperator Aeneam ipsum Romam mittit, qui Eugenio publice diceret, se ac Germanos omnes in humanis diuinisque ei deinceps obtemperaturos. Mortuo autem eo tempore Eugenio, dum alter pontifex in locum demortui suffragijs patrum deligitur, Aeneas conclaui praefuit: nullus enim orator tum in vrbe erat tanto munere dignior. Creato autem Nicolao pontifice, accepta ab eundi venia, dum ab Eugenio subdiaconus creatus, iter in Germaniam facit, episcopus Tergestinus moritur, in cuius locum Aeneas, se quidem inscio a pontifice & imperatore successus est. Philippo praeterea Vicecomite sine haerede mortuo a Casare ad Mediolanenses orator mittitur. Apud quos orationem habuit de imperio vrbs haereditario, deque fide seruanda: cui quidem si populus ille obtemperasset, adhuc fortasse libertate vteretur. Secundo vero ad eos rediens, extrema quaeque ob libertatem patientes, obsidente Mediolanum Francisco Sfortia, urbem ipsam cum maximo discrimine ingreditur, relictis ad Nouocomum collegis, quos timor ab officio deterruerat. Inde autem re infecta abiens, imperatoris mandato ad Alphonsum Arragoniae regem proficiscens, episcopus Senensis, vnde originem ducebat, a Nicolao creatur. Composita deinde inter Alphonsum & imperatorem affinitate, ad hominem in Germaniam rediit, eum semper adhortatus est, vt primo quoque tempore in Italiam ad accipiendam Imperij coronam proficisceretur. Vnde Fredericus iter in Italiam ingressus, Aeneam praemisit, vt Leonorae vxori e Lusitania vel Portugallia, vt nunc dicitur, ad Hetruscum litus peruenturae honoris gratia obuiam fieret. Qui vbi Senas peruenit, non diu in vrbe moratus, populo suspectus esse coepit, ne aduentante imperatore pulsus popularibus optimates reipub. gubernanda praeficeret. Aeneas

igitur vt populum suspicione leuaret, Thalamonem, quò Leonoram peruenturam putabat, proficiscitur: non tamen ob eius discessum quicquid popularium animi. Religata nanque per agros ad tempus omnis nobilitas est, cui paulò pòst vt mutabiles sunt popularium mentes, redeundi in urbem potestas facta est, cognita imperatoris integritate, & Aeneæ modestia. Is verò Pisas contendens, quò Lusitanos applicuisse intellexerat, puellam vni sibi creditam ad imperatorem, qui tum Senis erat, perduxit. Romam deinde tum proficiscens, & priuatim & publicè (dum Cæsar corona imperij donaretur) egit omnia. Imperator præterea ad Alphonsum salutandi hominis causa iturus, Ladislaum regium adolescentem, quem Pannonij & Bohemi furtim ab eo ducere sæpè tentauerant, Romæ sub tutela & custodia Aeneæ, qui plurimam fidem præstabat, reliquit. Imperator autem Romam iterum rediens, cum gratias pontifici egisset, Ferrariam proficiscitur, Borstioque Estensi Mutinæ duce creato: vbi Germaniam attingisset, Aeneam statim ex mandato pontificis cum summa potestate oratorem in Bohemiam & omnes Austriæ ciuitates mittit. orta nanque erat inter eas & imperatorem controuersia pro Ladislao rege, quem illæ ad se mitti postulabant. Sublata autem tanta controuersia, ac pace inter utrosque composita, Aeneas haud ita multò pòst ad conuentum Ratisponensem mittitur, vbi imperatoris vices gerens, præsentem Philippo Burgundiæ duce, & Ludouico Baioariæ, de immanitate Turcorum, & de calamitate reip. Christianæ tanta contentione dixit, vt omnibus gemitum & lacrymas excussèrit, præcipuè autem Philippum Burgundum ad eam expeditionem ad eò animare visus est, vt bellum statim omnium consensu decerneretur: quod postea omissum est eorum ambitione & stultitia, qui cuncta sibi deberi putabant. Aeneas verò ingruascente iam ætate, tædio laborum ac diutina inter exteras gentes peregrinatione fessus, redire Senas ad lares patrios instituerat: quem tamen facillè imperator, à sententia mouit, cum diceret, sibi in animo esse, Turcis ipsis bellum inferre. Missus itaque ob eam rem ad Francofordiensem conuentum Germanos principes, qui ex tota prouincia eò conuenerant, grauißima & longa oratione ad bellum periculosum & ne-

cessarium, multis rationibus adhortatur. Visus est quidem omnes vehementer commouere. Verùm hoc natura compertum est, eorum animos citò residere, quorum affectus perfacillè mouentur. Tertius item eadem de re in Noua ciuitate conuentus habetur, in quo Aeneas mirificè annixus pedibus & manibus est, vt aiunt, rem ex sententia perficere: priuatim & publicè vnumquodque ad id bellum cohortando, quo salus Europæ, principum ac populorum libertas, dignitas Christiani nominis continebatur. Nescebat à spe perficiendæ rei, cum subito nunciatum est Nicolaum pontificem è vita migrasse, cuius in morte disturbata sunt omnia: nam & conuentus soluitur, & Germani rerum nouarum cupidi, persuadere imperatori annexi sunt, ne pontificibus amplius obtemperaret, nisi quædam ad pragmaticam tendentia ab ipsis prius impetrasset, quòd dicerent Germanis longè peiorem conditionem esse, quam vel Gallis, vel Italis: quorum serui, Italorum in primis, ni res immutarentur, merito esse dicebantur. Nec certè procul abfuit, quin imperator tumultuantibus obsequeretur. Quò minus autem id fieret, grauißima Aeneæ auctoritas intercessit: cuius hæc fuit apud Cæsarem sententia; Inter principes etiam de magnis rebus inter se disidentes, pacem aliquando & amicitiam componi posse. At inter principem & populum immortale odium semper interuenisse: quare dicebat, satius sibi videri cum pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate ducuntur. Motus hac ratione imperator, spreta populorum postulatione, Aeneam oratorem deligit, qui ad Calistum mitteretur. Is autem Romam profectus, cum Frederici iuramentum pontifici de more exhibet, collaudato quantum satis erat, utroque, tota eius oratio fuit de bello Turcis inferendo: ad eò erat ad eam rem animatus. Videbat enim vir sapientissimus id, quod postea usu accidit, barbaros victorielatos, occupata Græcia non quieturos. Inde verò ad pacem Italiæ conuersus, qua perfecta, bellum Turco inferri posse existimabat, pontificem ad eam rem vehementer adhortatur. Premebantur tum Senentes comitis Petiliani & Iacobi Picennini armis, quæ Alphonfi potius quam proprijs auspicijs bel-

tum illud gerebant. Ut igitur omnis belli vis extingueretur, Aeneas iussu pontificis & ciuium suorum rogatu, Neapolim ad Alphonsum proficiscitur: quò etiam totius ferme Italix legati de pace acturi conuenerant: quibus cum cerè vsque ad eam diem ea de re nil adhuc actum erat. Verùm superueniente Aenea, tum demùm sibi de pace conuenturum dixit: quando is quidem quem vnice diligebat, ad se ob eam rem accessisset. Impetrata itaque pace, ac liberata ab hoste patria, apud Alphonsum, cuius familiaritate plurimum delectabatur, aliquot menses fuit, quo tempore seruata opportunitate hominem eleganti & copiosissima oratione, ad bellum maritimum orientalibus inferendum pepulit. Inde verò Roma abiens, iter in patriam facturus, à Calisto pontifice retentus est, à quo etiam non multò post patrum omnium consensu in numerum Cardinalium refertur. Apud Calistum verò tantæ auctoritatis & gratiæ fuit, vt hominem impulerit oratores ad Senenses mittere, qui tum ciuili discordia laborabant, vt populum tumultuantem ad pacem & concordiam adhortarentur. At verò dum in balneis Viterbianis valetudinis causa esset, historiamque Bohemicam inchoasset, mortuo Calisto Romam statim redijt: cuius expectatio tanta fuit, vt magna pars populi Romani officij causa obuiam progressa, hominem, quasi diuinarent, vt pontificem saluarent. Ad hunc enim consensu omnium pontificatus deferebatur. Ingressus itaque conclaue, patrum omnium suffragijs pontifex maximus, vt dixi, creatur. Accepta deinde pontificia corona, qua tertio Nonas Septemb. pontificali apparatu basilicam Petri ingressus est, cum Deo immortalis gratias egisset, se totum confirmata prius ecclesiæ ditione, ad curam reipublice Christianæ conuertit. Nam & bellum ante eius pontificatum in Umbria exortum, Iacobo Picennino duce rerum nouarum cupido, statim eo pontifice sublatum est, Assisum & Nuceria ab hoste recepta. Inter Ferdinandum regem & Sigismundum Malatestam, quod difficillimum factu videbatur, compositæ induciæ, quò Mantuam omnibus, vbi communem Christianorum conuentum indixerat, tutò proficisci liceret. Creato autem principe Columneasi vrbs præfecto in locum demortui Borgæ, reli-

ctoque Romæ legato Nicolao Cusa sancti Petri ad vincula cardinali, media hyeme ab vrbe discedit, per eas ciuitates iter facit. quæ ciuili discordia ad bellum potius quàm ad pacem spectare videbantur, populos ad concordiam & quietem adhortatur. Mantuam postremò vnde quaque ventum est. Magnus aderat principum numerus, magna legatorum vis. Ex tota enim Europa nulla natio, gens nulla fuit, quæ non aut principes, aut legatos eò miserit. Auctum denique est in illo celeberrimo conuentu, Pio ipso dicente, vt bellum communi omnium decreto Turcis indiceretur. Dictæ sententiæ, qua id ratione geri posset. Propositum periculum, quod cernicibus Christianorum immineret. Mortæ sunt omnibus lacrymæ, cum eorum calamitates exponerentur, qui à barbaris in grauissimam seruitutem quotidie abducebantur. Incensî animi, cum ostenderet Turcos occupata Græcia & Illyrico, interioram Europam penetraturos. Nil est certè ab eo prætermisum, quod ad mouendos Christianorum animos pertineret. Magna quidem in dicendo Pij laus fuit, quòd, cum sæpius iisdem de rebus loqueretur, diuersa semper visus est dicere: tanta erat in homine elegantia & copia. Gallorum querimonias & calumnias Renati regis, quòd eundem corona regia donasset, tribus actionibus acerrimè confutauit. Agebantur hæc in Mantuano conuentu, cum toto ferè Europa relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Surgunt Germani, partim in seipfos, partim in Pannonios: quorum opera tantum tamque necessarium bellum magna ex parte confici potuisset. Excitatur Britannia duplici factione: quarum altera veterem in insula regem, altera nouum, fugato veterem, retinere conatur. Surgunt præterea Hispani Brachionensibus auxilio futuri: quos Arragoniæ rex Gallorum armis adiutus, bello premebat. Et ne quid ad disturbanda omnia deesset, Italia Europa caput, relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Gerebatur tum bellum in Apulia, quo Iohannes Renati regis filius, Ferdinandum regno pellere conabatur. Hinc duplex factio in tota prouincia exorta est: cum ij Ferdinando, illi Renato fauerent. Pius itaque omisso Mantuano conuentu, ad sedandos motus in Etruriam rediens, Viterbium ab aduersa factione per fraudem

occupatum, haud magno negotio recipit. Picientes ob fines domesticos acerrimis bellis exagitati partim ratione, partim metu ad pacem rediguntur: Umbros simili contentione distractos, ac magnis cædibus oblitos & foedatos, auctoritate sua tandem sedauit. Senensium rempublicam sublatis seditionibus omnibus, quibus triennio ante laborauerant, constituit. Exfules quosdam, viros certè præclaros, in patriam restituit. Nobilibus reipublicæ administrationem reddit: in Sabinorum verò perfidiam animaduersum est; quòd hostem publicum comætu & transitu iuissent. Romæ grauissimos tumultus sicariorum repressit, capto cum aliquot socijs Tiburtio Angeli Massiani filio: quem diximus à Nicolao ob coniurationem interceptum; & laqueo ad fenestras Capitolij suspensum: quòd ausi fuissent templum Pantheon occupare, atque inde tanquam ex arce in optimum tempore grassari. Tyrannos quosdam ad res nouas spectantes, è finibus ecclesiæ bello submouit. neminem vnquam bello attigit, ad quem legatos non prius miserit, si quo modo ad sanitatem rationibus adduci posset: Fredericum Vrbinatem copiarum suarum ducem, Alèxandro Sfortia in Marfos misit, qui Iacobum Picenninum remoraretur à Renato mercede conductum, ne in Apulia ad Gallos Ferdinandum bello vexantes transfret: Ferdinando autem ad Sardinum fugato, auxilio fuit, quò minus regno spoliaretur: veritus, ne si Galli regnum occupassent, victoria elati, libertatem Italiæ subuerterent. Legatorum à Gallis venientium minas & pollicitationes, quibus se à Ferdinando ad Renatum traducere conabantur, facile contempsit: Sigismundi Malatestæ ecclesiæ Romanæ vestigialis furor ac rabiem, censuris & armis compressit. Is enim spreto fœdere, quod inter se & Ferdinandum fuerat à pontificè ictum castella omnia obseruandam fidem data, contra ius fasque vi cepit. Legatum ecclesiæ Romanæ ad Nidastrem fugauit, Picentibus bella intulit. Huius verò rabies sequenti anno ad Senogalliam Frederico Vrbinitate & Neapolione Vrsino ducibus, graui prælio compressa & castigata est, recuperata Senogallia. Expugnatum fortunæ sanum Nicolao Pistoriensis Cardinali sanctæ Cæcilie legato, ac magna pars Ariminensis agri ei adempta est, ne posset aliquando ad rebellio-

nem spectare. Pugnatum est præterea non ita multò post à Ferdinando pari felicitate ad Troiam Apuliæ oppidum, quo prælio princeps Tarentinus ac plerique alij, qui nouarum rerum cupidi Gallica sequebantur arma, aded sunt perterriti, vt supplices à rege pacem petentes, in eius amicitiam redierint ferè omnes præter paucos, quos postea rex bello infecutus, aut regno expulit, aut ad sanitatem redegit. Pius autem duobus maximis ac grauissimis bellis liberatus, expeditionem Asiaticam, quæ in Mantuano conuentu regum ac principum ambitione & auaritia fuerat omissa, repetit: socios belli Vngariæ regem, Philippum Burgundiæ ducem ac Venetos, quòd hi promptiores ad eam rem esse viderentur, sibi adiungit. Oratores ad nuncios cum litteris apostolicis ad gentes & nationes Christianas mittit, qui principes omnes, qui populos ad tantum bellum tamque necessarium adhortarentur. Ipse interim Senas proficiscitur; iturus vbi ei per anni tempus liceret, ad balnea Petriolana, quæ potissimum eius ægritudinem lenire videbantur. Ibi autem cognoscit Philippum Burgundum, qui semet venturum cum milite & classe voverat, à tanta pollicitatione destitisse: Intelligit præterea multos esse principes ac populos, non exteris modò, sed Italos quoque, qui ambitione & liuore rem tantam disturbare conarentur, quia eos viderent nobilissima præmia reportaturos; qui tantam belli molem subirent. Hos autem (vt pontificem decuit) ad sanitatem reducere conatus est. Relictis verò balneis, ad urbem proficiscitur: vbi vehementi dolore pedum & febre dies aliquot laborauit: qua ex re factum est, vt Nonis Iunij, quemadmodum publico decreto enunciauerat, Anconæ esse nequiverit. Delinita autem aliqua ex parte ægritudine, oratores à rege Gallorum & Burgundiæ duce venientes, eiusque moram excusantes, audit. Vocatis deinde ad se patribus cardinalibus, regi Bohemiæ de fide catholica malè sentienti diem dicit: inde ab vrbe discedens, per Sabinos, Umbros, Picientes, Ancona lætica iacens deferitur. In itinere autem magnam vim hominum ex Germania, Gallia, Hispania venientium ad bellum Turcis indictum offendit: quorum magnam partem absolutam peccatis, Germanorum potissimum in patriam remisit, quòd minus idonei bello

gerendo essent: quodque etiam belli impensam, ut in litteris apostolicis continebatur, secum non derelissent. Dum classem, quæ passim in portibus superi inferique maris ad tantum bellum fuerat ædificata; dumque Venetorum ducem belli socium Anconæ expectat, diutina & lenta febris afflicta, moritur anno sexagesimo quarto supra quadringentos & mille, septimodecimo kalendas Septembris, horam circiter tertiam noctis: anno verò pontificatus sexto, diebus sex minus. Tantæ autem constantiæ & fortitudinis fuit, ut tota ægritudine graui quidem & longa, occupationes intelligendi, causas diuersarum gentium audiendi, inhibendi, discernendi, iudicandi, signandi, admonendi, castigandi, intermiserit nunquam. Eo autem die, quo è vita migravit, duas horas ante extremum vitæ spatium patres cardinales ad se vocatos, constanti animo & voce non inconcinna ad concordiam in eligendo nouo pontifice adhorratus est: quibus item honorem summi Dei, dignitatem ecclesiæ Romanæ, bellum à se in Turcos susceptum, salutem animæ suæ, familiam omnem, nepotes verò maximè si commendatione dignos se præstiterint, constanti ac graui oratione commendauit. Perijt spontè sacramenta omnia, & signa integerrimi Christiani omnibus in rebus prætulit. Præterea verò æcerrimè tum quidem disputauit cum Laurentio Rouerella episcopo Ferrariensi theologo doctissimo, liceretne extremam Victionem iterare, qua semel inunctus fuerat, dum Basileæ pestilentia grauissimè ægrotaret. Orationes canonicas, ut intermitteret in tanta animi anxietate, neque domesticorum quidem precibus exorari potuit. Symbolum Athanasij constanter pronunciauit: & pronunciatum, verissimum ac sanctissimum esse dixit. Non mortem exhorruit, non perturbationis, aut inconstantia, dum supremum spiritum efflaret, signum aliquod edidit. Exinctus profectò magis quàm mortuus dici potest, ad eò longis ægritudinibus maceratus erat, ut corpus suum Romam deferretur, suis mandauit. Affirmant polinctores viuacissimum cor in homine inuentum. Funus Ancona Romam deferretur, comitante familia lugubri veste induta, ac lacrymis squalida. Peractis autem de more exsequijs, in basilica sancti Petri conditur ad altare sanctæ Andree, sepulchro Francisci cardinalis Senensis impensa condito, cum

hoc epitaphio: PIVS SECVNDVS PONTIFEX MAXIMVS, NATIONE TVSCVS, PATRIA SENENSIS, GENTE SPICOLHOMINEA: sedit annos sex. Breuis pontificatus, ingens fuit gloria. Conuentum Christianorum Mantuæ pro fide habuit: Oppugnatoribus Romanæ sedis intra atque extra Italiam restitit: Catharinam Senensem inter sanctas Christi retulit: pragmaticam in Gallia abrogauit. Ferdinandum Aragonensem in regnum Siciliae cis fretum restituit: rem ecclesiæ auxit. Fodinas inuentum primum aluminis apud Tolsam instituit: cultor iustitiæ & religionis. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, Anconæ decessit: ibi & classem paratam, & ducem Venetorum cum suo senatu commilitones Christi habuit. Relatus in urbem est patrum decreto, & hic conditus, ubi caput Andree apostoli ad se ex Peloponneso aduectum collocari iusserat. Vixit annos quinquaginta octo, menses nouem, dies septem & viginti. Collegio autem Cardinalium quinque & quadraginta millia nummum aureorum, à vestigalibus ecclesiæ pensum, ob indictum Turcis bellum reliquit. Has autem pecunias cardinales & triremes, quæ tum in portu Anconitano erant, Christophero Mauro Venetorum duci, qui biduo ante Pij mortem cum triremibus vndecim applicuerat, committunt his conditionibus, ut nauigijs pro eorum arbitrio bello nauali vterentur: pecunias verò stipendij nomine ad Mathiam Vngarorum regem mitterent, bellum assiduum cum Turcis gerentem. Mortuus est vir Fortitudinis certæ, ac prudentiæ singularis, & qui non ad otium, ad segnitiam, sed ad res agendas, & maximas quidem natus videbatur. Augere maiestatem pontificis conatus est semper. Non reges, non duces, non populos, non tyrannos in se aut ecclesiasticum quempiam delinquentes, bello, censuris, interdictis, execrationibus persequi prius destitit, quàm eos ad sanitatem rediisse cognouerit. Ludouico autem regi Gallorum aduersatus est, quòd libertatem ecclesiæ minuere conaretur, cum ab eo actèa pragmaticam ecclesiæ Romanæ perniciosissimam pestem extorsisset. Borso duci Mucinensi minatus est, quòd ipse Romanæ ecclesiæ censurarius, & Sigismundo Malatestæ hosti ecclesiæ, & rebus Gallicis faueret. Sigismundum

verò Austria ducem grauisſimis cenſuris perſecutus, quòd Nicolaum Cuſanum cardinalem ad vincula Petri cepiſſet, ac comprehenſum aliquandiu in carcere detinuiſſet. Dieterum Iſemberegenſem Maguntinum antiſtitem, malè de eccleſia Romana ſentientem, ſede depulit, inque eius locum alterum ſuffecit. Beneuentanum archiepiſcopum contra eius voluntatem res nouas molientem, Beneuentumque Gillis prodere conantem, archiepiſcopatu mouit. Franciſcum Copinum plus auctoritatis cum magna pernicie & clade hominum in legatione Britannica ſibi vendicantem, quàm ei à ſede apoſtolica conſeſſum fuerat, epiſcopatu Interamnenſi priuauit. Tarracinum, Beneuentum, Soram, Arpinum, ac magnam partem Hernicorum, quæ nunc Campania vocatur, in dedicationem eccleſiæ rededit. Nil regibus, nil populis timore & auaritia conſeſſit vquam. Quosdam verò ſeueriſſimè arguit, quòd ea peterent, quæ ſine eccleſiæ detrimento & eius ignominia fieri nullo modo poſſent. Tantum terroris dominis quibuſdam Italicis præſertim iniecit, vt officio & fidenil antiquius ducerent. Vt hoſtes publicos conſtanter perſecutus eſt, ſic amicos humaniſſimè ac officioſiſſimè ſouit. Frèdericum Romanorum imperatorem, Mathiam Vngarorum regem, Ferdinandum Alphonſi filium, Philippum Burgundum, Franciſcum Sfortiam, Ludouicum Gonzagam, vehementer dilexit, duodecim cardinales ſuo pontificatu veteribus addidit. Reatinum, Spoletinum, Thernenſem, Alexandrum Saxoferratenſem, Bartholomæum Rouſſellam, Iacobum Lucenſem, Franciſcum Laudamæ ſororis ſuæ filium, Franciſcum Gonzagam, Ludouici principis filium. Hi omnes Italici ſunt habiti. Ex tranſalpinis Salzapurgenſem, Ludouicum Alibrerum Attrebatenſem Vergelenſem. Viuendi autem rationem ita patiebatur, vt orij & deſidiæ aculari nullo modo poſſet. Surgebat mane aurora illuſcente, & habita ratione valetudinis, ac re diuina caſtè & piè facta, ad negotia publica ſtatim egrediebatur. Functus officio, ac per hortos recreandi animi gratia delatus, prandeat. Mediocri cibo utebatur, non exquiſito & lauto. Cibos rared ſibi apparari iuſſit: quod apponebatur, hæc edebat. Vini parcifſimus, diluti que ac ſeuis magis quàm auſteri atuator. Sumpto

cibo dimidium horæ cum domeſticis aut ſabulabatur, aut diſputabat. Cubiculum deinde ingreſſus cum paululum quieuiſſet, horis canonicis de more repetitis, tamdiu legebat aut ſcribebat, donec ei per munera publica licuiſſet. Idem faciebat noctu, quod die poſt cœnam: nam & legebat & dictabat vique ad multam noctem in lecto iacens: ne amplius quàm horis quinque aut ſex quieſcebat. Homo ſait ſtaturæ breuis, caput habuit ante annos canum, faciem ante diem ſeneſtam præſeferentem. Adſpectu ſeueritatem facilitate conditam oſtendebat. Circa cultum corporis neque moroſus, neque negligens, laboris patiens habebatur. Sittimæ quo animo & famem tolerauit. Robuſtum ei corpus natura dederat, quòd tamen longæ peregrinationes & crebri labores, & frequentes vigilæ attriuerant. Accedebant morbi eius familiariffimi, tuſſis, calculus & podagra: quibus ita perſæpè cruciabatur, vt præter vnicam vocem nil ei, quare viuus dici poſſet relictum videretur. Aditu etiam dum ægrotaret facilis erat, verborum parcus, inuitus petita negauit. Pecuniarum quantum collegit, tantum erogauit: quarum neque ſtudioſus, neque adſpernator fuit. Dura numerarentur, dum reponerentur, interſe nunquam voluit. Fouere ingenia ſuorum temporum non viſus, quòd tria grauiffima bella ab eo ſuſcepta: ærarium pontificum ita continud exhauferant, vt ære alieno, ac magno quidem ſæpè premeretur. Multos tamen muneribus aulicis & beneficijs eccleſiaſticis iuuit, litteratos dico. Oratores aut poëmata recitantes libenter audiuit: eorumque iudicio, qui aliquid ſapere viderentur, ſua ſcripta commiſit. Mendaces & delatores odio habuit, iram facile collegit, collectam faciliſimè repreſſit. Laceſſentibus eum conuiſis & dictis petulantioribus conſtanter ignouit, ni ſedi apoſtolice facta eſſet iniuria: cuius dignitatem aded acriter tutatus eſt ſemper, vt eius cauſa magnorum regum ac principum graues inimicitias frequenter ſuſceperit. Erga domeſticos mira comitate & facilitate utebatur. Nam quos vel inſcitia, vel ignauia deliquiſſe deprehendiſſet, paterna charitate admonebat. Mala de ſe opinantes vel loquentes coercuit nunquam: liberè enim in libera ciuitate loqui omnes volebat. Quarenti neſcio cui apud eum, quòd malè audiret, reſpondit.

ait, de me quoque qui malè sentiant, si in campum Floræ proficisceris, multos audies. Si quando calum Romanum tanquam naturæ lux contrarium & insalubre mutare constituisset, æstate præcipue, aut Tibur, aut Senas in patriam proficisceretur. Successu autem abbatiæ mirè delectabatur, quæ in agro Senensi, tum amoenitate loci, tum opacitate siluarum mira refrigeratio æstate habetur. Frequentauit Maceratana & Petriolana balnea valetudinis causa. Rara veste utebatur, & argento frugali magis quam regio. Eius enim volùptas omnis quando à munere publico vacabat, in lectione & scriptione frequenti reposita erat. Libros plusquam saphyros & smaragdos charos habuit, quibus chrysolitorum magnam copiam inesse dicebat. Mensam autem artificiosam ita contempsit, vt ad fontes, ad nemora, ad loca agrestia delatus, quæ sæpè frequentabat animi causa, non apparatu pontificio, sed humili ac propè rusticano sit vsus. Hanc eius crebram locorum mutationem non desuere, qui carperent, ex aulicis maximè, quòd id nunquam ab alijs pontificibus factum esset, nisi aut bello, aut peste virgente. Horum autem querelas contempsit semper, quòd diceret, nil ob eam rem à se permitti, quod ad dignitatem pontificatû, ad vtilitatem aulicorum pertineret. Signabat omnibus in locis, audiebat, censebat, respondebat, affirmabat, refellebat: quibus ex rebus, quouis etiam in loco abundè omnibus satisfieri poterat. Non libenter solus comedebat. Hanc ob rem, vel Spoletinum cardinalem, vel Thecanensem, vel Papiensem in conuiuium adhibebat: inter cœnandum de studijs bonarum artium loquebatur, memorijs veterum repetebat: & quid quisque laudis vel dicendo, vel scribendo consecutus esset, exquisito iudicio ostendebat. Ad virtutem suos frequenter adhortabatur, à vitijs deterrebat, cum eorum res gestas commemoraret, qui in vita rectè aut perperam egissent. Augustino Patritio lectore vsus est: à quo etiam (dum ipse dictabat) describebantur omnia: sales interdum libenter audiebat, negotijs præsertim vacuus. Florentinum quandam interdum adhibebat, cui Græco nomen est, hominem certè cuiusuis mores, natura, linguam cum maximo omnium, qui audiebant, risu facilè exprimentem. Homo fuit verus, integer, apertus, nil habuit ficti, nil simulati. Christianam autem

religionem ita coluit & obseruabit, vt omnem prorsus hypocrisis suspicionem à se remoueret. frequenter confitebatur & communicebat. Rem diuinam aut ipse faciebat, aut dum fieret, obseruatis de more cæremonijs omnibus adstabat. Somnia, portenta, prodigia contempsit semper. Fulgura procurauit nunquam. Geomantibus & cæteris idgenus nullam fidem adhibuit. Timiditatis & inconstantia signum nullum in homine cognitum. Extolli secundis rebus, & perturbari aduersis nunquam visus est. Suos plerunquæ & timidos & formidolosos reprehendit, quòd acceptas clades (vt in bello contigit) aperte ei denunciare vererentur. Incommodis enim consilio & manu mederi posse dicebat, si id ad tempus, quod accidisset, scitum foret. Socios belli, vel magnitudine impensa, vel hostium potentia perterritus deseruit nunquam. Bella suscepit inuitus: tamen & multis & maximis iniurijs lacessitus protutela ecclesiæ, pro defensione religionis. Aedificandi studio vehementer delectatus est. Impensa enim sua scalæ templi ad Vaticanum vetustate collapsæ instantiæ. Vestibulum ædium ad dignitatem & tutelam loci munitum. Aream pro templi foribus rudibus purgatam sternere parabat. Porticum vnde pontifex populo benediceret, inchoauerat. Tibure arcem perfecisse priusquam inchoasse visus est. Senis quadrato saxo gestilibus suis porticum fastigatam & ornatissimam exstruxit: Corsinianum, quòd Pientiam à Pio nomine in pontificatu accepto appellauit, ciuitatem fecit: templumque testudineum celebre id quidem, & ornatissimas ædes exstruxit. Sepulchrum marmoreum paternis maternisque ossibus Senis in templo beati Francisci suo iussu conditum, hoc disticho notauit:

Siluius hic iaceo, coniunx Victoria mecum est:

Filius hoc clausit marmore Papa Pius.

Quattuor habuit ex sorore nepotes: ex his duo minores natu eius gratia & auctoritate à rege Hispano equestri ordini sunt additi. Primus, cui Ferdinandus rex siliam in matrimonium locauerat, dux Amalphitanus creatur. Secundus, quem (vt antea dixi) Pius in numerum cardinalium retulit, tanta cum integritate & virtute adhuc viuit, vt in eo nil sit requirendum, quod ad amplissimum virum pertineat: ingenio, moribus, solertia,

religione, modestia, grauitate. Ad Pium redeo, qui in tanto rerum fastigio collocatus, litterarum studium intermisit nunquam. Adulescens, & nondum sacris initiatus poemata edidit lasciuix magis & festiuitati accommodata, quam pressa & grauia. Surgit tamen nonnunquam: & dum iocatur, mordacitate non caret. Exstant eius epigrammata referta salibus. Ad tria millia variorum versuum scripsisse dicitur, quorum pars magna Basileæ perijt. Orationi soluta reliqua vita se totum dedit, magnitudine rerum inuitatus, delectatus est etiam mixto scribendi genere, & ad philosophandum aptiore. Libros in dialogo edidit de potestate concilij Basileensis, de ortu Nili, de studio venandi, de fato, de præscientia Dei, de hæresi Bohemorum. Reliquit dialogum imperfectum contra Turcos inchoatum pro defensione fidei Catholicæ. Epistolas digessit in tempora: & quas prophanus, quas sacris initiatus, quas antistites, quas pontifex maximus scripserit, voluminibus separat. His reges, nationes, ciuitates, principes atque omne genus hominum ad religionis armam incendit. Exstat eius epistola ad Turcum, qua hominem adhortatur, vt posthabita Mahometana perfidia, veram CHRISTI ES V religionem sequatur. Libellum edidit de miseria aulicorum. Scripsit etiam de institutione artis grammaticæ ad Ladislaum adulescentem Vngarorum regem. Orationes circiter duas & x x x. habuit ad pacem regum, ad concordiam principum, ad tranquillitatem nationum, ad defensionem religionis, ad quietem totius orbis terrarum spectantes. Bohemicam historiam perfecit: australem imperfectam reliquit. Aggressus est historiam rerum vbique locorum sua ætate gestatarum: quam negotiorum multitudine oppressus imperfectam reliquit. Commentariorum de rebus à se gestis libros duodecim scripsit, tertium decimum inchoauit. Scribendi genus lene est, ac temperatum. Conciones habet splendidas, & rei accommodatas. Mouet affectus, ac eos denique sedat. Candorem & ornatum orationis nunquam intermittit. Describit appositè situs & flumina. Varios pro tempore fumit eloquentiæ vultus. Cognitionem rerum antiquarum non omittit. Nullius oppidi occurrit mentio, cuius originem non repetat, situm non notet. Qui duces, qua ætate cla-

ruerint, diligentissimè perscribit. Mimos etiam ad voluptatem notauit. Sententias in prouerbij modum reliquit multas: quarum partem aliquam, quod an institutionem humanæ vitæ pertinere visæ sunt, subiungere institui. Diuinam naturam credendo melius, quam disputando intelligi ac comprehendere posse dicebat. Omnem sectam auctoritate firmatam, humana ratione carere. Christianam fidem, si miraculis non esset approbata, honestate sua recipi debuisse. Vnius diuinitatis tres esse personas, non qua ratione probetur, sed à quo dicatur animaduertendum. Mortales mensores cæli & terræ, audaces magis videri quam veros. Siderum inuestigare cursus, pulchrius esse quam vile. Amicos Dei & hac, & futura perfrui vita. Sine virtute nulli solidum esse gaudium. Neque auarum pecunia, neque doctum cognitione rerum vnquam repleri. Cui plura noscedatum est, eum maiora sequi dubia. Plebeijs argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco, litteras esse debere. Bonos medicos non pecuniam, sed bonam valetudinem ægroti querere. Artificiosam orationem stultos, non sapientes flectere. Sanctas esse leges, quæ vaganti frena licentiæ imponunt. In plebem vim habere leges, in potentes mutas. Res grauiore armis, non legibus diffiniri. Urbanus suam domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum Deo subijcit. Lubricum esse primum apud reges locum. Vt in mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas fluere. Assentatores maxime quod volunt, reges ducere. Nulli magis principes aures, quam delatori præstare. Pessimam regibus pestem adulatoris linguam. Regem, qui nulli fidit, inutilem esse: nec meliorem, qui omnibus credit. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Non esse regio nomine dignum, qui suis commodis publica metitur: neque qui sacra negligit, ecclesiæ prouentum: neque regem qui iuridicundo non assidet, vectigalia digna petere. Liti-gatores, aues: forum, arcam iudicem, rete: patronos, aucupes dicebat. Dignitatibus viros dandos, non dignitates hominibus. Magistratus alios mereri, & non habere: alios habere, non mereri. Graue pontificis onus, sed beatum ei, qui bene fert. Indoctum episcopum a suo comparandum. Corpora malos medicos, animas imperitos sacerdotes occidere. Vagum monachum diaboli mancipium esse.

Virtutes clerum ditasse, vitia pauperem facere. Sacerdotibus magna ratione sublatas nuptias, maiori restituendas videri. Fideli amico nullum thesaurum anteferendum. Vitam amico, inuidiam morti comparandam. Hostem in se nutrire, qui nimis filio ignoscit. Nulla in re aurum placere hominibus, nisi in morte. Vitia hominum liberalitate obtegi, nudari auaritia. Mentiri seruile vitium esse. Vini vsum & labores & morbos auxisse mortalibus. Vinum, quod mentem excitet, non quod obruat, sumendum. Libidinem ætatem omnem foedare, senectutem extinguere. Quietem vitam non aurum ipsum, non gemmas præbere. Dulce bonis; durum iniuicis mori. Generosam mortem turpi vitæ omnium philosophorum sententia anteferendam. Hæc sunt ferè, quæ de vita Pij pontificis scribi possunt: ad cuius laudes hoc etiam addo, quod & beatam Catharinam Senensem in sanctas retulit, caput sancti Andræ à Peloponneso à principe loci Romam auectum, in sancto Petro cum maxima veneratione, cumque supplicationibus cleri populi que Romani in sacello ad id fabricato collocauit, repurgato templo, eo loci potissimum, dimotisque quorundam pontificum & cardinalium sepulchris, que basilicam ipsam temerè occupabant.

AENEAS Siluius Picolhomineus, gente Patricia, tenuioris tamen fortunæ, patre Siluio in Villa Corsiniana agri Senensis ortus, per omnium Romanæ curiæ dignitatum gradus; ad munus Apostolicum ascendit. Literis humanioribus instructus; eloquentia, dexteritate, & prudentia multum valuit. Primum Cardinalium Capranici. & Albergati scriba, deinde in Concilio Basileensi ceremoniarum præfectus; & pro eo multis legationibus egregiè functus, postea Friderici tertij, Felicis quinti, Eugenij quarti, & Nicolai quinti epistolarum magister, & à Secretis fuit. Ad Eugenium quartum, pro natione Germanica Legatus; obedientiam, sublata neutralitate, eidem præstitit. A Nicolao quinto episcopus Tergestinus, & Senensis, à Calisto tertio, Diaconus primo sancti Eustachij, mox Præbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ creatus est. Quo mortuo Romæ in palatio Vaticano, xv. ii. Cardinalium suffragijs, Romanus Pontifex, decimo quarto kalend. Septembris, anno Domini M. CDLVI. denunciatus, & tertio Nonas

Septembris coronatus, Imperatore Cæsare Friderico tertio Augusto: sedit annos quinque, menses vdecim, dies vigintiseptem. Ordinationibus tribus habitis, xliii. Cardinales creauit. Obijt Anconæ in Piceno, dum bellum in Turcas adornaret. Vacauit sedes dies xvi. Corpus Romæ relatum in Basilica sancti Petri marmoreo tumulo cum hoc elogio, in Sacello sancti Andræ sepultum est.

PIVS secundus Pontifex Maximus, natione Tuscus, patria Senensis, gente Picolhominea, sedit annos sex. Breuis Pontificatus, ingens fuit gloria. Conuentum Christianorum Mantuæ pro fide habuit. Oppugnantibus Romanæ sedis intra atque extra Italiam restitit. Catharinam Senensem inter sanctas Christi retulit. Pragmaticam in Gallia abrogauit. Ferdinandum Arragonensem in Regnum Siciliae cis Fretum restituit: rem Ecclesiæ auxit. Fodinas inuenti tum primum aluminis apud Tolfam instituit. Cultor iustitiæ, & religionis. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, Anconæ decessit: ibi & classem paratam, & duces Venetorum cum suo Senatu commilitones Christi habuit. Relatus in Urbem est Patrum decreto, & hic conditus: vbi caput Andræ apostoli ad se ex Peloponneso aduectum collocari iusserat. Vixit annos LVII. menses IX. dies xxvii. Franciscus Cardinalis Senensis auunculo sanctissimo fecit, Anno Domini

1464.

Humi verò in Tabula marmorea,

PIVS II. PONT. MAX.



PAVLVS II.



310. P̄t.

PAVLVS secundus, Petrus Barbo antea vocatus, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena, sancti Marci presbyter cardinalis, pridie kalend. Septembris pontifex creatur, anno domini MCCCCLXIII. Is enim Eugenij pontificis ex sorore nepos adolescens adhuc iturus in mercaturam erat, quæ apud Venetos in precio est, & à Solone non improbat: & iam scrinium & arma in triemes detulerat, cum ei nunciatum est, Gabrielem Condemerium auunculum suum pontificem creatum esse. Substitit itaque adhortantibus amicis & fratre Paulo Barbo maiore natu, ac literis, licet iam adultus esset, operam dedit: præceptore vsus Iacobo Ricionio, qui diligentiam hominis ea in re laudare consueuerat. Habuit & alios præceptores, nec tamen ob ætatem admodum profecit: quos omnes præter Ricionem, dum pontifex esset, dignitate & facultatibus honestiores reddidit, ostendens per eos non stetit, quò minus doctor eaderet. Paulus autem Barbo magni animi ac prudentiæ vir, cognita fratris natura, quæ potius quietem quam negotia appetebat. Eugenium rogat (nam Florentiam videndi hominis causa venerat) vt Petrum ad se vocet, initiarumque sacris in aliquo dignitatis gradu collocet. Vocatus itaque Petrus, archidiaconatum Bononiensem, ac non ita multò post episcopatum Cerniz commendatione adeptus, protonotarius ab auunculo creatur, ex his potissimum, qui amolu-

mentorū participes sunt. His autem facultatibus aliquot annis vitam duceus, tandem vnà cum Alouisio Patauino medico, quem postea patriarcham & camerarium appellarunt, cardinalis ab Eugenio creatur, instantibus quibusdam Eugenij familiaribus, vt haberent, quem Alouisij potentia interdum obijcerent: inter quos postea tanta similtas fuit, vt nusquam maiore odio certatum sit: his etiam discordias alentibus, qui seditionibus ali & augeri consueuerant. Dolebat enim Petrus primum locum apud Eugenium sibi surripi, cum nepos esset, cumque etiam parritius Venetus. Hanc ob rem inimicitias non vulgares exercuit cum Francisco Condemerio vicecancellario ex amita Eugenij nato: quo deinceps mortuo, totum se in patriarcham vertit, licet sæpius intercedentibus amicis in gratiam rediissent simulato animo. Hanc ob rem sub diuersis pontificibus ita inter se mutuis odijs certarunt, vt alter alteri non pepercerit, siue facultates, siue dignitatem inspicias. Iactata & inter eos varia probra sunt, quæ consultò prætereo, ne maledicis fidem præstitisse videar. Mortuo autem Eugenio, cum in eius locum Nicolaus quintus successus esset, tantum apud hominem gratia & blanditijs valuit, vt & primum ipse locum è natione sua apud eum tenuerit, fratre Nicolai hominem adiuuante: & ita Nicolaum animauerit, vt camerarij dignitatem Alouisio diminuere. Erat enim Petrus Barbo natura blandus, arte humanus, vbi opus erat. Præterea verò eò indignitatis plerumque deueniebat, cum precando, rogando, obtestando, quod vellet, consequi non posset, vt ad faciendam fidem precibus lacrymas adderet. Hanc ob rem Pius pontifex hominem Mariam piētissimam appellare interdum per iocum solebat. His quoque artibus apud Calistum vsus, eò pepulit hominem, vt Alouisium cum triemibus in Turcos mitteret, ostendens hominis amplitudinem, huic tantæ rei maxime conuenire, cum aliàs & exercitus distasset, & ditionem ecclesiæ ab hostibus constanter tutatus fuisset. Hac demum molestia liberatus Petrus, Calistum deinceps ita in sententiam suam semper traxit, vt donec videret, nullius magis quam huius consilio se vsus. Facile præterea quicquid volebat, à pontifice impetrabat, sua vel amicorum causa. Erat enim propensior in amicos: & quos in

clien-

elientelam susceperat, quibuscunque rebus poterat, inuabat, ac constantissimè tuebatur, cum apud vnumquenque magistratum, vel tum maximè apud pontificem. Tantæ præterea humanitatis fuit, vt in ægritudinibus curiales ipsos, qui alio in precio erant, inuiferet: & quibusdam remedijs adhibitis, eos ad valetudinem adhortaretur. Semper enim domi habebat vnguenta Venetijs aucta, oleum, tyriacam, & cætera id genus, quæ ad curandam valetudinem faciunt. Ex his aliquid ad ægrotos mittebat. Curabat item, vt vni sibi magis quàm alteri ægrotantium testamenta committerentur, quæ potest ex arbitrio suo patiebatur: & si quid inerat quod ad rem suam pertineret, factò tamen sub hasta precio, id sibi pecunia vindicabat. Romanorum verò quorundam amicitia delectatus est, quos sæpè in conuiuium adhibebat, tum ad iocum, tum ad risum: quem & Priabifus suus & Franciscus Malacra salibus, mimis, diæterijs, scommatibus frequenter non sine vrbanitate excitabant. His quidem artibus effecerat, vt tum ciuibus Romanis, tum aulicis ipsis charus esse putaretur. Præterea autem ne domi tantum posse videretur, foris etiam auctoritatem sibi comparare annexus est. Nam & in Hernicos (quam nunc campaniam Romanam vocant) profectus est ad populos quosdam sedandos, qui de finibus contendebant: & litem componere inter comitem Auerfæ & Neapolionem Vrsinum conatus, paulùm abfuit, quin turpiter captus, in vincula conijceretur, ad eò in eum comes Auerfus ob quandam verborum licentiam malè animatus erat. Re itaque infecta abiens, homini semper aduersatus est. Mortuo deinde Calisto, in eiusque locum Pio suffecto, cum permutare episcopatum Vicetinum in Patavinum instando acerbè nimium, rogandoque anniteretur, & Pij Pontificis & Veneratorum iram ad eò incurrit, vt Paulum fratrem senatorio munere amouerint, & ei interdixerint, quò minus aliorum beneficiorum prouentibus potiretur, nisi sententiam mutaret. Hanc ob rem indignatus homo, vlciscendi tempus obferuans, interim acerbè nimium in eos inuehebatur, per quos stetit quò minus voto potiretur. Mortuo autem Pio, in eius locum ipse suffectus, statim vbi magistratum inijt, siue quòd ita pollicitus erat, siue quòd Pij decreta & acta oderat, abbreviatos omnes, quos in ordi-

nem redegerat, tanquam inuitiles & indoctos (vt ipse dicebat) exauctorauit. Eos enim bonis & dignitate indicta caussa spoliavit, quos etiam propter eruditionem & doctrinam ex toto orbe terrarum conquisitis, magnis pollicitationibus & præmijs vocare ad se debuerat. Erat quidem illud collegium refertum bonis ac doctis viris. Inerant diuini atque humani iuris viri peritissimi. Inerant poetæ & oratores plerique, qui certè non minus ornamentum ipsi curiæ afferebant, quàm ab eadem acciperent, quos omnes Paulus tanquam inquilinos & aduenas possessione pepulit, licet emptoribus cautum esset litteris apostolicis, cautum etiam fisci pontificij auctoritate, ne qui bona fide emissent, è possessione honesta ac legitima deijcerentur. Tentârunt tamen hi, ad quos res ipsa pertinebat, hominem è sententia dimouere. Atque ego certè, qui horum de numero eram, rogando etiam vt caussa ipsa iudicibus publicis (quos Rotæ auditores vocant) committeretur: tum ille toruis oculis me adspiciens Ita nos, inquit, ad iudices reuocas, ac si nescires omnia iura in sententia pectoris nostri collocata esse? Sic stat sententia, inquit, loco cedant omnes, eant quò volunt, nihil eos moror, pontifex sum, mihi quæ licet pro arbitrio animi aliorum acta & rescindere & approbare. Hac verò tam immiti sententia accepta, vt lapidem immobilem volueremus, obseruabamur, & frustra quidem die ac noctu in foribus aulæ, vilissimum etiam quenque seruum rogantes, vt nobis alloqui pontificem liceret. Reieciæbamur non sine contumelia, tanquam aqua & igni interdicti ac prophani. Hac autem diligentia xx. continuis noctibus vsi sumus: nil enim ferè nisi noctu agebat. Ego verò tanta ignominia excitus, quod mihi ac socijs meis coram non licebat, id agere per litteras institui. Scripsi itaque epistolam his fermè verbis: si tibi licuit indicta caussa spoliare nos emptione nostra iusta ac legitima, debet & nobis licere conqueri illatam iniuriam iniustamque ignominiam. Reiecti à te, ac tam insigni contumelia affecti, dilabemur passim ad reges, ad principes, eosque adhortabimur, vt tibi concilium indicant, in quo potissimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima possessione spoliaueris. Lectis litteris, Platina reum maiestatis accessit in carcerem trahit, compedibus reuincit, mittit Theodorum Tarnisimum episcopum, qui quaestionem habeat. Is statim me-

*Epistola
Platinæ
ad Paulum II.*

reum facit, quòd & libellos famosos in Paulum sparsissem, & concilij mentionem fecissem. Primum crimen ita confutavi, eos quidem dici libellos famosos, in quibus scribentis nomen reticetur: at meum nomen in calce litterarum exstare, non igitur libelli famosi sunt. Quod verò de concilio mentionem fecerim, me non ad eò graue crimen id putasse, cum in synhòdis à sanctis Patribus stabilita sint fundamenta orthodoxæ fidei, prius sparsim iacta à Salvatore nostro, eiusque discipulis, vt maiores cum minoribus æquo iure viuerent, ne cuiquam fieret iniuria. Vnde etiam apud Romanos instituta est censura, qua & qui priuati, & qui in magistratu fuerunt, rationem habitus magistratus, & vitæ antea actæ reddere cogebantur. Cum verò his rationibus nihil profecissem, reuinctus compedibus, & quidem grauissimis, media hyeme sine foco celsa in turri ac ventis omnibus exposita coërcerem mensibus quattuor: tandem verò Paulus Francisci Gonzagæ cardinalis Mantuani precibus fatigatus, ægrè pedibus stantem molestia carceris me liberat: admonet ne ab vrbe discedam, in Indiam, inquit, si proficiscere, inde te trahet Paulus. Feci mandata. Triennio in vrbe commoratus sum, arbitratus hominem aliquam medelam meis incommodis interim allaturam. Coronatus Paulus de more, memor à Calisto quondam pulso esse è sancto Iohanne Laterano canonicos regulares, quos eodem in loco Eugenius pontifex ante collocauerat, eosdem reuocauit, vt seorsum à canonicis secularibus diuina officia celebrarent. Præterea verò canonicorum secularium eo in loco nomen aboliturus, si quis moriebatur in demortui locum neminem sufficiebat: aut si quod beneficium vacabat, coactos se canonicibus illis abdicare, ad alias ecclesias transferebat, vt tandem beneficia illa in vnum corpus redacta, canonicis regularibus satisfacerent sine vllò suo dispendio, cum eos tum pascere ob inopiam oporteret. Hanc autem ob rem Paulus multum à se alienauit ciuium animos, quòd dicerent illa beneficia à maioribus suis inuitata, pulsos ciuibus, inquilinis dari. Neque hoc contentus Paulus, seorsum canonicos quosdam allocutus, eos minis etiam adhibitis abdicare se illis canonicatibus impellebar. Nonnulli tamen eius minas contemnentis, tempus

vindicandæ libertatis expectabant, quod postea eo mortuo eluxit. At verò cum nunciatura esset, Turcos capta iam ferè tota Epiro, in Illiricum iter parare, oratores statim ad reges & principes misit, eos oratum, vt compositis rebus suis, de bello Turcis inferendo, ad propulsandam iniuriam cogitarent. Qua de re nil certè actum est, cum inter sese grauissimis bellis decertarent: hinc Germani, hinc Anglici, nunc veterem regem, interdum verò nouum expetentes. Hinc Hispani, hinc Galli principes veriti regis potentiam, qui regio nomini omnes obtemperare volebat, iactabaturque se breui facturum, vt eos pœniteret, qui secus fecissent. Præterea verò Paulum vrgebat regis Bohemix perfidia, qui se paulatim à toto corpore Christiani nominis subtrahebat. in hunc itaque mittere Vngariæ regem cum exercitu instituerat, si ei per bellum in Turcos susceptum licuisset: si que rem inter regem & imperatorem componere potuisset. Nam mortuo Ladislao rege Vngariæ eius nepote, qui harede carebat, imperator ipse regnum illud, quod Mathias Vaiuodæ filius occupauerat, sibi debere prædicabat. Differendam itaque rem Paulus in aliud tempus censens, ad componendas quasdam simultates ciuium Romanorum inter se dissidentium, animum adiecit. Orta nanque rixa erat inter Iacobum Iohannis Alberini filium, & Felicem nepotem Antonij Capharelli: hanc ob rem accitis ad se patribus familiâs, eos aliquandiu renitentes, ad concordiam datis vadibus compulit. Verùm non ita multò post Iacobus Alberini filius, nusquam laturus iniuriam patri illatam, Antonium Capharellum interficere conatus, confossum aliquot grauibus vulneribus, tanquam mortuum reliquit. Hanc ob rem indignatus Paulus, quod contra atque Alberinus iurauerat, filius egisset eueris eorum ad bus redactis que in silcum omnibus bonis, eos ab vrbe demum exules facit. Hos tamen postea suo iussu ad urbem redeuntes in gratiam recepit, restitutis rebus omnibus, paceque inter dissidentes composita, cum tamen ambo aliquandiu in carcere stetissent. Anno verò M. CCCCLXV. Alouisius Parauinus pontificis camerarius, & tituli sancti Laurentij in Damaso presbyter cardinalis, vir quidem durissimus. & in rebus agendis sagax, sed vltimo suæ vitæ tempore parum prudens:

dens: quippe qui ex testamento maxima ex parte hæredes reliquerat duos fratres cognomento Scarampos, alioquin bonos & liberales ingenij, sed nequaquam tantis fortunis & prouentibus ecclesiæ partis dignos. Quid homines suspicarentur scimus. Has autem facultates Paulus, ei licet testandi facultatem vltro permisisset, sibi vindicauit. Scarampos cepit; & tandiu, honesto tamen loco, retinuit, quoad quæ Florentiam delata fuerant, ad se deferrentur. Fugientes Scarampi, dum hac de re ageretur, capti in carcerem conijciuntur. Verùm cum bona patriarchæ Florentia Romam delata fuissent, Scarampos cum bona parte incolumès dimittens, in reliquis patriarchæ familiares maiore benignitate vsus est, quàm ipse testator instituisset. Atque hoc modo bona hominis tanta diligentia parata, maiore retenta, cum magna opum iactatione, ac si annos Mathusalem victurus esset, ab eo sunt partim possessa, partim distributa, quo cum diutius simulatibus, odijs, maledicentia certauerat, cum maluisset ad Turcos ipsos quàm ad Paulum bona sua recidere. Sed neque hoc contenta diuina prouidentia, voluit eius quoque corpus iam sepultum in prædam dari. Ab ipsis enim, quibus ipse beneficia sancti Laurentij in Damaso dederat, noctu aperto sepulchro, annulo & vestibus spoliatus est. In hos autem Paulus re cognita, grauius animaduertit. Eodem ferè tempore Fredericus adolescens egregius Ferdinandi filius, Mediolanum iturus ad ducendum Francisci Sfortiæ filiam fratris vxorem in regnum, Romam veniens, prouidente obuiam Honorato quoque; & Rhoderico vicecancellario, perbenignè à Paulo suscipitur, ac rosa donatur; quam pontifices quotannis donare alicui ex principibus Christianis consueuere. Interim verò cum Ferdinando in animo esset, eos bello persequi, & potissimum in regno suo existentes, qui dum à Gallis premeretur, à se defecerant, misissetque copias quasdam ea mente, vt ducem Soranum adoreretur. Pontifex diuertere id bellum cupiens, archiepiscopum Mediolanensem ed properè misit oratum, vt copias illas quem admodum ratione feudi tenebatur, ad se mitteret; quòd diceret sibi in animo esse comitis Auerfi filios, ecclesiæ nequaquam obtemperantes, è medio tollere. Nam eo ferè tempore Auerfus comes moritur, quo Pau-

lus pontifex creatur: corpusque eius Romam delatum, in basilica sanctæ Mariæ Maioris sepelitur. Rex itaque acerrimus Deiphobi hostis, quippe qui ab eo superiore bello insidijs, veneno & armis petitus fuerat, copiarum suarum præfectis mandat, vt primo quoque tempore profisciscantur, quò pontifex ire iusserit. Antè enim Deiphobum & Franciscum ad se vocatos monuerat, vt & iter tutum à latronibus seruarent, ne Romam aliundè venientes, in ipsis propè vrbis Romæ portis spoliarentur: vtque Securantiæ præfecti, Vici quondam filio, Caprarolam (quod oppidum est) redderent, cum omnia ferè ipsius præfecti bona possiderent. Vtrunque verò non modò facere recusant, verùm etiam minas addidère, iactantes sapiùs se comitis Auerfi filios esse, nec læsentibus parcituros. Tum verò Paulus clanculum paratis rebus omnibus ad bellum necessarijs superuenientibus etiam regijs copijs, quintodecimo die posteaquàm inchoatum est, bello eos incautos & nil tale opinantes oppressit, redactis in potestatem ecclesiæ nouem castellis: quorum de numero aliqua ita munita natura & arte erant, vt vix opera hominum expugnari posse crederentur. Deiphobus autem veritus ne captus ad regem mitteretur, salutem sibi fuga quaesuit. Capitur autem Franciscus frater cum filio, & quinquennio in arce Hadriani retentus demùm creato Xysto liberatur. Hinc postea inter Paulum & regem ipsum ortæ graues inimicitia sunt; cum Ferdinandus hoc tanto merito peteret superiorum annorum tributum, quod ecclesiæ pendebat, sibi relaxari: & quòd deinceps soluturus esset, diminui, cum regnum Siciliae patrius suus possideret, cuius ipse vnà cum regno Neapolitano vctigal penderet: Inspicienda dicens & sua merita, & considerandum, quid posset in contrarium accidere, cum diceret se continuo acies quasdam in armis habere, non magis sua quàm pontificis Romani gratia, vt in bello contra Auerfanos paulò antè nouerat. Commemorabat vicissim Paulus merita ecclesiæ erga Ferdinandum: atque hoc modo altercationibus in longum res ipsa semper protracta est, cum vterque repetendi ius suum, tempus quaereret. Moliri res nonas rex interim cauebat, Iacobi Picennini qui Sulmonem in Marsis & alia oppida tenebat, potentiam veritus: quem postea Franciscus Sfortia focer

socer ad regem misit, data fide se quoties libuisset, incolumen rediturum. Verum aliter Iacobo quam putarat, accidit. Captus enim Neapoli à Ferdinando cum filio, & in carcerem coniectus, non ita multò post vita priuatus, figmento adhibito quòd in carcere ipso decidens crus fregisset, dum redeuntes ab Ischia (quam Aenariam antiqui vocabant) triremes regis de Gallis victrices, studiosius quam cautius per fenestram inspicit. Sunt qui arbitrantur hominem adhuc viuere. Quod ego nullo modo credo, cum nullus esset in Italia aptior, si auctoritatem hominis in militiam respicis, ad euertendum Ferdinandi regis imperium. Sublitterat in via hac re cognita (Senis nanque erat) ducis Mediolani filia Neapoli ad maritum itura, vt fidem faceret, nulla patris sui culpa Ferdinandum in Iacobi Picennini necem conspirasse. Quid autem ea de re suspicati sint homines, optimè nouimus. Fuere etiam qui dicerent id prius à Paulo pontifice scitum fore, cum illis diebus archiepiscopus Mediolanensis à pontifice ad regem, & à rege ad pontificem frequenter comueuerit, cum Paulus ipse dixerit, audita hominis captiuitate, appellationum iudicem è medio sublatum esse. Sed verum est illud Virgilianum:

Nescia mens hominum fati sortisq; futurae.

Nullius enim magis quam Iacobi Picennini opera reprimere Ferdinandi contumaciam Paulus potuisset, si tum in vita fuisset, quando inter eos de soluendo tributo contentio est orta, ac bellum propè certum. Nam celebratis nurus ac filij nuptijs, hac vna re & Iacobi morte stabilito regno, Ferdinandus cum pontifice instat, & vt tributum ei diminuatur, & quaedam oppida, quæ de regno possidebat ecclesia, ei redderentur. Misit eò Paulus Bartholomæum Rouerellam legatum, tituli sancti Clementis presbyterum Cardinalem, qui regis mentem aliqua ex parte leniuit. Verebatur tum (credo) vterque, ne solis ac lunæ eclipses, quæ tum fuere cum maxima hominum admiratione, regnorum mutationem portenderent. Moritur tamen (ne corpora caelestia frustra pati existimes) sequenti anno Franciscus Sfortia Insubriæ & Liguriæ dux. Nam Genæ dominatum biennio antè adeptus fuerat, dedentibus sese ciuibus diutino bello, partim intestino & graui, partim exter-

spontè petierant reijcientes, ad sex millia Gallici nominis ante oculos Renati regis interfecere, qui cum triremibus aliquot benè armatis aderant, recuperandæ vrbis causa, quæ iam à Gallis defecerat. Mortuo itaque Francisco Sfortia Mediolanensium duce, Cardinales statim Paulus ad se vocat, quid esset agendum, consulit. Censuere omnes mittendas esse litteras & nuncios ad principes Italiæ, ad populos, qui eos adhortarentur nil noui moliri, sed pacem ante initam seruare: maximè verò tam iniquo tempore, quo à Turco communi Christianorum hoste vexaremur. Prætereà verò episcopum Conchensem Mediolanum mitti oratum populum illum, vt nil antiquius fide putaret, quam Galeatio Francisci filio præstiterat. Aberat tum Galeatius iussu patris in Galliam cum exercitu missus, dum rex Alouisus cum principibus regni dicto suo haudquaquam optemperantibus bellum gerit. Ex fœdere enim dum Genuam in feudum accipit, præsidia regi Franciscus subministrabat. Requirebat & hoc affinitas inter eos contracta, cum Galleam regi-næ ac ducis Sabaudia sororem, in vxorem accepisset. Qui cognita patris morte, relicto bello, quod regio nomine contra Burgundiæ ducem inchoauerat, Lugduno abiens, ac cum paucis permutata veste in patriam rediens, ditione paterna auxilio matris, quæ populos in fide continuerat, sine vlla contentione potitur. Paulus verò compositis hoc modo Italiæ rebus, cum intelligeret militiam Rhodiorum militum ob inopiam ad nihilum redigi, eorum magistrum ac primates religionis ad se vocat corrigendi erroris causa, qui post frequentes conuentus apud sanctum Petrum habitos, tradio animi & senio confectus moritur, sepeliturque in basilica sancti Petri non longè à sacello sanctæ Andree: in cuius locum Carolus Vrsinus susceptus, Rhodum ad tuendam insulam propere mittitur. Interim verò cum Paulo nunciatum esset, in Poli oppido in Aequicolis posito multos hæreticos inesse, dominum loci cum viris octo & foeminis sex comprehensos, & ad se perductos, cognito hominum errore, ignominia notauit, & quidem grauissima, eos potissimum, qui pertinaciores fuere. Nam mitius cum his est actum, qui errorem confessi, veniam petiere. Erant enim eius sectæ, quam à peruersa mentis opinione esse dicimus, quòd dicerent nullum verum Christi vi-

si vicarium esse eorum, qui post Petrum fuere, nisi qui paupertatem Christi imitati sunt. Aucto deinde Cardinalium numero, ad decem enim eodem tempore creauit, quorum de numero hi fuere: Franciscus Sauonenfis ordinis Minorum generalis, M. Barbo præful Vicetinus, cuius opera & consilio magnis in rebus semper est vsus: Oliuerius archiepiscopus Neapolitanus, A. episcopus Aquilanus, Theodorus Monferratus: reliqui partim Galli, partim Ungari, & Angli sunt habiti. Senatu itaque in hunc modum aucto, ad componendam Italix pacem totus conuertitur. Nam cum Florentini quidam, à factione Petri Medices ciuili discordia pulsus, vt Detefalvus-Neronius, & Angelus-Accioiolus, ac Nicolaus Soderinus Bartholomæum Bergomatem concitassent, qui magnam vim equitum ac peditum habebat, vt in Etruriam cum exercitu mouens se ac extorres omnes in patriam reduceret, adiuantibus etiam Venetis, occultè tamen, primo quidem impetu posse & velle subuertere totam Italiam visus est. Verùm cum in Flaminia Galeatium ducem Mediolanensem obuium habuisset cum regis ac Florentini populi copijs, habenas inhiuit, & cunstando potius quàm pugnando vincere annixus est. Pugnatum est tamen semel, atque acriter comitis Vrbinatis auspicijs in agro Bononiensi ad Ricardinam (id ei loco nomen est) dum castrametatur. Quo quidem tempore de Bergomate actum certè erat, si tum Galeatius adfuisset, qui Florentiam componendæ rei bellicæ causa profectus paulò antè fuerat. Ferunt qui tanto prælio interfuere, nusquàm ætate nostra maiore contentione certatum esse: nec prælium antèa fuisse, in quo plures desiderati fuerant, tum autem Veneti sibi potius quàm homini cauentes eohorribus aliquot & turmis ei in auxilium missis, pacem enixius quærere, eius consciendæ arbitrium omnem in pontificem deferentes. Qui rei suæ quoque admodum timens, si victoria ad regem & ducem recideret, vt pax conficeretur, instabat, erat enim opinio quorundam hominum non vulgarium, Bartholomæum coniuente Pontifice Padum traiecisse, quo mutato Florentinorum statu, inferre bellum Ferdinando regi commodius posset, cui ita infensus erat, vt accire contra eum nouos quoque in Italiam hostes cogitauerit. Vocatis itaque ad se omnium principum legatis pacem

his rationibus composuit vt vtræque pars, quæ bello ceperat, redderet: vtque Bartholomæus copias suas in Cisalpinam Galliam reduceret: seruarieturque pax illa, quæ antèa inter Franciscum Sfortiam & Venetos apud Laudam Pompeianam composita fuerat. In vna re tantum addubitatum est, excluderetur ne à pace Italix Sabaudia dux, vel Philippus frater, qui eo anno Venetorum stipendijs militauerat, prouinciam Galeatij bello vexauerat. Petebant Veneti, vt inter fœderatos is quoque censeretur. Negabat id fieri posse Galeatius, cum diceret eum se nunquàm pro amico & socio habiturum, quem rex Franciæ hostem haberet. Verùm tantum valuit Paulus blanditijs & pollicitationibus, vt legatum Galeatij contra principis sui decretum in sententiam sui ipsius traxerit. Hanc ob rem iratus Galeatius, & Laurentium Pisauriensem legatum suum exilio multauit, & Sabaudienfes ita bello vexauit, vt eos pacem exposcere coegerit: quæ quidem ex arbitrio regis Franciæ postea composita est, interuenientibus & reginæ & vxoris Galeatij precibus, quæ ducis Sabaudix sorores sunt. Compositis autem hoc modo rebus, Paulus ad otium conuersus, populo Romano ad imitationem veterum ludos quàm magnificentissimos & epulum lautissimum instituit, procurante eam rem Vianensio Bononiensi pontificis vicecamerario. Ludj autem erant pallia octo, quæ cursu certantibus in carnispruio proponebantur singulis diebus. Currebant senes, adulescentes, iuuenes, Iudæi, ac seorsum pastillis primò quidem pleni, quò tardiores in cursu essent. Currebant & equi, equæ, asini, bubali tanta cum omnium voluptate, vt omnes præ risu pedibus stare vix possent. Cursus autem & stadium erat ab arcu Domitiani vsque ad ædes sancti Marci, vnde pontifex ipse solidam voluptatem percipiebat. Ac etiam in pueros cœno oblitos post cursum munificentia vsus, vt singulis carlenum (nummi argentei id genus est) condonaret. Sed ecce in tam publica omnium læticia subitus terror Paulum occupat. Nunciatur ei, quosdam adulescentes duce Callinacho in eum conspirasse, cui præ timore vix respiranti, nescio quo fato nouus etiam terror additur. Aduolat enim quidam cognomento Philosophus, homo facinorosus & exsul, qui vitam primo & reditum in patriam deprecatus, nunciat, ac falso quidem, Ludam, Totium

Romanum ciuem Neapoli exfulantem, cum multis exfulibus in nemoribus Veliternis à se visum, ac paulò pòst adfuturum. Time-re Paulus ac magis trepidare tum cœpit, veritus ne domi & foris opprimeretur. Capiuntur permulti in vrbe, tum ex aulicis, tum ex Romanis. Augebat hominis timorem Vianensius. Augebant & alij eius familiares, qui ex tanta perturbatione aditum ad maiorem dignitatem & vberiore fortunam sibi quærebant. Irrumpebant cuiusuis domum sine discrimine. Trahebant in carcerem, quos suspectos coniurationis habuissent. Et, ne ego tantæ calamitatis expers essem, domum vbi habitabam multis satellitibus noctu circumdant: fractis foribus ac fenestris, vi irrum-punt: Demetrium Lucensem familiarem meum comprehendunt: à quo vbi sciùere me apud Cardinalem Mantuanum cœnare, statim accurrunt, & me in cubiculo hominis captum, ad Paulum confestim trahunt. Qui vbi me vidit, ita inquit, Duce Callimachò in nos coniurabas? Tum ego fretus innocentia mea, ita constanti animo respondi, vt nullum conscientia signum in me deprehendi posset. Instabat ille, discinctus & pallidus: & nisi verum faterer, nunc tormenta mihi, nunc mortem proponebat. Tum ego cum viderem omnia armis & tumultu circumsonare, veritus ne quid grauius ob formidinem & iram in nos consuleretur, rationes attuli, quam ob rem crederem Callimachum nil aliud tale vnquam moliturum, nedum meditatam fuisse, quòd consilio, lingua, manu, sollicitudine, opibus, copijs, clientelis, armis, pecunijs, oculis postremò careret. Cæculus enim erat, & P. Lentulo somniculosior, ac L. Crasso eo adipem tardior. Omitto quòd nec cuius quidem Romanus erat, qui patriam liberaret: nec præsul, qui pontificatum sibi Paulo interempto desumeret. Quid poterat Callimachus? Quid auderet? Erat né lingua & manu promptus? Habebat né ad tantam rem conficiendam certos homines delectos & descriptos, quorum opera vteretur? nisi fortè vellent Glaucum & Petreium fugæ suæ comites alteros Gabinios ac Statilios esse. Tum Paulus ad Vianensium conuersus, Hic, inquit (me toruis oculis adspiciens) tormento cogendus est verum fateri: nam coniurandi artem optime nouit. Vtinam consideratius mecum egisset Paulus: non enim me statim tormento subiecisset. Nam

cum verum coniectura quæritur, nec de facto constat, in coniuratione potissimum, & quæ ante susceptum negotium, & pòst sint gesta, quæritur. Consideratur vita coniurationis, considerantur mores, ambitio, cupiditas tum facultatum, tum honorum: & si quid antea dictum, scriptum, aut factum sit, quod eò tendat. Horum nihil considerauit Paulus, in carcerem nos conijcit. Verùm cum ammoneretur ab his, qui bene sentiebant, quibusque exploratum erat, Lucam Tortium nusquam pedem Neapoli mouisse, ne tantum tumultum cum suo discrimine concitaret, reuocat edictum tertio die, quo præmia illis proponebat, qui Lucam reum maiestatis, vel viuum, vel mortuum in potestatem suam redegissent: non tamen Quadratios fratres, quos ob eam suspicionem ceperat & torserat, dimisit. Subesse aliquam latentem causam videri volebat, ne leuitatis argueretur. Liberatus hoc metu Paulus, ad nos statim animum adijcit. Mittit in arcem Hadriani Vianensium cum Iohanne Francisco Clugiensi Sanga, & satellite, qui nos quouis genere tormentorum adigat, ea etiam fateri, quæ nusquam sciebamus. Torquentur prima & sequenti die multi: quorum pars magna præ dolore in ipsis cruciatibus concidit. Bouem Phalaridis sepulchrum Hadriani tum putasses: adeò resonabat fornix ille concauis vocibus miserorum adolescentum. Torquebatur Lucidus, homo omnium innocentissimus. Torquebatur Marus Demetrius, Augustinus Campanus optimus adolescens, & vnicuius sæculi nostri decus, si ingenium & litteraturam inspicias: quibus cruciatibus & dolore animi mortuum postea crediderim. Fessii tormentores, non tamen satiati. Nam ad viginti ferè eo biduo quæstioni subiecerunt: me quoque ad poenam vocant. Accingunt se operi carnifices, parantur tormenta, spoliòr, laceror, trudor tanquam grassator & lator. Sedet Vianensius tanquam alter Minos stratis tapetibus, ac si in nuptijs esset, vel potius in cœna Atrei & Tantalì, Homo, inquam, sacris initatus, & quem sacri canones vetant de laicis quæstionem habere: ne, si mors subsequatur, quod in tormentis interdum accidere solet, irregularis (vt eorum verbo vtar) & impius habeatur. Neque hoc quidem contentus, dum penderem miser in ipsis cruciatibus, monilia Sangæ Clugiensis atrectans, hominem rogabat, à qua puella donum amoris habuisset.

De amoribus locutus, ad me conuersus instabat vt feriem coniurationis, vel fabulę potius à Calimacho confictę explicarem, diceremque quid causę esset, cur Pomponius, qui tum Venetijs erat, ad me scribens, patrem sanctissimum in suis litteris appellaret, te, inquit, pontificem creauerant coniurati omnes? Flagitat item, dederim ne litteras Pomponio ad imperatorem, aut ad aliquem Christianum principem suscitandi schismatis, aut concilij causa. Respondeo me nunquam consiliorum Callimachi participem fuisse, quippe cum inter nos simultas esset haud parua. Nescire item cur Pomponius me patrem sanctissimum appellaret, scitatum ab eo: nam paulò post vinctum ad futurum dicebat. De pontificatu verò non esse cur solliciti essent, quòd vita priuata semper contentus fuisset. Ad imperatorem verò me nunquam litteras misisset, nec Pomponij opera ea in re vsum esse, id etiam ab eo scitatum. Tandem verò delinitus aliquantulum, tot meis cruciatibus, non tamen fatiatus, de poni me iubet vesperi maiores subiturus. Defertor in cubiculum semimortuus, nec ita multò post reuocor à quæstoribus benè potis & pransis, aderat & Laurentius archiepiscopus Spalatensis. Petunt quid mihi colloquij fuerit cum Sigismundo Malatesta, qui tum in vrbe erat. De litteris, inquam, de armis, de præstantibus ingenijs tum veterum, tum nostrorum hominum loquebamur, de quę his rebus, quę in hominum colloquia cadere possunt. Minari tum Vianesius ac maiores cruciatus proponere, nisi verum faterer. Rediturum se die sequenti, meditarer interim vbi essem, & quibus cum mihi esset agendum. Reducor iterum ad cubile, vbi tantus me repente dolor inuast, vt vitam cum morte cuperem commutare, recrudescentibus doloribus ob refrigerata membra, quassa vehementer ac læsa. Recreabat me tamen non parum Angeli Bufali Romani equitis humanitas, quem anno antè Paulus in carcerem coniecerat, ob interfectum à Marcello filio Franciscum Cappocium. Id enim factum Angeli suafu Paulus dicebat. Angelus itaque ac Franciscus nepos, quibus cum in eodem cubiculo diuertebant, quòd minùs doloribus & inedia morerer, suis manibus & medelas & cibum mihi afferabant. Post biduum verò Christophorus Veronenfis Pauli medicus ad me veniens, Bono, inquit, animo te esse iubet Paulus, ac de se benè sperare, breuique liberum

futurum. Sciscitor, quando id fore speraret: Respondet homo liber audientibus omnibus, qui tum aderant, non ita citò fieri posse, ne leuitatis & sæuitiæ argueretur pontifex, quòd illos, quos tanto tumultu concitato cepisset ac torsisset, statim veluti innoxios dimitteret. Neque hoc quidem contentus Paulus, quos paulò antè coniurationis & maiestatis accersierat, eosdem mutata sententia ob diuulgatam fabulam hæreseos accusat. Trahitur ad vrbe[m] Pomponius Venetijs captus per totam Italiam tanquam alter Iugurtha ducitur in iudicium Pomponius, vir simplicis ingenij, neque coniurationis, neque alicuius sceleris conscius. Rogatus cur nomina adolescentibus immutaret, vt homo liber erat. Quid ad vos, inquit, & Paulum, si mihi Fœniculi nomen indo, modò id sine dolo & fraude fiat? Amore nanque vetustatis antiquorum præclara nomina repetebat, quasi quædam calcaria, quæ nostram iuuentutem æmulatione ad virtutem incitarent. Trahitur & Lucillus ad vrbe[m] tanquam reus maiestatis, qui in Sabinis tetricam illam vitam ducebat, quòd ad Campanum scribens, quæ litteræ postea deprehensæ sunt, Heliogabali cuiusdam amores reprehendebat, ita occultè tamen, nisi à conscio dignosci res ipsa non posset. Vianesius autem diligens pastor ad nos cum tormentis sæpiùs rediens, torto etiam Petreio Callimachi comite in fuga comprehenso, ac nihil confesso, quòd diceret embrosam illam Callimachi collocutionem nullius momenti existimandam fuisse, omnia oculis collustrans, ne refractis parietibus tanquam Dædali alta arce volarem, carcerem subterraneum meditatur, ac fabris statim locat: eoque conijcit Franciscum Anguillaram, Gattalium, Franciscum Aluianum, Iacobum Ptolomæum, quadriennio antè molestia carceris marceratos. De libertate nostra interim nullum verbum fiebat. Erat tum imperator in vrbe: voti enim gratia venerat cum magno comitatu, quem Paulus magna cum impensa honorificentissimè suscepit, expensis decem & octo millibus nummum aureorum. Ambos ex mole Hadriani sub eodem pallio à Laterano redeuntes, comitante honorato quoque, inspexi. Substitit Paulus in ponte, donec imperator equites aliquot crearet. Abeunte deinde imperatore, cum iam metu omni liberatus esset: nam & equitum & peditum suorū magnam partem in vrbe[m] vocauerat: ve-

ritus ne quid tumultus à populo Romano excitaretur. præfente imperatore, 10. mense post captiuitatem noſtram in arcem veniens, ne tantum tumultus fruſtrà concitaſſe videretur, multa nobis obijcit, ſed illud potiſſimum, quod de immortalitate animorum diſputaremus, teneremusque opinionem Platonis, quam diuus Auguſtinus Chriſtianæ religioni ſimilimam eſſe cenſet: Merito, inquit Aurelius, Cicero Deum inter philoſophos Platonem vocat, qui certè cunctos ingenio & ſapientia ſuperauit: hunc mihi delegi, quo cum diſputarem, qui & de vltimo hominis fine, & de diuina natura melius quàm cæteri philoſophatur. In dubium, inquit Paulus, diſputando Deum vocabatis. Quod quidem omnibus philoſophis & theologis noſtrorum temporum obijci poteſt, qui & animos, & Deum, & omnes intelligentias ſeparatas, diſputandi ac veri inueniendi cauſa in dubium plerumque vocant. Prætereà verò hæretici ſunt, vt ait Auguſtinus, qui, quod prauè ſapiunt, pertinaciter defendunt. Sanam diſciplinam nunquàm adſpernati ſumus, quod facere conſueuerunt (vt ait Leo) erroris magiſtri, qui ſeorſum ab eccleſia ſentientes, hæretici merito, Hieronymo teſte, ſunt appellati. Rationem vitæ meæ, poſteaquàm ſapere per ætatem cœpi, vſque ad hæc tempora reddere vobis poſſum. Nullum mihi facinus impingi poteſt, non furtum, non latrocinium, non ſacrilegium, non depeculatus, non parricidium, non rapina, non Simonia. Vixi, vt Chriſtianum decebat, confeſſionem & communionem in anno, ſemel præſertim, intermiſi nunquàm. Nil ex ære meo excidit, quod contra ſymbolum eſſet, aut hæreſim ſaperet. Non ſum imitatus Simoniacos, Carpocratianos, Ophytas, Seuerianos, Alogios, Paulinos, Manichæos, Macedonianos, aliamve hæreticorum ſectam. Prætereà verò Paulus erimini nobis dabat, quòd nimium gentilitatis amatores eſſemus, cum nemo eo huius rei ſtudioſior eſſet, quippe qui & ſtatuas veterum vndique ex tota vrbe conquiſitas, in ſuas illas ædes, quas ſub Capitolio exſtrnebat, congregaret, auecto etiam ex ſancta Hagnete beatæ Conſtantiæ, ſepulchro, fruſtra reclamantibus monachis loci, qui poſtea mortuo Paulo, ſepulchrum illud propheticum à Xyſto pontifice repetière. Prætereà verò numiſmata propè infinita, ex auro, argento, ære, ſua imagine ſignata, ſine vilo ſenatuſconſulto in ſadamentis ædificiorum ſuorum more vete-

rum collocabat: veteres potius hac in re, quàm Petrum, Anacleum & Linum imitatus. Cum verò noſtra de re inter Palatinos episcopos & duos fratres eſſet aliquando diſceptatum, quorum alter erat ordinis Franciſci, alter Dominici, venerunt ferè omnes in hanc ſententiam, nihil eſſe in nobis, quod hæreſim ſaperet. Verùm cum Paulus in arcem veniſſet, excludereturque de induſtria Franciſcus patronus noſter veritatis aſſertor, quòd liberius Leonardo loqui liceret, eadem dicit quæ pridie. Rogati ſententiam qui tum aderant, eſt ad nutum pontificis aliqua ex parte loquebantur, noſtram tamen cauſam leuiorem faciebant, ac pontificem mitiorem reddere conabantur. Solus autem inter omnes Lælius de Valle Romanus ciuis & aduocatus conſistorialis, noſtram cauſam liberè tutatus eſt: Conſutat omnia, quæ à Leonardo dicta erant, quæque partim affirmauerat alter aduocatus Andreas ſanctæ crucis. Fit autem inter dicendum de Academia mentio. Inclamat tum M. Barbus ſancti Marci Cardinalis, nos non Academicos eſſe, ſed cœdatores Academicæ. Quid turpitudinis autem à nobis in Academia prodierit, certè non video, cum nec fures, nec latrones, nec incendiarij, nec decoctores eſſemus. Veteres Academicos ſequemur, nouos contemnentis, qui in rebus ipſis nil certi ponebant. Paulus autem hæreticos eos pronunciauit, qui nomen Academicæ vel ſerio, vel ioco deinceps commemorarent. Iuſta eſt hæc ignominia Platonis, ipſe ſe tueatur. Volebat Paulus rebus in omnibus videri acutus & doctus: volebat item videri facetus, deridebat ferè omnes contemnebatque. Interrogat tum Pomponium hominem irridens, quod ei à teneris annis nomen impoſuerant parentes. Reſpondet Pomponius, ſe binomium fuiſſe. Confuſus nouitate rei Paulus, ſubſtitit amplius de nomine quærere. Ad me autem conuerſus, in omnem contumeliam prorupit, omitto quòd mihi coniurationem, hæreſim, maieltatis crimen obiecerat, quæ omnia iam purgata erant: obijciebat etiam in gratitudinem, quòd in melicet ingratum officioſus fuiſſet. Si ſpoliare homines emptione ſua incognita cauſa, ſi carcere, ſi tormentis, ſi ignominia, ſi calumnia afficere beneficium eſt, certè erga me beneficus & liberalis dici poteſt Paulus, & ego ingratus: qui tantorum maleficiorum immemor, ab vrbe non diſceſſerim, ſuis mandatis obtemperans, ſuis pollicitationibus toties fruſtra-

Frustratus. Abijt inde minabundus, & ob iram quam tum conceperat, nos vsque ad integrum annum retinuit, ita eum credo iurasse: quando nos coepit, & in carcerem coniecit, noluit periurus videri. Dimissos tandem in x. diebus sui x. diebus ita nos retinet, vt efferre pedem domo non liceret. Vagari deinde per Vaticanum finit. Fatigatus postremo Cardinalium precibus, liberus tandem nos facit. Vocor non ita multo post litteris à Ludouico Gonzaga principe Mantuano, ad balnea Petriolana valetudinis causa, quam in carcere dextro humero debilitatus contraxeram. Eo vt proficiscerer, primo vetuit Paulus, quod diceret se breui rei mex bene consulturum. Eo tamen ac redeo, spondente reditum meum Bessarione Cardinali Nicæno, viro præstantis ingenij, & singularis litteraturæ. Fidem meam commendat Paulus, ac crebro iactat optimam eius erga me voluntatem. Post discessum Borsij Bisenis, quem ad urbem cum magno equitatu venientem magnificentissimè & lautè susceperat, ducemq; Ferrariæ creauerat, me breui visurum quo in me animo esset. Id quæ etiam oratoribus tum Venetorum tum ducis Mediolanensis, qui me ei commendaauerant, sæpe pollicitus fuerat. Biennio hac spe ductus vel frustratus potius, ire Bononiam institueram cum Cardinali Mantuano eiusdem ciuitatis legato. Quo minus id facerem, vetat Paulus: dixitque (ita erat vrbani & factus) me satis sapere, & facultatibus potius quàm litteratura indigere. Sed ecce, dum expecto, vt mei tandem tot calamitatibus, tot malis circumuenti miseratur, pontifex ipse apoplexia moritur secunda hora noctis, solus in cubiculo nemine vidente, cum eo die lætus etiam consistorium habuisset, pontificatus sui anno vj. mense x. v. kalend. Augusti MCCC. LXXI. Fuit autem in homine, quantum ad corpus pertinet, maiestas pontifice digna. Erat enim magni ac vasti corporis, adeo vt dum ad rem diuinam proficisceretur, solus emineret. Circa cultum corporis etsi morosus non erat, nequaquam tamen negligens habebatur. Fugere etiam qui dicerent, eum, dum in publicum prodiret, faciem sibi fucis concinnare. De apparatu pontificio non est cur ambigas, maiores ab hoc vno superatos, regno præsertim, siue mitram velis appellare, in quam multas opes contulit, coemptis vndique ac magnis precijs adamantibus, sapphiris, smaragdibus, chrysolithis, iaspidibus, vnionibus, & quic-

quid gemmarum in precio, est quibus ornatus tanquam alter Aaron, in publicum forma humana augustiore prodibat. Inspici tum ab omnibus volebat, & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in vrbe retinuit, intermissa ostendèdi sudarij cõsuetudine, quo à pluribus eodem tempore cerneretur. Præterea verò, ne solus differre à cæteris videretur, publico dēcreto mandauit proposita poena, ne quispiam bireta coccinea (ita appellant capitis tegmen) præter cardinales ferret: quibus etiam primo pontificatus sui anno pannum eiusdem coloris dono dedit, quo equos vel mulas sternerent dum equitat. Voluit præterea in decretum referre, vt galeri Cardinalium ex serico coccineo fierent: sed id quæ minus decerneretur, vetuere illi, qui bene sentientes, diminuendam esse ecclesiæ potampam, non augendam cum detrimento Christianæ religionis prædicabant. Ante pontificatum verò prædicare solebat, si fors vnquam ei contigisset, singulis Cardinalibus singula castella se donaturum, quo vitandi æstus vrbani causa secedere per commodè possent. Sed pontificatum adeptus, nil minus cogitauit, pontificatus tamen maiestatem tum auctoritate, tum armis augere conatus est. Nam Tricaricensem episcopum in Gallias misit, qui cognita Leodiensium & ducis Burgundiæ contentione, eos ad concordiam reuocaret, sublato interdicto, quo Leodienses notati erant, ob pulsum iniuria episcopum suum. Verum dum Tricaricensis hæc quàm accuratè agit, vt id ad solū pontificè pertinere ostenderet, à Leodiensibus cum eorum episcopo capitur. Hanc ob rem dux Burgundiæ inita pace cum Ludouico Franciæ rege (tum enim bellū inter se gerebant) adiuuatè ipso rege, Leodienses grauissimis cædibus persecutus, eorū urbē tandè euertit, & captos episcopos liberauit. Præterea verò Paulus cognita regis Bohemiæ perfidia, in hominem Laurétio Rouerella episcopo Ferrariensi legato ita Vngaros & Germanos cõcitant, vt breui & stirpem Georgij funditus sustulerit: & nomen hæreticorum fuerit deleturus, ni Poloni id regnū ad se pertinere dicentes, Mathiã Vngariæ regē tenuissent bello laceffitum, quo minus regno Bohemiæ potiretur. Duo tamen bella, & quidem parua in Italia suscepit, quæ nulla re prius repetita bello, sed insidijs primò inchoata, postea deseruit. Cum igitur Tolphæ veteris dominos insidijs primò, mox armis, cum id non cessisset, duce Vianensio

aggressus esset, obsideretque locum & oppugnaret, superuenientibus regijs copijs, quæ a bello, quod in Flaminia contra Bartholomeum Bergonatem gestum esse diximus, quo in exercitu Vrfini militabant, repente effusa fuga obsidionem deserit, cum amplius 60. millibus passuum hostes abessent. Atque ita Tolpham post longam contentionem, qua etiam Vrfinos sibi inimicos ac propè hostes fecerat 17. millibus nummum auri emit familiæ Vrfinæ potentiam veritus, quæ dominis loci affinitate coniuncta erat. Isdem quoque artibus Robertum Malatestam Sigismundi mortui filium aggressus, cum etiam dolo suburbium Ariminense cepisset, urbemque aliquandiu oppugnasset, Laurentio Spalateni archiepiscopo tantum negocium procrante, superueniente postea Frederico comite Vrbinati cum regio ac Florentini populi exercitu, & obsidionem relinquere coactus est, & fuso turpiter ac fugato exercitu, pacem turpi etiam conditione initam non reuit. Affirmat Laurentius, potiundi Arimini opportunitatem amissam esse, dum auarè nimium stipendia militibus persoluit: dumque ignorantie rerum æternitate ingenij, rem ipsam, quæ momento temporis colligitur, in bello potissimum, in longum ducit. Natura enim in rebus agendis ita præposterus Paulus erat, ut nisi fatigatus, rem quantumvis claram, apertam & inchoaret, aut inchoatam perficeret. Quamquam ipse iactare solebat, id sibi in multis vsui fuisse, cum in pluribus (si verum fateri volumus) sibi ac Romanæ ecclesiæ id admodum nocuisset: in colligendis autem pecunijs ita diligens fuit, ut ferè semper beneficia & episcopatus his committeret, qui officium aliquod venale haberent, vnde elici munus posset. Omnia enim officia suo tempore venalia erant, quam ob rem factum est, ut qui episcopatum aut beneficium vellet, officium aliquod emeret, quo lenocinio quod vellet, consequeretur, superatis competitoribus omnibus, doctrina & probitate vitæ, quouis magistratu & honore dignis. Præterea verò, cum episcopatus vacaret, quo plures annatæ eodem tempore soluerentur, digniores (ut ipse prædicabat) ad vberiores episcopatus mouens, magnam pecuniarum vim vndique colligebat. Redimendarum quoque pensionem vsuum non improbat. His autem pecunijs interdum etiam ad liberalitatem utebatur. Nam & Cardinales pauperes maximè & epif

copos & principes ac nobiles domo extorres, virgines, viduas, ægrotos frequenter iuuabat. Curauit idem ut Romæ, annonæ cæteraque ad victum pertinentia, vilius quàm antea venderentur. Aedificauit etiam splendide ac magnifice tum apud S. Marcum, tum verò in Vaticano. Quod ad munificentiam pertinet, venationem quoque miro apparatu edidit duci Ferrariensi in campo Merule. Huic autem præfuit eius ex sorore nepos sanctæ Lucie Cardinalis, quem vnà cum Baptista Zeno altero nepote Cardinales ante creauerat. Adire hominem die dormientem, ac noctu vigilantem atrectantemque gemmas, & margaritas difficile erat, nec nisi post multas vigilias, quòd si tibi patuissent fores, audire hominem, non audiri ab homine necesse erat; adèd copiosus in dicendo habebatur. Morosus erat & difficilis, tum domesticis, tum externis, & sæpe quod promiserat, mutata sententiâ inuertebat. Volebat videri astutus rebus in omnibus, hanc ob rem perplexè nimium interdum loquebatur, quare amicitias principum ac populorum non diu seruauit, quòd variarum partium haberetur. Varia ciborum genera sibi apponi volebat, & peiora quæque semper degustabat. Clamabat interdum, nisi quæ expe-tebat, ex sententiâ ei apposita fuissent. Bibacissimus quidem erat, sed vinâ admodum parua & diluta bibebat. Peponum esu, cancorum, pastillorum, piscium, succidiæ, admodum delectabatur. Quibus ex rebus ortam crediderim apoplexiam illam, quæ è vita sublatus est: nam duos pepones & quidem prægrandes comederat eo die, quo sequenti nocte mortuus est. Iustus tamen est habitus & clemens. Plerosque autem latrones pœna carceris ad sanitatem redigere conatus est, fures, parricidas, perfidos, periuros. Humanitatis autem studia ita oderat & contemnebat, ut eius studiosos, vno nomine hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diutius in studijs litterarum patèrentur, satis esse si legere & scribere didicissent. Durus interdum & inexorabilis, si quid ab eo peteres, habebatur: neque hoc contentus: conuicia & probra in te conijciebat: plura tamen præstabat, quàm vultu facturum præferret. Vno tamen postremo laudari potest, quòd domi monstra non aluerit, quòdque domesticos suos & familiares in officio continuerit, ne ob saltum & insolentiam populo Romano & aulicis stomachum facerent.

PETRVS Barbus, Patricius Venetus, Nicolai & Polygenæ, sororis Eugenij I v. Papæ filius, ab auunculo Romam accitus, Protototarius Apostolicus, episcopus Cernuiensis, post Vicctinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, demum Presbyter te. S. Marci renunciatus est. Homo natura blandus, mitis, & humanus. Pontificibus Nicolao v. & Calisto III. gratissimus fuit. Pio II. non zdmotum probatus. Quo mortuo, ipse conclauit in Palatio Vaticano instituto, x I x. Cardinalium suffragijs III. Kal. Sept. anni MCCCCLXIII. Summus Pontifex denunciatus, coronatusque ibidem xv I. Kal. Octobris, sedit Imp. Cæsare Frederico III. Augusto, annos v I. menses x. dies xxv I. Ordinationibus tribus Cardinalibus x I. creauit. Fœdus inter Christianos Principes, & bellum Turcicum per Legatos suasisit. Georgium Bohemiæ Regem Hussitarum heresi infectum, excommunicatum Regno priuauit, quod Hungarorum Regi Mathiæ dono dedit. Fridericum Imperatorem Romæ voti causa venientem honorificentissimè suscepit, Borsum Marchionem Estensem Ferrariæ ducem constituit: laurissimas ad S. Marcum ædes construxit. Apoplexia correptus obiit morte repentina Romæ in Palatio Vaticano v III. Kal. Augusti, anno MCCCCLXXI. Vacauit sedes dies XIII. Corpus in S. Petro marmoreo se-

pulchro cum hoc epitaphio conditum.

Paulus I I. Venetus Pontifex Maximus, è vetusta Barborum familia, præclaris naturæ dotibus auunculo Eugenio I v. non inferior. Iustitiæ, pietatis, diuinarumque cæremoniarum cultor religiosissimus, Ecclesiasticæ libertatis maiestatisque defensor constantissimus, præcipuo pacis seruandæ studio, & singularis omnis generis munerum abstinentia, formidanda etiã lege magistratibus indicta clarissimus, in Principes munificentia, in pauperes misericordia insignis, patrio amore annonæ copiam Vrbi dedit. Patrimonium beati Petri erratis populorum, indulgentissimi parentis affectu, emendatis, & conseruauit & auxit. Furcantes armis hæreticos repressit: & quod per difficilem rerum temporumve conditionem effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione saluberrimè disposuit. Vixit annos LIII. menses v. dies III. sedit annos vi. menses x. dies xxvi.

Marcus Barbus Cardinalis S. Marci Patriarcha Aquileiensis consanguineo bene merenti fecit, anno salutis MCDLXXII.

Huc vsque Platina.

SUBSEQUENTES PORRO XIV. PONTIFICVM VITÆ, Onuphrij Panuinij opera accessere.

ONVPHRII PANVINII V E

RONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTI-

NIANI, PONTIFICVM ROMANORVM VITÆ, A

XYSTO IV. PAPA, VSQVE AD PIVM

v. Pontificem Maximum,

AD ILLUSTRISSIMVM PRINCIPEM D. PERAFANNVM, DE RIBERA,
DYCEM ALEALÆ, PROREGEM NEAPOLITANVM: AD QVEM
epistolam dedicatorem in fronte huius operis collocatam offendens.

ONVPHRIVS PANVINIVS CANDIDO

LECTORI S. D.



NTE annos circiter xiiij. hortatu Marcelli Cardinalis sanctæ Crucis, quem postea summum pontificem vidimus, cui ego me tunc temporis in clientelam totum dederam, beati & sanctissimi illius viri virtutes admiratus, ab historijs profanis conscriben-

dis ad ecclesiasticas res, vsque ad ea tempora à paucis, aut leuiter tentatas, aut omnino neglectas, tractandas, et explicandas animum conuertit. Libellum igitur ante omnia de Romanis pontificibus cum Cardinalium breui chronico adornauit, quem adhuc imperfectum, neque vllam libri faciem habentem, quum & inuito, & nesciente me, vul-

me, vulgatum cognouissem, incredibili dolore affectus, quo ei errori remedium aliquod adferrem, breviorē aliam librum statim, etiamsi contra animi mei sententiam, publicavi, in quo eadem res aliquanto diligentius tractarentur, sed & is, quum immaturus & celeriter confectus esset, non omnī ex parte incorruptus, & integer exire potuit: res enim magni laboris, & multarum vigiliarum longius omnino tempus desiderabat. Unde quibusdam rebus non ita accuratē exploratis, vt librum quamprimum publicarem, coactus sum: ne, quae in priore opere iam edita erant, falsa, incertaq; legentium mentibus obreperent. Atque hac ratione factum est, vt etiam in posteriore editione ad eundem modum, sed tamen multo lenius peccatum sit, & incorrupta, ac quae in rerum scriptore maxime desideratur, certissima veritas, ad amicum non respondeat. Caterum ab his, quorum interest admonitus, probatissimisq; amabilibus, & vetustissimis publicis monumentis subleuatus, certissimam rerum seriem et veritatem inueni. Ob has igitur causas librum ipsum longē locupletissimum, accuratissimā diligentiam iam magna ex parte concinnavi, quo Romanorum Pontificum & Cardinalium, quorum memoria exstat, vitas effuse scripsi: At qui quum res magni et difficilis negotij sit, non ita facile, quanquam iam diu multumq; in eo elaborauerim, confici potuit. Interim amicorum, quorundam grauium hominum hortatu, dum liber meus publicetur, Platinam, qui iam in officinis esse desierat, multis mendis purgatum restitui, annotationibus illustravi, & quanto breuius & diligentius à me fieri potuit, xiiij sequentium pontificum à Xysti iij. (vbi ille scribendi finem facit) Pontificatu, ad nostra vsque tempora adiunxi. In quibus describendis, praeter priuatos publicosq; annales, diaria, & acta consistorialia, Raphaelē quoque Volaterranum, & Paulum Iouium praecipue auctores sum secutus, quin & aliquot exijs ab ipso Iouio breuissimē mutuatus sum, publicam studioserum utilitatem vbiq; atque eam solam respiciens. Acquisissimum nanque, mihi videbatur, vt qui ad hactenus legendas animum adiecisset, ne, quum iam ad finem ferē peruenisset, praeproperē ac parum opportunē destitueretur. Qui si cupiditati suae (neque enim auiditatem ipsius explere volui) sed tamen, si cupidati suae aliqua ex parte crediderit à me factum esse satis, tum ego, quem ex

hoc labore meo vnicū cupio, eundem mihi videbor fructum abunde consecutus.

XYSTVS PAPA IV.



GENS Roborea, quae & de Ruere dicta 221.
 Gest, Augusta pratoria Taurinorum orta, inter Subalpinas nobilis, à Longobardis originem ducere, multorum consensu traditur. Cuius familiae auctorem fuisse Hermundum, qui Ragumberti ducis Taurinensium, Pauli Diaconi in historia Longobardica testimonio clari, tempore circa annum Domini DCC, vixit, antiquis annalibus relatum est. Castellum vicus nouus eius familiae vetus ditio, nam Cincianum, & Riualba posterioribus temporibus acquisita fuere. Simo Ruereus ob pinguedinem cognomine Crassus, ante multos annos ex Taurinis in Ligures concedens, ad vada Sabatia, quam nunc Saonam vocamus, substitit, à quo gens de Ruere manauit, inter eius ciuitatis familias non postrema. De Ruere autem gentis nomen est vernacula lingua, quod nos Latine robur appellaremus, vel potius quercu, ab insigni gentilitio clypeo, quod est quercu aurea expressum. Ex ea quae quercu Saonae familia de Ruere, Xystus papa I v. originem duxit, cuius parentem fuere Leonardus, vir inter vrbis suae ciues honoratus, & omnibus in patria magistratibus functus, & Luchina Munliona honesto loco Saonae nata. Exstant adhuc Leonardi, & patris auique sui cum elogijs in ecclesia cathedrali Saonenſi sepulchra, ante omnem Xysti fortunam condita, isthaec referentia: Natus est Xystus x i i. Kalend. Augusti, anno Domini

mini MCCCXIII. Iohanne XXIII. Romano pontifice. Cellis, qui est pagus maritimus, ab Vrbe Sauona quinque millibus passuum distans: eo nanque parentes confugerant vitandæ pestis causa, quæ tum maximè Ligures vexabat. Videre per somnium visa est mater, ante partum editum infantem à beatis Francisco & Antonio cucullam & cingulum piè ac sanctè indui, quo habitu ipsorum diuorum fratres vtuntur, Minores vocati. At verò dum obstetrix puerum, cui propterea Francisci nomen inditum fuit, vt sit, accuratè in balneo lauaret, ipsumque in vndis aliquando deficientem, ac penè mortuum ad matrem detulisset, illa somnij memor, vouit se induturum filium S. Francisci habitu, facturamque vt eundem sex mensibus ferret: quo semestri transacto, amoto habitu, puer iterum in grauem infirmitatem incidit, annum iam natus, & eo amplius, cæterum voto repetito, mater statim filium incolumem recepit, & quum parumper creuisset, nonum agens annum, cœnobio adiectus est sancti Francisci. Cuius pueri curam suscepit Iohannes Pinarolius vir optimus, à quo ordinis mores, vitamque fratrum Minorum instructus, grammaticam tanto studio perdidicit, vt breui Ciceronis volumina, partim ab alijs audierit, partim verò ingenij acumine, nulla alterius opera intellexerit. Cherium deinde vbi adoleuisset profectus, Dialecticæ & Logicæ doctores eius loci audiuit ita diligenter & accuratè, vt postea facultatem eandem ipse alijs legerit. Papiæ deinde & Bononiæ celeberrimis gymnasijs philosophiam, & theologiam didicit, præceptoribus vsus Iacobo Textore, & Andrea Nolano doctissimis viris. Vigesimo ætatis anno nondum, doctorum capitulo generali sui ordinis Genuæ congregato, ita copiose, ita disertè & eleganter disputauit, vt vnus omnium doctissimus existimatus sit, & à generali ministro ordinis Guillelmo Casali maximis laudibus ornatus. Patauij demum magisterij gradu suscepto, philosophiam & theologiam multis in gymnasijs vt Patauino, Bononiensi, Papiensi, Senensi, Florentino, & Perusino publicè professus est. Hominem tota Europa clarissimum, quum multi alij præclari viri, tum præcipuè Bessarion Cardinalis Nicænus, vir Latina & Græca doctrina insignis, frequenter audiuit, cuius familiaritate ita delectatus est, vt eodem per sæpe vsi sint contubernio. Sacras conciones annuis xxx. diebus, in omnibus se-

re Italia vrbibus, magna hominum gratia habuit. Ministri generalis Iacobi Sarguella postea socius factus, non longè post Liguriæ provincialis, quem ministrum vocant primum, deinde sui ordinis in Romana curia procurator, & totius Italia generalis vicarius, postremo in capitulo generali Perusij celebrato, omnium votis Iacobo Sarguella ob senium abdicante minister generalis est renuntiatus. Quibus in magistratibus tanta gratia & auctoritate apud omnes valuit, vt nihil quamuis difficilè & arduum, tentarit, quod non facilè fuerit consecutus. Pius II. enim maximo in precio semper habuit. Qui verò ei successit Paulus II. eius doctrinæ fama permotus, annitentibus maximè Bessarione Nicæno, & Francisco Mantuano cardinalibus, illum absentem & inscium: (Papiæ enim morabatur Venetias iturus) Cardinalem presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, cum alijs septem anno M. CDLXVI. xiii. Kal. Octob. creauit. Qui Romanam veniens comiter ab omnibus susceptus, & quorundam cardinalium benignitate adiutus (pauper enim erat) ædes S. Petri ad Vincula rimosas, & ruinæ proximas, ita restituit, vt ab se & familia percommodè incoli possent. Cuius in cardinalatu potissimum institutum fuit, vt familiam aut partem officio contineret. Nec tamen eum aut parua dignitas, aut grauis simarum rerum cura à studijs literarum auocauit. Nam in Cardinalatu librum de sanguine Christi, & de futuris contingentibus edidit. Scripsit etiam Commentarios de potentia Dei, de Conceptione Virginis, & contra errores cuiusdam Carmelitæ Bononiensis, qui affirmabat. Deum sua omnipotentia damnatum hominem saluare non posse. Aggressus est & aliud opus, in que validis rationibus ostendere nitebatur, D. Thomam Aquinatem & Scotum in sententijs conuenire, quanquam verbis differrent ad tollendas discordias & altercationes inter Prædicatores & Minores. Tantè enim doctrinæ habebatur, vt hæc vni ex cœtu Cardinalium ad fidem pertinentia potissimum committerentur, quibus rebus dum studiosius operam daret, Paulus papa II. viij. Kalend. Augusti noctis hora tertia, morte repentina diem clausit extremum. In cuius locum omnium Cardinalium suffragijs, qui xvij. tunc erant, in conclauis reclusi in palatio apostolico apud S. Petrum, v. Idus Augusti xij. vacantis sedis die, anno Domini MCCC LXXI. Romanus pontifex renuntiatus est, La-

tino Vrsino Roderico Borgia cancellario, & Francisco Gonzaga magnoperè suffragantibus, cuius beneficij pontifex memor, Latino quidem camerarium, Roderico abbatiam Sublacensem, Gonzaga verò monasterium S. Georgij concessit. At veid viij. Kal. Sept. in coronationis suę solemnibus, dum in magna populi frequentia lectica portaretur apud Basilicam Lateranensem tantus repente tumultus exortus est, dum Romani quidam cives in via ab equitibus pontificijs premerentur, vt maximum vitę periculum adierit; faxis enim seu casu seu ex composito appetitus, à lecticarijs certè destitutus fuisset, nisi Latini cardinalis auctoritas, à quo seditio sedata est, intercessisset, coronatione celebrata ad rem ecclesiasticam Christianamque componendam animum adiecit, atque ante omnia concilium Laterani se indicturum ostendit, in quo & res ecclesiasticę corrigerentur, & de bello Turcis indicendo tractaretur, quemadmodum Pius papa II. instituerat. Cæterum dum imperator Fridericus III. concilium Vtini in Carnicis loco magis opportuno à pontifice indici contendit, pontifex verò iure id facere recusaret, re in longum protracta, alia remedia queri placuit. Patrum igitur consensu, Xystus I v. legatos summa cum potestate creauit, Bessarionem Nicænum in Galliam, Rodericum Borgia cancellarium in Hispaniam, & Marcum Barbum in Germaniam & Pannoniam, qui inter se dissidentes Christianos principes ad concordiam reuocarent. Ludouicus enim XI. rex Gallorum ducibus Carolo Burgundię, & N. Britannię arma intulerat, reges Ferdinandus Arragonum, & N. Iustinię ob regnum Castellę legitimo rege destitutum ad foedum certamen venerant. Pannonię & Polonię reges de regno Bohemię vacante inter se bello decertabant. Prioribus legatis quartum adiecit Oluerium Carafam, quem classi maritimę in Turcos paratę præfecit, magna cum impensa, singulis enim legatis in singulos menses quingenti aurei assignati. Legati, qui ad reges profecti fuerant, rebus parum feliciter gestis, rediēre. Eugenij porro, Nicolai, Calisti, Pij & Pauli creditoribus vnā concurrentibus, quum initio pontificatus pecunię deessent, gemmis quas Paulus II. in thesauris reliquerat diuenditis, satisfieri voluit. Aerario enim inani, non nisi quinque millia aureorum præter hominum opinionem inuenit. Auditis deinde publicè & per benignè o-

ratoribus Christianorum principum, qui sedi apostolicę & ipsi obtemperaturos se, quemadmodum mos est, pollicebantur, duos Cardinales proximis quattuor temporibus natalis Domini designatos, eo die in publicum misit, quo legati domos quisque suas magno cum honore reducti sunt. Horum alter fuit Petrus Riaria mediocri familia Saouonę ortus, & ab eo à teneris annis in ordine S. Francisci educatus, quem episcopum Taruisinum ante ab se dictum, presbyterum Cardinalem tituli sancti Xysti creauit. Alter verò Iulianus Raphaëlis fratris filius episcopus Carpentoratensis presbyter Cardinalis sancti Petri ad vincula tituli Eudoxię fuit. Is postea pontifex maximus renuntiatus, Iulius II. vocatus est. Xystus enim suorum amantissimus ac indulgentissimus, omnium iudicio est existimatus. Quorum causa multa præter fas iusque egisse & concessisse vitio illi datum est. Petrus ipse amplissimis sacerdotiorum redditibus auctus, ita splendidus erat, vt pecunię perdendę natus esse videretur, nam eo biennio, quo tantum post eo superuixit, ducenta aureorum millia in victu absumpsisse, lx. verò millia æris alieni, argenti autem cælati CCC. pondore reliquisse traditur. Obijt voluptatibus confectus, annorum xxix. sepultus ad S. Apostolos. Paulò ante obitum creatus à Xysto fuerat totius Italię legatus. Qua decursa & vbique ac Mediolani præserim, Venetijs & Patavij honorificentissimè susceptus, Romam, vbi non longè post excessit, reuersus est. Cuius frater Hieronymus ex tenui alioqui & humili fortuna, in eius potentię locum succedens, & Forocornelij ac Foroliuij princeps factus, post eum rem omnem ecclesiasticam administrauit, ingenio magis seuero ac voluptatibus minimum præter vnā venationem, deditus. Vxorem is duxit Catherinam Galeatij Insulbrum ducis ex concubina filiam, cuius rei causa filium eius Afcanium Cardinalem Xystus postea creauit. Post hos verò pontifex fratrum sororumque filios, quos multos habuit, ad magnos honores diuitiasque prouexit. Nam Leonardum fratris filium, data ei in matrimonium regis Ferdinandi filia notha vrbis præfectum dixit, & in eius defuncti locum alterius fratris filium Iohannem Iuliani Cardinalis fratrem suffecit, Sorę ac Senogallię principatu adiuncto. Is ex vxore Iohanna Friderici Feltrij Vrbinatium ducis filia Franciscum Mariam genuit, qui post auun-

auunculi Guidonis Vbaldi sine mascula prole obitum iure hæreditario, adoptionis & dotis nomine ducatum Urbini obtinuit. Christophorum deinde & Dominicum Rùueros fratres patria Taurinenses, ex regulis Vicinoui successiuè, item sororis filium Hieronymum Bassum, & Petri Riarij sorore natum, Raphaëlem Sansonium, qui Riarium nomen tulit, annorum xvij. & Iohannem Iacobum Sclafenatum Mediolanensem Parmæ episcopum cubicularium suum, quem seruitio solo sibi acceptum & gratum ex humili loco in altum euexit, Cardinales diuersis temporibus dixit. His inter quattuor & triginta, quos varijs lectionibus in senatum cooptauit, Stephanum Nardinum, Iohannem Baptistam Cybo, Georgium Lusitanum, Ioannem Arragonium Ferdinandi regis filium, Iohannem Columnam, Ioannem Baptistam Sabellum, Ioannem comitem, & Baptistam Vrsinum è proceribus Romanis adiunxit. Initio pontificatus in Lateranum canonicos sæculares reduxit, eiectis inde à Romanis statim post Pauli mortem regularibus, quos olim Eugenius I v. vt in antiquam possessionem, qua à Bonifacio viij. iniq̃ue spoliati fuerant, introductos, Calistus iij. expulerat, Paulusque ij. restituerat: hisque templum S. Mariæ de pace ab se media vrbe constructum concessit. Quum verò admodum liberalis esset, nec vlli prorsus negare quicquam sciret, plurimis eadem gratias importunè rogantibus sepe concessit. Qua de causa, vt litium & discordiarum initia & occasiones tolleret, subsignandis libellis Iohannem Monte mirabilem virum in aula exercitatum & industrium, seueriorisque ingenij præfecit, quod non ritè concessa inducere posset. Ad arma conuersus, quibus maximè deditus fuit, initium à bello Turcico fecit. Prima expeditione dum classem in Turcas misit, legato & duce Oliuerio Carafa Cardinale Neapolitano, centum millia aureorum expendit; secunda verò lxxv millia Laurentio patriarcha Antiocheno fratris filio, qui Oliuerio successerat, vnà cum Ferdinando & Venetis tantum bellum administrante. Nam cum Oliuerio pontificis nomine cum xxiiij. triremibus bellum gerente, quinquaginta Venetorum, Ferdinando verò xxiiij. triremes communibus auspicijs militarunt. Nihil tamen præclarè gestum est nusquam prodeuntibus ex Bosphoro in Aegeum hostibus. Smyrna tantum in Asia capta, incolæque omnes abacti. Oppugna-

re quidem Sataliam ante adorti erant occupato per vim portu, refractaque cathena ferrea, cuius partem foribus Basilicæ Vaticanæ præfixam nunc etiam cernimus, sed defendentibus acriter, qui in præsidio erant Turcis prælium omittunt, atque ita re infecta abeuntes plus terroris quàm calamitatis hostibus intulere, quum fere omnium constans fama esset, Christianos eo anno magnam Asiæ partem occupaturos fuisse, si ipsi mari, quemadmodum Vsumcassanus Persarum rex terra, Turcas vexare voluissent. Per quos verò steterit, quò minus res ex sententia gereretur, haud satis liquet. Quum Volaterrani in Etruria, occiso propter imperij acerbitatem & Salinarum controuersiam prætor Florentino à Florentinis defecissent, Xystus veritus ne eius rei occasione Italix pax turbaretur, motus etiam Florentinorum precibus, eò statim copiarum suarum partem misit, quibus factum est, vt Volaterrani expugnati perdomitiq̃ue temeritatis atque scruitix suæ poenas dederint. Interim Pontifex imperij diuturnitate, viribus instauratis, vt erat inagni animi vir, pontificiam dignitatem augere, imperium armis proferre, & Hieronymum Riarium amplissimis fortunis honestare cupiens, fœdere cum Arragonio Ferdinando Neapolitanorum rege inito aliquot in vmbriæ tyrannos tumultuantes, & aduersus ecclesiam minus quàm beneficiarios deceret, contumaces tollere constituit. Ingenti igitur exercitu ab se congregato, imperatorem Fridericum Feltrium, quem ex comite Urbini ducem nullo non honoris genere adhibito, creauerat, tum absentem, legatum verò fratris filium Iulianum cardinalem S. Petri ad vincula præfecit. Legatus ducis aduentu non expectato, in Tudertinos primum, deinde in Spoletinos tumultuantes, pontificique rebelles impressionem facit: quos Iulio Varano Camertium duce opem ferente, sedatis intestinis discordijs factionumque capitibus relegatis, in ecclesix fide non sine maxima Spoletinorum clade continuit. In Nicolaum deinde Vitellium Tifernatem Regulum, ferocis ingenij hominem arma mouit, quem cum antea Xystus amicum habuisset, Laurentij Tifernatis acerrim: Nicolai hostis impulsu, pontifex bello persequeretur. Vitellius impar pontificijs viribus, post trimestrem oppugnationem. Urbinatium ducis Friderici aduentu audito vibem legato hac conditione dedit, vt ei tuto viuere priuati hominis more in patria li-

ceret. Cauerat autem iam sibi Nicolaus amicitia ducis fretus, ut accepto à pontifice quanti bona eius vendi possent precio, exsulatum quod vellet, abiret. Ceterum aliquot annis post ciuibus fauentibus in urbem reuersus, arcem quam Xystus, quo ciuitatem in suam potestatem facilius continere posset, extruebat, disiecit, seque intra oppidum firmo praesidio munivit. Porro autem longam illam trium mensium obsidionem non absque Laurentij Medicis, qui tum in republica Florentina principem locum obtinebat, pecunia, auxilijsque tulit. Qui tranquillitatis atque otij studio potentiam principum in Italia exaequatam volebat, nec pontificis sibi ex mutata quadam æmulatione, & fratris Iuliani in cardinalatus petitione repulsa parum amici, vires nimio plus crescere patiebatur, vnde aduersarium se libidini eius, moderatæque cupiditati semper ostendit. Pontifici ita irritato, insignem aliam contumeliam adiunxit. Totis enim viribus operam dedit, ne pontifex Imolam Flaminiae urbem, quam Forum Cornelij vocant, emeret, quam princeps egestate coactus venalem proposuerat, eiusdem Regulo per amicos mensarios magna pecunia subleuato. Ita ut iam Laurentio cum pontifice aperta simultates intercedere viderentur. Quæ res Mediceis, ut post dicam, penè exitio fuit. Dum hæc in Italia geruntur, Scodra, quod nunc Scutarum vocant, ditionis Venetæ oppidum à Turca oppugnabatur, quod Xystus commeatu & pecunia iuuit. Tunc urcæ munitissima recepta arce ea ad occupandum Epirum, & deinceps Illyricum vteretur. Simultas interea inter Xystum & Mediceos adeo creuerat, ut pontifex ab aduersa Mediceorum factione, cuius princeps Franciscus Patius nobilis Trapezita erat sollicitatus, clam egerit, ut conspiratione facta fratribusque Mediceis Laurentio & Iuliano interfectis, respublica sui ipsius arbitrio constitueretur. Xystus tamen ne tam atrox scelusque consilium sanctis auribus admisisse videretur, rem totam occultè tractandam, perficiendamque Hieronymo Riario demandauit, egitque cum Ferdinando Arragonio, ut Alfonso eius filius cum exercitu in Etruriam mitteretur, ea spe, ut sublatis aut eiectis Mediceis Florentinos sibi eo beneficio obstringeret, quorum postea opera subnixus maiore cum auctoritate pontificatus dignitatem tueretur. Totum igitur negotium Hieronymi nomine datum est Ioanni Baptistæ Mon-

tescco, qui erat & Hieronymo fidus maniac ingenio promptus. Florentiæ verò conspiratorum capita fuere Bartholomæus Saluiatus archiepiscopus Pisanus, Laurentio ob priuatam veterem similitudinem offensus, Franciscus Pactius, & Iacobus Poggij oratoris clarissimi filius. Atque ut rem tutius aggrederentur, Florentiam mittitur Raphael Riarius cardinalis sancti Georgij, Hieronymi sororis filius adolescens, qui tum in gymnasio Pisano commorabatur, ut si qui dubij ac timidiores forent, eius presentia & auctoritate, maiore fiducia ad maturandam cædem inducerentur. Coniuratione igitur inita in quam plures nomina dederant, ut vi. kalend. Maij die Solis in augustissimo diuæ Reparatæ templo conspirati, Mediceos fratres sacris mysterijs assistentes adoriuntur. Ibi Iuliano interfecto dum Laurentius leui vulnere saucius in sacrarium ab ædituis incolumis, coniuratis ianua prohibitis, receptus esset, archiepiscopus Pisanus, & Iacobus Pognius curiam occupare tentarunt. Tam immanis sceleris rumore per urbem delato, quum Laurentium seruatum esse cognitum esset, impetu in coniuratos à ciuibus & magistratibus Mediceæ factionis studiose facto, Pisanus archiepiscopus, & Iacobus Poggij capti statim cum omnibus comitibus, è fenestris suspensi laqueis præcipitantur, Antonius Volaterranus & Stephanus sacerdos, qui Laurentium aggressi fuerant, Franciscus Pactius coniurationis princeps, qui Iulianum occiderat omnesque eorum affines, satellites, & qui aliquam eius operam tanto in scelere nauassent laqueis strangulati eundem vitæ exitum habuerunt. Nil eo spectaculo atrocius fuisse memoratur, Montesco demum, à quo quæstionibus habitis totius coniurationis series exorta est, interfecto, Cardinalis, qui ad aram maximam primo rumore confugerat, Laurentij precibus vix seruatus, & in custodia aliquandiu detentus, non longè post eius innocentia cognita in pontificis gratiam est dimissus. Hac re irritatus Xystus, quod sacro viro & archiepiscopo ita foedè interfecto cardinalem quoque captiuum fecissent, Hieronymo instigante grauissimum Florentinis, sacris omnibus interdictis, bellum intulit. Ecclesiastici exercitus imperator dux Urbini Fridericus lectus, qui in Flaminiae finibus arma parabat, pro rege verò Ferdinando pontifici foedere coniuncto aderat iam cum exercitu Alfonso

filius Calabriae dux, Florentini eo bello Gal-
 lorum regem, Venetos, Mediolanensem, Man-
 tuanorum, & Ferrariensem principes fau-
 tores habuere. Quod aliquot cladibus vtrin-
 que acceptis, oppidisque nonnullis à duce ex-
 pugnatis, Laurentij postremo Medicis dili-
 gentia & studio, nulla re insigni in eo gesta fi-
 nitum est. Is ad regem Neapolim profectus,
 eius animum prudentia, auctoritate & diser-
 tissimis rationibus ad eum expugnauit, ut pa-
 cem ab eo & foedus haud iniquis conditioni-
 bus Florentiam reportarit, in quo aperte il-
 lud adiectum erat, ut Arragonij & Florenti-
 ni, si bellum alicunde ingrueret, certa collata
 pecunia, mutuis auxilijs iuuarentur. Initi eius
 foederis fama Xysti papae animum grauissimè
 perculit: & haud dubiè primo quoque tem-
 pore res nouas moliturus esse videbatur, nisi
 eius consilia repentinus Turcarum aduentus
 discussisset. Qui Hydrunte in Salentinis vi ca-
 pta, Italiam omnem incredibili terrore com-
 pleuerant. Tum Xystus Turcico tumultu ex-
 territus, pacem cum Florentinis fecit, & mul-
 tæ nomine quindecim triremes ijs ad bel-
 lum Turcicum imperauit. Illud memoratu
 dignum, quod Florentino bello ardente,
 quum ab aduersariorum legatis Xystus papa
 huius controersæ, quæ iniusta videbatur, oc-
 casione ad concilium citatus fuisset, ipse in-
 genti animo, summaque constantia respon-
 disse fertur: Se concilium quidem libenter ad-
 missurum, vbi speraret se omnium illorum
 principum, criminibus patefactis, res pluri-
 mas ecclesie ablatas, ab ijs repetiturum. Vnde
 qui illum metu expugnare sperabant, ab eo-
 dem perterriti alia perfugia quaesiere. Per hæc
 tempora Cypri regibus patre & filio mor-
 tuis, Veneti insulam, quod regis nouissimè de-
 functi mater Veneta è gente patricia Corne-
 lia hæres esset, ne in Turcarum potestatem ve-
 niret, occuparunt. Oppugnabat eodem tem-
 pore Rhodum maximis viribus Mahometes
 ille, qui Constantinopolim ceperat. Verùm
 eam acriter Petro Daubusa magno magistro
 tuente, re infecta discedere coactus est, & fu-
 rorem suum in Italiam conuertit, vbi Hy-
 drunte (vt dixi) capta quum Italiae omni mi-
 nitaretur repentino morbo oppressus, & suos
 in Italia fortissimè repugnantes destituit, &
 Christianorum principum animos longè ma-
 ximo metu liberauit. Cuius mortis & receptæ
 Hydruntis nuntio confirmatis pontifex, qui
 iam de relinquenda Italia cogitauerat, Vene-

tis fauere coepit, qui Herculi Estensi Ferrari-
 ensium duci bellum atrox maximè repenti-
 num intulerant. Xystus porro cum Venetis
 foedus inierat, vt ex Herculis calamitate, si vi-
 ctiores Veneti euassissent, Hieronymi Riarij po-
 tentiam amplificaret. Herculi adiuuere Ferdin-
 andus rex socer, Florentini, & Ludouicus
 Sfortia, qui tutor pueri principis Infubrum
 imperio potiebatur. Hic communicatis
 consilij Fridericum Vrbinatum ducem, ex-
 ercitus imperatorem creatum, in agro Ferrar-
 iensi Venetis se opponunt. Alfonso regis fi-
 lium in agrum Romanum cum valido exerci-
 tu maturare iubent. Pontifex exercitus sui du-
 cem Robertum Malatestam Sigismundi fi-
 lium creatar, quem venienti Alfonso obiecit.
 Is ad Latinam vsque portam infesto cum exer-
 citu veniens, magno Vrbi terrore fuerat, nihil
 sese propterea animo demittente pontifice
 fortiterque armis rem gerente. Signis ad
 Campum mortuum in agro Veliterno colla-
 tis Alfonso numerosior exercitus, Roberti vir-
 tute à pauciori milite superatus, capti proce-
 res omnes, & Romam adducti sunt. Dux ipse
 Antium vsque fugiens, Neapolim trepidus se
 recepit. Verùm Robertus, cuius virtute tanta
 victoria parta erat, triduo post celeriter ex-
 stinctus suspicionem suscepti veneni reliquit.
 Iisdem diebus ipse etiam Fridericus Vrbinas,
 qui Venetis oppositus bellum pro duce Fer-
 rariæ gerebat, in castris ad Stellatam, Guido-
 ne Vbaldo filio superstite moritur. Pace pau-
 lò post inter pontificem & regem facta, capti-
 ui omnes in pugna ad Campum mortuum re-
 missi, & cardinales Columna Sabellusque,
 quos belli initio sibi tanquam regis fautores
 suspectos in Hadriani molem pontifex con-
 iecerat, dimissi. Columnenses quoque qui re-
 gi foedere coniuncti, illum intra oppida sua
 susceptum comœtu adiuuerant, sibi que
 multis inlatis incommodis vbique aduer-
 sati fuerant; primum quidem venia dona-
 uit, deinde grauius bello persecutus est,
 quum Laurentius protonotarius ex ea fa-
 milia rursus contumax nimium videretur,
 quem tumultuantem Romæ in domo sua ar-
 mis cohorteque pontificia, tum Vrbinorum
 auxilio expugnatum captumque breui tem-
 pore post in arce securi percussit. Eo-
 rum insuper iam omnia ferè oppida ceperat,
 quum medio ardore belli factus functus
 est. Dum bellum cum Columnensibus Xystus
 gereret, foederatorum principum precibus
 sol-

sollicitatus, qui Venetum imperium Hercule ferè oppresso crescere ægrè ferebant; à Venetorum societate auulsus, fœdus cum cæteris Italiæ principibus aduersos Venetos percussit, eosque monuit, vt à Ferrariensi agro penitus abstinerent, illos autem non solum non obtemperantes, sed quantò maxime studio atque apparatu fieri posset, bellum instaurantes, sacris interdixit. Conuenère tum totius Italiæ principes apud Cremonam, vt de bello cõsultarent. Communiquè omnium sententia Venetorum furori, vt obuiam iretur decretum. Igitur magna vi ac ingentibus copijs bellum subinde redintegratum est, quo nullum grauius ac periculosius antea Veneti gesserant. Iamque Alfonso ducis Calabriæ ductu fractæ eorum vires videbantur, nisi Ludouicus Sfortia à socijs discedens, victis iam planeque perdomitis præter omnium sententiam, æquissimam pacem inuictò etiam Xysto, attulisset. Tot itaque præliorum & bellorum sumptibus pontifex exhaustus, quum magna pecuniæ vi indigeret, noua collegia primus omnium Romanorum pontificum, quæ uenirent, excogitauit. Dato itaque negotio Sinolfo de Castro osterio notariotario viro solerti, & industrio Breuiatores minoris præsentis restituit, à Pio creatos, & ab eius successore Paulo II. sublato, quorum loca quingentis; postea sollicitatores, quorum trecentis uenière. Deinde certos ad stipulatores sine quibus nullæ possent confici tabulæ, Ianicero- rum quoque Stradiotarum, & Mamaluchorum officia induxit. Ex quibus Mamaluchos & ad stipulatores, qui ei successit Innocentius VIII. abrogauit. Postremo apostolici fisci nouem notarios constituit, quibus redditus vnus assignauit qui antea cunctis præerat. Atque hac ratione Romanæ aulæ libertas in compedes quasi coniecta omni industriæ ac laboriosi ingenij diligentia sublata, quum non nisi pecunia hæc munera parentur, quæ antea gratuito doctis & probis uiris tribui solebant. Primus etiam vendidit officia procuratoris Cameræ notariatus apostolici, protonotariatus Capitolij, notariatus Gymnasij, metiendi salis, & camerariatus vrbs. Vectigalia noua inuenit, vetera auxit. Plures à sacris hominibus decimas non sine maxima auaritiæ nota exegit. Sed hæc seu temporum necessitati seu uerius proximis, ac ministris eius tribuenda existimo, præsertim quum nemo ad eam diem pontificum, nec animo ad munifi-

centiam liberalitatemque propensior, nec in dando hilarior, nec in promerendis hominibus promptior fuisse memoratur. Miseros enim atque à Turcis, vel alias ob calamitates auitis sedibus, & imperijs eiectos Andream Palæologum Peloponnesi, & Leonardum Toccum Epiri despotas, honestis sumptibus aluit. Sophiæ Thomæ Palæologi filix Ruthenorum duci in matrimonium collocatæ, præter alia munera, dotis nomine sex millia aureorum donauit. Carolettam Cypri, & N. Bosfinæ reginas regnis fortunisque omnibus spoliatas, & ad se supplices confugientes, benigne suscepit, suaque munificentia sublenauit. Christiannum virum religiosissimum Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, & Gothorum, ac N. Bossinæ & Valachiæ annis grauem & senio confectum reges, item N. Saxonum, & Alonsum Calabriæ duces, voti causa ad limina Apostolorum, & ad se salutandum mira cum deuotione uenientes, magnificentissimis sumptibus in Palatinis ædibus excepit. Idem Ferdinando Arragonio Neapolitanorum regi, ad Iobileum cum magno comitatu uenienti, regio apparatus officia omnia præstitit, & annuum censum, quem ecclesiæ Romanæ debitum pendebat, equo tantum falerato tributum nomine retento eidem remisit: eius filiam Leonoram per Urbem ad maritum Ferrariæ ducem transeuntem pompa & donis regijs profecutus est. Et vt à profanis ad sacra transeam, B. Bonauenturam ordinis sui olim Cardinalem virum doctissimum, & miraculis clarum inter diuos retulit. Multas ueteribus solemnitates adiunxit, vt Conceptionis & Oblationis beatissimæ Virginis Deiparæ, sanctorum Annæ, Iosephi & Francisci, quas in ecclesia celebrari iussit. Priuilegia à pontificibus, qui ante eum fuerunt, iure quattuor mendicantium ordinibus concessa, quieti ecclesiæ & communi saluti consulens, amplissimis diplomatibus confirmauit, & auxit. Pro quibus rebus quantoperè dilectus sit, facile suspicari possumus, præsertim quum in operibus publicis construendis, vel reparandis æque maximus fuerit. Nam Urbem ante omnia à situ & cœno vindicauit, vijs Urbis primum munitis, & lateribus stratis, porticibusque & mœnians dissectis: quæ uias deformes & inconcinnas redditas obcurabant. Cui rei vicorum magistris ac curatores ab se institutos præfecit. Quum uero annus Iobileus instaret, quem ex quinquagesimo ad 25 cõraxit, primus-

primusque anno salutis MCDLXV. celebravit, animum ad religiosa loca, & peregrinæ multitudini ad Urbem venturæ opportuna instauranda adiciens, in primis pontem veterem Ianiculensem iam diu antè disiectum, quem ruptum meritò ciues appellabant, publicæ commoditati, & decori, à fundamentis magna cura & impensa ex Tiburtino lapide restituit, suoque de nomine Xystum vocari iussit, opus sanè omni antiquo principe dignum. Xenodochium S. Spiritus obsoletum ac sordidum, & vetustate pene collapsum, totum vsque ad solum disiecit, & pulcherrimis ædificijs in meliorem splendidioremque formam ampliavit. Quumque pueros expositos puellasque ad pedes suos cum nutricibus prostratos vidisset, locum habitandi ijs assignavit, mandavitque, puellas nobiles maritis cum honesta dote locari, nonnullas verò religiofiores infirmorum servitio perpetuo dicit. Nobilium quoque calamitate & egritudine motus, seorsum à promiscua plebe loca idonea decenterque ornata, his attribuit. Religione deinde & singulari pietate inflammatus, qua semper beatam Virginem profecutus est, nobilem ædem cum amplissimo cœnobio S. Mariæ de populo ordinis Augustinianorum à fundamentis erexit. Templum S. Mariæ de pace cum monasterij parte canonicis regularibus S. Augustini ex congregatione Frisnaria Laterano pulsus media vrbe de nouo ædificavit. Nam Oliuerius Carafa cardinalis Neapolitanus monasterium ipsum postea totum à fundamentis exstruxit. Diui Petri in Vaticano Basilicam ante repurgatam marmoreis & vitreis fenestris templo accominodatis dilucidiorum reddidit, & ruinam sinistro latere minantem, additis lateritijs repagulis confirmavit. Basilicæ quoque Constantinianæ repurgatæ & in angustiorem formam redactæ latera stravit. Palatium vetus Lateranense ruinofum refarciuit. Multas per urbem sacras ædes vetustate labefactas, in his SS. Apostolorum absidam, S. Petri ad Vincula, S. Sufannæ, S. Vitalis, SS. Nerei & Achilei, S. Balbinæ, SS. Quirici & Iulittæ, S. Viti in macello, S. Saluatoris trans Tiberim, & alias multas sua impensa, vt ex eius insignibus, & elogijs liquet, refecit. Muros vrbs multis locis temporum iniuria collapsos instauravit. Utilitati vrbis consulens ductus aquæ Virginis pene confractos, eliminatos perpetuo fornice à monte Pincio ad Triuij fontem cum aqua perduxit. Cloacas vr-

bis, qua sordes in Tiberim vehuntur, repurgatas firmavit. M. Aurelij statuam æneam equestrem humili & sordido loco iacentem, in area Lateranensi augustiore loco exposuit. Aedes pontificias in Vaticano amplissimis porticibus deductis, renouavit, Prætorianis excubitoribus, qui pontificis corporis & palatij custodia, ab eo primum lecti sunt, magistratibus insuper & munera obeuntibus, loca quibus commodè habitarent, condidit, qui antea præter dignitatem in cellis penè penuarijs, situ squalentibus agitent. Bibliothecam Palatinam in Vaticano toto terrarum orbe celebrem Palatina præfecto, aduectisque ex omni Europa libris construxit, certosque prouentus, vnde custodes & librarij Græci, Latini & Hebraici mensura salaria, quibus alii possent, haberent, librique emerentur, assignavit. opus omnium præclarissimum, & pontifice maximo dignum. Nec his contentus reliquos patres sæpe hortatus est, vt exemplo suo profacultate quisque monumentis vel nouis, vel restitutis urbem exornarent. Vnde multa à multis exstructa sunt vel adornata, quemadmodum à Guillelmo Eustouteuilla episcopo cardinale Ostiense, & camerario nobilissimum templum cum Monasterio S. Augustini, cuius ordinis protector erat, & propinquum iuxta S. Apollonarem palatium, Basilica verò S. Mariæ maioris in exquilis ductis leua dextraque fornibus, item ostia cum arce ab eodem restituta sunt. Sed & cardinalis Agriensis ecclesiam SS. Sergij & Bacchi, cui præerat, ruinæ proximam refecit. Raphaël Riarius luculentissimas apud S. Laurentium in Damaso ædes tum inchoauit, ab alijs verò complura & egregia palatia fabricata, ita vt verè urbem ex Lutera Lateritiam se reliquisset, dicere iure posset, quemadmodum Augustum olim dixisse accepimus, se ex Lateritia marmoream. Meritò igitur versus hi simulachro eius in Palatina Bibliotheca adscripti sunt.

*Templa, domū expositis, vicos, fora, mœnia, pontem
Virginiam Triuij quod reparatis aquam. (tes,
Prisca licet nautis statuas dare commod. portus,
Et Vaticanum cingere Xyste iugum.*

*Plus tamen vrbs debet, nam qua squalore lute-
Cernitur in celebri Bibliotheca loco. (bat,*

Eius porro pontificatus fuit aliquot publicis calamitatibus insignis, in his maximæ & frequentes tempestates, fulgura, terræmotus, Solis lunæque defectus, bis Tiberis alueum egres-

egressus urbem totam inundavit, bella tota Italia exarsere, cometes pluries visus, magna in Vrbe annonæ & perpetua caritas, intestinæ tota ditione ecclesiastica, & præsertim Tuder-
ti Gabriele Catelano Guelphæ factionis prin-
cipe in vrbe interfecto, item inter Vrsinos &
Columnenses discordiæ & cædes. Illud quo-
que non negligendum, quod eo pontifice
mercatus, qui ante sub Capitolio fieri consue-
uerat, auctore cardinale Rothomagensi Ca-
merario, tum primum in circo Agonali iiii.
Nonas Septemb. die Mercurij, anno MCD
LXXVI. factus. Nihil enim vnquam Xy-
stus, quod publico vrbis decori & commodi-
tati esse censeret, quin perficeret, destitit.
Rem Romanam sedisque Apostolicæ dignita-
tem, ita intrepidè & egregiè tuebatur, & non
facilè cuiquam quamuis maximo principi ef-
set, ei aliquid molestiæ impunè inferre. Quod
quum in his, quæ supra dixi, tum in nouissimo
ostendit bello, quod cum Venetis & Genuen-
sibus socijs contra Herculem Estensem Ferdi-
nandi Arragonij, Ludouici Sfortiæ & Floren-
tinorum præsidij fultum, deinde contra Ve-
netos pro eodem duce gessit. In quo Venetis
iam contusis, & aliquot prælijs fractis, quum
pacem à socijs auctore Ludouico Sfortia præ-
ter eius voluntatem, immò se neglecto & in-
scio, datam conspexisset, animi dolore, poda-
gra insuper aggravante, qua in vltimis annis
maximè laborabat, in quintum diem in Vati-
cano palatio exspirauit, noctis hora inter
quartam & quintam, cui Idus Augusti illuxe-
runt, anno salutis MCDLXXIIII. ætatis
LXX. die XXII. pontificatus verò supra
diem quartum anno XIII. Cadauer in Basili-
ca sancti Petri æreo monumento conditum,
quod in Sacello ab se exstructo, Iulianus car-
dinalis sancti Petri ad Vincula fratris filius,
structuræ elegantiâ inter cætera vrbis orna-
menta in primis conspicuum ante arata

maximam faciendum curauit.

Vacauit tum sedes Ro-
mana dies

xvj.



INNOCENTII Papæ VIII. maiores ex 221
nobili Græcia ortos, ante quadringentos
annos Genuensium rebus maximè floren-
tibus, Neapoli & Genuæ urbibus Italiæ cla-
rissimis confedisse constat. Cuius migratio-
nis causas in re aded obscure & vetusta, haud
fatis exploratas habeo, Neapoli Tomacello-
rum nomen incertum quo casu adepti, inter
primarias eius ciuitatis familias locum te-
nuère. Quanquam sint, qui prodant Tomacel-
lorum nomen à gentis in ea vrbe principe
Tomacello viro egregio manasse: cuius pos-
teri, vetusto familiæ nomine relicto eius, qui
primus Neapolim accessit: prænomen pro fa-
miliæ gentilicio nomine vsurparunt, qui fre-
quentissimus per ea tempora mos fuit, id
quod multis facilè confirmari posset exem-
plis. Ex hac gente Bonifacius nonus Romanus
Pontifex ingentis animi & spiritus vir, cuius
maximè memorabilis exstitit pontificatus, o-
riginem duxit, qui annos XIII. in summo
sacerdotio, ante centum LXX. annos vixit,
cuius res gestas in meo de Pontificibus libro
accuratè descripsi. Eadem verò gens, quæ Ge-
nuam migravit auito nomine retento, Cybo
græca voce, ex gentilicij clypei insignibus ap-
pellati sunt. Est enim in eo rutilo colore de-
corato transuersa fascia pluribus quadratis
cæruleo atque albo colore alternis æquisque
spacijs confecta, quæ Cybi latinè græcè verò
χῦβοι vocantur. Hæc insignia vtrique gen-
ti communia sunt. Cæterum crux rubra, in su-
perficie argentea, quæ Genuensium publi-
cum



cum Insigne est, familiae Cybo clypeis adiuncta, superneque collocata, cuius stirpis proprium decus est, rebus egregie pro patria gestis, ut infra dicam, publice partum. Huius familiae homines ab eo usque tempore, quum florente Latinorum primum, deinde Palaeologorum Constantinopoli imperio oppidum Pera, quod prope Byzantium situm est, Genuenses obtinebant, omnibus honoribus, qui in libera ciuitate maximi atque amplissimi existimantur gestis in nobilium ordine, cuius partes tuendas susceperunt, clari insignesque fuere: plures vero ex hoc genere stirpes Genuae manasse, quae nunc in ea ciuitate inter nobiles relatae sunt, oratores ipsius Reip. ad Innocentium Papam VIII. more maiorum initio eius pontificatus missi, publice testati sunt. Quorum adhuc exstat oratio. Vniuersi generis honores exsequi, quia longum esset, familiae huius tantum breuiter percurram. Ante annos trecentos supra quadraginta Honorio III. Pontifice maximo Fridericus Cybo summo Saouensium sacerdotio praefectus insigne religionis & sanctitatis specimen dedit. Vigesimo anno post Lanfrancus Cybo inter eos, qui nobilitatis suffragijs adlecti Remp. obtinebant summum in ciuitate magistratum, qui consularis dicebatur, gessit, vir belli pacisque artibus instructissimus. Guillelmus Cybo, qui paulo post haec tempora equestri dignitate, quae tum eximia erat, a Friderico II. Imperatore ornatus enituit, nobilem in primis Legationem pro difficillimis Reip. negotijs ad Clementem III. Pontificem maximum obijisse fertur: cui in ea Legatione egregie de suis ciuibus merito crux rubra, de qua supra dixi, publice donata est, quae gentilicij clypeis addita, praeclearum summam laudis testimonium praebet. Sextodecimo post hunc anno, quo tempore Pisani cum Genuensibus difficili & periculoso bello decertabant, Mutius Cybo trirem priuatis sumptibus comparata, prope Calarum Sardiniae urbem ex prouocatione cum rostrata Pisana congressus, egregiam de hostibus victoriam est consecutus. Post hos circa annum Christi MCCC. Princiales Cybo, ut ex priuatorum hominum annalibus, qui seorsum diligentissimè conseruantur, intelligitur, cum principibus nobilitatis aduersus plebem coniurauit, quum nobiles omnem Reip. administrationem in se transferre, paucorum aliquot nobilitatis studiosorum conspiratione, mit-

terentur. Hos omnes virtute, prudentia, consilio, & animi magnitudine superauit, qui xxv. fere anno post vixit Daniel Cybo, qui aduersus Afros tam suis quam communibus Patriae auspicijs magnas res gessit, gratiaque & auctoritate plurimum inter suos ciues excelluit; cuius filia in matrimonium collocata est Luciano Grimaldo, in nobilitatis ordine primario, ac tum Domino portus Hercules Moenecci. Horum fere omnium meminit Augustinus Iustinianus, qui Italica lingua Genuensium annales conscripsit. Innocentij postremo patre Aaron Cybo, equestris ordinis vir, rerumque gestarum gloria clarissimus, in ciuitate sua diu vixit: eius enim forti, fidei que opera, ut lib. 7. de rebus gestis Alfonsi tradit Bartholomaeus Facius, primum Renuatus, deinde bello Neapolitano praefecto Alfonsus rex victor multis maximisque in rebus postea est usus. Nam quum per belli tempora, quo de iure regni Neapolitani Alfonsus, & Renuatus reges decertabant, Genuenses duce ipso Aaron viro forti ad DCCC. sagitta in is Renato misissent, & Adegauensis factionis dux Renato regi egregie opera nauasset, praefesse Neapolitanis iussus, ita illos pro rege abstineret, & summa cum integritate iure dicendo sibi deuinxit, ut parua victoria Alfonsus illum Neapolitanorum precibus adductus, & in gratiam receperit, & pro regem eundem is esse iusserit. Ita ille Romae quoque Calisto III. Pontifice maximo praefectus iuri dicendo, quem senatorem vocant, creatus. id munus summa cum laude gessit, eius adhuc in palatio capitolino cum elogio insignia exstant. Aaronis filius Ioannes Baptista, anno salutis MCDXXXII. natus, forma egregia animoque liberali, diu inter Alfonsi regis ministros fuit, quo mortuo in Ferdinandi quoque filij familia aliquandiu vixit; inde Romam veniens longo tempore in contubernio Philippi Calandrini cardinalis Bononiensis, qui Nicolai papae V. frater fuit, commoratus est: cuius etiam magnificas aedes proxime sanctam Laurentium in Lucina post eius obitum iam Cardinalis creatus obtinuit. Episcopus deinde Sanoneasis à Paulo secundo postea Melitenis à Xysto quarto, & datarius, demum Nonis Maij, anno MCDLXXIII. cum alijs vii. presbyter cardinalis tituli S. Balbinae primum, mox S. Caeciliae secunda patrum lectione dictus est, tam patriae studio, quam fauore Iuliani cardinalis S. Petri ad Vincula pontificis

ficis fratris filij, æmulatione Petri Riarij cardinalis S. Xysti, cuius precibus dicebatur Stephanum Nardinum Mediolanensem, illo tempore eandem dignitatem consecutum fuisse, ne plus hic, quàm ille auctoritate apud pontificem valere diceretur. Sed profectò magis ei profuit anteaquã vitæ constans & commendata opinio, quàm vel patriæ charitas, vel alicuius studium. Pontifici enim Xysto ob morum incredibilem suauitatem, & summam probitatem vehementer gratus fuit, vulgo quidem charissimus ob humanitatem, qua omnibus ita præstitit, vt infimæ sortis quoque homines amplecti, & ijs benignè omnia polliceri consueuerit. In cardinalatu Vrbi primum absente Xysto difficillimis temporibus & pestilentia in vrbe grassante præfuit, deinde in Germaniam legatus designatus est, vt Cæsarem Fridericum III. & Mathiam Coruinum Hungariæ regem multis iam annis exitiabili bello decertantes conciliaret, atque conuentui Nurembergenfi proxima quadragesima indicto, pontificis nomine interesset: ei enim muneri ob integritatem maximè idoneus visus est, ab omnibusque eius opera duos principes facile in concordiam reduci posse existimatum, verùm legitimis causis impeditus eò profectus non est. Nouissimè anno salutis MCDLXXIIII. mortuo Xysto quatuor & viginti patrum votis Iuliano Ruuereo episcopo Ostiensi, & Roderico Borgia cancellario maximè annitentibus, ex presbytero cardinale tituli S. Laurentij in Lucinia iij. kalend. Septembris hora decimatertia die solis Pontifex maximus renuntiatus in Innocentij IV. Genuensis, cuius memoriam sanctè celebrat, recordationem Innocentius VII. appellari voluit. Coronatione verò ad prid. Idus Septembris perfecta Pontificatum ingressus eadem, qua priuatus antea semper humanitate & mansuetudine vixit. Ceterum quum omnibus comis & benignus esset, parcus tamen & minimè liberalis pro suæ gentis gloria, innatam auaritiam scormatibus & disterijs velabat. Pacis atque otij studiosissimus, omnes Christianos principes frequentibus nuntijs hortabatur, vt mutuis dissensionibus & bellis compositis, scederibus iuncti, Turcarum vires toto iam terrarum orbe formidabiles retunderent: pontificatus initio Venetos ob bellum cum duce Ferrariæ geduni sacris à Xysto interdictos absoluit. Cum singulis principum Christianorum & rerum publicarum o-

ratoribus, qui ad eum plurimi honoris causa veniebant, de pace communique concordia diligenter agebat, quum enumeraret bellorum incommoda, violari templa, summi Dei cultum intermitteri, vrbes diripi, virgines incessari: hæc, & eiusmodi sæpe repetebat. Ad componendas res ecclesiasticas conuersus, quum Romanis sua priuilegia renouasset, vrbem castigandis nefarijs hominibus, bonisque publicis muneribus euehendis, purgauit. Mamaluchorum officium à Xysto factum antiquauit, publicè se aduentès patientissimè audiens: ius seuerissimè à suis magistratibus dici mandauit. Proximo Epiphaniæ festo Leopoldum Austriæ ducem miraculis clarum, Friderici imperatoribus precibus inter sanctos retulit. Magistrum ordinis Augustinianæ Ambrosium Coranum ob veteres simulates in arcem coniecit Tum calices duo aurei magni ponderis, quos Ludouicus XI. Galliarum & Ferdinandus Neapolitanorum rex Basilicæ Constantinianæ donauerant, item mitra, quam regnum appellant, quæ S. Siluestri fuisse ferebatur, surrepta, nec tanti sceleris auctores vnquam inueniri potuerunt. Quum graui morbo decubisset, proceres Vrsini, Virgilio & Paulo auctoribus veteribus factionibus suscitatis, arma Columnensibus, quorum principes erant Prosper & Fabritius, intulerunt, Pontificisque, qui conualuerat hortationibus neglectis, intestinis bellis & seditionibus se inuicem lacerabant, non sine maximo vrbis Latij & finitimarum vrbi regionum damno & clade. Hi adeò in mutuum perniciem exarierant, vt omnia non nisi cædibus, rapinis, incendijs transigerent, bonis Romanorum ciuium vbique direptis. Pontifice frustra reclamante, cui Virginius Vrsinus tunc infensissimus erat, quod se palatij apostolici præfectura Iuliani Cardinalis S. Petri ad Vincula hortatu, priuasset; eo bello, insula, Campagnanum, Galeria, Bracianum Cæreuetus & alia Vrsinorum oppida à Columnensibus direpta. Intestinum Romanorum procerum bellum maius externum suscitatum sedauit. Ferdinandus Neapolitanorum rex comite Montorij, ob quasdam suspiciones securi percussio, Aquilanos Comiti scedere iunctos, & omnes regni sui proceres contra se concitauit, qui ad causam dicendam Neapolim à rege euocati, quum recusarent ipsius iram veriti, Aquilanis, qui regio prætere intersecto defecerant, adiuncti, Pontificem maxi-

discordes summa diligentia conciliauit, quum nihil antiquius duceret, quàm vrbs quieti copiarque studere. Vnde toto eius pontificatu, & annonæ maxima vbertas, & vrbs à grassatoribus latrocinijque, quibus bello manente maximè obnoxia fuerat, tuta fuit, quum esset in vindicandis criminibus exorabilis. Nam & Pij, Pauli, & Xysti edicta contra homicidas & sicarios renouauit, & omnes vrbe ditioneque ecclesiastica eiecit. Duos fratres Francisci Bubali filios, Petrum & Hieronymum, qui seditiosis omnibus receptaculum erant, ob potentiam diu impunitos, vna die simul capi, & securi percuti mandauit; quanquam cum parente ipforum longo antea tempore amicitiam contraxisset. Dominicum etiam Viterbiensem, & Franciscum Maldentem nobiles viros, & scriptores Apostolicos falsarios, omnibus suis reclamantibus, suspendio enectos, medio foro combussit. In Bucalinum Auximi tyrannum in ciues suos saeuientem, qui vrbe expriuato occupata ab ecclesia defecerat, copias mouit, & non sine magna strage expugnatum, captiuum ad Ludouicum Sfortiam Insubrum ducem transmisit: cuius præcipue ope id bellum duce Iohanne Iacobo Triuulcio confecerat. Cum Venetis foedus renouauit. Quum ante pontificatum aliquot filios suscepisset, duos ex his pontificatus sui superstites magnis honoribus & opibus euexit. Nam Francisco oppida nonnulla vrbi vicina dedit. Laurentijque Medicis filiam Magdalenam formosissimam puellam matrimonio iunxit: alteram Theodorinam Gerardo Vsumari Genuensi nuptam magnis diuitijs cumulauit. Vna creatione octo cardinales prioribus adiunxit. Laurentium Cybo fratris sui nothum archiepiscopum Beneuentanum, & arcis præfectum, & Iohannem Medicum Laurentij filium nurus suæ fratrem vix XIII. annum agentem, Ardycinum de la porta, & Antoniotum Palauicinum veteres familiares suos viros honestissimos, Ludouicum Spinay Rege Francorum, Franciscum Sanseuerinatem Roberto patre, & Maffeam Gerardum Venetis petentibus, item magnum hospitalem Rhodi magistrum fratrem Petrum Daubuffon, qui ideo cardinalis creatus fuit, quod eius opera Zizimus Sultanus Mahometis filius, prælio à fratre Baiasete apud Prusiam Bithiniæ victus, in suam potestatem venisset. Is Rhodum quum fugisset, ab Insulæ magistro ad Francorum regem mox ab eo

ad pontificem missus est, qui Christianis ad concordiam reductis bellum eius opera Turcis inferre meditabatur. Vixit Zizimus toto deinceps Innocentij pontificatu Romæ in Vaticano honesta custodia; ad cuius sustentationem frater Baiasetes Constantinopolitanus imperator XL. aureorum millia annuatim dum vixit, misit. Pontifex interim ducem Ferrariæ Herculem voti reum Romam venientem splendidè in ædibus Palatinis suscepit. Factum est autem eiusdem Pontificis humanitate, ne dicam segnitia, vt aliquot vrbiū ecclesiasticarum proceres superbè se efferrentes vrribus, quibus præerant occupatis, tyrannidem in sua quisque patria constituerit. In his præcipuus fuit Iohannes Bentipolus Bononiensis regulus. Idem factum est Perusij, Tuderti, Fulginei, Hortisique: quos postea tamen vel ipse, vel qui sequuti sunt pontifices, penitus extinxere. Innocentius autem ædificandi studiosus, insignes in palatio Vaticano porticus, item villam pontificum vsui, quam Baluedere vocant, extruxit. Fontes media sancti Petri platea fecit, basilicæ Lateranensis absidam ante aram maximam duabus ingentibus columnis suppositam ædificauit: diaconiam sanctæ Mariæ in via Lata fundamentis constructui iussit. Cuius exemplo inflammari patres multas per vrbe substructiones & ipsi aggressi sunt. In his Petrus Gundisaluius de Mendocia, dum tectum & absidam tituli sanctæ Crucis in Hierusalem repararet, in medio templi pariete pars tituli Crucis CHRISTI triplici lingua exarati inuenta est, ibidem à Placidio Valentiano Imperatore ante mille annos reclusi. Quo die Ferdinandus & Helisabeth Catholici Hispaniarum reges Granata vrbe expugnata, Maurorum in Hispania vetustissimum imperium funditus exciderunt. Contigit etiam, vt eodem, quo titulus Christi inuentus est anno, Baiasetes Turcarum imperator, quo Pontificem fratris captiui causa sibi gratiorem redderet, pro magno munere ferrum halstræ; quod latus Domini perforerat, ad eum mitteret. Quod olim apud ædem sanctæ Andree Antiochiæ repertum, capta iam ciuitate Boemundus in prælio corripens, & quum arcem expugnare non posset, prælatum; eam illico cepit, & hostium multa millia prodigiose deleuit. Id Constantinopolim dono imperatori aduectum, postremo Turca hoc anno pon-

pontifici misit, quod ab *se* conditæ mar-
moreo tabernaculo conclusum in basilica
Vaticana religiosissimè paulò ante obitum
suum collocauit. Fuit Innocentius corpore
procerò, candido & decòro; ingenio culto, &
à litteris non alieno. Inter officia publica
quandoque dormire videbatur, valetudine
non satis prospera. Nam biennio antequam
decederet, in extasim quandam soporiferam
ex morbo incidens, horis ferè viginti sine ar-
teriarum motu immobilis fuit. Famaque iam
mortis eius quoquo versus perlata, cardina-
les de ordinandis circa successorem omnibus
conuenerant, quum subito magna omnium
admiratione viuus apparuit. Excessit biennio
post ex eodem ferè morbo Romæ in Vaticano
VIII. Kalend. Augusti, hora noctis quinta.
Anno salutis MCDXCII. ætatis LX. Pontifi-
catus verò VII. mense X. die XXVII. Cada-
uer in basilica S. Petri sepultum æreo monu-
mento, iuxta aram ab eo designatam, in qua
ferrum haltæ, de qua paulò antè dixi, condi-
iusserat. Vacauit tum sedes dies XVI.

ALEXANDER PAPA VI.



ALEXANDER papa VI. Rodericus
antea vocatus, ex nobili familia Len-
zolia Valentia in Hispania originem
duxit. Patrem habuit Iosredum equitem præ-
diuitem, matrem verò Calisti Papæ III. soro-
rem. Qui quanquam gente Lenzolia ortus es-
set Borix tamen, vel Borgix nomen, quo cum
gentilicij insignibus ab auunculo donatus
fuerat, auito relicto, vsque ad obitum reti-
nuit. Ipse a. thuc adolescens ab eodem pontifi-
ce archiepiscopus Valentinus primum desig-

natus est, deinde XI. Kalend. Ostobris anno
Domini MCDLVI. diaconus Cardinalis san-
cti Nicolai in carcere Tulliano, & sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cancellarius creatus. A Xysto
verò IIII. episcopus Cardinalis Albanus, &
paulò post Portuensis factus; multas tam sub
eo, quàm sub alijs Pontificibus, & maximas
legationes obiuit; & præcipuè Hispaniana
Xysti pontificatus initio. Is ed legatus est, vs
reges Lusitanix & Arragonum ad bellum pro
regni Castellæ possessione pronos impelle-
rent. Qui rebus parum ex animo confectis,
quum in Italiam triremibus Venetorum re-
diret, valida oborta tempestate, omni pene
supellestile amissa, parum absuit, quin in li-
lore Pisano mari obrueretur. Altera enim tri-
remis, qua multi ex suis vehabantur, perpe-
tua nocte, & magna parte diei fluctibus qual-
sata, tandem vadis submersa est, in qua ad
centum & octuaginta homines perière, in
his Episcopi tres, & aliquot Cærei ponti-
ficijque iuris periti. Mortuo Innocentio o-
ctauo in eius locum Romæ in Vaticano duo-
rum & viginti Cardinalium suffragijs, an-
no salutis MCDXCII. IIII. Idus Augusti,
pontifex maximus consalutatus, VII. kalen-
das Septembris solemnè pompa coronatus
est. Nonnullorum autem Cardinalium ope-
ra ambitione & auaritia corruptorum ce-
ra, tantam dignitatem dicitur esse assecutus,
qui postea in ingrato pontifice perfidiam ma-
ximam experti, debitas scelerati studij vena-
lisque suffragij pœnas dedere. Horum prin-
ceps fuit Ascanius Sfortia, emptus procul du-
bio profusissima largitione, ut hic omnium
eius ordinis deterrimus, pro optimo ponti-
fex renuntiaretur, qui Cancellariæ munus
ex ea suffragatione consecutus, aliquot annis
post exitiabilis amentix dignas pœnas luit.
Fuère tum aliqui in comitio patres, qui Hi-
spanum occultæ iniquitatis, summæque si-
mulationis hominem, stultissimè pontificem
creatum, exitio tandem cunctis futurum
non falsi vates denuntiauerunt. Ex reliquis
porro, qui eius pontificatus auctores fuère,
aliqui non longè post varijs calamitatibus
sunt affecti, partim exilio, partim teterrimo
carcere, partim violenta morte damnati. In
his duo præcipui fuerunt Iulianus Ostiensi-
episcopus, & Raphaël Cardinalis S. Georgij ca-
merarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ perpetuè
decennali exilio. Spontaneo tamen, mul-
tati; quòd sibi suspecti essent, alter ob veterem
prius-

priuatam simultatem, alter ob Riarios pueros sanguinis necessitudine sibi coniunctos Catherina matre capta, Foroliuij & Forocornelii vrbibus vi palfos. Proceres quoque Romani quorum Cardinales eum extulerant, alij alia de caussa sublati, Baptista Vrsinus qui magnificas eius aedes, & Ioannes Michaël, qui episcopatum Portuensem cum omni eius supellestiale, quæ preciosissima erat, consecuti fuerant, infelicem ab eo vitæ exitum tulerunt, quum alter in arce aperta vi, alter veneno clam extincti fuerint. Sed hæc post acciderunt. Porro autem eius pontificatus initio, rebus Vrbanis intentus, carcerum visitatores instituit, & quattuor iudices creauit, qui de quacunque caussa capitali cognoscerent; & die Martis omnibus se adire, & alloqui volentibus, seipsum exhibuit. Vnde ius in Vrbe seuerissimè dici coepum. Quo tempore Fridericus Romanorum imperator, imperij anno quarto & quinquagesimo, diem clausit extremum, Maximiliano filio Romanorum rege successore relicto. In primo consistorio pontifex Iohannem Borgiam Valentinum sororis filium archiepiscopum Montisregalis presbyterum Cardinalem tituli sanctæ Sufannæ creauit, quem mortuo Ferdinando rege Neapolim apostolicæ sedis legatum misit, vt filium eius Alfonso nouum regem, quo cum affinitatem contraxerat, confirmaret, & sacramentum suscepto, coronaret. Quo anno Carolus VII. Francorum rex bellicæ laudis audissimus adolescens, exitiabili dissidio, singularique dementia Italicorum principum in Italiam euocatus, præter terribiles copias, inusitato etiam bombardarum apparatu cuncta prosternebat. Petebat ipse Neapolitanum regnum, quod iure hæreditario ad se pertinere affirmabat, impellente Insulorum duce Ludouico Moro, vt Alfonso regis audacia magna semper appetentis, tanto immisso hoste, frangeretur. Cuius vires veritus pontifex, qui tum cum Arragonijs affinitate foedereque coniunctus erat, ne quid Italiæ detrimenti terribilis eius aduentus afferret, multas militum cohortes Urbis præsidio conscripsit, quibus urbem, seque à Gallorum armis tueretur. Cum Arragonio, & pontifice foedus Florentini percusserant. Quorum viribus diffusus papa, Venetos etiam & Regem Hispaniæ Ferdinandum incassum in suam societatem euocarat, qui medijs & spectatores tanti belli esse maluerunt. Carolus per Insulæ & Etruscos

cuncta prosterbens itinere habito. Florentinorum copijs ad Maceram amnem fufis, eos imperata facere eoëgit. Romam deinde kalendis Ianuarijs, initio anni MCDXCIIII. validissimis cum copijs viginti millium pedum & quinque millium equitum ingressus, magnam comæatus copiam, qua exercitus longi itineris incommodis defatigatus, subleuaretur, inuenit. Edixerat enim Romanos nihil detrimenti passuros, si facilis ei Romam tendenti pateret aditus, transitusque, & comæatus abundè suppeditaretur, quæ si negarentur se armis omnia paraturum. Eo igitur Romæ perhumaniter suscepto, milites à tumultu & rapina abstinere iussit, his qui non obtemperauerant supplicio affectis. Pontifex omni consilio speque destitutus, in arcem fugit. Qui nullo tumultu militari audito, cuncta pacata videns, securiorque iam factus, foedus cum Carolo quanquam inuitus percussit. Rex ab Vrbe discedens, quum Pontificis fidem suspectam haberet, Cæsarem Borgiam Cardinalem Valentinum Papæ filium secum obstdem, legationis specie, & Turcarum imperatoris fratrem Zizimum eduxit, vt potitus regno, Zizimi opera contra Turcas vteretur, qui haud longè post Capuæ magna Christianorum iactura dysenteria decessit. Neapolis rex Alfonso desperatis rebus, quum se omnibus inuisum esse cognosceret, regno filio Ferdinando iuniori tradito, qui in omnium amore erat, trepidus in Siciliam cum regia supellestiale nauigio se recepit. Ferdinandus tanto Francorum apparatus impar, continente relicto nauibus apud Aenariam paruam insulam salutem tuebatur. Carolus perpetuo victoriæ cursu, incredibili que celeritate, regno omnibus arcibusque potitus, omnes Europæ principes tanta victoria attonitos, sibi que ab ipso metuentes, contra se concitauit. Hi fuere: Pontifex, Cæsar, Rex Hispaniæ Catholicus Ferdinandus, dux Ludouicus Sfortia & Veneti, qui foedere iuncti pro Italiæ salute, contra Gallos conspirarunt, & lx. millium virorum exercitum communibus impensis instruxerunt, vt Regi in Galliam tendenti transitum impedirent. Quorum copiæ apud Forum nouum, iuxta Farrum torrentem non longè à Parma, quum Gallos magnis à Neapoli itineribus expedito delectoque exercitu fortes, contententes expectassent, ancipiti dubiaque victoria, & cruento maximè prælio dimicarunt. Post pugnam Carolus nobilissimo quoque amisso,

randem Astam se recepit. Pugna ad Farrum audita, qua vires Gallicæ fractæ erant, Ferdinandus quæ facile amiserat, fortunæ ardentis fauore, facilius recepit, & Gallorum præsidia omnia propinqui sui Ferdinandi regis Catholici auxilio, sub duce magno Confaluo in dedicationem accepit, hostili parte omni extra regni terminos eiecta. Cui paulò post sine liberis vita functo successit patruus Fridericus, nam & Alfonso pater paulò ante excesserat. Quo tempore Carolo V I I I. Francorum Regi mortuo, regnum excepit Ludouicus XII. Aurelianensium dux Hic cum regno Neapolitano, Infubrum quoque imperium hæreditatis iure ad se pertinere contendens (quippe cuius auia Valentina fuerat primi Infubrum ducis Iohannis Galeatij filia) contra Ludouicum Sfortiam, & regem Fridericum cum pontifice, quem varijs officijs sibi deuinxerat. Florentinis, Venetis & Ferdinando Hispaniæ rege execrabile, ac Italiæ funestum scædus, his conditionibus percussit. Vt principatu Mediolani acquisito, Cremona Venetis dederetur; & Cæsar Borgia papæ filius, qui sacram purpuram, ducta vxore Carlotta de Alibreto regis Nauarræ filia; & Francorum regis propinqua, deposuerat, sociorum auxilio, Aemiliam, Flaminiam, Picenum & Umbriam, veteribus dominis eiectis, obtineret; Reges verò Hispaniæ & Franconum regnum Neapolitanum sibi diuiderent. Ingentibus igitur & potentissimis copijs comparatis, Morus paruo labore à Ludouico rege Mediolani imperio exutus, & non longè post cum fratre Ascanio Cardinale captus, in carcere Gallico obiit, Cremona Venetis ex fœdere cessit. Bello deinde in regnum traducto, Fridericus rex consternatus, tantis viribus impar, hostis potius manifesti Ludouici XII. quàm regis affinitatis gradu sibi coniuncti Ferdinandi misericordiam experiri voluit. Ad quem supples profectus, parum ex dignitate & contumeliosus quam sperabat, ab eo tractatus est. In regni autem diuisione inter Hispanos Gallosque discordia exorta, Gallis omnibus cæsis, Regnum ad solos Hispanos duce magna Confaluo peruenit. Dum hæc in Italia bella geruntur, Cæsar Borgia papæ filius adhuc Cardinalis, quo sibi totius ecclesiasticæ ditionis imperium compararet, regulos omnes aggredi cœpit, quum pater omnes suas rationes & consilia ad id vnum conuertisset, vt nothos suos magnis opibus & potentia extolleret. Vrsini proceres ante omnes

bellum sustinuerunt æstate vna, in quo duces fuère, Guido Vbalduus Vrbinatum regulus, ac pontificis filius Ioannes vnà cum Bernardino Iunate legato. Captis aliquot oppidis, res ad Brachiani obsidionem redacta est, quod mulieris viduæ virtute catenus defensum fuit, donec Carolus Virginij exillicito concubitu filius, cum parua collectitia manu superueniens, totum pene exercitum duce capto, legatoque pontificis filio vix fuga elapsis, profugauit. Sed pace Vrsinis data, Guido xxx. millibus aureorum se redemit. Hac re prospere non cedente, animum ad firmiora præsidia matrimonijs sibi comparanda pontifex adiecit. Itaque Lucretiam filiam, quam ante pontificatum Hispano cuidam in matrimonium dederat, eidem ablatam Ioanni Sfortiæ Pisaurensi principi primum, deinde abdicatam Alouisio Arragonio Alfonsi Regis filio notho, quo demum interfecto Alfonso Estensi Ferrariæ duci, apud quem obiit, locauit. Ex filijs vero natu minimum Gofredum principem Squilatinum fecit, medium Cæsarem Cardinalem, maximum natu Ioannem ducem Gaudiæ in Hispania creari procurauit. Cui etiam vxorem dedit filiam notham regis Alfonsi. Qui breui tempore cum nocte quadam vagaretur, insidijs Cæsaris cardinalis fratris interfectus, & in Tiberim proiectus est, quum simul apud matrem Zannociam paulò antea cœnassent; coniuente prorsus ad immamæ parricidij scelus patre pontifice, qui & ipse vim sibi afferri ab efferato filio proculdubio metuebat. Itaque sublato principatus æmulo, armorum studio tenere & contemnere galericus decus cœpit: non enim ob aliam causam fratrem interfecerat, quàm vt eo qui duceret exercitum extincto, ipse in eius locum pontificiarum copiarum dux efficeretur. Post fratris igitur nefariana cædem, se totum à Senatorio ordine, abiecta purpura, sumptoque militari sago auertens, ad arma transtulit. Pontificioque exercitui præfectus Gallis se coniunxit, quorum regis propinquam Carlottam de Alibreto, vt dixi, in vxorem ducens, oppidum Valentiam dotis nomine, à quo dux Valentinus dictus est, accepit. Ludouici deinde XII. regis auxilio, perpetuoque fœdere, patre adiuuante, maximum sibi in Italia imperium comparauit. Pontifex enim totus in eam incuberat curam, vt ingentes filio opes, maximique imperij facultates, vel summa cum omnium iniuria pararet. Sfortianis igitur domi-

natu In subrum pulsus, & in carcerem coniec-
 tis, dum aduersus Arragonios bellum para-
 tur, Cæsar Borgia adiuuante Gallo immani se-
 quitia Aemiliam omnem, præter Bononiam; e-
 iectis partimque necatis antiquis dominis in
 potestatem redegit. Riarijs enim pueris pul-
 sis, & eorum matre Catherina capta, parum-
 que virili superbia Romam in Triumphum
 ducta, Forum Iulij & Forum Cornelij occupa-
 uit Faentiam deinde Astore Manfredi regu-
 lo necato, Ariminum & Pisaurum N. Malate-
 sta, & Ioanne Sfortia deiectis, & paratam cæ-
 dem effugere coactis, cum Senogallia vi cepit.
 Eodem victoriæ cursu Guidonem Vbal-
 dum Feltrium Urbini principatu dolo exu-
 tum Mantuam aufugere coëgit. Nam quum vt
 hospes & amicus à Guidone duce cum exerci-
 tu apud Gallium exciperetur, exemplo dato
 signo, Urbem corripuit, inde properè Urbi-
 num inuadi mandat. Guido tam repentino ca-
 su consternatus, quum non satis virium ad re-
 sistendum haberet, ne in truculentissimi ty-
 ranni hostis manus perueniret, nocte sequenti
 relictis omnibus, paucis comitatus, fuga sibi
 salutem quaesivit. In Variis deinde Camer-
 tium regulos vetustissimæ nobilitatis homi-
 nes conuersus, Iulium Cæsarem & Venan-
 tium, aliosque duos captos, Vrbe occupata,
 strangulauit, & reliquos passim opibus illu-
 stres, eodem ambitionis ardore furens, inexo-
 rabili crudelitate persequebatur. Vertit po-
 stremo eandem sauitiæ rabiem in finitimos
 Urbis regulos; cepitque à Caietanis vetusta &
 nobili familia, qui aliquot in Volscis oppida
 possidebant. Iacobo igitur Caietano Honorati
 filio apostolico protonotario necato, adoles-
 centem vnicum Nicolai filium familie super-
 stitem absentem iugulari iussit. Columnen-
 sium deinde Gallorum auxilio expulsorum
 imperium omne inuasit, eosque exsules per
 Apuliam & Siciliam vagari cogebat. Quod re-
 liquum erat, quum ad Vrsinòs anhelaret, nec
 satis causæ haberet, occasionem nactus est,
 quam optanti, quum nemo hominum aptio-
 rem promittere potuisset, ipsa dies vltro attu-
 lit. Vrsini enim tantos Cæsaris successus inex-
 haustamque imperandi cupiditatem conspi-
 cari, sibi quanquam amicitia coniunctis, time-
 re cœperunt, ne omnibus iam sublatis in sei-
 psos etiam crudelissima laniena verteretur. I-
 taque cum his, qui pari timore tenebantur Pe-
 rusij concilio facto, aduersus Cæsarem conspi-
 rant. Fuere autem Ioannes Bentiuolus Bono-
 nia, Ioannes Paulus Balio Perusij, Vitellocius
 Vitellius Tiferi, Liberoctus Firmi, Pandul-
 fus Petruccius Senæ Tuscæ tyranni, Baptista
 Cardinalis, & Paulus Vrsini. Hi collectis co-
 pijs, irruptione è vestigio facta, Vrsino & Ca-
 merino receptis, Cæsarisque cohortibus, quæ
 subsidio mittebantur, profligatis, ad alia Aem-
 ilia oppida repetenda, iter conuertunt. Pon-
 tificis tantæ cladis nuntio accepto, mirum in
 modum commotus, omni studio placare Vrsi-
 nos sibi in primis conabatur, quod facile cun-
 ctos ipsorum sperabat auctoritatem securu-
 ros. Eos igitur ingentibus pollicitationibus
 conditionibusque, & magna humanitate de-
 linitos, seu potius deceptos, in suam senten-
 tiam adduxit. Illi conciliati iam capta resti-
 tuunt, & Senogalliam Cæsari recuperant, quo
 Paulus & Franciscus Grauinæ dux Vrsini, Vi-
 tellocius & Liberoctus vnâ conuenerant. Cæ-
 sar, qui Forocornelij erat, opportunum vindi-
 cte tempus venisse ratus, eò cum Vasconum
 cohortibus de improviso proficiscitur. Illi
 inermes obuiam procedentes, veniam præ-
 teritorum petunt, humaniter exceptis, custo-
 dia clam ne effugere possent adhibita. Cæsa-
 re autem vsque ad Prætorium deducto, cum
 discedere vellent, simulatione colloquij mi-
 litaris in domum perducti, ex templo iannis
 clausi à destinatis militibus capti sunt. Vi-
 tellocius & Liberoctus eodem die, alij pau-
 lò post strangulati, meritis certo iure pœnas
 pependerunt, quod se à sanguinario nefario-
 que tyranno sincerè in fidem receptos im-
 prudentissimè putarint. Quanquam ea redi-
 tus leuitas exitio cunctis futura, ab ingenio
 Pauli Vrsini largitione promissisque corru-
 pti, Vitelloccio frustra reclamante, emanasse
 credatur. Tum Perugia & Tiferum eie-
 ctis Balionibus & Vitellijs, pontifici se dedi-
 derunt. Qui Romæ vbi celeri nuntio noctu
 captos hos esse accepit, Cardinalem Vrsinum,
 quem multis blanditijs sequere securum red-
 diderat, summo mane hortatur, vt ad pala-
 tium veniat, fingens Columneses captis pon-
 tificibus, prope urbem adesse. Ille credulus cum
 obtemperasset captus est, & in Hadriani mole
 miser cum Abbate Vrsinarum partium A-
 louisi Liuiani fratre coniecit. Antistes por-
 ro Florentinus, Rainaldus è gente Vrsina, &
 Iacobus Sanctacrucius, eadem hora capti, &
 in palatio custoditi. Sanctacrucius postriedie
 vadibus datis, consentiente Cardinale ad op-
 pida Vrsinorum pontifici tradenda dimissus;
 ipse

ipse verò Cardinalis paucis diebus post veneno iussu pontificis epoto, interijt. At Cæsar quum persequi reliquias coniuratorum statuisset, è Senegallia cum xv. millium armatorum exercitu contra Pandulfum Petrucium in agrum Senensem profectus castella nonnulla capit. Senenses, qui ab initio resistere, Pandulfoque omnia promittere, statuisent tantis viribus impares, vrbe ad tempus cedere illum maluerunt, quàm vnus hominis causa Rempublicam periclitari. Quapropter quum is Lucam cum omni familia profectus esset, bellum in Senenses desijt. Iohannes Benriuolus tantis Cæsaris viribus parumper commotus, suspectis tamen ciuibus, aut pulsis, aut interfectis. ita sese vti sagax tyrannus munierat, vt eius perieuli vexationem pecunia facilè redimeret. Inde Cæsar ad Vrsinorum oppida reliqua occupanda se conuertit, ac Cære vetustam gentis arcem loci situ & arte munitissimam oppugnare aggressus, quum ea iamiam potiturus esse videretur, cum Iulio Vrsino Cardinalis fratre, qui illam defendebat, pactus est, vt tradito castello, incolum substantia discederet. Victor igitur, ne cætera gentis oppida adoriretur, Gallorum regis litteris reuocatus est, qui id Ioanni Iordano Vrsino Virginij filio sibi militanti præstiterat. His tantis belli sumptibus, & Cæsaris magnos alente exercitus, regioque luxu liberalitatem passim ostentante, quum pontificij ærarij pecunia minimè sufficeret, Alexander aliorum pontificum exemplo nouam lxxx. scriptorum breuium collegium instituit, quorum loca singula D C C L. aureis venière. Reliquorum collegiorum emolumenta, quod omnia venditarentur, nihilque pecuniæ negaretur, ab initio vberissima quidem, verum postea tenuiora fuère, diuisa cum Cardinale Rothomagensi Galliæ legato rerum omnium facultate. Magnum quoque vestigal ex his, quos vulgus Maranos vocabat, à rege catholico ex Hispania pulsos, & ab se Romæ magna cum eius regis indignatione susceptos, colligebat. Cardinales multos precio creauit. Hæc quoque cum ingentibus sumptibus non sufficerent, inopiæ metu rapax, atque immani ingenio sæuus, opulentissimum quemque in aula sacerdotem, & in his aliquot Cardinales cæteris ditiores veneno tollendos constituit, vt eorum opibus in solum redactis potitus, profusissimè largiretur, inexplebilemque filij cupiditatem exple-

ret, haud dubie in reliquos aulæ sacerdotijs atque diuitijs insignes hereditatis spe sœuiturus, nisi mirabili Dei prouidentia, homo ad Italiæ exitium natus, quum animo adhuc maiora de filio conciperet, diurnamque sibi vitam polliceretur, fatali pincernæ errore, sibi mortem, supremam verò Cæsari filio calamitatem peperisset. hilariorem scilicet in cœna, dum ad vmbrosam Vaticanam ruris fontem venenum bibunt, medicata Falerni vini lagena, pocillatoris errore commutata, quam dira fraude ad opulentiorum aliquot senatorum, qui conuiuio aderant, exitium, honoris specie paruisset. Cæsar qui dilucius biberat, exquisitis antidotis, vel ipso viuentis robore, veneni vim sustinente, atrocissimo quidem, sed non letali morbo correptus est, sic vt magnis stipatus copijs dux acer, sibi vsui esse nequierit, & dilabentes copias, duosque veteres hostes paucissimis diebus pontifices creatos viderit. At pater pontifex iam senio grauis quum non diu veneni vim ferre posset, Romæ in Vaticano ad xv. kalendas Septembris, anno salutis M C D I I. ætatis circiter altero & septuagesimo, pontificatus verò xj. die viij. est extinctus. Cuius cadaver in sacrario basilicæ Vaticanæ, lateritio & vili monumento sepultum est. Vacauitque tum sedes supra dies tres, mensem vnum. Cæterum in Alexandro (vt suorum temporum scriptor tradit) æquabant vitia virtutes. Inerat namque ingenium, ratio, cogitatio, memoria, diligentia, eloquentia verò quædam naturalis, & ad persuadendum apta, quæ multis exitio fuit, vt nemo rem cautius proponeret, aut acrius defenderet; seu quò desiderabat, impelleret; sese vnum omnium animis accommodando, cum iucundis de remissione, cum seueris de disciplina, cum patribus de republica loquebatur. Aduersarios lenitate ac patientia deuinciebat, nam ijs, qui de numero patrum exsultabant, quoque suspectos habuerat, nihil de pristina dignitate detraxit. Gallorum animos concumacissimos ita sedauit, vt amicissimi dicerentur. In tanta procerum Romanorum clade, quod sanè incredibile est, nullum in vrbe tumulum, nulla arma audita, omnia ipse obire. parum in rebus arduis cuiquam fidere. Idem in otio solutissimus, in metu constantissimus, nunquam negotia voluptate omisit, res in multam noctem protrahere breuissimi somni citique. Artes liberales si non colebat, admiratur,

batur, & iuris præfertim scientiam; salaria doctoribus, stipendia militibus, mercedem operarijs nunquam est differre, nec dum auferre visus; cuius rei gratia exercitum, quem magnum ductore filio nutrebat, obsequentissimum habuit, breuique tempore ac paruo negotio tantum ei imperium comparauit. In annonæ difficultate, quæ bis contigit, aduecta è Sicilia magna vi frumenti ita diligenter vrbi prouiderat, vt plebs nullam fere sentiret incommodum. Hæc igitur animi ornamenta magnis obiuerat vitijs, perfidia plusquam Punica, sæuitia immani, auaritia immensa ac rapacitate, in exhausta parandi filio imperij per fas & nefas libidine. Si quando negocijs non premeretur, omni se iucunditatis generi sine discrimine dedit. Mulieribus maximè addictus, ex quibus quattuor filios & duas filias tulit. Omnium præcipua fuit Vannocia Romana; quam à formæ venustate, & morum illecebris mira que demum foecunditate, in minori fortuna legitimæ propè vxoris loco habuit. Comœdias Plautinas cæteraque ludicra libenter spectauit, frequenter que in Hadriani molem, quam propugnaculis, muro, fossaque muniuit, ventitabat, vt palam personatos hilaribus festis, ac per omnes dies celebres, si quid elegantius in hominum genere per viam præteriret, propius adspiceret in filix nuptijs, quæ ad virum Ferrariam profectura erat, equestres ludos, & venationem in Vaticano extra ordinem dedit. In vrbe gladiatorum & sicariorum nunquam liceatia maior, nunquam populo Romano libertas minor, delatorum ingens numerus, breuissimo maledicto poena mortis erat. Grassatorum insuper omnia plena, nec noctu tutum per urbem iter, nec interdum extra urbem. Roma gentium profugium & asylum, omnibusque sæculis populorum omnium tutissima arx, iam carnificina facta erat, quæ quidem omnia suorum caussa, quibus omnia indulerat, permittebat. Quos etiam vt magnis clientelis subleuaret, dominationis præsidia in eo quoque ijs parauit, vt ad xliij. cardinales varijs lectionibus in his xviii. Hispanos creauerit. Inter hos præcipui fuere Bernardinus Caruaia! Hispiniæ regis orator tituli sanctæ crucis, Iohannes Lopes Datarius, Iacobus Serra Arborensis, Franciscus Cusentinus, & Iohannes Salernitanus. Italicorum verò Iohannes Antonius Alexandrinus, Alexander Farnesinus post Paulus I I I. Iohannes Antonius Triunclius, Iohannes Baptista Ferrarius, Fran-

ciscus Soderinus, Hadrianus Cornetanus, Iohannes Stephanus Ferrerius viri magnæ in aula Palatina auctoritatis & existimationis. Anno M.D. Iobileum ex veteri instituto celebravit, delictorum venia his, qui venire neglexerant, vel minimè poterant, per diplomata concessa.

PIVS PAPA III.



MORTVO Alexandro VI. Cæsar Borussia statim pecunias, & preciosa quæque corripuit; Vaticanum, quod xii. armatorum millibus tenebat, & Hadriani molem operibus munijt eo consilio, vt patres in eodem loco veteri instituto cogendos ad nouum creandum successorem in sua vota compelleret. At illi ad euitandum periculum, in ædem prædicatorum ad Mineruam congregati subito à Cæsarianis, quos Michælettus Corellia Cæsaris agrotantis dux adducebat, circumdantur. Fama peruagante captos esse Cardinales, direptiones ac cædes tota vrbe fieri, omnes illico pauor inuasit. Tabernis clausis, arma arripiuntur, & transfiris trabibus, cathenisque ferreis viarum exitus obstructi, haud aliter quàm si rursus Annibal sub vrbs moenibus esset. Michælettus, quod duram fortè prouinciam assumpsisse videretur, paulò postquam venerat discedens, Vrsinorum tantum ædium partem apud montem Iordanam incendit. Patres interim ad vrbs custodiam peditem quattuor millibus scriptis, proceres Romanos accesi sunt, Cardinales transalpinos, & vndeque euocatos, præter consuetudinem expectant. Prosper Columna, qui ad urbem cum Fabio Vrsino, Pauli à Cæsare strangula-

gulati filio venerat, ad Cæsarem à patribus mittitur, rogatum vt ab ea mente desistat. Idem fecerunt Galli Hispanique regnm oratores. Quibus obtemperans cum omnibus copijs vrbe se deferri lectica iussit. Arx verò adhuc ab eius militibus tenebatur, quanquam præfectus Bernardini Caruaialis Cardinalis S. Crucis opera, se patribus obtemperatum polliceretur. Vaticano igitur recipitur. Vbi more maiorum nouem dialibus celebratis, tantisper comitia distulerunt, donec Gallorum exercitus, qui tum illac contra Hispanos in Campaniam iter habebat, iubente Georgio Ambrosio Cardinale Rothomagensi, qui summa apud Gallos auctoritate erat, moenibus egrederetur, ne qua vis aut tumultus patribus in comitio occupatis exoriretur. Cardinalibus igitur, qui tum septem & triginta erant, conclaue ingressis, senatus melior pars, quanquam paucissimis innixa suffragijs, longè maiorem patrum numerum, tum factionibus, tum Cæsaris imperio seruientem, ex longa diuturnaque contentione peruicit, effecitque vt x. Kalend. Octobris omnium eius ordinis optimus Franciscus Picolhomineus Senensis S. Eustachij diaconus Cardinalis, ac tum eius ordinis princeps, pontifex maximus omnium suffragijs renuntiatus sit, & Pij III. nomine assumpto viii. Idus Octobris coronatus. Huic patria Sena Etruriæ nobilissima ciuitas fuit. Ipse natus erat vii. Idus Maij, anno salutis MCDXXXIX. Qui quum Pij papæ II. sororis Laodomæ filius fuisset, ab auunculo, cuius cura à teneris annis omnibus disciplinis & iuri in primis operam dederat, gentilitijs insignibus & Picolhomineorum familiæ nomine donatus, archiepiscopus Senensis designatus, haud longè pòst absens iij. Nonas Maij, anno MCLDX. in amplissimorum patrum collegium vix xvij. annum ingressus, cooptatus est. Varijs porrò legationibus & Germanica præsertim, sub superioribus pontificibus summa cum laude functus, non tam Pij auunculi sanctissimi pontificis memoria, quam summa de eo spe ab omnibus concepta, tanquam laborem Christianæ pietatis statum vnus confirmare sua virtute posset amplissimum sacerdotium obtinuit. Ad cuius creationis nuntium, Cæsar, qui ad eam diem Nepet cum copijs subsederat, cum parte suorum Romam venit, patribusque gratias egit, quòd virum optimum Christianæ reip. præfecissent, ipsumque pontificem in primis adorat. Interim Vr-

sinì vindictæ cupidi, Cæsarem in Vaticano agentem cum armatis inuadunt, cædunturque multi Valentino se egregiè tutante. Qui haud longè pòst pontificis iussu in Hadriani molem ducitur, vnde non nisi ex pontificis voluntate ei abire liceret. Pius interim senectæ vitijs, & mortifero cruris vlcere vehementer affectus, intra sextum & vigesimum pontificatus diem, xv. Kalend. Nouembris, non sine veneni suspitione Pandulfi Petrucij Senensis tyranni consilio vulnere illiciti in palatio Vaticano magno bonorum omnium dolore interiit, anno salutis MDIII. ætatis lxiiij. mense v. die x. Cadauer in basilica S. Petri, sacello S. Andree prope auunculum Pium II. marmoreo & eleganti sepulchro conditum est. Vacauit tum sedes dies xiiij.

IVLIVS PAPA II.



IVLII Papæ secundi genus, quum Xysti I v. 225. Pont. vitam breui commentario conscriberem, exposui. Ipse qui ante pontificatum, Iulianus vocabatur, patrem habuit Raphaëlem Xysti papæ quarti fratrem, matrem verò Theodorem Manerolam. Natus est Iulius Saonæ litoris Ligustici, oppido, anno salutis LIII. supra MCCCC. Fratres ei fuere Bartholomæus ordinis Minorum sacerdos, episcopus Ferrariensis, & Patriarcha Antiochenus, Ioannes vrbis præfectus Soræ ac Senogalliæ princeps, Guidonis Vbaldi Vibinatum ducis, & Iulij Ruuerei Cardinalis sancti Petri ad Vincula auus. Luchina quoque Galeotti & Xysti Cardinalium mater eius soror fuit. Ante pontifici-

cificatum filiam tulit Felicem, quam Io. Iordano Vrsino pontifex factus, in matrimonium dedit; quum & Columnenses affinitate sibi coniunxisset, Lucretia eiusdem Luchinæ filia M. Antonio Columnæ desponsata. Eum Xystus quartus patruus pontificatus initio xvij. Kalend. Ianuarij, Anno Domini MCDLXXI. ex episcopo Carpentoratense presbyterum Cardinalem tituli sancti Petri ad vincula cum Petro Riario creauit. Hac dignitate accepta quum alias virtutes, tum moderationem in omnibus, & dictis, & factis præcipuè coluit, amabilis & charus summis & infimis, grauitate, comitate & morum elegantia. Nec satis habuit se talem præstare, sed familiares quoque sibi, quoad fieri potuit, modestos delegit. In eam præcipuè curam incumbens, vt bene vndique audiret. Acri porrò & callido ingenio, animoque excellenti quum esse existimaretur, variam admodum in vita sua fortunam expertus est, vt ei modò mater, modò nouerca fuisse videatur. Priuatus in ædificijs extruendis ita delectabatur, vt præter profanas ædes basilicam sancti Petri ad Vincula cui præerat, quemadmodum nunc cernimus, breui & magnificè restituerit. Inchoauit & porticum mirè fastigiatum ante vestibulum basilicæ sanctorum apostolorum: ædes quoque proximas, quas Petrus Cardinalis Riarius inchoauerat, & morte præuentus non absoluerat, perficere aggressus est. Castellum apud Criptam Ferratam bello olim dissectum ad monasterij tutelam, ad urbemque venientium commoditatem, instaurauit. Xysto porrò ex presbytero tituli sancti Petri ad Vincula episcopus Cardinalis Albanus primum, deinde Sabinus & maior pœnitentiarius, demum Ostiensis & Veliernus Auinionisque legatus renuntiatus est. Apud Innocentium v. plurimum & gratia & auctoritate valuit. Alexandro pontifice, quo cum veteres & priuatas simultates habebat, perpetuis decem annis vrbe absuit, in Gallijs & Auinione commoratus. Nouissimè Pio III. breui vita functo instauratis comitijs, tanto studio in eum patrum omnia suffragia sunt conuersa, vt penè priusquam conclaue ingrederentur, Pontifex sit dictus, incredibili cum Cæsaris Valentini dolore, qui ad exemplum incertæ nutantisque fortunæ, quum Hispanos Cardinales vti clientes suos iurare solemni sacramento coëgisset; se neminem nisi Borgiæ familiæ studiosum suffragio adiutoris; ijsque Cardinalem Rothomagensem Ge-

orgium Ambrosium proposuisset, eum statim primo comitali die vij. & xxx. Cardinalium in comitio ad Vaticanum existentium votis, Kalend. Nouembris. anni MDIII. sub sacra thiara pontificem viderit, quem ipse paterque Alexander vt grauissimum hostem perpetuo decem annorum exilio mulctassent. Nec multò post cum vj. Kalend. Decemb. supra gradus basilicæ Vaticanæ coronatus esset, Cæsarem Borgiam fugam adornantem, vel mille neces meritum, copijs vrbibusque ac omni dignitate exutum, ea conditione dimisit, vt Cæssenzæ & Foriluij arces eius præsidio munitas, reciperet. Impetrata itaque libertate Cæsar, quum Ostia nauigio Neapolim peruenisset, iussu regis Catholici à magno Consaluo captus, in Hispaniam transmittitur. Inde cum ex custodia ad Ioannem Nauarræ regem profugisset, ignobili quodam in prælio à Cantabris interfectus est. Iulius pontificatu firmato, cum proximis bellis & inaudita immani- que ducis Valentini tyrannide. totam ecclesiasticam ditionem labefactam atque occupatam inuenisset, non ad recuperanda solum quæ amissa erant, sed etiam amplianda animum adiecit. Nemo enim superiorum pontificum Petri patrimonium maiore animi præstantia tutatus est, aut latius proferre contendit. Primum itaque in Iohannem Bentiuolum Bononiensem tyrannum veterem hostem arma mouet, quem cum vxore & filijs vrbe expulsum, exsulatum Bussetum Parmensis agri oppidum abire coëgit, eiusque eximie structuræ domum furenti populo excindendam obiecit. Ad Veneti hominis excidium, qui Ariminum, Fauentiam, & Rauennam de ecclesiæ Romanæ ditione occupauerant, cum Cæsare Maximiliano, Francorum & Hispaniæ regibus, Ferrariæ & Mantuæ ducibus, Cameraci in Belgis foedus percussit, eosque repugnantes a quæ & igni interdictos grauissimo anathemate notauit. Cuius atrocissimi turbinis procellum quum Veneti ferre nequiuissent, amisso ad Glaream abduxerunt exercitu omni, & ingenti prælio à Ludouico Francorum rege superati, atque ex ducibus Liuiano capto, Pitiliano fugato, cunctas breui momento copias & vrbes, quas in continente possidebant, amisere. Cæsar enim Maximilianus, qui nihil ferè præter legatos & Augustum nomen ad id bellum attulerat, Veronam, Vicetiam, Patauium cum Carnis; Gallus Bergamum, Brixiam, Cremonam, & Cremam; Hispanus Trinum, Monopolim,

lim, & Barlettam in Apulia; Pontifex Rauen-
nam, Ariminum, & Aemiliam omnem; Ferrar-
iæ dux Rodigium, Mantuæ verò Asulam rece-
perunt. Atque ita gens, cuius toto orbe terra-
rum maxima & inuenerata auctoritas erat, tot
urbibus amissis, intra paludes ipsasque Venetias
circumflui maris beneficio permunitas,
redacta est. Fuit tantæ cladis & Veneto nomi-
ni funestissimus dies XIII. Kalendas Maij, anni
M C I X. Iulius sua quum recepisset, vti pius, æ-
quissimus ac verè Italus pontifex, Venetorum
nomen tantis fluctibus obrutum, & penè demer-
sum miseratus, eos suppliciter deprecantes,
subleuandos censuit. Legatis porrò eorum
in Vaticana basilica solemnè precatione adie-
cta pro templi foribus expiatis, vrbi Venetæ
sacra restituit, istoque subinde scødere: quo
illi maris imperium eiurabant, & sacerdotia
pontificis arbitrio conferenda relinque-
bant, in amicitiam fidemque recepit, totis-
que viribus vt eos Cæsari conciliaret, ope-
ram dedit, quo tempore Patauio per dolum
recepto, imperatorem ab ineundis secum pa-
cis conditionibus auerterunt. Conatus quo-
que est pontifex Alfonso Estensem Ferrariæ
ducem à Gallorum amicitia auertere, quò co-
rum vires totiam Italiæ formidabiles fran-
geret; sed ille Veneti nominis antiquus hos-
tis, & qui sese Ludouico regi persoluta pe-
cunia, & istis scøderebus applicauerat, ponti-
ficis adhortationem contempsit. Vnde iratus
pontifex bellum ei indixit, & à scødere Ludou-
ici XII. Galliarum regis discessit, specie
quod eundem Alfonso, qui à Romano ponti-
fice Ferrariam beneficiario iure obtinebat,
aduersus se tuendum defendendumque sus-
cepisset. Quum ille terra à Gallis, & Pado
amne ab se profligatis Venetis, apud Coma-
clum, salinas maximi pronentus sibi vindica-
casset, neque in his rebus voluntati pontificis
obtemperaret. Has ob causas pontifex Al-
fonsum vti contumacem sacris interdictum
armis persequi coepit, & hostiliter in eius si-
nes copias eduxit; rebus Romæ compositis, &
multa pecunia coacta, ab vrbe profectus Bo-
noniam contendit, quo facilius imminenti
bello operam subministraret. Rex papæ ira-
tus Maximilianum Cæsarem pontificis hos-
stem ob reconciliationem cum Venetis in
suas partes traduxit, cuius præsidio & aucto-
ritate rex fultus, simulque aliquot Cardina-
lium; qui ad eum confugerant consilio ad-
ductus, generalem Christianorum consen-

tum indicendum curauit, in quo Iulius II. ad
causam dicendam citaretur. Pontifex porro
scødere cum rege Hispaniæ Ferdinando isto,
Heluetijs gente ferocissima mercede condu-
ctis, & communis sui, Venetorumque exerci-
tus imperatore creato Francisco Mantuæ Mar-
chione, in perpetuum in Ferrariensem ducem fe-
cit, & Mutina ei adempta cum duodecim mil-
lium peditum copijs Mirandulam, quæ Gal-
licis præsidijs tenebatur, expugnat; haud satis
specioso præmio pro tantis laboribus. Miran-
dula capta Iulius vti victor Bononiam reuer-
sus est, ex qua paulò post copiarum suarum
clade apud fossam Giliolam audita recedens,
Rauennam se contulit. Bononiam præ-
sidio vacuam Bentiuoli adiuantibus Gal-
lis, Francisci Cardinalis Alidosij legati vel do-
lo, vel negligentia occupant. Legatus cum Ra-
uennam ad Iulium, vt sese expurgaret profe-
ctus esset, à pontificis fratris filio Urbini du-
ce interficitur. Galli successu rerum elati,
Cæsare & Cardinalibus, qui à pontifice de-
sciuerant, auctoribus, pontificem ad concilium,
quod ad kalendas Septembris Pisis futu-
rum esset; citant. Papa quum omnem ope-
ram dedisset, vt recepta Bononia, Pisanoque
concilio dimisso, pacem cum Francorum re-
ge faceret, illumque victoria insolentem, &
obstinatissimè recusantem animaduertisset,
quò Pisanum conciliabulum tolleret, Anto-
nij de Monte consilio, Romæ Laterani concilium
generale indixit. Regem Francorum
denuo, Florentinos qui concilium locum Pisas
concesserant, & omnes conuentui illi præ-
sentes grauissimo anathemate persecutus est.
Cardinales quinque, qui eius conuentus au-
ctores fuerant, omnibus dignitatibus & Ga-
lero priuatos ordine senatorio amouit: hi
fuere omnium & concilij principes Bernardinus
Caruaial Hispanus Sabinensis, & Guil-
helmus Brissoneta Gallus Prænestinus episcopi;
Franciscus Borgia Hispanus tituli S. Cæciliæ,
& Renatus de Bria Gallus tituli sancti & Sabinæ,
presbyteri: demum Fredericus Sanseuerinus
Italus S. Angeli diaconus Cardinalis. Qui
postea omnes præter vnum Borgiam iam
fato functum mortuo Iulio II. à Leone X.
schismate eiurato, ad pristinas dignitates sunt
restituti; Lateranensi verò concilio omnia Pisan-
iani conuentus acta antiquata sunt. Speraue-
rant Cardinales Iulio rebelles fore, vt pontifi-
ce abrogato, alius vti optimus atque sanctissimus
Christianis sacris præficeretur, & quisque
eorum

eorum ad pontificatum hac ratione adspirabat, atque in primis Caruaial ipse ambitione & inani gloria perditus. Iulius ubi videt se à Gallis tam aperta vi & tantis insidijs oppugnari, ab Anglorum & Hispaniæ regibus Henrico & Ferdinando auxilium imploravit. Qui Pontificis iniurias tuendas quum suscepissent, arma in Gallos mouent: Anglus quidem contra Aquitanos, Hispanus verò contra Ioannem Nauarræ regem foedere Gallis coniunctum & à pontifice sacris interdictum. Neque Iulius quiescebat, quia indies Francorum regem æquis conditionibus ad pacem sollicitaret. Illo verò incredibili pertinacia in suscepto consilio perseuerante, Pontifex cum principibus foederatis, Heluetijs quoque in belli societatem euocatis, vt Gallos Italia eijceret, ingentes copias adornabat, in Florentinorum odium, qui concilio Pifas sedem dederant, Ioannem Medicem Cardinalem Florentiæ cum tota Medicea domo exulem, Bononiæ & Aemiliæ totiusque foederati exercitus legatum creat. Horum conatibus rex animo non nihil consternatus, Brixia præsertim à Venetis occupata, maiora præsidia parabat. Cardinales concilij Pifani veriti, ne in Iulij Pontificis potestatem venirent, Pifis synhodum Mediolanum transfulerunt. Caterum Brixia à Gallis recepta, & direpta, rex Franciscus obstinatissimè bellum gerere pergebat. Quum verò ab Hispanis & Anglis regni sui fines vexari cognouisset, belli aleam in Italia iacere, nouissimoque prælio cum hostibus decertare constituit. Copiarum Gallicarum dux Gasto Foiesseius erat rei militaris perititissimus, & imperatorum sui temporis longè præstantissimus, qui Bononia obsidione, quæ à pontifice premebatur, liberata, Heluetijsque repressis, Brixiam de Venetis incredibili celeritate receperat. Is copijs omnibus, quas tum Brixie, tum Bononiæ habebat in vnum collectis, & prope Rauennam vt cum foederato Ferrariæ duce se coniungeret, traductis (fuere tum Gallorum copiarum mille & quingenti equites cataphracti, & xiiij. millia peditum) prælium committere, & fortunam experiri cupiebat, nec foederatorum castra, quæ Rauennæ præsidio aduenerant, procul erant, xiiij. millium peditum, & mille octingentorum equitum cataphractorum. Cum autem pontificij foederati que certamen aliquandiu recusassent, cognito Rauennam muris ubique tormentorum vi disciectis, penè ex-

pugnatam esse, quò vrbi consulerent, prælium inire coacti sunt, die sancto Paschatis. Haud procul à Rauenna atrox certamen habitum est, quod horas sex perdurauit, in quo tanta animorum pertinacia pugnatum est, vt cuinam parti victoria cessura esset, diu incertum fuerit. Postremo cum ducis Ferrariæ Alphonfi (qui belli præcipuè causa erat) consilij tormenta bellica magno in obliquum circuitu, in latus & terga hostium conuersa essent, Franci adèd cruenta victoria omnibus penè præcipuis Gallorum ducibus cæsis, Hispanisque & pontificijs in fugam versis potiti sunt, vt victores longe maiori periculo expositi fuerint, quàm victi. Ad xx. hominum millia eo prælio, vtrinque ferè æquata clade, cæsa traduntur, in his CL. nobiles ex aula regis Gallorum, & quinque militum tribuni, cum totius exercitus imperatore Foiesseio. Ex pontificijs legatus, & aliquot duces capti. Ad primum cladis nuntium pontifex & Ferdinandus ita animo consternati sunt, vt alter regnum se tueri posse diffideret, alter fugam nauigio Ostiæ preparato adornaret. Atqui reparatis viribus, bellique imperatore Ferdinando Consaluo in Italiam transmittere iussu, maximè recreati sunt nouissima Francorum clade audita. Nam etsi ad Rauennam prosperè pugnant, ita tamen vires eorum attritæ fuerant, vt Venetorum & Heluetiorum sub Cardinale Sedunense opera, Italia omnino septuagesimo à pugna die maximo fortunæ ludibrio exacti sint: nam Palicia, qui Foiesseio successerat, quum exercitus reliquijs, certamen cum Venetorum & Heluetiorum, qui paulò antè à pontifice euocati in Italiam descenderant, copijs detrectis, in Galliam ocyssimè reuerti iussus est, vt regno ab Anglis, Hispanis, & Heluetijs vndique vexato opem ferret, Mediolano & Insubrum arcibus modico præsidio munitis. Sed & concilij Pifis inchoati, & Mediolani parum prosperè renouati, patres Heluetiorum timore perterriti, illud repente dissolunt, & Lugdunum in vltiore Galliam transferunt. Gallorum porrò reliquijs ab Heluetijs cæsis, Insu- bres aduersam eorum fortunam conspicati, receptis armis, Francorum, quorum arrogantiam immoderatamque libidinem ferre vix poterant, præsidia omnia eiecerunt. Eo modo paucis diebus Mediolanense imperium Gallis est ereptum, & Maximiliano Sfortiæ Ludouici Mori filio vt legitimo principi ex Cæsaris auctoritate, cuius beneficiarium est;

est, Iulij II. pontificis, Veneti que senatus auspicijs, & vnà maximè Heluetiorum virtute restitutum, id que Laterani in concilio pro Cæsare Matthæus Langus Cardinalis Gurgensis imperatoris in Italia procurator approbavit. Nec mora, Bononia pulsus Bentiuolis, Rauenna que recepta, Parma & Placentia ex fœderis legibus pontifici traditæ: Genua quæ Gallis parebat à Fregosij occupata; Veneti Crema & Brixiam receperunt. Medicei factionis pontificiæ Florentiæ restituti, perpetuo vexillifero Petro Soderino vrbe exacto. Et quum hæc Heluetiorum ope præcipuè facta fuissent, Papa eos multis muneribus donatos, specioso Italicæ libertatis assertorum titulo decorauit: quibus summa cum felicitate gestis, pontifex cum imperatore contra Venetos nouum fœdus percussit, quod Veronæ Viceitiæ que imperium Cæsari obstinatissimè cedere recusassent. Quo tempore Veneti pontificem infracti animi veriti, simul que ab Hispanis contra fœderis leges Brixia turpissimè exclusi, cum Ludouico Francorum rege perpetuo pontificis Hispanorum que hoste societatem ineunt, qui nouos contra Iulium Cardinalium rebellium opera tumultus indies in Gallijs excitabat, abbatem que Cluniacensem, quem summum sacerdotem dicerent, Iulio opponbant. Pontifex Venetorum consilij cognitis, ipsos quos fœdere cum Cæsare factio irritauerat, Francorum que amicitiam petere coegerat, vt à Gallis auerteret, sæpius frustra tentauit, quo non impetrato animi dolore senio que ex leui, sed tenaci febricula, fluente sensim aluo, confectus, schismaticis que timore decubuerit, & Romæ in Vaticano I X. Kal. Martij hora xi. rebus humanis excessit, septuagenario maior, salutis anno MD XIII. pontificatus verò ix mense III. supra diem XXI. Lateranense adhuc concilio perdurante; bellica gloria plusquam pontificem deceret clarus. Cadauer in basilica Vaticana Xysti patruifacello pone aram maximam conditum est. Vacauit tum sedes dies XVII. Fuit Iulius pontifex animo magnus, constans, rerum ecclesiasticarum defensor acerrimus, contumeliarum insolens, & contumacibus implacabilis, in calamitatibus semper se ipso maior & excelsior, inuicto animo, rebus prosperis contiuens, ingenti liberalitate; neque ob alias causas tot bella gessit, quam vt imperium ecclesiasticum à diuersis occupatum recuperaret. Ecclesiæ Romanæ, Bononiæ cum Aemilia & Flaminia

pulsis tyrannis & Venetis, firmissimum imperium & maximè stabile restituit, potiundæ Mutinæ ecclesiæ initia dedit, Parmam, Placentiam ditioni ecclesiasticæ adiecit, suorum parum indulgens, eis nihil de veteri ecclesiæ ditione donauit fratris enim filium Franciscum Mariam in ducatu Urbini à propinquo suo Guidone Vbaldo Feltrio sine prole mascula decedente adoptari & heredem constitui procurauerat. Pisaurum Ioanne Sfortia sine herede mortuo eidem stipendij debiti nomine assignauit. Inter XXVII. Cardinales quos creauit, quattuor tantum è gente sua Galeottum & Xystum sororis Luchinæ filios S. R. E. cancellarios, item duos consobrinos natos Clementem Mendensem, & Leonardum Agenensem maiorem pœnitentiarum successiuè, septem antiqua familiaritate & seruitio acceptos, reliquos in gratiam principum, vel doctrinæ laude commendatos fecit; in his fuere Antonius de Monte, Petrus Accoltus; & Achilles Crassus Rotæ præstantissimi auditores, templum S. Petri Vaticanum nouum, veteris parte dissecta Bramantis eximij architecti opera, portentosa vastitatis inchoauit. Vir nunquam satis laudatus ob ecclesiæ ditionem fortiter conseruatam & auctam, quamquam à nonnullis parum probatus, quod armis magis, quam sacrosanctum pontificem deceret, deditus esse videretur.

LEO PAPA X.



GEN S Medicea, quæ nunc rerum in Etru- 226. P. 6.
ria potitur, lectissimorum virorum
prole fœcundissima, Florentiæ inter
vete-

veteres & honoratas popularis ordinis familias enumeratur. Eam primus magnus ille Cosmus Medices Ioannis filius, Auerardi nepos, vir in libera ciuitate omnium præstantissimus illustrauit, decreto publico pater patriæ vocatus. Quæ ex vxore Contesina Barda Ioannem & Petrum filios suscepit. Ioanne iuvene fato erepto, Petrus paternæ potentie hæres extitit. Petri filij fuere Laurentius & Iulianus, qui postea admirabili sorte geminos Pontifices maximos Leonem x. & Clementem v. II. genuerunt. Iuliano Pætiana coniuratione interfecto, solus paternarum opum & potentie Laurentius Medices hæres supersuit. Is Clarice Vrsina nobilissimi sanguinis matrona in matrimonium accepta, tres marces & totidem foeminas tulit. Marium natum minimus Iulianus, medius Leo x. Ioannes ante pontificatum vocatus maximus Petrus fuit, qui paterna potentia exutus, & patria Gallicis armis Italiam vexantibus ciuili seditione profugus, decimo exsilij anno in Lyri annis ostio submersus est. Huius vxor Alfonsina Vrsina fuit, ex qua Laurentium filium auspiciationis fortunæ hæredem reliquit. Quem à patre Leone pontifice eiectionis Ruueris Vrbini ducem constitutum, sed non diu eodem principatu lætatum, supersunt qui viderunt, ex quo Catherina Henrici II. Francorum regis vxor legitima matrimonio, ex maternæ verò ancillæ furtiuo congressu Alexander Medices primus Florentinorum dux geniti sunt. Iuliani verò ex nobili vrbinati vidua Hyppoplytus Medices Cardinalis filius fuit. Foemina Magdalena, Contesina & Lucretia clarissimis nobilissimarum familiarum Cybo, Rodulphi & Saluiatæ viris in matrimonium locatæ quatuor Cardinalium parentes extitere Innocentij Cybo, Nicolai Rodulphi Ioannis & Bernardi Saluatorum. Natus est Leo x. Florentiæ III. Idus Decemb. anno salutis MCDLXXV. patris doctissimi, & grauissimi ciuis cura à teneris annis bonis moribus ornatus, & optimis disciplinis, latina græcaque doctrina, musica item instructus, præceptores habuit Angelum Politianum, & Bernardum Michelotium, viros græcis & latinis litteris, versu & soluta oratione eruditissimos. Eum in Laurentij patris gratiam Ludouicus XI. Galliarum rex etiamnum puerum insigni & amplo archiepiscopatu honestauit. Qui postea ab Innocentio VIII. adhuc adolescens vixit annu xlii. annum excedens, Laurentio patri gratificaturus, qui filiam

Magdalenam Francisco Pontificis nato desponderat, Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Dominica pridie Idus Martij. anno salutis MCDLXXIX. cooptatus, a tatis defectu diu Vrbe absuit. A puero statim frugi apparuit, mores eius pudici incessu grauis, & honestissimæ eius actiones fuere. Paulo antequam pater excederet in vrbem Innocentio VIII. adhuc pontifice veniens supra bonarum artium notitiam, ex patris disciplina ab humanitate, suauitateque ingenij omnibus charus esse cepit. Vbi verò de patris morte nuntium accepit: continuo Florentiam est reuersus. Albeuntem Pontifex totius Etruriæ legatum creauit. Rebus compositis, & Petro fratre ad Reipublicæ gubernacula constituto, non multò post Romam redijt, vbi paucis inde diebus Innocentius moritur, Comitij Alexandri præstantissimis se Cardinalibus Senensi & Neapolitano adiunxit. Nec multò post in Italiam ingruit Carolus VIII. Francorum rex, cuius vi, ciuilique dissensione, Petro fratre à Reipublicæ gubernaculis submoto, & Florentia pulso, atque cum omni Medicea familia relegato, Iohannes grauissimum fortunæ telum sensit. Medicei patria & auita dominatione exacti, totos decem & octo annos exules faere. Quo temporis interuallo, quum ter tam per veteres amicos pacificè, quàm aperta vi & insidijs in patriam regredi in prospera fortuna tentasset, Ioannes excedere Italia tantisper & per externos populos, vt tempori seruiret, peregrinari constituit, cum dignitate enim Romæ esse non poterat, quòd Alexander Pontifex Florentinis tum foedere iunctus esset. Italia igitur omni, Germania & Gallia peragratis Genuam in Ligures profectus, apud Magdalenam sororem aliquandiu substitit; denuoque, sed parum prosperè, in patriam reditus fortunam tentauit. Nam Florentini perpetuum dictatorem Reipublicæ Petrum Soderinum constituerant. Per id tempus Petrus frater in ostio Lyris fluctibus maris obrutus interijt, supersite Laurentio filio. Romam deinde mortuo Alexandro cum redijisset bello, quod Iulius II. & Hispanus rex adiunctis Venetis cum Gallorum rege Ludouico XII. gerebat, legatus est creatus, adiuncta insuper totius Aemeliæ administratione. Clade Rauennati à Gallis captus, quum eis abeuntibus è via aufragisset, Raimundum Cardonium Hispanicis copias infel. ci pugnae superstites reparantem adijt,

adijt, eumque adiuuante pontifice Florentinorum, qui Pisis conciliabulo locum dederant hoste sibi coniunxit. Cuius ope expugnato Prato, quum Florentiam tenderet priusquam ab aduersarijs præsidia parari posset, à beneuolis propinquis suis in patriam cum familia omni est receptus. Ibi Petro Soderino perpetuam dictaturam abdicante rempublicam ad arbitrium constituit, Iuliano fratre in patria principe relicto. Quarto mense post Iulio II. mortuo, quum ad urbem venisset, comitium in Vaticano ingressus, Cardinalium iuniorum Arragonij Gonzagæ, Cornelij, Petrucij, Saulij, & Sedunensis in primis opera, V. Idus Martij anno Domini MDXIII. trium & XX. Cardinalium suffragijs Pontifex maximus renuntiatus, XIII. Kal. Aprilis inauguratus est, & III. Idus, anniuersario cladis Rauenatis die, magnificentissimo apparatu, tota urbe aulicis & festiuis frondibus arcubusque ornata, basilicam Lateranensem veteri pontificum instituto visitauit. Initio pontificatus Europam omnem bellicis turbinationibus agitatam, remque ecclesiasticam schismate penè dilapsam sedare & reparare studens, pacem seu indacias inter Christianos principes per legatos tractauit, vt ferilibus odijs pacatis, & discordibus animis lenicis, terrerimis seditionibus, ciuilibus discordijs, & intestinis malis sublatis, Italiæ pacem, cuius in primis amantissimus fuit, afferret homo quieti & voluptatibus deditus. Illudque agebat, vt his omnibus compositis, bellum communi hosti Turcæ inferretur. Maximiliano Sfortia in Mediolanensi principatu confirmato, Heluetios, qui ei præsid fuerant, magnis stipendijs prosequutus est. Cardinales à Iulio II. ordinaris senatorio amotos, & priuato habitu Romam ad se supplices venientes, eiurato schismate, conciliorumque Pisani, Mediolanensis & Lugdunensis actis inductis in pristinas dignitates restituit. Concilium à Iulio Laterani cœptum multis de causis celebrandum perficiendumque curauit. Mutinam à Maximiliano Cæsare XXX. aureorum millibus cœmit. Bello inter Cæsarem & Venetos ob Veronæ, Vicetiæque imperium adhuc vigente totus in eam curam incubuit, vt pax inter eos æquis conditionibus fieret. Heluetijs magnis stipendijs in Sfortiæ auxilium contra Gallos euocatis, Octauianum Fregosium Genuensium imperio præfici curauit Francorum rege Ludouico XII. aduocato sibi vna sancto, quum qui ei suc-

cesserat, Franciscus Valeſus gener bellum Insabrum duci Maximiliano Sfortiæ intulisset, noua rursus arma Italiam turbare cœperunt. Gallus enim & Anglus reges cum Venetis fœdere iuncti, Maximilianum Sfortiam Cæsaris, Heluetiorum & Hispanorum regis armis munitum aggressi fuerant. Pontifex quod Galli Parmam & Placentiam se repetituros pulso duce minitabatur, Sfortiæ studebat, Heluetiasque cohortes magnis præmijs auctore Cardinale Sedunense legato in sua fide continebat. Interim Francorum rex Franciscus validissimis copijs instructus, quum Heluetij bellum adornarent, in Italiam descenderat, pontifici exercitus imperator Iulianus Medicus pontificis frater creatus. Pugna ad Melaniam commissa, Heluetijs ad internecionem penè cæsis, rex Mediolanum nullo negotio obtinuit. Sfortia, qui se ei dederat in Galliam missus, xxxv. millium aureorum redditu pro principatu à rege impetrato. Placentia & Parma, quæ Iulius papa II. ecclesiæ adiecerat à Francis pontifici repugnare non auso occupata. Leo pontifex quum Gallica arma plurimum formidaret, parere præſenti fortunæ, & cum victore amicitiam inire constituit. Ludouici igitur Canossæ Veronensis pontificij legati opera, papa à rege pacem petijt, cui inuendi rex & pontifex Bononiam cum ingenti apparatu se contulerunt; ibi pacis conditionibus transactis, rex Mediolanum, & mox relicto in Insuſubris Borbonio, in Galliam est reuerſus. Redijt & Leo Florentiam, deinde vere nouo Romam. Nec multo post Florentiæ Iulianus frater nulla edita è Filiberta coniuge prole moritur, qui ducis Allobrogum soror, Francorum regi consanguinitate coniuncta erat. Ferunt Leonem X. aliquando cogitasse, Iulianum fratrem ex Maximiliani Cæsaris, cum quo fœdus percusserat, & eo mortuo Laurentium fratris filium ex Caroli quinti auctoritate, Lucensium & Senensium imperio beneficiario iure præficere, cui ipse Vrbinum & Ferrariam veteribus Regalis pulsus adiungeret, sed hæc consilia Iuliani & Laurentij immaturæ mortes disturbarunt. Iuliano igitur extincto, Laurentius Petri fratris filius rebus heredis prædicuit, ita constituta republica, vt amicissimorum ciuium industria regeretur, summæ consiliorum ad eum vnum respiceret. Quem quum pontifex matris Alfonso præcibus maiori indies cum imperio & dignitate esse perciperet, vt sunt

vt sunt mortalium desideria, quæ in immensum aucta, nullis demum terminis contineri possunt, leuibus quibusdam occasionibus que fitis, Franciscum Mariam Feltrium Ruuereum Urbini ducem, sibi suspectum & inuisum, armis aggressus est. Quem missis copijs Rentio Carite duce, Urbino, caterisque eius ditionis oppidis atque urbibus spoliavit, Laurentio fratris filio duce constituto. Ipse Feltrius cum vxore & liberis recedens, Mantuam se recepit. Feltrio pulso, non sine ingrati animi nota Borgesium & eius fratrem Alfonso Cardinalem Petruccios, Pandulfi Senensium tyranni filios patria expulit, imperio ciuitatis ad Raphaëlem Petruccium veterem amicum, & qui quondam exsilijs comes extitisset, translatto. Hinc odij inter pontificem & Alfonso origo, quod eo vsque processit, vt ipse ira inmodica efferuens, de necando pontifice nefaria consilia agitarit, quæ cognita exitio ei fuere. Non dissimili animo, quanquam dispari euentu, Leo ducem Ferrariæ Alfonso diutinis insidijs afflixit, verum vir militari gloria præstans & munitissima ciuitate tutus, vim Leonis aduersosque conatus fregit. Obierat per hæc tempora catholicus Hispaniarum rex Ferdinandus, Hispaniæ, Neapolis atque Sicilia regnis Carolo nepoti iure hæreditario relictis. Tum Heluetij, qui nihil de pristina armorum ferocia etiam insigni paulo ante clade ad Melenianum accepta remisissent, cum Maximiliano Cæsare foedus percusserunt, vt consociatis viribus Gallos Italia depellerent, frustra reclamante pontifice, qui pacem quaqua ratione, quàm arma in Italia malebat, & propterea quæ Cæsarem Aegidium Viterbiensem Cardinalem singulari eloquentia præditum, legatum miserat. Galli Heluetiorum & Cæsaris armis non sine gloria confusis, Veneris adiuncti Brixiam de Hispanis vi, Veronam verò de Cæsare solutis cc. aureorum millibus receperunt. Quo anno, qui fuit MDXVII. res Italica maximis bellorum turbinebus agitatur aliquantisper composita fuit. Fuit annus, cum pace Italica, & alijs quibusdam rebus admodum memorabilis, tum Romanæ ecclesiæ grauissimus ac pestilentissimus. Tunc enim Martini Lutheri hæresiarchæ infandum nomen ex vltimæ Germaniæ finibus audiri primo ceptam est. Selymus Turcærum imperator duobus Sultanis victis & interfectis, Syriæ & Aegypti amplissima regna obtinuit, maximo cum Christianorum omnium, quorum cerui-

cibus imminebat terrore. Vnde Leo solennes illas habuit supplicationes, qua pedibus discalciatus cum omni Romana aula à sancti Petri basilica ad sanctæ Mariæ de Minerua templum profectus est, sacratis omnibus ferculis, sanctorum reliquijs & imaginibus in pompa delatis, Dei opem aduersus efferati tyranni vim implorans, quas exaudisse Deus visus est, immanni parricida paulò post ex cancro morbo extincto, & mitiore filio Solymanno tantum imperij successore relicto. Eodem anno Petruciana coniuratione detecta, Pont. sex Cardinales aliquot, qui aduersum se coniurauerant, vel eius consilij conscij fuerant, cepit, & dignitatibus omnibus priuatos senatorio ordine mouit: ex his Alfonso Petrucius conspirationis princeps in Hadriani mole Orlandi Aethiopsis manu elisis faucibus strangulatus; Hadrianus Cornetanus qui aufugerat, rubri pilei honore priuatus, Raphaël, Riarius, & Bendinelus Saulius ordine amoti non longè post restituti. Soderino in Fundanum agrum liberum exsilium concessum. Quapropter quum tot afflictorum Cardinalium poenis senatum non nihil contumacem haberet, nouis patribus sibi opus esse distans, vna lectione, incredibili liberalitate, vnum & xxx. Cardinales ex toto terrarum orbe conquisitos partim precio, partim virtutis causa, in his successorem suum Hadrianum v. i. creauit. Nam præter quattuor veteres restitutos, ad duos & xl. patres in senatum varijs lectionibus cooptauit. Prima creatione Iulium Medicem patrum suum, quem & cancellarium fecit, Cardinalem dixit, qui post Clem. v. i. fuit. Exinde ad totius Europæ reges à Cardinalibus virtute ac eloquentia insignes legatos misit. Thomam Viam Caietanum ad Cæsarem, Bernardum Bibienam ad Gallum, & Aegidium Viterbiensem ad Carolum Hispaniarum regem, vt sublatis offensionibus, communi consilio viribus consociatis impotenti tyranno, bellum terra marique ad publicam tuendam salutem inferretur. Sed fatali Christianorum principum socordia, Leonis saluberrima consilia perierunt. Nec multò post Maximiliano Cæsare defuncto, Carolus nepos Hispaniarum rex Francisco Francorum regi competitori prælatus, imperator designatus est, legis venia à Leone v. ii. millibus aureorum annuorum impetrata, qua cautum erat, ne Neapolitanus rex, Cæsar deligi posset. Quo tempore Laurentius Medices ad iuuenili intemperantia con-

cepto lethali morbo. Florentia interijt; vxorem is duxerat è Gallie regis cognatione; nam Feltrio pulso. Vibinoque occupato, Laurentius totum ad Francisci Francorum regis fidem amicitiamque se contulerat. Laurentio mortuo pontifex Iulium Cardinalem Florentiam misit, vt reipublicæ præesset. Paulum Baleonem è Perusia Romam euocatum, eiusque lenitati impense confidentem in arce securi percussit. Amadeum Ricinatum tyrannum suspendi iussit. Cæsari deinde foederi coniunctus, arma Gallis intulit, vt ijs Italia pulsus, Franciscus Sfortia Mori filius iure paternæ hereditatis Mediolanense imperium obtineret, Placentia verò & Parma à Gallis impotenter ereptæ Leoni restituerentur. Summa belli Prospero Columnæ demandata est, pontificijs copijs præfuit Fridericus Gonzaga Mantuæ princeps. His adiuncta sunt Germanorum & Heluetiorum auxilia; legatus totius exercitus Iulius Medices designatur. Hi coactis copijs Mediolanum & Insubres omnes, pulsus breui tempore Gallis, qui superbia & sæuitia iam ferri non poterant, occuparunt. Ducatus Franciscus Sfortiæ Cæsaris auspicijs ex foederum lege datus, Parma & Placentia ecclesiæ restitute. Tantæ victoriæ nuntio, quum in Manliana villa esset, accepto, pontifex incredibili gaudio est affectus, nec multò post priusquam coenaret, obrigit, sensimque exorta est febris, lenis quidem, sed quæ ei suprema fuit: Ob id sequenti die in vrbe reuectus, aliquot diebus post crescente morbo, Romæ in Palatio ad iij. Nonas Decembris hora noctis præcedentis vij. non sine veneni suspitione rebus humanis excessit, anno salutis MDXXI. ætatis xlv. mensis xj. die xxj. pontificatus verò viij. mense viij. die xx. Ferunt eum paucis horis antequam è vita migraret, supplicem Deo gratias egisse, constantissimèque professum esse, se æquò animo mortem ferre, postquam Parmam Placentiamque sine vulnere recuperatas vidisset. Porro autem paulò ante obitum, sanctum Franciscum Paulensem Calabrum, Franciscus rege petente, sanctorum Confessorum albo adscripserat. Fuit enim rerum diuinarum diligens obseruator, sacris cæremonijs deditus, corpore procerò, decora facie, naso grandiore, oculis cæcutientibus & cæcis, ad spectu gratò & venerabili, in dicendo elegans, sententijs grauis, ingenio peracuto, in audiendo patens, in loquendo prudens, elogio facilis, aditu omnibus permisso. Insuper acerrimus

cultor, nam & graffatores cohibuit, & ex ijs multos capitali pœna affecit. Id vnum ei datum, quod voluptatibus, venationibus, aucupijs effuse deditus, luxui & splendidissimis conuiujs, musicæque magis quàm tantum pontificem deceret, totus impenderet. Pecuniæ quærendæ causa (quum multa tum ædificijs, tum effulis largitionibus & bellorum visibus absumpsisset) precio cardinales aliquot legit, & officia quædam venalia excogitauit, vt cubicularios, Scutiferos milites, sancti Patri & Ripæ Portionarios. Fuit omnium, qui ad eam diem fuerant Romanorum pontificum liberalissimus, musicos magnoperè amauit, quum esset eius artis peritissimus. Doctos & eruditos viros coluit, & magnis muneribus persequutus est. Nihil enim antiquius duxit, quàm bonarum artium studia maiorum suorum; maximeque Laurentij patris exemplo prouehere, & liberalissimè exornare. Ante omnia ab epistolis Petrum Bembum, & Iacobum Sadolerum, omnium litteratorum eloquentissimos habere voluit. Vaticanæ bibliothecæ Beroaldum iuniorem præfecit, Gymnasium Romanum accitis vndeque grauissimarum artium præstantissimis professoribus instaurauit, Augustinus Niphus Sueslauius philosophiam, Christophorus Arrétinus medicinam, Hieronymus Butigella iuris scientiam profitebantur, humaniora verò studia Ianus Parrhasius Consentinus, græcas litteras Basilicus Calchondiles Demetrius filius docebat. Singulos verò, vel mediocri nominis litteratos magna liberalitate subleuabat, Romanis porro vectigal salis imminuit, conseruatorum potestate amplificata, eosque præmijs ac immunitatibus multis, publicè priuatimque est profecutus, quam ob rem solemnè decreto, fratrem eius Iulianum ciuitate donatum insigni maximoque apparatu, conuiuioque in Capitolio & varijs ludicris scenicisque artificijs susceperunt, & ei ad testificandum gratissimi animi studium, marmoream statuam in palatio Capitolino dedicarunt, cum hac inscriptione;

OPTIMO PRINCIPI LEONI X. MED.
IOAN. PONTIF. MAX. OB RESTITUTAM
INSTAVRAMQUE VRBEM
AVCTA SACRA BONASQUE ARTES
ADSCITOS PATRES SVBLATVM VE-
CTIGAL DATVM CONGIARIYM S.
P. Q. R.

Eius pontificatu, quē omnium lætissimum ac beatissimum Roma vidit, Emanuēl Lusitanā rex elephantem ad urbem misit, ante mille annos non Romā visum, pontificiq̄ nobilissimas sacratas vestes margaritis refertissimas dono dedit. Aedificandi studio incensus basilicam Vaticanam miro artificio à Julio II. inchoatam perficiendam, quantum in eo fuit, magno animo suscepit, palatium Vaticanum triplicibus longis & præamplis portibus eximia structura, auratis laquearibus, egregijs nobilissimiq̄ operis picturis splendidissimum fecit. Deiparæ virginis ædem, cui cardinalis præfuerat, in monte Cælio à fundamentis penē refecit, & laqueari aureo exornauit, lauacrum Constantini Lateranense ruinam minitans restituit, laminis plumbeis tectum reparauit, pyrgorum portu cœnu & saxis repletum publicæ commoditati purgato, oppidum muro cingere cœpit. Arcem montis Flasconis; Corneti, cardinalis Vitellesci, & in multis patrimonij oppidis per amplas ædes vel restituit, vel à fundamentis ædificauit, Manlianam villam aqua corriuata, elegantiori ædificio exornauit, Romæ sancti Alexij caput argentea theca clusit, aulæa è Belgis serica, auroq̄q̄ intertexta quinquaginta aureorum millibus, sacelli pontificij ornamento coëmit. Postremo nihil ardentius, quā liberalitatis summam gloriam, à qua cæteri sacerdotes abesse longē consueuerunt, in omni vita expetiuit, eos principe loco indignos existimans, qui nequaquam benefica, & larga manu fortunæ muneribus, & ijs præsertim, quæ nullo aut paruo labore parata sunt, uterentur: sacerdotum nullum vnquam venale proposuit. Hoc modo urbem Romam moderantem cunctis læta pace fruētib; mors præproperea adhuc ætate florentem eripuit. Cadauer in basilica Vaticana latericio tumulo tum sepultum, postea Paulo III. ad Mineræ ædem cum Clementis corpore translatum, & nobilissimo marmoreo monumento conditum est. Vacauit eo mortuo, sedes Romana mensem vnum, dies vij.

HADRIANVS PAPA VI.



HADRIANI VI. patria Traiectum 227. I fuit inferioris Germaniæ ad Belgicum oceanum vrb; quæ provinciæ nomen dat, ac inter Batauos & Cananefates principem locum tenet. Ipse natus est vj. Nonas Martij, anno Domini MCDLIX. Patrem habuit Florentium, qui familiæ nomen tulerat, virum ex ingenua plebe (quemadmodum ipse de se scribebat) & vt alij addunt, aulæorum textor (quanquam plerisque placeat coctoris ceruicis ministrum eum fuisse) probus tamen & frugi. Is aded angusta domi re familiari utebatur, vt filio, ad bonas artes propenso, vnde subueniret, non haberet. Itaque Louaniam missus Hadrianus, impetrauit, vt in prædaggio Portiorum gratuito nutrireretur. In quo vetere instituto, honestis atque ingenuis adolescentibus egestate pressis, in aliquot annos ad bonas artes perdiscendas, alimenta ex publico præbentur. Per hunc modum Hadrianus patre Florentio annuæ impensæ metu liberato, cum incredibili vitæ integritate & continentia sese totum liberalibus disciplinis ita dedit, vt breui tempore inter dialecticos, philosophos, mathematicos, & theologos principem locum obtinuerit. Sed nec pontificij iuris expertus fuit. Cuius virtutem & castissimæ vitæ famam quum Margarita Cæsaris Maximiliani filia, quæ tum Belgis imperabat audisset, eam nihil tale expectantem sacerdotio patrocinali in Hollandia liberaliter honestauit. Nec multo post, ob hanc morum doctrinæ præstantiam, sacerdotum



omnium suffragijs, Decanus Louanij in templo maximo est effectus. qui summa dignitatis gradus est. Id sacerdotium alium quoque honorem secum traxit in gymnasio luminum. Vicecancellarius enim, ut vocant creatus est, qui in scholis collegiorum omnium cuncta moderari solet. Ab hoc sacerdotio magistratuque ditior factus, nil mox antiquus duxit, quam Louanij Collegium, sub Hadriani nomine ædificare, adiunctis redditibus, quibus studiosi adulescentes inopes cum doctoribus sustentarentur. Quod aliquot annorum intervallo abundè præstitit, non sine maxima omnium admiratione. Per id tempus Philippus Hispaniarum princeps, Maximiliani Cæsaris filius, apud urbem Burgos morbo correptus interijt, Carolo septenni filio, qui postea Imperator fuit, relicto, huic ipse auus Cæsar quum præceptorem esse daturus, vnum Hadrianum præcipua quæsitum cura delegit, his qui se ambitiose obulerant, vel amicorum studio perducti ingenium varijs artibus ostentabant, reiectis. Apud Carolum ipso in munere aliquandiu vixit. Cui summa in eo puero excolendo felicitas defuit. Nam Carolus quum mores in principe licetis potiores existimaret, nec his perdiscendis tantum operæ vel temporis quantum equorum & armorum studijs impartendum arbitraretur, deprecante præceptore citius quam debebat, scholam deseruit. Vnde haud longè post Hadrianus ad Ferdinandum regem in Hispaniam mittitur amplissimo cum legationis munere. Apud quem tantum gratia & auctoritate valuit, ut breui Derthusensis episcopus ab eo renuntiatus sit, & in eodem legationis munere obeundo, vsque ad eius vitæ exitum perseuerauit. Mortuo Ferdinando, quum Carolus nepos summo populorum studio tot regnorum hæreditatem consecutus esset, remansit etiam tum in Hispania, ex legato consiliorum rerumque omnium particeps & moderator effectus Summa enim regendæ Hispaniæ penes Cardinalem Toletanum erat. Quo in munere absens, ob egregiam nominis famam tum cognitus, commendationeque Cæsaris Maximiliani expetitus, à Leone x. anno MD xvii. Kalendas Iulij magna illa vnus & xxx. Cardinalium lectione, in patrum collegium est cooptatus, & titulo Pammachij SS. Ioannis & Pauli præfectus, sequenti anno Carolus confirmata cum Francisco Francorum rege ad Nouiodunum amicitia in Hispaniam venit,

circumactisque vterioribus prouincijs passim ciuitates ac Regulos in verba sua iurantes sacramento adegit. Nec multò post Cæsar Maximilianus in Germania moritur. Inde pro nouo Cæsare deligendo procerum comitia habita. Quibus etiam ipse Francorum rex magnis innixus largitionibus eum pro se honorem petebat. Sed eo repulsam ferente, Carolus omnium suffragijs prælatus Cæsar appellatus est. Qua imperij maiestate auctus, uti necesse erat, quàm primùm in Germaniam redire constituit, ut de more patentibus campis & Cæsar, & imperator militaribus comitijs acclamaretur. Itaque eo in Germaniam contendente Hadrianus cum imperio toti Hispaniæ præficitur, tanta cum dignitate, ut Cæsar recusantem & peroptantem sequi, humanissimè ut manere vellet, exorare cogeretur, quando rege, absente in Hispania præside opus foret præclaræ dignitatis & famæ, qui populos nouo principatu nequaquam adhuc parendi obsequio confirmatos, omnibus moderationis & iustitiæ exemplis in officio contineret. In cuius imperio coniurantes contra Cæsarem cum aliquot regulis vterioris Hispaniæ populi auctoribus Padillia & Brauo, Indaci Vellasci, & Friderici Henrici, quos pari cum imperio ei negotio & expeditioni Cæsar præferebat, tantæ conspirationis ducibus vltimo supplicio affectis, domiti, & imperata facere sunt coacti. Seditionem Hispanicam, bellum Gallicum est consecutum, quod eorundem ducum fortitudine recuperata Nauarra à Gallis occupata, egregiè & feliciter transactum est. Quo tempore Leo papa leui ab initio & ferè contemnenda, sed mox vehementi atque mortifera febre inopinantibus medicis exstinguitur. Tum cardinales nouem dialibus defuncto persolutis, ad comitia in Vaticano coeunt. Aduenerat Mediolano muratis ad celeritatem equis Iulius Medices pontificis mortui patruelis, qui pulsus Gallis apud exercitum legatus erat. Is multos sibi deuinxerat cardinales & xvj. præsertim iuniores à Leone paulò ante creatos. Cuius præcipuè opera, quum ipse repugnante aduersa seniorum cardinalium factione pontifex fieri non posset, ut & hi qui eum oppugnabant, summo sacerdotio, ad quem totis viribus anhelabant, excluderentur, præter omnium expectationem Hadrianus ipse v. Idus Ianuarij, anno MD xxii. absens I I x. & x x x. patrum suffragijs pontifex maximus est renútiatus. Qui comitiorum

actis ad victoriam Vellicam Cantabriæ vr-
bem susceptis, altero die post pontificalia in-
signia suscepit. Petebant per litteras patres, vt
posteaquam legitimis omnium suffragijs
pontifex esset creatus, quàm primum paratis
ad nauigandum rebus omnibus in Italiam ma-
turaret, bello & ciuilibus discordijs acerrimè
oppressam. Venit ad ipsum Cæsarem Augustæ
tunc agentem, Alexander Cardinalis Cæsari-
nus ab vrbe, qui Pontificem sacri senatus &
Romani populi nomine vehementer impel-
lebat ad nauigandum, vt Italiam atrocibus
bellis, & in primis Romani pontificis prouin-
cias, ab ipsa factionum infania, cædibus ac in-
cendijs expositas, maturo aduentu liberaret.
Professione igitur in Italiam edita, ipse Tar-
raconæ pridie Nonas Augusti profectus, le-
nissimis tempestatibus Genuam peruenit, vbi
à totius Galliæ proceribus uisitatus est. In-
de secundissima nauigatione ad Liburnum Pi-
sanum portum deuectus, obuios habuit Iu-
lium Medicem cum quinque cardinalibus, &
totius Italiæ principum legatos, Franciscum-
que Gonzagam Mantuanum regulum, ponti-
ficij exercitus imperatorem. A quo portu se-
cunda vigilia soluens breui Pyrgos est deue-
ctus. Ibi fuere à senatu missi Pompeius Co-
lumna, & Franciscus Ursinus Romani Cardi-
nales, qui exceptum sub umbella pontificem
ad templum deduxerunt, vbi oratio à Pom-
peio Columna habita est, ei latitæ accom-
modata. A Pyrgis postridie ostiam. inde Tibe-
ri ad sancti Pauli monasterium subuectus, ea
nocte conqueiuit. Altera die ad iij. Kalend. Se-
ptembris populus Romanus, singuli que sa-
cerdotum ordines, solemnii pompa per vr-
bem inuectum, ad Vaticanum palatium de-
duxerunt. Ibi ante fores basilicæ sancti Petri
vetere instituto postridie prid. Kalend. coro-
natus est. Tum totum se præbuit vrbani mag-
istratibus, vt cuncta sigillatim cognosceret,
opem que afferret labanti Reipublicæ, nam
Romæ pestilentia vulgus inuaserat, & ara-
rium non modò exhaustum, sed & gemmæ
publicæ, & sacrorum solemnium ornamenta,
foeneratoribus à Leone, & interregni tempo-
re oppignorata erant, vt præsidia afflictis re-
bus pararentur. Ariminum occupauerat Si-
gismundus Malatesta, Turcæ incredibili appa-
ratu mari Rhodon, terra Pannoniam vexare
punctabantur. Quibus de causis pontificem
rerum Italicarum penitus ignarum vehemen-
ter conturbari necesse erat. Pontificijs igitur

negocijs intentus, Guillelmum Enchauro-
dium, quem Datarium & Derthusensem epi-
scopum fecerat, Theodoricum Hezium à se-
cretis Belgas, & Iohannem Rufum episcopum
Consentinum veteri amicitia sibi coniunctos,
intimos consiliarios adsciuit. Quorum arbi-
trio omnibus in rebus regebatur. Horum igitur
consilio pontifex Sigismundum Malate-
stam bello aggressus Ariminò expulit, adiu-
uantibus Ferrariense & Vrbinatum ducibus.
Nec multò post ad pacandam Italiam conuer-
sus, Alfonso Estensem Ferrariæ, & Francis-
cum Mariam Ruuerum Urbini duces in gra-
tiam recepit, decretis ijs antiquatis, quæ con-
tra eos Iulius II. & Leo X. ediderant. Misit &
legatum ad Venetos, vt eos Cæsari coniunge-
ret, nouisque initis fœderibus Gallus ab Ita-
lia procul arceretur. Franciscum Soderinum
veterem Cardinalem arcanarum rerum, & in-
timorum consiliorum participem in Hadri-
ani molem conclusit, quum eius litteras Iulij
Medicis Cardinalis opera interceptisset, qui-
bus Franciscum Gallorum regem ad transfe-
rendam bellum in Siciliam exsulum multitu-
dine, & Hispanorum odio nauandis rebus op-
portunam, hortabatur, & Cæsari ab Insubri-
bus ad tuendum id regnum traherentur, mo-
nebat que vt nihil pontifici temerè crederet,
qui quum de pace agere videri vellet, Cæsari
tamen perpetuo studio obsequeretur, nec
quicquam magis exoptaret, quàm eum nouis
victorijs audium conspicere, neque eum in
componenda pace æquum iudicem existima-
re debere, qui in attollendo Cæsare parentis
& præceptoris officia semper impleuisset.
Quare incitatus pontifex, aliquanto suspica-
tior & senatui minus familiarior esse coepit,
quum ab ijs prodi se quereretur, quibus sum-
moperè confidebat. Rarius igitur cunctis con-
silia sua communicare, & eis non sine magno
omnium stomacho neglectis, hominibus tæ-
tum Belgis, quos præclara fide esse aiebat, fi-
dere. Mox quoque succursum voluit vrbi
Rhodo, quæ tertium tum mensem à Soly-
manno Turcarum Imperatore grauissima ob-
sisione premebatur, cuius salutem maximum
esse momentum ad reliquarum prouincia-
rum Christianæ ditionis salutem minimè ig-
norabat, nisi quòd ratio, qua id commodè
fieret, iniri non poterat, deficiente scilicet
belli neruo pecunia, neque pro expedienda
ea moram se patiente. Versabat quidem se
in omnes cogitationes, accessit patribus,
si quid

si quid illi præsentis fidiq̄ue, consilij afferent, implorata fide omnium, quorumcunque poterat, missis litteris ad Siculos, Neapolitanos, Hispanos, ad quoscunque denique, vnde aliquid subsidij affore posset sperare. Contractasq̄ue aliquot naues apud Genueses, nilite, commeatu, armisq̄ue quantum potuit, instruxit, instructasq̄ue Rhodum versus misit. At verò dum ventus nauibus deest, & ij quorum auxilium implorabat, prolatando tempus omne idoneum si quod erat nauigandi consumunt, ac Turca indies acrius obsidionem vrget, spe omni præsidij posita Rhodij pacti incolumitatem vitæ rerumq̄ue, deditonem fecere, ipso die nato Christo sacro, anno humanæ salutis MDXXII. cum ingenti eius moerore, quòd tanta clades reipublicæ Christianæ illata, eaque labe nominis suo apud posteros, licet immerenter, ascribenda esset. At quid potuit solus? inani rarior? in summa monachorum discordia? Germania tot superstitionibus corrupta? & aded denique omnibus à reuerentia sacrosanctæ sedis alienatis? Si idem religionis ardor, idem pietatis studium, principum animos, proximis aliquot sæculis habuisset, qui Gotthofredum Bulonium, Hugonem Magnum, Tancredum, Robertos, & reliquos proceres sacri belli, quum Hierosolyma recipiebatur, haud dubiè etiamnum Rhodus nostra esset, neque Rhodus modò, sed etiam clarissima illa duo imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntinum, & reliqua Græciæ regna longè florētissima. Verum, ò mores, ò tempora, locum habet adagium, Olim fortes Milesij. Potestq̄ue Ecclesia Catholica iure optimo illud Hieremias deplangere: Non esse, qui se consoletur ex omnibus charis suis. Omnes amicos se spreuisse, & factos sibi inimicos: Sed querēt̄ alibi locus sit. Eodem die atque aded eadem penè hora, qua Rhodus dedebatur, saxum ingens è superiore limine portæ sacelli Pontificij in Vaticano prodigiòsè decidit, cum Pontifex vno aut altero non amplius passu à limine abesset, iam ingressurus pro religione diei ad faciendum solemne sacram, oppressitq̄ue vnum ex Heluetijs, qui ex more custodiæ corporis eius adhibiti erant. Inter hæc non minore sollicitudine Lutheranismum profligare nititur. Conuentus erat principum, liberarumq̄ue ciuitatum Germaniæ apud Nurenbergam. Huc Franciscum Cheregatum mittit, sibi antea in Hispania co-

gnitum, dum is illic nuncius Apostolicus ageret, tum recens à se, propter opinionem virtutis, præfulem Fabrianensem declaratum, qui verbis suis acerrimè Germanos hortaretur, si ditiones quoque suas saluas vellent, nolentq̄ue omnia sua etiam foede euastari, mitterent auxilia primo quoque tempore, abrupta omni tergiuersatione, proximè sito Ludouico Vngariæ Regi adolescenti, tum de imperu Turcarum grauius laboranti, quam vt solus posset resistere, neque sineret nobilissimum regnum, quod vniuersa Germaniæ velut firmissimus obex præiaceret, immanissimo hosti prædæ fieri, qui alioqui ad ipsos quoque pronum accessum habiturus esset. Simul exploderent impia dogmata à litteris sacris traditisq̄ue Ecclesiæ & præscorum patrum aliena, quæ apud eos passim subolescerent, memores quanto ardore maiores eorum religionem sanam, remque Catholicam olim asseruissent, à quibus degenerare, cum ad famam turpè, tum verò impium foret. Dedit ad hæc litteras ferè ad singulos quosque principes, & Ecclesiasticos & laicos eiusdem exempli, sed præsertim ad Ducem Saxonie Fredericum, in cuius dominatu totius incendij fax Lutherus agebat, monens eum, vt haberet ob oculos, quam ineluibilis tetraque gloriæ suæ ad posteros macula foret, fouisse hominem phreneticum, qui non minus impijs ac Satanicis, quam stolidis natijs orbem penè vniuersum in exitium inuolueret. Præterea adiutorem fuisse labefactandę pietati, quam tot martyrum fusus sanguis, tot eruditissimorum hominum vigilia, tot fortissimorum principum inuicta arma summo nixu stabiliissent: alioqui nõ eũ de ea temeritate causâ feliciter dicturum, cum standum esset ad tribunal iudicis Christi. Bealia multa in eandem sententiam. Respiceret igitur, & ingressus per vestigia fidei maiorum suorum, non sineret prudentiam suam præstigijs vnus rabijs hominuculi illudidi, qui scilicet nihil scriptis suis nefandis produceret, quod temporum superiorum Concilij ex professo damnatum non esset. Spondebat adhæc, vbi primùm sedatis bellorum turbis posset indicere Concilium vniuersale, vt quicquid Romæ, quicquid alibi apud Episcopos, Abbates, & vniuersum denique ordinem Ecclesiasticum collapsum esset, in pristinum gradum restitueretur, ne quid hac parte possent obtendere, quò minus monitis suis motum gererent. In summa, tantum effecit sedulitate

litate auctoritateque, quàm sanctitas vitæ præstantiaque doctrinæ peperant, tum gratia, quæ maxima apud Germanos Pontifex Germanus valebat, vt malum illud iam tum vt cunque mitesceret, & spes magna esset, nisi mors eius impedisset, fortassis breui aut in totum, aut ex maxima certè parte expolendum. Iam verò legatum in Vngariam Thomam Caietanum Cardinalem diui Sixti mittit, cuius supra meminimus, cum quinquaginta ducatorum milibus, ita demum, erogandis, si expeditio aliqua memoranda ab ijs in Turcam pararetur: quàm pecuniam vir ille insignis, nullo modo aliter atque ex præscripto erogare sustinuit, tametsi ab Vngaris magnis & conuictijs & minis, vt pro eorum potius arbitrato, qui necessitates suas magis quàm quiuis exteris nossent, erogaretur, acerrimè vrgeretur. Eadem pietate per magnam vim frumenti puluerisque tormentarij per extremas vrbes arcesque Dalmatiæ & Croaciæ misit, quæ ob captam Rhodum in summo discrimine versabantur. Quid queris? in his rebus non solum quantum potuit, verùm etiam suprâ quàm potuit, præstitit. Porro animum ad Ecclesiam Christi fœdis abusus corruptam, restituendam adiecerat, eiusque rei causa in urbem Vaticanasque ædes acciurat Iohannem Petrum Carasam archiepiscopum Theatinum, & Marcellum Caietanum, veteris disciplinæ Christianæ moribus venerabiles, & in omni grauiore doctrina lectissimos, vt eorum consilia in morum censura & Ecclesiæ restitutione vreretur. Atque vt promissum de corrigendis Ecclesiasticis etiam re non verbis præfaturus vidèretur, multa protinus Romæ in statum alium vertit, nonna officia super ordinarijs sacrosanctæ sedis prouentibus à Leone instituta, ex quibus pretio datis, plurimum quæstus fisco eius accesserat, paulatim adolebat, & quotquot eius generis deinde vacassent, nulli pretio dabat, etiam si ipse id temporis grauius re nummaria laboraret. Sciebat quippe quantum illa sedi Apostolicæ onerosa essent, & sic data amplissimam passim materiam offendiculis & obtreccationibus præberent. Abrogabat quoque ea nonnullis, qui gratis nacti fuerant ratus satis esse debere, quòd inde annis plurimis sine villo sumptu oneque commoda non exigua accepissent: Quamquam ea in re plurimum difficultatis passus est, multorum quoque offensam subiit, qui quæstui sui per hoc plurimum decedere videbant, quod tamen ipse mi-

nimi fecit, quia mores temporum, statumque rerum præsens sic facere commoneret. Quamquam, si Paulo Louio fides est, damna illa ademptorum officiorum, aliunde nimirum censu sacerdotiorum pensaturum se polliceretur, atque nonnullis etiam pensauerit. Accedit quòd indulgentias, quas vocamus, parcius longè quàm antecessores concedebat, propterea quòd profusiore largitione ad vilitatem contemptumque apud plebem recidissent, & Lutherus ex earum abusu prima vesania suæ auspicia sumpsisset, vt spes esset, si diutius superfuisset, ad pristinam reuerentiam redituras esse, prout iam tum opera ipsius vt cumque coeperant. Addè quod referuas, accessus, regressus, coadiutorias, præsertim concessas sine assensu eorum quorum erant sacerdotia, & id genus alia, Romani aucupij nescio quo nomine appellata retia, quæ facilitate Leonis supra modum propagata erant, magna ex parte sustulit, præsertim quòd ea via plurimi probrosi ineptique ad opima sacerdotia obreperent: qui pecuniam haberent, qua nihil non parare est, maximè Romæ: probi literati que, qui hanc non haberent, ab eis excluderentur. Multaque alia, quæ longum esset commemorare, quæ antecessores eius passim solent concedere, cum graui offendiculo plebeiorem, & sacrosanctæ potestatis contemptu, concedere noluit. Constituerat namque inter cetera dissolutæ ciuitatis mores corrigere, Maranos delere, blasphemos, simoniacos, fœneratores, & aduersæ Veneri deditos: in primis ex legum scitis acerbissimè castigare, sed mors eius maturior cœptis pijsissimis consilijs successum eripuit. Quid? quòd non paucos, quos idoneos sciret nec ambiètes, nec expectantes, sacerdotijs auxerit, diplomatis, quæ in huiusmodi pretio nancisci necessè est, gratis plumbatis, ad eosque transmissis: qua via aliquot præclaros iam viros Louanij ad honestam fortunam peruenisse commemorat. Hinc item fuit, quòd difficulter cognatos ad beneficia prouheret; non quia eis candidè non faueret, si alioqui idonei fuissent, sed quia, vt dicere solet, & edificare Sion in sanguinibus nollet, hoc est, quia in sacris respicere necessitudines naturæ nollet, vt quæ ibi locum non haberent. Quinimò in ijs etiam in paribus dotibus alienorum potius, quàm suorum, rationem habiturus videbatur. Ex quo fuit, quod litteris magnatum quorundam inferioris Germaniæ sollicitatus, vt quendam pro-

pinquum suum adolescentem & forma & ingenio præstantem, qui tum recens Magister philosophiæ creatus, studia altiora Louanii sequeretur, galero Cardinalitio ornaret, ex more solemnialiorum Pontificum, nequaquam voluit. Patruelis sui filium. Senz Etruscæ in Gymnasio litteris operam nauantem, quod Romam nequaquam vocatus intermissis studijs repente venerat, confestim meritorio e quo impositum remisit, animi leuitatem identidem obiectans, & seuerè admonens, vt ab se modestiæ & temperantiæ exemplum opportunè sumeret. Alios quoque nec remoto affinitatis gradu necessarios, qui spe celsioris fortunæ à Germania pedibus Romam venerant, mirum in modum increpauit, donatisque singulis, sagis lanceis, & frugi viatico, pedibus similiter in patriam redire iussit. Quarum rerum testimonio superiorum pontificum profusam erga propinquos liberalitatem, vti grauem, & Reipubl. perniciosam, detestari erat solitus. Simile quiddam fertur etiam de Clemente Pontifice eius nominis quarto, qui & ipse interpellatis ab amicis vt consanguineo cuidam suo, tria habenti beneficia, plura adhuc tribueret, respondens, Non, inquit, carnî & sanguini obtemperabo, sed potius Deo: nec dignus Petri successor est, qui plus cognationi, quàm Christo tribuit. Author est Platina. Constituerat quoque, vt aſſerunt, qui id coram à narrante audiuerè, antiquare exemptiones secundariorum (vt vocant) Ecclesiarum collegiorumque diocesis Leodiensis, etiam si opera sua aliquando impetratas, quòd videret eas, contra quàm ratus esset, ad nihil aliud vsurpari quàm ad impunitatem scelerum, & materiam maioris lasciuie & nequitie: neque visitationem annuam ad vitia exemptorum corrigenda à Decanis, ad id designatis, fieri iuxta formam diplomatis à se impetrati. Qua ipsa de causa fortassis etiam alias plerasque antiquitaturus erat. Destinauerat denique ijs ipsis vocationibus, quæ obitum eius antecesserunt, adhibitis Theologis Iuris peritis Romanæ curiæ discutere leges Compositionum, vt vocant, ad quas Darius ab his, quibus quid Pontifex indulget, aliquid subsidij nummarij in necessitates Pontificias de more exigit, vt si quæ moderatæ & tolerabiles forent, retinerent vsu: si quæ graues & immodicæ, tollerentur. Sed morte occupatus, proposito lusus est. Cæterum ne quid item in moribus suis priuatis desideraretur, ilico à Pontificatu Ro-

na de numero satellitum, equitum, pedumque quos etiam Pontifices vetusto more adsciscunt, multum præcidit. In illa atrocissima pestilentie vastitate, quæ omnia id temporis Romæ depascebatur, pastor oues non deseruit, sed alijs plerisque magnatibus sibi fuga consulentibus, ipse nec pauidus multum, nec anxie pharmacis armatus, in vrbe permansit, eo officio incolis mirificè gratificatus. Si quando antea, tum maxime speciem omnem impudicitie amouit. Eo que cum adolescentem aliquot honestæ tum indolis, tum stirpis in gratiam parentum in familiam adscitos, ex Hispanijs secum in vrbem duxisset, intellexissetque Italos ex conuictu illorum, nescio quæ abominanda, nostratibus inusitata suspicari, statim in Hispanias remisit, in Academia Salmanticensi plenius litteris imbuedos, quibus antea domi ipsius à pio simul & erudito viro Theodorico Hezio secretario ipse vtunque imbuti fuerant eo iubente. Inter prandendum & coenandum semper lectorem assistentem habebat, quomodo antea. Aequè parçè, vt solet, aut etiam parcius cibum capiebat. Aedes sacras per vrbem cum religione subinde visibat. Suo quoque tempore in catalogum beatorum Antonium archiepiscopum Florentinum retulit, virum suo æuo & pietate & doctrina singulari, vt luculenter scripta eius demonstrant. Ad hæc Bennonem, Misnensis olim, ni fallor, Ecclesiæ præsulem, virum sua tempestate sanctissimum, & apud Germanos miraculis etiam hodie nobilem. Et tamen cum ista integritate esset, studeretque pro viribus, in omnibus absoluti Pontificis partes implere, vt argentum sine scoria non est, in quibusdam nonnihil officio defuisse visus est. In absoluendis negotijs vndique Romam confluentibus, aliquanto lentior timidiorque erat, quàm pro nonnullorum animo. Vnde illa in eum Hieronymi Balbi Vngari libertas, qui cum legatus Romam missus à Ferdinando Cæsaris fraue, coercendis Lutheranis & Turcis, auxilium imploraret, & ille cunctantius perplexiusque in re petita ageret, frequentius coetu patrum, Sanctissime, inquit, pater, Fabius Maximus cunctando rem Romanam restituit, tu cunctando rem Romanam, atque adeò vniuersam Europam perditurus videris: quò scommate & Pontifex mirificè pudefactus, & plerisque patribus risus excussus fuit. Sed causâ cessationis in eo putant,

quòd cum de omnibus ritè firmeque statuere cuperet, non haberet quibus cum ex animo consultaret, quique adiutarent, ubi opus esset: neque sciret, utpote nouus illic hospes, quibus quid tuto committeret, quos processu temporis cogniturus erat: Alioqui in absoluedis negotijs nihil minùs quàm cessator erat, ut ad liquidum patet ex rebus eius gestis in Hispanijs. Displicuit quoque hoc nomine, quòd mensæ suæ sæpenuerò scurram quendam Hispanum, Tosinum nomine, assistentem haberet: cum is ad eum in urbem toleratus potius quàm accersitus, venisset. Rursus, quòd in nonnullis sacerdotia contulerit, qui ad ea non satis idonei videntur. Ad hæc, quòd quibusdam deformitatibus Romanæ curiæ, vix aut nullo pacto excusandis, diutius iusto indulserit. Sicut etiam multò ante Pontificatum malè quosdam habuit, quòd Guillelmo Croio, etiam tum adolefcenti, de quo supra meminimus, postea archiepiscopo Toletano & Cardinali, nepoti Marchionis Cheruiani, ad Abbatiam illam opimam Affliginianam apud Brabantos adiumento fuit: Interpretabantur quippe eum hoc facere, ad promerendam voluntatem, vitandamque offensam Marchionis, qui id temporis magno in aula Caroli loco esset, cum hoc maximè spectaret, ut monasterium illud foedè prolapsum, auctoritate opeque potentum ad frugem recoleretur, quæ adolefcenti illi generosæ indolis, amplissimæque spei per Marchionem patrum minimè defutura videbantur, sicut utique nec defuerant, cum omnibus palàm sit, opera eius & consiliariorum omnia ferè eo loco in melius correctæ esse. Sunt & alia pleraque, in quibus nonnullis minùs probabatur, in quibus eum non omninò tueri velim, quasi ipse solus omnibus horis sapere potuerit, id quod rectè nemini concessum perhibetur. Porro illud confidenter dixerim, sicubi ab orbita aberrauit, ac si qua in re aliter se gessit, quàm fortassis plerisque sapientium probatum fuerit, id tamen nec à sciente factum esse, nec de industria. Si quid indulfit, quod fortassis fatius esset non indulgisse, ingenuè assero, & ijtem asserunt, qui propius eum cognouerunt, non sic indulfit, quin ratio aliqua probabilis, cur indulgeret, ei constiterit, aut certè constare visa fuerit. Non dubium quin multa concessit ad grauiora incommoda, quæ alioqui satis idoneis indicijs oritura

videbantur, excludenda. Multa quoque malè doctus concessit, quòd aliter exponerentur, quàm veritas haberet: Multa per ignorantiam, quòd eo fūco coloreque polirentur, ve quòd improba essent, à tantis curis distracto ægrè possent deprehendi. Iam verò nonnulla primùm intuentibus, visus est inconsultius agere, quæ tamen ab acutiùs attendentibus, & ex ipso euentu rerum, non solum non inconsultè, sed salubriter admodum & prudenter ab eo acta compertum est. Adde, quòd plurima non approbauit quidem, sed tantum ad tempus tolerauit, quia protinus corrigere non potuit, correcturus tamen suo tempore cum commodius posset. Illud constat, si quando per affectus, aut per fucatas aliquorum strophas sibi impositum sentiret, ilicò sua sponte nulloque monente, erratum correxisse si modò integrum foret, vel vehèmenter doluisse, si non foret. Vt est, certum habeat, quisquis in eo nonnulla desiderauit, diuinum potius quàm humanum esse, ita ad omnia perpetuò vigilare, ut non alicubi tibi excidas, præsertim in tantis occupationibus, & apud homines tam astutos, qui mille præstigias, mille colores quærunt, sub quibus res suas meliores faciant, nihil interim pensi habentes, æquum sit an iniquum, pium an impium quod sequuntur, dummodò via aliqua assequantur. Cread denique functionem sedis Apostolicæ operosiorè esse, quàm imperitis rerum & in otio quieteque agentibus prima specie videatur: ubi non intempestiuè quis illud Comici produxerit: Tu, si hic sis, aliter sentias. Ferunt eo pontifice Theophilum Patriarcham Alexandrinum, per motum fortassè claritate nominis eius, litteras græcè scriptas, ad eum transmisisse, quibus sedi Apostolicæ obedièntiam obsequiumque detulerit, & caput Ecclesiæ Catholicæ reuerenter agnouerit, quas vir multarum linguarum simul & disciplinarum exacta cognitione clarus Hieronymus Alexander, tunc Pontificiæ bibliothecæ curator, nunc Brundusina sedis Archiepiscopus, latinè interpretatus est, & vnà cum ipsa interpretatione, ni fallor, in scripnijs Pontificijs ad memoriã posteritatis reposuit. Atque hæc fermè in Pontificatu saluus ac validus gessit.

Cætèrum quonam modo amplissimam spem, quàm omnibus de se concitarat, & honestissimos eius maximarum rerum conatus, præsertim in faciendis quæ passim diruta

iacebant, obrepens mors eluserit, restat vt paucis item exponamus. Ecce dum totus & mente & viribus reformationem Ecclesie meditatur, putatque principes eam ad rem piam scilicet & necessariam haud dubie enixe adiutores esse, euentus non omnino votis & conatibus eius respondit. Foedere tamen iunxit non quidem omnes; sed praecipuos Christianae pietatis monarchas, liberaeque Italiae ciuitates, in primis sedem Apostolicam, Carolum lectum Caesarem, Henricum Angliae, Ludouicum Vngariae reges, & minores aliquot Italiae principes. Quorum omnium legatis apparatusissimum epulum Romae Pompeius Columna Cardinalis dedit. Tametsi causa foederis praecipua erat, vteri Italiam ab incurso Turcarum, qui a caepa Rhodo feroces, a bello minime cessaturi videbantur: quam ob causam Caesar etiam cum Venetis pacem firmavit. Verus Gallus extra ius foederis erat, sed sic, vt inferi posset, si conditionibus oblati stare vellet. Ac constitit foedus illud vsque ad obitum Pontificis; a quo mox diremptum fuit. Foederis autem publicando locus constitutus, a deo virginis matris erat, vulgo sanctae Mariae maioris, olim sanctae Mariae ad praesepe appellatae. Hic cum Pontifex per se interesse cuperet, quod res maioris auctoritatis esset, medici venterunt: Quippe iam tum laborare e renibus coepit, quo male ante quadragesimum postea diem absumptus fuit. Conati que sunt persuadere, publicationem eam in aede diui Petri celebrari iuberet; palatio videlicet Pontificio proxima, quo accedere sine magna valetudinis incommodo posset, cum, si ad eadem illam virginis concederet, quae longo satis interuallo inde distabat, id non posset sine magna corporis concussionem, quae sic affecto, non posset non esse vehemens, et noxia & propemodum exitialis. Verum ille, siue siue auxilio numinis, cuius negotium bona fide ageret; siue non ratus tantum subesse discriminis quantum denunciaretur, vt sententia cederet, adduci non potuit. Quarto itaque Augusti, qui dies longè feruidissimus erat, aliquanto post meridiem in palatium concessit; aedi illi virginis, de qua diximus, vicinum, comitantibus alicis omnibus. In quo quidem itinere plurimum pulueris hausit, qui multitudine equorum in ingenti scilicet terrae siccitate, qualis per aetatem Romae esse solet, excitabatur. Ac diu carniose equitatione ad eum defatigatus est; vt vespere cubitum discesserit incoenatus, ap-

petentia scilicet cibi prorsus deiecta. Postridie, qui dies item plurimum feruebat, languidus admodum in templum venit, & amictu Pontificali non parum ponderoso oneratus, sacro solemini prolixioque, quod Pompeius Columna Cardinalis celebrat, publicationique foederis, quae a Vincentio Pompei a secretis fiebat, ad finem vsque interfuit. Vnde multo magis deiectus, totoque corpore sudori destillans, vt etiam vestes ipse maderent, in palatium, vbi pernoctarat, redit. Ac mox vestibus positis, in lectum cubitum concedit, cubantem sudor ingens reperit, vt lectum stragulamque penitus madefaceret. Neque vllum cibi desiderium adesse, vt tot sudoribus exhaustas vires posset refouere. Et tamen sic prostratus, eodem die sub vespere pari difficultate Vaticanum repetijt, postridie scilicet quam inde abisset. Ex eo vero tempore reuam dolor indies magis ingravescebat, vt suprema illi adesse facile posset intelligi. Qui animaduerso, conuocatis fratribus Cardinalibus, vltimum vale dicit, summo eis studio re Christiana mandata, quae tum si vnquam alias grauitate laboraret, quamque ipse ad statum meliorem, pacem quietemque reducere cupiuisset quidem, si modo rerum arbiter Deus, vitam longiorem indulsisset, suppeditatis simul viribus & auxilio. Porro pileum Cardinalitium, quo titulo ipse habuerat, circumstantibus patribus, praesertim Iulio Medice & Ludouico Suesano, in Guillelmum Enchaordium contulit, in quem quoque antea episcopatum suum Derufensem transtulerat, nonnullis agentibus, vt eo ipso pileo Theodorico Hezium decoraret; quod & fortassis factum fuisset, si modo viro illi optimo, ad dignitatem eam tuendam, aliunde satis prospectum fuisset. Atque eum admodum rebus omnibus publice priuatimque rite quantum petuit ordinatis, sacramentisque Ecclesiasticis Christiano ritu religiose acceptis, octauo Kalendas Octobris, qui dies exaltatur cruci tum festus erat, ad extremum ferme halitum mentis compos, Romae in Vaticano naturae concessit: quo tempore Galli Bonuictore duce, repulsis Caesarianis, annum Ticinum transierant; anno humanae salutis MDXXIII. Pontificatus sui anno secundo, cum annos sexaginta quattuor, menses sex, dies sedecim gratias impleuisset, vir dignus, qui Pontificatus annis multis praesedisset, quem vtinam ita

38
Romani, Italiq̄ue, vt Germani, ijque apud quos ab atate viridi vegetaq̄ue versatus erat, penitus cognouissent. Crediderim falluros fuisse, haud alium vllum sæculis multis fuisse, qui Spartam eam (vt aiunt) felicissimè ornare potuisset. Neque accessuros euidam ipsorum, qui in libro, quem de piscibus inscripsit, de eo prodit, hominem sicuti in administranda Republica hebetis ingenij, vel deprauati iudicij, ita in esculentis insulsißimi gustus fuisse. Sic scilicet de viris bonis censent, qui affectus in consilium, non rem ipsam adhibent. At verd sæculum illud turbulentum, & nunc multò turbulentius fortasse tali Pontifice dignum non fuit, vt non rarsè Deus iratus, salutares Reipublicæ rectores de medio tollit: quia subditi per mores improbos diu habere non merentur. Fateor, iusta erat senectute, & ad metas humanæ ætatis accedere incipiebat. Atqui immatura, mors eorum virorum, meo quidem animo, omnibus videri debet, qui per ingenium etiamnum florentissimum, per memoriam adhuc presentissimam, per multiplicem rerum vsum, quanto maiorem eum senes iam, quàm olim iuuenes habent, quæ omnia in Hadriano erant, in publicum prodesse, & possint & velint quidem, sed per communem omnibus mortalitatis sortem non permittuntur. Quamquam egregia eius virtus, eximia pietas, excellens eruditio, de omnibus bene merendi incredibiles studium, eum facillè, ni fallor, ab interitu asserent: Viuet quippe per hæc, viuet in sæcula atque eò quidem diutius, quò æquiores posterit de omnibus, quàm præsentibus erunt iudices. Defuncti corpus in templo diui Petri, in vesperam vsque insequentis diei, in publico constitit, affluentibus eò certatim omnis generis mortalibus, alijs religione quadam manus pedesq̄, quos hominis verè sancti esse credebant, osculatis, alijs propius libereque visuris mortuum, quem reuerentia quadam contingere ausi non fuerant viuum. Quare multò afflatus, vtique in tanto æstu, quantum Romæ erat, resolutum corpore, adeo facies deformata fuit, vt Hadriani esse vix agnosceretur, vt inde plerique suspicionem caperent sublato veneno. Quod vt familiares eius constanter asserere non velint, ita nec inficari audent. Sanè dissecto corpore quò rei fides explorareretur, veneficij notas certas nullas comperas ferunt. In ore stomachi initia quædam fuere apostematis atrii, quod vel solum breui ex

stinguendo ei, medicus qui aderat, suffectorum aiebat. Id autem natum coniectabant ex mœrore, tristioreque melancholia, quòd tot passim malis ex vniuerso orbe, velut de composito irrumperentibus ex animi sententia non posset occurrere: cum alioqui nihil minus quàm melancholicus esset. Præterea nihil singularis vitij in corpore reperiunt aiunt. Conditus est temporario monumento in æde diui Petri inter duos Pios, secundum & tertium. Piccolhomineæ familiæ Pontifices, cum hoc elogio: HADRIANVS SEXTVS HIC SITVS EST, QVI NIHIL SIBI INFELICIVS IN VITA, QVAM QVOD IMPERARET, DVXIT. Quavtique parte elogium verum dixit. Quippe nunquam ei in Pontificatu ita bene fuisse annotari poterat, quin intra priuatam vitam consistere multò malle videretur. Cæterum Cardinalis Enchaordius, vt in defunctum quoque amicitie fidem præstaret, quam luculentam in viuum præstiterat, alterum ei monumentum amplissimum & magnifici operis ex alabastrò, posuit in templo sanctæ Mariæ Germanorum, ad arcum Flaminium, cum plurimis eiusdem materiæ statuis, virtutum eius, quarum ductu ad id fastigij emerferat clarissimis indicibus. Vacauit eius obitu sedes, menses duos supra dies quattuor.

CLEMENS PAPA VII.



CLEMENS septimi pater Iulianus Medices fuit, senioris Laurentij frater, qui coniuratione Padriana, anno salutis MCDLXXVII. quinto Kalend. Maij nefarie interfectus est, in quo iuvene singularis huma-

humanitas, cum insigni liberalitate coniuncta, omnium ætatum ac ordinum hominum incredibilem ei benevolentiam comparavit. Natus est illi ex parum certa, neque propagalam legitima vxore, altero circiter atque tricesimo ab obitu die ad septimum Kalendas Iunii filius posthumus nomine Iulius, non modò lineamentis oris, sed toto corporis habitu patri simillimus: cuius nunc vitam paucis enarrare constitui. Is sub patris Laurentij tutela puer educatus, à teneris annis singularis viridique ingenij, specimen præferebat, vnde optimis, qui tunc Florentiæ erant, præceptoribus vsus, animum ita composuit, vt litterarum cognitioni maximam morum elegantiam adlunxerit. Medicis autem Gallorum regis Caroli octavi vi Florentia pulsus, quum Petrus Leonis decimus natu maximus frater Venetias, ipse cum patruelis Iohanne Cardinale & Iuliano Pitilianum, atque inde Tifernum ad Vitellios veteres amicos confugit. Fuit autem absens à patria totos X I I X. annos. Quo tempore miles Hospitalis sancti Iohannis Hierosolymitani, & prior Capuanus creatus est. Patruelem verdò Iohannem Cardinalem in aduersa prosperaque fortuna semper secutus, pugna interfuit Rauennati, ex qua Iohanne Cardinale, qui tum legationis munereungebatur captus, Cæsenam cum Antonio Leua aufugit, inde Romam per dispositos equos profectus, pontificem Iulium secundum funesta & penè exitiabili cladè consernatum, fugamque meditamentem confirmauit, & legati, qui in hostium potestate erant, salutem ac dignitatem eidem commendauit. Cæterum quum Iohannes in Galliam duceretur, ex via clam aufugiens, sese Hispanici exercitus reliquijs, qui cladi superferant, adiunxit; quorum ope quum Cardonio duce Pratum expugnasset, Petro Soderino perpetuo vexillifero pulso, patriam etiam suam recepit, Iuliano fratre reipublicæ clauo admoto: Intra quartum mensem Iulio secundo mortuo, quum ei incredibili felicitate Ioannes ipse, Leo decimus vocatus: successus esset, pontificatus initio, Iulium Medicem Patruelem archiepiscopum Florentinum designatum I X. Kalendas Octobris, anno M D X I I I. diaconum cardinalem sanctæ Mariæ in Dominica, mox presbyterum tituli sancti Clementis, deinde mortuo Xysto Rùnero S. R. E. cancellarium, qui summus Romæ magistratus est, creauit. Eo pontifice,

qui otio & voluptatibus deditus, à curis imperij, quantum poterat se expederat, Iulius vnus magnas negociorum moles sustinuit: vnde auctoritas & opes maximæ ei accessere. Fœdere, quod Leo cum Venetis & Cæsare ad Gallos Italia exturbandos fecerat, exercitus ecclesiastici legatus Parmam & Placentiam à Gallis occupatas Romanæ ecclesiæ restituit. Eius præcipuè commendatione Leo X. pontificatus illi subsidia struens, magna illa patrum lectione multos cardinales in senatum cooptauit. Quo mortuo vnus præcipuè Iulij opera pontificatus Hadriano absentem delatus est: apud quem summa auctoritas fuit. Is leui, sed tabifica febre quum decubisset, adulatione medicorum eò perductus est, vt pene prius quàm venæ tangerentur, improuisa morte perierit. Duo post eius obitum ad pontificatum maximè adspirabant: Iulius Medices, & Pompeius Columna, opibus, dignitate, & genere maximè illustres. Ille insuper magnis patrum clientelis, & recentis Leonis X. grauissimi pontificatus memoria præstans, hic nobilitate & Cæsaris gratia atque amicitia pollebat. Quorum dissidijs non sine summa contentione, inter regnum ad menses duos & dies quattuor productum: seniorum prærogatiuam, ad quos se conuerterat, Pompeius vehementissimè tuebatur. Iuniores omnes constantissimè Iulio fauebant. Postremò quum Iulius summa ope à Pompeio oppugnatus, spe penè decidisset, obiecto quem pontificem diceret Francioto Ursino, Cæsaris familiarique Columnæ ex professo hoste, Pompeium eò impulit, vt se pontificatu ornandum conuerterit, qui se ei obstinatius obniteretur, proculdubio Ursino se suffragaturum Iulius minabatur, veteri amico & arctissima cognatione familiarum Medicæ coniuncto. Nemora, auctore atque hortatore Pompeio Cardinales omnes, qui tunc X X X I I X. comitijs aderant, X I I I. Kalendas Decembris, anni M D X X I I I. Iulium, qui tum presbyter cardinalis tituli sancti Laurentij in Damaso erat, Pontificem maximum salutant, & proximo vj. Kalend. Decembris die thîara sacra redimitum, inaugurant. Cuius nauatæ operæ Pompeius præmium tulit, magnificentissimas ædes à Rôphæele Riario exstructas, quas Iulius paulò antè Riario mortuo à Leone obtinuerat, item concessariatus officium. Nouo Clementis pontificatu, anno seculari, quem M D X X V. celebrauit, horrenda à rusticis tumultus in

Germania passim excitati, cuncta vexabant. Hi vesano furore perciti, religionis specie, omnia libera esse debere contendebant; occasione à Christiana libertate accepta, quæ tum vbiq; à multis temerè ex pestilenti Lutheri doctrina prædicabatur. Cœpit exitibilis superstitio in Pannonia inferiori, mox latius serpens superiorem etiam, & demum totam Germaniam peruasit. Verùm quum hi non solum ecclesiarum bona inuaderent & diriperent, sed etiam nobilitatem omnem extinguere molirentur, aut saltem in ordinem redigere; vix tandem centum penè & quinquaginta millibus ex ijs passim cæsis repressi sunt. Quibus motibus, nisi celeri remedio obuiam itum fuisset (quod partim aperta vi, partim dolis factum est) præsens erat periculum, ne Italiam quoque veterum barbarorum more fuissent perturbaturi: nam regionibus etiam longinquis, & Italiæ in primis minitabantur. Ad quod malum declinandum Clemens, vt erat in rebus agendis sagax & industrius, multum aduigilauit in Italia. Quo tempore Cæsarianorum, Venetorumque armis, & Piscarij eximij ducis virtute, Guillelmus Cofferius appellatus, Ammiras, Francorum regis præfectus, qui in Italiam cum quadraginta peditum, & decem equitum Gallorum millibus descendens, Mediolanum aliquandiu obsederat, duobus prælijs ad amnem Sesithem victus, Italiæ sinibus pulsus est. Ea victoria adeo Cæsaris duces elati sunt, vt Carolo Borbonio, qui per eos dies à Galliæ rege ad Cæsarem defecerat, concitante, Gallias aggredi non dubitarint. Borbonius is, coniuratione detecta, qua Galliarum regnum affectasse existimatus est, exsul factus ad Cæsarianos se contulerat. Quibus de causis Franciscus rex, quum pro salute imperij & totius Galliæ dignitate ingentes copias comparasset, hostesque, qui iam Massiliam oppugnare aggressi erant, prouincia expulisset, in Italiam superatis alpibus transiit, primoque impetu Mediolano potius, Ticinum obsidebat. Formidolosa iam Cæsaris potentia pontifici & Venetis esse coeperat; qui exæquata in Italia imperia, viresque non admodum impares esse volebant. Cæsar enim immodica & insatiabili cupiditate non Italiæ solum, sed totius Europæ imperium affectare videbatur, quando Gallias demum ipsas Italia non contentus, ex qua Gallos paulò ante eiecerat, armis inuasisset.

Ob id occulto metu consternati, & de libertate Italiæ solliciti, studia sua erga Cæsarem non modò remiserant, verùm nequaquam transmissis opportunis auxilijs, eum remorabantur, & qui socij & cœderati erant spectatores, euaserant; in eo potissimè studia sua collocantes, vt inter Gallos, & Cæsarianos multorum mensium induciæ producerentur. Pontifex enim vim Cæsarianorum retardare, Gallorum regem confirmare, & pacem inter vtrunque honestis conditionibus adstruere, totis viribus contendebat. Verùm dum intempestiuè neutri partium fauere videretur, Cæsariani duces Germanicarum aliquot cohortium præsidio confirmati, Franciscum regem Ticinum obsidentem cruenta edita pugna, suo atque equi vulnere retardatum, cum maxima totius Galliæ iactura viuum ceperunt. Interière hoc prælio nobilissimi quique Francorum duces, capti rex Nauarræ, Hanno Metmorantius, postea magnus stabuli comes, & alij multi maximi nominis & dignitatis viri. Tum Clemens tantæ victoriæ nuncio consternatus, Albanum reuocauit, qui eiusdem consilio à regijs castris cum valida copiarum parte, ad Aquilam vsque peruenerat, in Neapolitanum regnum præsidijs spoliatum impressionem facturus. Andegauensis præsertim factionis præsidio subleuatus. Gallica igitur auxilia ex Italis Corsicæque conflata ad urbem redeuntia Latini Columniæ factionis & ditionis populi, aliquotque Cæsariani equites, auctoribus præcipuè Columnensium proceribus diripuè; in vrbe quoque Vrsinæ domus ad Montem Iordanum ab eisdem Columnijs Clementis maiestate contempta vexatæ. Animos enim Cæsariani omnes, & in primis Columnenses celebri Cæsaris ad Ticinum de tanto rege victoria audita, erexerant; quod pontificem maximè perturbauit. Huic rei insignis alia accessit contumelia: nam pontifex multo auro exsoluto, cum Cæsarianis ducibus antiquum fœdus renouauerat, ea conditione, vt Regium Lepidi, quod Hadriano mortuo Alfonsus dux Ferrariæ occupauerat, à Carolo Lanoio fœderis sponsore pôtifici redderetur. Ceterum Cæsar id fœdus ratum esse noluit, ne eius vrbis accessione pôtifici vires auergerentur. Itaq; Pontifex pecunia circūuentus, vrbe etià ea exclusus est. Direptis insuper per eos dies à Cæsarianis Parmensium & Placentinorum agris, lacrymalem miserorum ciuium legationem pontifex susceperat

perat, quibus rebus irritatus, occulta cum Venetis & Gallis ducibus consilia inire cœpit, ut Cæsarem Mediolano, Francisco Sfortia in auitam possessionem restituto, exueret, quem perfidia à Cæsarianis ducibus apud Imperatorem insimulatum, Cæsar Mediolano eiectum in arce obsidebat: qui pace per eos dies cum rege Francorum Francisco, quem captum detinebat, duris conditionibus facta, & sorore sua illi in matrimonium tradita, abire duobus eius filijs obsidibus acceptis permiserat. Rex liber factus, negauit se his conditionibus teneri, quas Cæsar vltima carceris necessitate expressisset, atque ita foedus cum Clemente Venetisque pro Italica libertate tuenda, & Sfortia paterno imperio restituendo amicitiamque percussit. Contractis in vnum foederatorum copijs, Laus Pompeia primo impetu capta, & ut Francisco Sfortia obsidione in arce Mediolani cincto sàmēque laboranti subueniretur, editum. Venetorum igitur, pontificis, Galli regis, & Heluetiorum copijs coniunctis, acre in Insubribus bellum contra Cæsarem gerebatur. Cæsarianorum ducum egregia tum facinora enituerē, arce Mediolani non solum per deditionem recepta, sed & hostibus proeul ab vrbe submotis: qui Cremona aliquot diebus post occupata, eam Francisco Sfortia tradiderunt. Inter pontifex Ariminum à Sigisfinundo Malatesta occupatum missis copijs, pulso regulo recepit. Ludouicus quoque Pannonia rex prælio à Turcis victus & interfectus, Regni & vitæ finem, Buda etiam amissa, habuit. Tum Columnenses proceres Clementis consilij cognitis, & præuiso magno Cæsarianorum periculo, auctore Pompeio Cardinale, qui belli initio ex vrbe se in Tusculanam villam subdlexerat, quò studia eorum erga Cæsarem aliquo edito facinore præclariora viderentur, copias instruere cœperunt, specie tuendi regni Neapolitani; re autem ipsa in Pontificem aliquid molituri. Clemens his cognitis longè maiore exercitu conscripto Columnensibus iussit, ut armatos ab se lectos extra imperij ecclesiastici fines abducerent, & quòd vellent ad tuendos regni fines proficiterentur. Cardinale itaque Valensi auctore res compositæ sunt, hac conditione, ut in ditione pontificia Columnenses armis abstinerent: si Cæsari operam suam nauare vellent, id extra ecclesiam limites facerent. Clemens nouo foedere fretus, armis depositis, copias quas legerat, amicis omnibus & fami-

liaribus reclamantibus, non sine insigni avaritiæ nota exauhorauit. Tum Columnenses pontifice omnibus praesidijs nudato, Hugone Moncata sibi adiuncto, copijs reparatis, & breui auctis, urbem Cælimontana porta irrumpunt, & Xysti ponte ac Septimana porta cum armatis instructisque agminibus ad Vaticanum contendunt. Clemens rebus desperatis trepidus in arcem fugit, frustra auxilium, opemque quaerens: qui inusitata avaritia, vsque aded omnium hominum odia in se concitauerat, ut nemo esset, qui vicem eius tam foedè & præter sacramenti fidem oppressi doleret. Nam sacros viros nouis decimis onerarat, officiorum collegijs redditus auerterat; gymnasij salaria doctoribus constituta subtraxerat: irata etiam tum maximè plebs erat, quòd certis horreorum monopolijs, magna Fisciquæstus, annonæ tum in vrbe summa charitas esset. Insuper, ut vias vrbis ad normam redigeret, plurimorum domus funditus exciderat non sine magno multorum damno & incommodo, ut alterum è duumuiris viarum iniquo illo quaestu expleret. Nemine igitur in tanto pontificis periculo, qui omnium odio flagrabat repugnante, Columnenses, ducibus Marcello Pompei Cardinalis fratre, Hieronymo Sarnensi comite eius genero, Hugone Moncata, Vespasiano & Ascanio Columijs in urbem Leonianam iruperunt, & Palatio Vaticano omni supellectile sacra & profana direpto, in omnium quoque augustissimam basilicam S. Petri nefarias manus iniecere. Pompeius tum domi suæ confiterat. Clemens ita circumuentus, quum com meatu in arce deficiente, nullam in aliquo spem haberet, Hugonem ad colloquium magnis precibus, Cardinale Pompeio reluctantè aduocauit. Ibi post multos sermones, pax ita composita est, ut Papa exercitum ex Gallia Cisalpina reuocaret, Pompeio & Columnensibus parceret, obses mitteretur Neapolim vir pecuniosissimus Philippus Strocus; cui Petri Medicis eius patruelis filia in matrimonium data fuerat. Hugo vrbe relicta in regnum cum omnibus copijs reuertetur, daretque operam, ut quæ ex sacrijs ablata essent, ad mysteriorum cultum pertinentia redderentur: atque ita Hugo Moncata vrbe excessit, grauiter indignante Pompeio, idque factum detestante, qui sperabat capto, vel quoquo modo sublato pontifice, se summum sacerdotum Cæsare auctore adepturum. Clemens metu solutus, quum eius fama foedè apud

pud populum profcinderetur, nec tantæ induriz contumeliam æquo animo sustinere posset, quod malignis hostibus credens, & dolosis inducijs fidens, tantam & existimationis & Vaticanæ supellestilis iacturam fecisset, abrupto indecoro fœdere & spretis obsidibus bellum Cæsarianis inferendum censuit. Accitis igitur Mediolano copijs Helueticorum duo millia, & Italicas cohortes septem virtutis eximiaz, quibus Iohannes Medices præerat, & magnam equitatus partem ad urbem reuocauit; nouas alias copias conscripsit, duces his & tribunos præfecit eximiaz virtutis iuuenes aliquot è Romana nobilitate præstantes. Cæsar hoc rerum motu Pontificis consilij occurrendum ratus, Carolum Lanouium proregem Neapolitanum cum sex millibus Hispanorum, & xxx. onerariarum nauium classe in Italiam misit, scripsitque fratri Ferdinando, vt Georgius Frospergius magnæ auctoritatis dux apud Vindelicos cum tribus Germanorum legionibus in Italiam mitteretur: quibus Iohannes Medices, & Franciscus Maria Feltrius ecclesiastici exercitus duces coniunctis copijs, quum occurrissent, vt eos Padi transitu prohiberent, Iohannes Medices tormento ictus occubuit, non sine maximo Italiæ, & præsertim vrbis mox ruituræ damno. Interea Pontifex Pompeium, & reliquos Columnenses inter hostes ecclesiæ refert, illum senatoria dignitate, adempto pilei rubri vsu mouet, addit diras, aquæ & igni omnes interdicit, & armis persecutus, omnia eorum oppida in Latio ad xlii. insigni acerbitate diripuit incenditque, & in his Sublaqueum, proprias Cardinalis delicias. Fœderibus itaque solutis, bellum magnis contentionibus vtrinque instauratur. In ditionis ecclesiæ finibus Cæsariani Fruisionem adoriuntur. Pontifex Valdemontium regia stirpe ortum, in spem potiundi regni Neapolitani è Gallijs euocat: qui classe aduectus Salerno primo impetu expugnata, infesta ad ipsam Neapolim arma vertit, effusumque cum vrbana multitudine Moncaram intra portam compellit. Ingens etiam bellum in ipsis regni finibus missis à pontifice copiarum supplementis agebatur. Totius exercitus ecclesiæ legatus erat Augustinus Triuultius Gallicæ factionis studiosissimus. Pontificiorum virtute Cæsarianus exercitus soluta Fruisionis obsidione, prælio victus, trepidus intra regni terminos se receperat. Inter hæc

pontifex arario exhausto omnium rerum penuria, & belli molestia pertæsus, ad pacem inclinare cœpit, ei Cæsaris nomine tum à Francisco Quignonio, quem postea Cardinalem creauit, ob eam causam misso, oblatam. Borbonius quoque qui in Insuubris pro Cæsare erat, maximè formidabilis apparebat, is ingentibus lectissimisque instructus copijs, totius ecclesiastici imperij, & vrbis in primis opes in prædam militibus se concedere publicè prædicabat: itaque Idibus Martijs denuò pax facta est, conscriptæque pacis leges, in his vt Lanouius, qui pro rege erat, daret operam, ne Borbonius ad urbem appropinquaret. Lanouius se id facturum pollicitus, exercitui obuiam proficiscitur. Clemens, qui iam semel deceptus fuerat, fatali auaritia, præter omnium sententiam, copias omnes dimisit, Helueticorum duo millia, & valentissimas illas cohortes, quæ sub Iohanne Medice meruerant, nigræque ab atris signis vocabantur, quod vbi Borbonij exercitu cognitum est, Borbonius pacis legibus standum non esse contendens, cum ingenti copiarum manu, contempto Lanouij edicto, ad urbem mira celeritate properabat, ita vt longè citius quàm opinione hominum expectare posset, ad mœnia Vaticani & Ianiculi perueniret: in ipso pugnæ ardore dum Borbonius ad muros Vaticani suos cohortatur, & scalam conscendit, pila tormenti traieclus cecidit, Deo Opt. Max. haud dubiè hominem vlciscente, ne vrbis ab se capte & direpte spectaculo gloriaretur. Vaticano & Ianiculo paucis, qui repugnare ausi erant, interfectis, pridie Nonas Maij, anno salutis M. D. xxvii. expugnatis, exercitus omnis, qui ex Germanis, Hispanis, & Italis ad xl. milia coactus erat, per pontem Xysti in urbem impetum fecit, & tanta cede debacchatus est, vt nunquam post hominum memoriam maiore truculentia vel in Turcas, vel in perpetuos & infensissimos hostes vindicte libidine sequitur sit. Omnes qui primo impetu obuij fuerant tam inermes, quàm armati ad vnum cæsi. Pontifex repentino tot hostium impetu consternatus, summæ rerum & salutis suæ diffidens, consilij expertus, trepidus sese in arcem recepit. Ea nocte nihil vnquam lugubrius aut funestius Roma vidit: omnibus in locis ad satietatem vsque editæ hominum strages, nobilissimi quoque tormentis excruciatii, virgines, matronæ,

na, & sacrae virginis violatae, Cardinalium domus & principum item legatorum expugnatae: nemo denique seruatus, nisi qui vitam & libertatem vniuersa re domestica redemisset. Tempora ferè omnia multis necatis, aut ex ciciatis sacerdotibus direpta. Tum arx, in quam pontifex cum aliquot Cardinalibus se receperat, obsideri coepta est, tam diligenti custodia, ne quid obsonij intra inferretur adhibita, vt consumpto comiteatu omni, pontifex deditorem facere fuerit coactus, ea conditione, vt cuncta, quae Caesar imperasset, se facturum polliceretur. Conflauitque omnia sacrorum templorum ornamenta, vt inde pecunia cuderetur militibus diuidenda, quae quum satis non esset, pilei tres Cardinalitij venales concessi, vt illis licitantibus, qui ad senatoriam dignitatem adspirabant, aurum proferrent; eo modo ad hastam propositis emptores non desuere. Dum pontificis liberatio vltro citroque legatis missis cum Caesare, qui tum in Hispania erat, tractaretur; auditus Odetum Lotrechium copioso cum exercitu Christianissimi Francisci regis iussu alpes transisse, vt pontificem proditum in libertatem, assereret, furentes milites efferique stipendia deposcebant, vt vrbe postea exirent. His nummariae rei difficultatibus coactus est Clemens obsides dare, quos ipsi milites delegissent homines maxime pecuniosos & honoratos, quos quum male & iniquè tractarent fuga elapsi, militum spes omnes eluserunt. Pompeij verò Cardinalis Columnensis, quo cum in arce in gratiam redierat opera, pecuniam cum inuenisset Clemens ducum animos mitigauit. Francisco Quignonio adipiscende libertatis auctori praecipuo Galerum dedit, & vt milites maiore pecunia leniret, Marinum Grimanum & Franciscum Cornélium Venetos, Antonium Sanseuerinatem, Iohannem Vicentium Carasam, & Andream Matthaeum Palmerium Neapolitanos, Henricumque Cardonium Hispanum, precio legerat in senatum; utque sanctius Caesari fidem obligaret, quinque Cardinales obsides dedit: quibus amici, pacatique animi signum rebus gestis, quum comitante exercitus parte urbem veterem Tusciae oppidum petiturus esset, ipse mutato habitu in tempesta nocte ex arce exiuit, & Ludouico Gonzaga comitante, quod constituerat, septimo

mense post captiuitatem accessit; eò paulò post curia omnis, & omnium principum legationes peruenerunt. Lucem porro in arce expectare noluerat, veritus Hugonis Moncatae sententiam, qui Lanoio pestilentia mortuo, pro rege erat. Is vt pontifex libertati redderetur, nunquam consenserat. Ceterum eò clandestinè elapso, Caesariani duces vrbe excedentes Neapolim se contulerunt: iam enim Lotrechius in regnum peruenerat. Ad famam porro capti Pontificis Florentini ad arma exciti Hippolyto, atque Alexandro Mediceis adulescentibus eiectis, sese in libertatem vindicauerant. Eodem tempore quum aliquandiu in Brutijs, & deinde in Apulia cum Venetis atque reliquis Gallorum esset dimicatum, qui mortuo Lotrechio, & maiore exercitus parte pestilentia consumpto pauci supererant, pax inter Gallum & Caesarem est inita: ex cuius legibus excessere Galli & Veneti omnibus Apuliae oppidis, & rex Gallus liberos obsides vicies centenis milibus aureorum persolutis, cum incredibili totius Galliae laetitia incolumes recepit. Ea quoque aetate inter Clementem & Caesarem amicitia renouata est, ijs conditionibus, vt Caesar Margaritam filiam se calibe susceptam Alexandro Medici Laurentij iunioris filio desponderet: bellum aduersus Florentinos susciperet, vt Mediceis vetus in patria dominatus redderetur: Florentini enim natura Gallorum studiosissimi, eiectis Mediceis, Lotrechio adhaeserant: miserant ad eum Neapolim auxilia, professique Gallicam amicitiam Caesarem oppugnabant, nunquam futurum existimantes, vt Pontifex in gratiam cum Caesare rediret, tantis ab eo contumelijs affectus. Venit paulò post in Italiam Caesar triremibus ab Andrea Atria Genuam aduectus, deinde Bononiam accessit, vbi à Clemente septimo susceptus, Romani imperij diadema de Pontificis manibus more maiorum accepit, & incredibili apparatu, magnificentissimaque pompa Augustus ipso natalis sui die, sexto Kalendarum Martij, anno Domini MDXXX. appellatus est; quum Clementis & Venetorum precibus Franciscum Sfortiam in gratiam recepisset, reddito ei Insubrium imperio (Mediolani tamen arce ad tempus retenta) de quo tantis cladibus omni deuastata Italia dimicauerant. Demum in Germaniam pa-

ce cum Venetis facta contra Turcas profectus
 est, exercitu Italico, cui Filibertum Auran-
 tium cum Vastio præfecerat, aduersus Floren-
 tinos misso. Quo anno Tiberis alueum egres-
 sus magis quàm ad eam diem hominum me-
 moria, vel vetustis monumentis relatum es-
 set, urbem inundauit, incredibili cum Roma-
 norum damno & ædium detrimento. Per hæc
 tempora Ferdinandus imperatoris frater Bo-
 hemiæ & Pannoniæ rex, Cæsar Septemuiro-
 rum procerum comitijs Colonia Agrippinæ
 coactis, ex fratris Augusti auctoritate, ne suc-
 cessor in incerto esset, appellatus, & solemn-
 ni diademate Aquisgrani coronatus est. Intereà
 imperatore cum valido exercitu in Turcas
 Viennam obsidentes profecto, Florentini in-
 tegrum annum sub imperatoribus Malatesta,
 Balionio callido & forti duce, & Stephano
 Columna viro impigro libertatem suam con-
 stantissimè defenderunt: binis castris vrbs ob-
 sessa, è citeriore parte ab Aurantio, ab vterio-
 re à Vastio interfluente Arno. Erant in his ca-
 stris Columnenses fratres, Ascanius Sarra, Ca-
 milli duo, & Martius cohortum alarumque
 præfeci. Demùm anno vertente Florentini
 fame domiti, deditioem fecerunt, quum i-
 psorum auxilia, quæ ad opem ferendam Pisis
 adueniebant, Aurantius in agro Pistoriensi
 profligasset, in qua tamen victoria ipse dux
 cecidit. Florentinis in deditioem acceptis,
 nouo more dux impositus est Alexander Me-
 dices libertatis spe penitus sublata. Ancona
 verò, quæ rebellauerat defectionis auctori-
 bus castigatis, recepta, Pontifex ad Cæsarem
 visendum, qui Mantuam vsque venerat, ac-
 cessit, aliquot tam Cæsare, quàm Francorum
 rege petente, creauit Cardinales viros grauif-
 simos: pareus enim & paulo retractior in no-
 uo legendo senatu habitus est. Iuliani Medicis
 patruelis sui filium Hippolytum, quem opu-
 lentissimo Montis regalis sacerdotio honesta-
 uerat, in patrum collegium adscitum, Pom-
 peio Columna Cardinale mortuo cancella-
 rium S. R. E. creauit. Henricum octauum An-
 gliæ regem Catherinam vxorem, quæ Impe-
 ratoris amita erat, repudiare totis viribus vi-
 gesimo matrimonij celebrati anno conan-
 tem, quo Annæ Bononiæ amasiæ nuptijs poti-
 retur, quum id diuortium improbasset, ter-
 ribilesque minas & anathema intentasset, eò
 impulit, vt patria religione deferta. noua
 & nefaria Lutheri dogmata, quæ antea scri-
 pto improbauerat, sequeretur. Porro autem

dum Bononiæ Clemens esset, fœdus in sex-
 menses productum est inter Pontificem, im-
 peratorem, duces Mediolani, Ferrariæ, Flo-
 rentinos, Genuenses, Senenses, & Lucenses,
 contra eos, qui pacem Italiæ perturbare co-
 narentur, vt si opus esset, consociatis viribus
 bellum gereretur, cuius dux Antonius Leua
 creatus est. Intereà orta inter Ferrariæ ducem
 & Clementem de Mutinæ Regijque principa-
 tu conuersa, res ad Cæsaris arbitrium remis-
 sa est: qua in re iurisperiti Cæsarei quum Cle-
 menti nonnihil fauere viderentur, tandem à
 Cæsare pro duce Ferrariæ contra pontificem
 est pronuntiatum; duæque vrbes Cæsaris iu-
 dicio Romanæ ecclesiæ ereptæ, Ferrarien-
 sium duci traditæ sunt. Imperatore in Hispa-
 niam profecto Clemens nouam cum Fran-
 corum rege amicitiam iniuit; in qua Lauren-
 tij iunioris filia Catherina Medices Henrico,
 Francisci regis secundo genito in marimo-
 nium collocata est. Res Massiliæ, quo Ponti-
 fex & rex Gallus conuenerant, incredibili
 pompa transacta, ibique solemnes nuptiæ
 factæ. Aderant cum Pontifice & rege, totius
 aulæ Romanæ & Gallicæ præstantiores qui-
 que, Cardinales ob eam rem quattuor, peten-
 te rege, creati: & Pontifex classe Gallica Ro-
 mam reuersus, haud diu superuixit; longo e-
 nim & vario, difficilique morbo vexatus, po-
 stremò cum Cardinales xxxiii. creasset,
 resque domesticas optimè disposuisset, in ad-
 uerla prosperaque fortuna semper constans,
 Romæ in Vaticano vij. Kalendas Octobris, ho-
 ra inter xlix. & xix. rebus humanis ex-
 cessit, anno salutis MDxxiiii. ætatis lvi.
 mense quarto, pontificatus verò x. mense de-
 cimo supra diem septimum. cadauer primum
 ad sanctum Petrum, postea Pauli tertij ponti-
 ficatu cum Leonis x. reliquijs ad Mineruz

delatum est, & marmoreo sepul-
 chro locatum. Vacauit
 tum sedes dies

XVII.



PAVLVS PAPA III.



GENS Farnesia, quum à maioribus, quorū summi honores & res præclarè gestæ memorantur, magnum decus atque ornamentum accepit; tum ætate nostra, quibus rebus mortalium vita honestatur, iis ita omnibus excellit, vt Italicarum gentium paucissimas cum ea, vel opibus, vel dignitate conferri, virtute quidem & studio maximarum rerum, vnde vera nobilitas petitur, præferri nullam posse existimem. Quò ego libentius breuem vitam Pauli papæ III. Farnesij, qui vetera familiæ decora vehementer auxit, mandare litteris aggredior: nam res quoque ipsum licet aliena narrantem, res tamen ipsa, & laudatissimi principis acta afficiunt, rerumq; ab eo præclarè gestarum maiestate cogor eas posteris tradere, vt ad eorum exemplū, qui laudabiliter vixerunt, omnes, qui hæc legent, vitæ suæ quasi cursum instituunt. Paulus igitur pontifex ex nobili & antiqua Farnesiorū familia, quæ principem hodiè locum inter Romanos obtinet, ortus est. Cuius honorificam mentionem, ante annos penè quingētos in vrbe veteris vetusti Etruriæ oppidi annalibus & antiquis monumentis exstare didici. Hanc gentem priscis temporibus cum aliis multis, quæ passim per varia terræ Italiæ loca consedere, ex Germania in Cæsarum comitatu, qui Italicum iter magna nobilium Germanorum copia stipati, frequentare solebant venisse traditum est. Cuius generis proceres, quum multa animi corporisq; egregia

documenta dedissent, aliquot oppidorum in Vulsinensibus & Salpinatibus ditionem sibi vindicârunt. In vrbe deinde virtutis ergo adsciti, ad nostram vsque ætatem potentia & opibus summum claritatis locum obtinuère, quanquàm ipsum familiæ nomen à Farnetò Etruriæ pago, quo familia ipsa potitur, traxisse quibusdā placuisse viderim, qui à frequentibus farnis, quod quercus genus est, appellationem obtinuit. Hinc in antiquis monumentis eos de Farnetò vocari animaduerti. Clarissimus inter multos ex hac gente fuit Petrus Farnesius, Ranutij filius, Peponis nepos, qui anno à partu Virginis MCCCXIII. Vrbe veteris multis regulis & nobilissimis familiis tunc refertæ, princeps factus, patriam à ciuili Guelforū & Gibellinorum seditione liberauit. Ante annos quoque CCCCLXX. Paschale II. Romano pontifice, Petrus senior Farnesius, equitum ecclesiasticorum magister, insigni victoria de pontificis hostibus in Vulcentium litore parta, vetustissimā Coloniā Cossam, Vrbiteilli nomine restituit. Prudentius Petri senioris filius Lucio II. & Prudentio geniti, Popo & Ranutius Innocetio III. egregiè pro ecclesiastica libertate operam nauârunt. Quorū posteri in ciuilibus inter Romanos pontifices & Imperatores dissensionibus, Romanæ ecclesiæ partes sæpe afflictas & disiectas, magna fortitudine & felicitate sustinuère. Florentini Petro Farnesio duce Pisanos grauissimo prælio attritos, eò redegerunt vt clarissimæ ciuitatis vires, præcipuis ciuibus amissis, paulatim considerint. Petrus Ancaranus, ciuilis pontificisq; iuris præstantissimus interpres, cuius plura ingenij plena exstant insignia monumenta, ex gente Farnesia originem habuit. Pontificis Pauli tertij auus Ranutius Farnesius Petri filius Ranutij nepos ecclesiastici exercitus strenuum Imperatorè Eugenio quarto pontifice maximo, contra Romanæ ecclesiæ perduelles, qui frequentes & potentissimi per ea tempora fuères, egit, ab eodè pontifice ob rem militarem bene gestam, aurea rosa donatus. Huius filius Petrus Luisius, ex Ioannella Caietana de Sermoneta, Bonifacij octauo gentili, illustri sanguine nata, lectissima & antiqui exēpli matrona, Paulum III. papam genuit, Alexandrum ante summum sacerdotium vocatum. Ipse

natus est Carini, quod est oppidum in Etruria paterna ditionis, prid e kalendas Martii, anno à partu Virginis sexagesimo octavo, supra millesimum & quadringentesimum, Paulo secundo Veneto pontificatum maximum obtinente, in cuius rei memoriam pontifex postea factus eius nomen adsciuisse existimatur. Puer singulari parentum diligentia educatus, Romæ Pomponium Latum primùm audiuit, postea Florentiam, vbi tunc temporis Græcarum ac Latinarum litterarum clarissimi erant professores, ad discendum missus, celeberrima in Laurentij Medicis schola omnibus disciplinis, quibus illa ætas imperitiri debet, imbutus, ante omnia Latinas & Græcas litteras magna felicitate didicit: enituit enim statim in eo ingenium viuendum, sublime, & quod ad rem maximè pertinet, in perdiscendo gloriæ auidum. In artibus, quum quantum temporis satis videbatur, impendisset, & magnæ spei adolescens euassisset, Romam sub Xisti quarti successore Innocentio VIII. se contulit, vt quum litteris rerum quoque maiore vsum, qui vnus ad maximas dignitates industrio homines euehit, pari felicitate cõiungeret. Ac statim ad Rodericum Borgiam cardinalem episcopum Portuensem Apostolicę sedis Cancellarium, atque tum amplissimi ordinis principem obsequiis officijsque colendum, omne animi studium contulit. a quo ob morum elegantiam vehementer amatus est. Quum aliquando ob rem familiarẽ à matre dissentisset, eius rogatu ab Innocentio octauo in Hadriani molem coniectus est, quo iuuenis paulò audacioris spiritus reprimerentur. Hæc ita multò post Pauli Margarij propinqui opera, dum omnes supplicationib⁹ corporis CHRISTI religiosius vacant, funibus ex præalta arce demissus, feliciter sese carceris tadio eripuit. In pontificis gratiam rediens, quum animũ sacro viuendi instituto addixisset, scriptor apostolicus & protonotarius creatur. Innocentio VIII. mortuo ab Alexandro VI. quem antea semper obseruãrat, & rarij præfectura & episcopatu Montis Flaconis, Corneti que ornatus, mox purpuræ honore collato, in senatum magna duodecimo patrum lectione XI Kalend. Octobris, anno salutis MDCXCIII. cooptatur, annum ætatis nondum egressus XXVI. eiq^{ue} Diacono

no SS. Cosmæ, & Damiani diaconia more maiorum commissa. Inde accumulata dignitate Viterbij primùm legatus, in quo honore Carolum octauum regnum Neapolitanum armis repetetẽ honorificè suscepit: deinde agri Piceni factus est. In his legationibus ita se gessit, vt summis, infimis æque gratus, magnum sui desiderium munere defunctus, provincialibus reliquerit. Hicse de caussis sibi gratululius II. ad se accitum, & pro Picena legatione Parmensi episcopatu donatum, in Lateranensi concilio eius opera vsus, eundem quoad vixit, apud se Romæ detinuit, atque opulentiori sancti Eustachij diaconia præfecit. In amplissimo ordine, in quo quod paucis antea contigerat, annos supra quadraginta vixit, talem semper se gessit, vt in Gallo: ùmne an Hispanorum, quorum tunc factionibus Italia omnis seruebat, res magis pronus esset, neutri partium satis planè vnquam constiterit. itaque eum omnibus gratum, nemini priuatim addictum, & magna cum integritatis, prudentiæ, dexteritatĩque laude muneri suo assiduè vacantem, cepit omnibus sæculis laudatum ædificandi studiũ, atque eius domus Antonio Sangallo architecto fundamenta iecit, quę nunc non procul à Flore campo structuræ elegantia & laxitate cunctas nostri temporis vel sumptuosissimas regias longè superat, artificio autem, neque veterum quidem Romanorũ superbissimis olim palatijs cedit. A Leone decimo ex diacono cardinale sancti Eustachij, episcopus cardinalis Tusculanus factus, ex vita sua instituto id adeptus est gratiæ, vt quum Leonen ab initio, ac ferè contemnenda, sed mox vehementi ac mortifera febre inopinantibus medicis extinctus esset, & tanto sacerdotio dignus successor quæreretur, cardinales aliquot cum suffragiis suis prætulerint. Bernardinus etenim Caruial Hispanus senatus tũ princeps, & is ipse Alexander Farnesius Cardinales inter plures candidatos ante omnes prodierant, sed ille, quam vel demissè præfando apud surdas cardinalium aures nihil proficeret, quum per se quisque patrũ, ab illa valdè dira, & propè execrabili Alexandri memoria Hispanici nominis ingenia perhorreret, facile repulsam tulit. Id accedebat, quòd ipse quantaquam probè eruditus, & grauis recentis ad hæc ignominie

nix notam præferebat, quod Iulio II. exci-
tato schismate, negotium facessisset. Alex-
ander vñ cum ætatis honore, magna Ro-
manæ nobilitatis ac variarum virtutum &
litterarum præsidia ferens, & prudentis ci-
uilisque modestiæ nomine omnibus com-
mendatus, inuisus nemini, haud dubiè ad
summum quod petebat honoris fastigium
peruenisset, si ad suffragiorum numerum,
quem sperauerat, tenorem in accessibus es-
set consecutus. Sed Iulius Medices, qui iu-
niorum patrum suffragia, sine quibus res
confici non poterat, moderabatur, quam-
uis hominem probaret & coleret, eum ta-
men sibi minimè præferendum ratus, à
suffragando suis deterritis, illius spes faci-
lè præcidit. Gallos etiam ipsos subof-
fenderat, quod quum aliquandiu diligen-
ter ambiendo & prensando plures sibi a-
micos adsciuisset, & patribus ad suffragia
vocatis fortunæ suæ periculum facere de-
creuisset, vt Cæsarianorum certiore studio
vteretur, Manuelli Imperatoris legato fidè
obstrinxerat, se Cæsari nunquam defec-
tuum, si eius auspiciis pontificatum obti-
nuisset: quæ res aperta Gallicæ factionis
Cardinales ab eo auertit. Biennio post,
quum Hadrianus VI. fato concessit, instau-
ratis comitiis eadem iuniorum conspira-
tione Iulio Medice subrogato, ipse rursus
obtinendi pontificatus spe decidit. Nimi-
rum nondum tempus illud aduenerat, quo
eum Deus tanto excelsæ dignitatis hono-
re ornare destinarat: quem eo abnuente,
nulla demùm, quantumuis diligenti hu-
mana industria adipisci quisquam potest,
neque vlla rursus solertia vllus præuerte-
re. In quo tamen, vti postea constitit, be-
ne haud dubiè cum illo actum tum fuit,
quum procul à publico odio, in quo Cle-
mens temporum calamitate statim incidit
ipse meliore sorte diuina certè prouiden-
tia ad feliciora seruaretur. Id, quod inde
maximè videri licuit, quum mortuo Cle-
mente annus longè omnium eius ætatis se-
cura domi pace, mira cæli clementia, lata
passim agrorum copia & vbertate, Punica-
que victoria insignis Pauli III. pontifica-
tus initia nobilitauit, ita omnes, qui lu-
ctuosa Hadriani & Clementis tempora
euaferant, se tunc primùm natos crederent,
salutem & fortunas suas in tuto positas ar-

bitrarentur, existimarentque expiatis tot
cladibus inuectam esse aurei sæculi felici-
tatem, quam haud dubiè Pauli III. pontifi-
catum ciuili sapientia prudentiaque ple-
num attulisse sibi præsuadebant, cuius rei
Clemente adhuc viuo haud modicum
speciem datum fuerat. Sub cuius pontifi-
catus initiis Paulus ipse Prænestinam pri-
mùm ecclesiam, deinde Sabinam, post Por-
tuensem nouissimè Ostiensem obtinuit.
Mortuo verò Nicolao Flisco senatus prin-
cipe, id munus veteri instituto suscepit,
quod tanta cum dexteritate, prudentia,
auctoritate, ac integritatis opinione an-
nos decem sustinuit, vt nemini dubium
esset iis artibus gradum sibi ad summum
pontificatum, quo vnus omnium dignif-
simus existimatus est, præparasse. Romæ
munus legationis iterum obiuit, in His-
paniam legatus eo tempore designatur,
quo Clemens vrbe direpta in arce obside-
batur, in itinere Parmæ substitit, & Lotre-
chium, vt in pontificis obsessi auxilium
expeditis itineribus veniret, maximè so-
licitauit: Cæsarem verò tunc primùm in
Italia venientem Geneuæ cum Francisco
Quignonio Cardinale S. Crucis, & Hyp-
politio Medice legatus excepit. Quum Ca-
rolus Imperator Bononiam iterum venis-
set eo animo, vt inter alia circiter quin-
decim Cardinales à pontifice è factione
sua creare procuraret, Farnesius eum au-
thoritate & rationibus, ne id faceret, per-
suasit. Ob eas res apud Clemètem adeò gra-
tia & auctoritate valuit, vt quum Pontifex
diuturno stomachi vitio tabefactus, sæpè
represso & rursus erumpente morbo, om-
nem viræ spem constanter abieciisset, eum
sibi successorem testamèto scriptorem af-
firmaret, si pontificatus hereditate para-
retur: quin morti proximus ei vni iudi-
cio suo omnibus patribus prælato, eccle-
siam propediem vacaturam commenda-
uit, & propterea Hyppolitum Medicem
etiam atque etiam fuerat adhortatus, vt v-
num omninò Farnesium collatis amicorum
studiis atollèdum ornādumque susciperet,
quando nemo in administranda repub. &
tuèda dignitate SS. maiest. eo potior esse vi-
deretur. Eo deinde rebus humanis exèpto,
quò nequaquam quærèdus esset, qui in ei-
cū, legeretur, sed legendus, qui ætate pri-

dentia, rerū diuturno vsu, inueterata virtute, & præcellentibus litteris præ omnibus sine controuersia emineret, patres haud diu cunctati, cogitarunt eum nouo & inusitato exēplo ante celebrata nouēdialia, siue villo conclauis coetu, de mortuo pontifici subrogare. Quod ipse tanquā præter maiorū morem constantissimè recusauit, iustis igitur Clementis VII. celebratis, Cardinales xxxv. qui aderant in comitiū in Vaticano ad quintū Idus Octobris, anno à partu Virginis MDXXXIII. sunt ingressi, nam multi in urbē è prouinciis ad comitia, conuolārant. Postridie ad quartum Idus, Hyppolitus Medices, Cardinalis Clementis præceptorū memor, & sua sponte & suorū omnīū hortatu, & amicorū Cardinaliū inuentione adductus, cum Ioanne Cardinale Lotharingio, viro inter patres nobilissimo egit, vt vtriusq; operam qui supra viginti senatorum suffragia moderabantur, pontificatus Farnesio traderet. Paucis igitur consilio communicato, ad Farnesium circa horam noctis secundā pergunt, eumq; primos comitorum æstus tranquillo animo in cella expectantem pedibus aduoluit pōtificem maximum salutant. Qua in re memoratu dignum id accidit, Lotharingius Cardinalis Gallicam legationem ad se transferri rogauit, sibi cetero pollicitus, illum in tanta animi alienatione eam rem non sibi negaturum. At Farnesius nondum planè pontifex, id decori suo conuenire negans, preces eius obaudiuit. Cæterum Medices & Lotharingi exemplū cardinales amici primū, deinde dubii nouissime pauci cōpetitores & aduersarij secuti, eum subita veluti religione tacti adorant. Nulla vnquam à multis secularis comitia sincerius, simplicius, concordiusque inita peractaque sunt, quam nullo liuore protracta, nullo ambitu corrupta, nulloq; demū metu præcipitata fuerint. Eum populū Romanus incredibili lætitia & gratulatione accepit, quod in vrbe suæ ciuitatem pontificarum maximū, quo quidem illa iam annos plus cētum à Martino V. deinceps caruerat, nobilissimus ciuis sui famā nominis & eximia virtutum claritate reuocasset, qui latronum & sicariorū audaciā, quæ in prouinciis & Romæ agro pontifice, & per interregnum irruperat, quam primum contondere posset. Postri-

die quum in suffragia itum esset, singulis suffragiorum præter morem apertis, in sacratum calicem, quod scrutinium vocant, coniectis pontifex deuō omnium votis renunciat, ad tertium Nonas Nouemb. Pauli III. nomine assumto, coronatus est, qua die ab eo felici auspicio publica hilaritate percelebri in eius honorem nobilissimi Romanæ iuuentutis adolescentes per Vaticanam aream simulachro equestris pugnæ edito iucundissimè decurrerunt. Nec defuit spes: nam pontificatum adeptus tribunalis populi Romani capitolini, officiorum, curialium, priuilegia confirmauit & auxit: ecclesiarum prædia temerè locata, vindicauit, & ita se in administranda reipublicæ illustri quodam in speciem diuersarum virtutum temperamento, vt pontificis simul & principis nomen tueretur. In omni namq; consilio & singularis pietas, & summa prouidentia eminere videbantur, & non obscura idem amplificandæ suorum potentia voluntas. Nam ante omnia, quod in re magnoperè expediebat, se neq; harum, neque illarum partium, quod cardinalis etiam facere consueuerat, sed communem omnium parentem profitebatur, propterea nequaquam adduci vnquam potuit, vt id foedus renouaret, quod Bononiæ Clemente Cæsareque auctoribus, pro tuenda Italia libertate haud obscurè ad arcendos Gallos percussus fuerat, quum ab vtrōque aliquod fortuna sua dignū munus expectaret. Quin & consilium toties à Germanis verè pietatis desertoribus ad terrendos Romanos pontificis desertores efflagitatum, à quo grauissimis de causis Clemens diffugisse videbatur, vtrō se appetere, & ad id locum tempusque se decernere paratū esse predicabat: apud principes verò Christianos institit, vt sibi consiliū indicturō consentirent. Missis quoque pro tuenda sacrosancti nominis dignitate, qua priuata spes tegerentur, in Galliam & Hispaniam legatis, assidue dabat operam, vt Frācisus Gallorum rex vno consensu ad oppugnandum Turcam opulentissimo Africa potitū regno cum Carolo Cæsare, firma pace, vel renouatis foederibus iungeretur, vt ea saltem ratione Turcarum & Gallorum amicitiam labefactaret. Sed quanquam esset apud Gallos eximia pontificis auctoritas, nil tamē, quod ad foederum val conferendorum au-

xiliorum rationem pertineret, impetrare potuit. Franciscus enim Gallorum rex Italia omni pulsus, Cæsaris felicitatem, qui magnam Italæ partem tenebat, ferre non poterat. Ad amplificandos deinde suos conuersus, proximo Decembri duos ex filio & filia nepotes diaconos Cardinales creauit, Alexandrum Farnesium Petri Luisij filium, & Guidonẽ Ascanium Sfortiam, Constantia & Bosio natum. Ex his priorem mortuo, pauld post Hippolyto Medice, S.R.E. cancellarium, posteriore verò camerarium, haud ita multo post Spinula defuncto, fecit. Postea statui ecclesiastico instaurando confirmandoque animum adiciens, nihil antiquius duxit, quàm vt viros egregios toto terrarum orbe conquisitos in patrum amplissimorum ordinem legeret, ecclesiæ salutẽ iis verè inuiti affirmans. Proximis igitur senatorum lectionibus aliquot inter multos ad xx. amplius selectos Cardinales creauit, omnes summo sacerdotio dignissimos, quos, vt in suam rempublicam adlegeret, è totiùs orbis Christiani senatibus decerpit. Nemo Romanorum pontificum ad hanc diem plures patres, qui vnus & septuaginta fuẽre, sacro purpuræ honore donauit. Quatuor summi pontifices, qui nusquam interrupta serie post eum ad summam sacrosanctæ pontificiæ dignitatis apicem peruenẽre, ex eius lectionibus prodierunt, Iulius III. Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. præter quos F. Nicolaus archiepiscopus Capuanus Germanus ordinis Prædicatorum Theologus, Ioannes Bellaius Gallus orator regius: Hieronymus Ginutius Camera, Iacobus Simoneta, Rotæ auditores: Ioannes Fischerius Anglus episcopus Rossis, Theologus, pauld post ab impio Henrico VIII. rege pro CHRISTO capite cæsus, Gaspar Contarenus amplissimus senator Venetus, Philosophus eximius, Marinus Caracciolus pro duce Mediolani, Christophorus Iacobatius supplicibus libellis subsignandis præfectus, Iacobus Sadoletus Theologus, Rodolphus Pius vitæ integritate, rerum gerendarum prudentia experientiaque præstans, Hieronymus Alexander archiepiscopus Brundusinus, trium linguarum peritia illustris, Reginaldus Polus Anglus vir eximia sanctitate & vario doctrinarum genere clarissi-

mus, F. Ioannes Toletanus ex ordine Prædicatorum, Petrus Bembus, Fredericus Fregosius, Petrus Paulus Parisius, Bartholomæus Guiditionius, F. Dionysius Laureus ordinis feruorum magister, Ioannes Moronus, D. Gregorius Cortesius monachus Cassinas, F. Thomas Badia ex ordine Prædicatorum, Ranutius, Farnesius alius nepos, quẽ maiore pœnitentiarium fecit, latinis græcisque litteris eruditus, & alij multi numerantur, vel nobilitate clarissimi, vel omni virtutum doctrinarumque genere cumulatissimi, ita vt non immeritò respublica Christiana plurimũ ei debeat, cuius vnus graui prudenti quẽ delecto amplissimo senatui orbis Christiani ornamento suus est honor restitutus. Initio pontificatus Pauli, furiosa & insana Anabaptistarum hæresis pauld ante exorta, Monasterium ciuitatem VVestfalix munitissimam occupauerat. In qua à loci episcopo acriter obsessi, asperimisque oppugnationes passi, tandem comætu absumta extrema inedia confecti, mures, feles, canes, animalium coria, & alia id genus, comedere sunt coacti, ita vt vrbs illa verè noua Hierusalem dicta sit. Id enim nomen ei indiderat hæreticorum Rex nouus Ioannes Leidensis Batauus, homo profanus, sordida conditione, sed animo planè excelso, quia ad id munus à Deo se vocatum esse miseris persuadens, ad hanc nouam Hierusalem & montem Sion missis suis quaquà versum prophetis, mira audacia omnes inuitabat. Cæterum capta vrbe omnes cum rege obsidione deleti sunt, & funestæ hæresis deliriorum & ineptiarum refertissimæ domicilium dissipatum. In Anglia per hæc tempora maior rerũ moles fuit. Henricus VIII. Britannix rex, qui edito præclaro volumine, insanam Lutheri hæresim oppugauerat, & ob eam rem fidei catholicæ defensoris, specioso titulo à Leone X. ornatus fuerat, patriæ religionis defensor ob hanc causam est factus. Vxorem is duxerat Catherinam Arragoniam, Ferdinandi catholici Hispaniarum regis filiam, ac Caroli V. Cæsaris materterã, Arturo fratri diu ante mortuo desponsatam, cui quum insani amoris libidine correptus vigesimo matrimonij anno repudij libellum misisset, Annam Boleniam adulteram, cuius furioso amore flagrabat, in coniugalem thorum

recepit. Hanc causam aliquandiu in celeberrimis totius orbis Christiani gymnasiis tractarant inter se diuinam humanarumque legum periti: postremo quum clemens pontifex & in Cæsaris gratiâ, & ut æqua iura postulabant, repudium in auctoritate sua sancire nolisset, sed eas nuptias uti nefarias damnasset, rex malefano amore deprauatus, omnem veterem suam virtutis, ac pietatis laudem & gloriâ abdicauit, & noua damnataque Lutheranorum dogmata sequutus, ab auctoritate Romani pontificis impiè desciuit. Hinc factum, ut quum efferatum animum ad sæuitiam impulisset, multis suppliciis damnatorum procerum aulâ funestauit, sublato ante alios, quod etiâ promeruisse videri poterat, ipso Thoma Vulcer Cardinale Eboracè se, qui nefariis cõsiliis peruertisse regem atq; infatuasse inuidens populi iudicio accusabatur. Nec mora, feueriore districto gladio complures exploratæ probitatis viros, & litterarum doctrina illustres, quod eius nefariæ sententiæ assentiri nollent, interfecit. In quibus fuere Thomas Mõrus, regij scrinij magister, & Ioannes Fischerius Cardinalis Roffensis, paulò antè à Paulo III. creatus, Boleniæ autem regalibus ornamentis traditis, & tanquam ex legitimis nuptiis communicato geniali thoro, Catharinam legitimam vxorem miserabiliter thoro domoque expulit, quæ quum dolorem ferre nequiret, breui, filia Maria relicta, fato concessit. Ab hisce diris principiis ad peiora progressus, seipsum quoque publico edicto ecclesiæ Anglicanæ primarium sub CHRISTO caput contempto pontifice superbè & arroganter pronunciauit, catholicamque omnè religionem hæresi Lutheranâ suscepta abrogare, totis viribus contendit: monasteria, & ædes sacras profanauit: clericos, monachos, & fratres religionum omnes multis ex iis immani sæuitia occisis omnino deleuit, bonis eorum vel in fiscum redactis, vel quo plures erroris sui participes haberet, ministris insanis suæ sceleratè concessit, omnia postremo rapinis, & dibus, cruciatibus, & impietate repleuit. Hisce de causis commotus Paulus pontifex, frequenti senatu Henricum Anglum, ob inauditæ hæresis crimen Christianorum numero haberi indignum

cenfuit anathemateque notatum, & abrogata eidem omni potestate, in ordinem redactum regiistitulis pro auctoritate sua aliquandiu cunctatus priuauit. Nec mora, prædura scelerum vltrix adfuit Dei dextera: nam idem rex nouo inusitatae feueritatis facinore, edito eandem quam tantoperè amauerat Boleniam adulterij damnatam, palàm capitali supplicio affecit. Susceperat hoc tempore Cæsar Carolus expeditionem Tunetanam, ut immanem prædonem & piratarum sæuissimum ducem Hadrianum Barbaruffam vlcisceretur, qui immensus Solymanni Turcarum imperatoris copiis, ac ingèti eius classe subnixus, post vastata cuncta Italiæ, Siciliæ atque Hispaniæ littora, Tunetem in Africa eicèdò Muleasse rege occuparat, & barbarè arroganterq; felicitatis suæ metas progressus, de regno neapolitano occupando magna spe concepta, haud dubia concilia agitabat. Ad hoc bellum cõficiendum Paulus pontifex liberaliter cõtulit: nam & de suo decem triremes Genuæ exornari iussit, quibus tres quoque veteres adiūxit, quæ in custodia Romani littoris esse cõsueuissent, & in bellicos sumptus sacerdotiorum totius Hispaniæ decimas Cæsari concessit. Classi suæ tum pontifex Virginium Vrsinum Anguillariæ comitem præfecit, nauandæ operæ cupidum, ut ea generis claritas perfecturæ, maiorem auctoritatem adstrueret. Eisdem etiam decimas ex æquata liberalitate, Francisco regi concessit, quod ille, si vltus posceret ad tuenda Etruscæ maris pontificiæque dittonis littora, è massilia viginti triemes mitteret. Quum autem Alfonso Vastius suo antiquo pedestris militiæ imperio fungens, Germanicas ac Italicas legiones in Africam esset transportaturus, pontifex, qui eum appulsurum Centumcellas intellexerat, ad declarandum suum in tam pio bello ardens studium confestim eò se contulit, ut sacris præcationibus Deum Opt. Max. diuosque Christiani imperij tutelares, ad victoriam de hoste parandam nauigantibus propitiaret; ita ipso præeunte, verba & hymnos sacerdotum choro decantante, triemes, nauesque onerariæ ab excelsa specula expiatæ lustratæque sunt. Datum est item vexillum & sceptrum Christianæ religionis in templo de manu pontificis

Virginio Vrsino, postredieque Vassius, cum eo nactus idoneam tempestatem, Neapolim primùm in Siciliam deinde cursum direxit, ut prospera demum nauigatione Africæ littora contingeret. Paulo ante quoque ad Andream Auream toti maritimo negotio à Cæsare præfectum, & cuncta ad bellum nauale ingenti cura fama que administrantem, pontifex gladium de more solemnibus ceremoniis consecratum dono misit, is erat gemmato capulo, cælataque vagina cum baltheo aureis bullis & fibulis valde conspicuo, & præter eum etiã villosus è serico pileũ margaritis phrygio opere depictum. Ea sunt eximij pii que ducis aduersus Christianæ religionis hostes peraguntantes insignia, magnis regibus donari solita, sic ut non immerito strenuus senex, quanquã multa iam nauali gloria plenus, ad petendam noui decoris laudem accenderetur. Interea Hyppolytus Medices dominandi audis, animo vehemèter perturbato, inuidere apertius fortunæ Alexandri Florentiæ ducis atque eius vitæ insidiari cœpit, ita ut ex subitaneo tormentarij pulueris incendio Ioanne Baptista Cybo episcopo Massilien. impulsore execrabile exitiũ eidem machinaretur, quod scilicet ipso sublato, dominatũ Florentiæ adipisci se posse per exules vanissima cogitatione confidebat. Harum autem insidiarum indicia Deo detegente ab Alexandro deprehensa sunt, atque illico Romam ad Paulum pontificem delata. Pontifex quamquam ruiturque Mediceæ domus excidio, quod aliena cum inuidia parabatur, gauderet, in spem scilicet ingentis lucri ex amplissimis sacerdotiis, quæ in Farnesios nepotes transferrentur, Alexandri tamen iniuriam negligere videri noluit. Quum Octauianum Tengam hominem facinorosum ex Hyppolitici satellitibus nefarij consilij conscium comprehendendi iussisset, sunt qui ob impotentiam & præposteris mores eum in vinculis habitũ affirmant, quum pontifex nullã in eius captione coniurationis rationem habuisset; quo capto Hippolytus vano timore extricatus, ære alieno oppressus, & Gallica ope, cui multũ fidebat destitutus, ex vrbe Tiburtini agri sancti Angeli castellũ aufugit: postea, commutata voluntate ad sanitatem redire, Alexandroque reconciliari cum voluisset, Romam rediit, honorificè à pontifi-

ce susceptus, & mitioribus verbis admonitus. Inde Neapolim profecturus in itinere ad oppidum iter Fundani agri, quod est vicus Appiæ impositum oborta pestilenti febre, (vel ut alij tradunt) veneno petitus, sexto die ad III. Idus Augusti rebus humanis eximitur, & in vrbem relatus tota vrbe lachrymante in Laurentianis ædibus cumulatur, magna hercle exsulum læticia & pontificis commodo, quum hic eius spoliis & sacerdotiis suos ditaret; in his Alexandrum Farnesium, cui amplissimo cancellariæ munere honestato monasterium trium fontium, qui Hippolyti fuerant, commendauit, illi verò vno erepto alterum tanquam propinquum ope destitutum, vti mox euenit, facile tolli posse diuinarent. Cæsar autem ingenti classe comparata ex Sicilia Italiaque soluens, ad Vticæ littus feliciter appulit, vbi exercitu exposito, fugato Barbarussa Tunete paucorum dierum labore expugnato, restitutoque duris conditionibus Muleasse beneficiario rege, & Guleta arce firmissima impositis Hispanis præsidii insigniter munita, ad viginti millia captiuorum Christiani nominis, qui ex diuersis regionibus à sæuissimo prædone capti, illic miserrimæ suruitutis iugum ferebant, liberauit, & inde soluens in Siciliam primùm, deinde Neapolim, vbi triumphali pompa susceptus est, peruenit. Hæc tam insignis victoria tanta gratulatione est excepta, ut pontifex solè. nibus indictis supplicationibus, gratias Deo publicè egerit, & ad Cæsarem Legatos duos Cardinales Ioannem Piccolominum episcopum Ostiensem, & Alexandrũ Cæsarinum diaconum ei suo nomine de tanta victoria gratulatum miserit. Quum Cæsar in itinere esset, quo ex Sicilia Neapolim properabat, Francisci Sfortiæ nouissimi Insubrum ducis mors ei nunciata est, cuius obitu grauissima sunt exorta. Nã Cæsar Antonio Leua pro duce Insubribus imposito, ducatum Mediolanensem imperiali fisco applicatum in prouinciæ formam redegit, Francisco Francorum rege magnoperè repugnante, qui Cisalpinæ Galliæ imperium à Cæsare sibi concedi postulabat, cum suo iure antiquæ hæreditatis ab abauia Valentina Vice comite repetito, tum præclara Maximiliani Cæsaris cõcessione, qui id tabulis ritè confectis acceptaque honorarij muneris pecunia Ludouico XII.

regi post exactum captumque Ludouicum Sfortiam ad iudicasset. Cuius quum Cæsar rationem habere nollet, non ignarus quantum commodi sibi ex Mediolanensi imperio accederet, occasionem irato regi, ut pacis fœderibus solutis arma moueret, dedisse visus est. Rex enim Gallus in Carolum Sabaudium Allobrogum ducē, qui in Cæsaris clientela erat, arma vertit, ut per eius ditionis fines expeditum sibi in Italia pararet iter. Nec mora Galli duce Philippo Sciaboto, qui Brion Amiralius dicebatur, coactis copiis Sabaudium Transalpinis oppidis exuerunt, transgressi que alpes aliquot munita oppida Subalpinæ regionis, in primisque Taurinum, magna cum imperatoris indignatione occuparunt: qui Gallorum impetu audito, ut eorum arma ab Allobrogum ducis fœdere sibi iuncti ditione auerteret, Gallicam expeditionē edixit. Igitur adulto iam vere initio anni MDXXXVI. Cæsar Neapoli profectus, Nonis Aprilibus per Appiam à Capena porta Romam intrauit, triumphali pompa à Cardinalibus, Episcopis, & reliquis omnium sacerdotum & Romanorum ciuium ordinibus exceptus, & ad Basilicam Vaticanam, ubi à pōtifice Paulo tertio super Basilicæ gradus sedente, more maiorum expectabatur, deductus, læto populo ob antiquorum imperatorum memoriam. Adorato pontifice Cæsarea parte Vaticani palatii exceptus est, quæ exornata laquearibus aureis, & marmoreo insigni mœniano urbē spectat, ab Innocētio VIII. condita qua etiā Alexander VI. Carol. VIII. Galliarum regem susceperat. Cæsar Romæ sanctum Paschæ diem coluit, in quo pontifex Cæsare imperialibus insignibus ornato adstante, rem sacram solemnem apparatu in Basilica Vaticana fecit. Tredecim autem dies moratus Romæ, de summa rerum & maximis reipublicæ Christianæ negotiis, cum pontifice locutus, pridie quam proficisceretur præsentem pontificem, cunctoque senatu, & principum ferè omnium legatis, nõ obscura in Gallos ira succensus grauissimam habuit concionem, qua animi sui intimos recessus ardentissima facundia patefecit, quod Gallorum legati penè conuulsiõe expostularent, ut Henrico regis filio Insubrum principatum beneficiario iure adiudicaret: id enim Cæsarem promississe Claudius Velleius orator regius affirma-

bat. Inter perorandum autem repetitis, quæ contra maiores suos Galli reges multis iam antea annis malè patrauerant, & nouissimè de iis, quæ paulò ante Rex Franciscus sibi intulerat iniuriis questus ita excanduit, ut regem Gallum ad singulare certamen prouocarit, ut ense & pugione ambo dimicantes ad eum modum tandem controuersiam fini. nt. Tum pontifex clementiora ominatus, Cæsaremque complexus obsecrauit, ne vel non iniquæ iracundiæ impensius, quàm pietati indulgere mallet. Galli oratores Matisconenses & Velleius breui responso Cæsaris verba excepere. Pontifex ex quibusdam Cæsaris verbis veritus, ne Cæsar Romæ diu commoratus eius occupandæ illecebris caperetur, clam Bellaium & Stephanum Columnam, ut in Italiam Gallos accirent, emisit. Quorum vi Cæsar coactus, ea consilia ut parū opportuna dimitteret. Quartodecimo igitur die Roma Cæsar profectus, per Etruriam, & Ligures iter faciens, rectà in Gallum mouit, & Antonio Leua auctore Galliarum Narbonensis fines intrans, tandem id bellum propter rei frumentariæ difficultates, & cæli inclementiam tractu durius, atque exitu asperius expertus est, quàm Leua putarat. Hinc inter duos summos orbis Christiani principes maximo cum reipublicæ incommodo atrox bellum exarsit. Dum Carolus Augustus adhuc Romæ maneret, pontifex eius rogatu, & sui alioqui officij memor, ut salutaribus sanctionibus vetus ea controuersia, quæ paulatim exorta & in immensum aucta, placita Christianæ pietatis, & Romanorum pontificum auctoritatem lacerabat, tandem finiretur generale Christianorum omnium concilium, diu multumque desideratum, vigesimo demum anno, postquam Lutherana hæresis irrepisset in proximum annum MDXXXVII. indixit. Mantuam omnibus conuocatis, sed mox Ducis, qui Imperatoris vires timebat, rogatu locum mutauit, assignata Vicetia Venetorum ditionis urbe & Laurentio Campegio primum, deinde Iacobo Symoneta, & Hieronymo Alexandro Cardinalibus tanto negotio præfectis. Qui verò concilium Germanis indiceret, delectus est Petrus Vorstius episcopus Aquisgranensis. Ipse per litteras reliquis principibus rem insinuauit. Verum

rùm & ea res difficiliorem successum habuit, alia ex aliis quotidie suborientibus impeditis. Nam Vicetia etiam dimissa est, quòd hæc à schismaticorum sedibus paulò longius abesset. Et Veneti rem non probabant, ne Turcarum tyrannum incitarent, qui Christianorum conuentum timebat. Interea Pontifex deprauatis clericorum moribus corrigendis, nouem grauisimos & doctissimos viros delegit, Gasparem Contarenum, Io. Petrum Carrasam Teatinum, Iacobum Sadoletum, Reginaldum Polum, Cardinales: Fridericum Fregosium Salernitanum, Hieronymum Alexandrum Brundusinum, archiepiscopos: Io. Matthæum Gibertum Veronensem episcopum, Gregorium Cortesium abbatem S. Georgij maioris Venetiarum, F. Thomam Badium magistrum sacri palatii, qui libello edito, quo reformationis præcipua capita comprehenderunt, illum pontifici obtulerunt. Pontifex interea pacis & quietis Christianorum studiosus, binas legationes emisit: Altera Augustino Triuultio Cardinali demandata, quæ Franciscum regem respiceret: Altera marino Caracciolo, qua Cæsar adiretur, quia ab utroque armato principe piis precibus impetrarent, ne summo reip. Christianæ detrimento armis concurrerent, sed pace facta, aut foederibus istis post consilium celebratum, pia arma in Turcas verterent. Quanquam autem hisce legationibus nihil ad leuandas simultates, aut minuendam eius suscepti belli controuersiam animis utrinque in mutuam perniciem irritatis, perfectum sit: eximium tamen sacrosanctæ equitatis specimen in pontifice, qui pacificatoris nomen querebat, præbuerunt. Sequenti anno, qui fuit à partu Virginis MDXXXVII. octauo Idus Ianuarij, Alexander Medices Florentiæ dux, qui Hipolyti Cardinalis insidias diligentissimè vitarat, in alterius propinqui familiarissimique sodalis inuistatam perfidiam incidit, quum à Laurentio Medice magnis sibi obstricto beneficiis, in tempesta nocte altè stertens, gladio per costas adactò scruissimè sit interfectus. In cuius occisi locum, quum Cosmus esset ex S. C. subrogatus, Florentini exules, item Saluiatus, Rodolphus, Gaddus, Montius, Cardinales ad recuperandam patriæ libertatem infestis armis Florentiam properarunt. Incessos pro-

clinatosque ad bellum Paulus pontifex dicitur incitasse, quod suis rebus, atque concilijs tum priuatis, tum publicis conducere iudicaret, si Etruriæ imperium æquabili liberoque restituta reipublicæ consilio potius, quàm vnus principis nutu atque auspicio regeretur, in ea præsertim vrbe, quam ipse liberâ incoluerat, in qua bonas litteras adolescens didicerat, tunc etiã, quòd susceptis nuper cum Alexandro simultatibus, Cosmo in eundem dignitatis locum succedente, & eadem simultatis causa vigente, nomen tantum non animum principis immutatum esse existimaret, sed fortuna Cosmo constantissimè fauens, omnes hominum conatus illiuit. Clissa per eadem tempora Dalmatiæ oppidum paulò supra Salonam nobilissimam urbem, quod pontifex pietatis memor cohortibus & opportuno tormentorum instrumento, atque ita comteu contra Turcarum vim flamma & ferro tum per totam Dalmatiam debacchantium instruxerat, Petro Croficcio regulo occiso, magno Christianorum incommodo in barbarorum potestatem deuenerat. Quapropter pontifex magno concepto dolore grauiora metuens, indictis solemnibus supplicationibus à diui Marci ad Mineruæ pedibus simplex profectus est, missis statim in omnes partes legatis, qui Christianos principes depositis tandem mutuis odiis ad sacrum bellum hortarentur. Ipse paulò antè filio Petro Luifio duce ecclesiastici exercitus creato, urbis moenia instaurare aggressus est, initio sub Aucentino facto. Quo etiam anno quum Turcæ, qui graue cum Venetis bellù gerebant, totam ipsorum ditionem grauisimè vexarent, pontifex totis viribus eò incubuit, vt Cæsarianorum, suis Venetorumque armis consociatis, & communibus sumptibus insigni classe comparata, bellum impotentibus barbaris inferretur. Fœdus igitur cum Cæsare & Venetis pontifex his conditionibus percussit, vt Cæsar octoginta duas triremes instrueret, totidè uentus, ipse uerò pontifex triginta se pararet, vt ducentarum trirerum numerus efficeretur. Renunciati sunt classiu duces Cæsariæ Andreas Auria, Venetæ Vincetius Capellus, pontificiæ autem Marcus Grimanus patriarcha Aquileiensis. Hanc classem belli duces aduersus Barbarum ty-

rannum in Græciam educerent. Illud pō-
 ſtremo cautum eſt, vt ſi in hoſtile littus
 descendendum eſſet, terreſtribus copiis
 Ferdinandus Gonzaga Siciliæ præfectus
 cum imperio præſeſſet. Hoc fœdere iuncto
 veritus pontifex, ne Cæſare ſacro bello oc-
 cupato Francōrum rex à tergo in Cæſaris
 prouincias irrueret, conatus eſt, vt pacem,
 vel ſaltem inducias, inter vtrumque com-
 poneret, & ob eā rē legatos creauit duos
 Cardinales, Chriſtophorum Iacobatium
 quidem ad Cæſarem, Rodulphum verò Pi-
 um Carpenſem ad Gallum. Cæſar quoque
 veritus, ne ſe abſente, & bello Turcarum
 occupato pōtifex in Gallorum partes de-
 cenderet, Margaritam filiam Oſtauiō Far-
 neſio pontificis nepōti matrimonio vt
 iungeretur, propoſuit. Id pontifex regi
 Gallo inſinuauit, ſperans ea ratione y-
 triuſque regis animum ad affinitatem ſe-
 cum contrahendam allicere poſſe. Quo tē-
 pore exeunte anno, quum Cæſariani Gal-
 liquē pari ſtudio ſuarum partium oppidis,
 nouo præſidio nouoq̄e commeatu con-
 firmandis in ſubalpinis occupati eſſent, &
 Vaſtius intentē proſpiceret, quò regis, qui
 tum ſuis præſidio in Italiam venerat, ſigna
 verterentur, è Belgio allatum eſt Mariæ &
 Eleonoræ ſororum clariffimarum regina-
 rum auſpiciis, inter ipſos certantes armis
 principes propinquos ſuos, inducias in
 decem menſes percuffas. Iiſdem ferè con-
 ditionibus, quibus ante aliquot annos ea
 inmania diuturni belli incendia reſtrin-
 xerant, quas eaſdem principes in ſpem mu-
 tui colloquij certiffimæque pacis eſſent
 probaturi. Itaque per eam, quæ ſubſequu-
 ta eſt hyemem, Paulus pontifex enixè le-
 gati Carpenſis præcipua opera procurauit,
 vt Carolus ipſe Cæſar, & Franciſcus rex
 reipub cauſa ſecum in colloquio venire
 minimè grauarentur, cui poſtulationi neu-
 ter refragari conueniens eſſe exiſtimauit.
 Opportuniſſimam autem omnibus futu-
 ram conuentui ſedem pontifex decerne-
 bat, apud Niceam prouincię vrbe, quæ
 erat ditionis Caroli Sabaudij Allobrogum
 principis, ſupra mare in Galliæ Italiæque
 ſinibus ſitum. Ad magnam itaque ſpem fu-
 turæ concordie commoti, non ita multò
 poſt omnes eodem conuenērunt. Relictus
 eſt Romæ legatus Cardinalis Neapolita-

nus, cuius poteſtatem pontifex amplifica-
 uit: Qui longum & laborioſum iter exac-
 iam ætatis ſenex reipubl. cauſa ſuſcipiens
 nullis precibus obtinere potuit, vt ambo
 reges in complexū mutuaque colloquia ſe
 petente adſtanteque deuenirent: vterque
 enim ſeorſum Cæſar in ſacra diuo
 Franciſco, vbi pōtifex commorabatur, ex-
 tra vrbe, & Rex verò Gallus magnifi-
 ca domo lignea ab ſe in vrbe extructa,
 pontificem more Chriſtiano venerati ſunt
 cui Nicæ arx hoſpitio attributa fuerat,
 quod dux rebus ſuis timens non ſine Cæſa-
 ris indignatione recuſauit. Fuère, qui cum
 exiſtimarent neque Cæſarem, neque Fran-
 ciſcum regem, poſteaquam è tam diuerſis
 diſiunctisque regionibus pontificem con-
 ueniſſent, à colloquio (vti par eſt) abhor-
 ruiſſe, ſed quodam ſecretiore cōſilio pon-
 tifici tantæ voluptatis aſpectum, & laudis
 famæque ſucceſſum inuidiſſe, quod ſecum
 reputarint pontificem minimè religionis,
 belli que ſacri ſtudio, ſed priuatorum ſpe-
 commodorum ipſorum colloquia ita affe-
 ctaſſe, qui Margaritæ Auſtriæ Alexandri
 Medicis viduæ nuptias iam ſibi oblatas
 pro nepote Oſtauiō firmare, & Clementis
 exemplo Victoriæ neptem, quæ Guido-
 baldum Vrbinatium principem poſtea ma-
 ritum habuit, cognationi regis coniectis
 in Vandomium oculis inferere, percupere
 videretur. Secretiora verò introſpicien-
 tibus vera cauſa patuit. Nam magiſtri &
 proceres vtriuſque principis, & præſertim
 Hanno Metmorantius magnus Regij Gal-
 lorum ſtabuli Comes, ob inuidiam & pri-
 uatis de cauſis impedimento fuère, ne ſi-
 mul cum pontifice conuenirent. Cæſar ta-
 men per internuncios Fræciſco pollicitus
 eſt, ſe in eius complexus colloquiaque,
 priuſquam in Hiſpaniam renauigaret, de-
 uenturum. Quem de pace inter reges nul-
 la ratione conueniret, hoc tantum obti-
 nuit pontifex, vt inducias annuas à reginis,
 quas diximus in belgio conceptas & pro-
 mulgatas, ipſi reges in nouem præterea an-
 nos ſolemni tabularum adſtipulatione
 firmarent. Nec multò poſt Franciſcus diſ-
 cedens à pontifice in regnum ſuum eſt re-
 uerſus. Pontifex triremes Gallicas conſcē-
 dens ab imperatore comitatus Genuam
 ambo exceſſerūt, acceptusque eſt hoſpitio

in Flischorū ædibus, & nullo nō honoris genere adhibito à Genuēsisibus honestatus. Exinde Cæsari valefacto classem conscendit, partim mari vsus, partim terrestri itinere per Ligures & Tuscos Nepet peruenit, vbi ob calores & itineris labores febre correptus aliquandiu iacuit. Valetudine recuperata Romam ad ix. Kalend. Augusti ingreditur maxima totius vr̄bis lætitia, & gratulatione susceptus. Cæsar interea, qui Pontificem Genuam vsque comitatus fuerat, ad Massiliensem oram delatus, circa Fossas Marianas (Aguas mortuas vocant) ex condicō auctore Eleonora Cæsaris sorore Regis vxore Franciscum regem eō discedentem cum libris sua quadrireme prætoria humaniter exceptum arctè complexus est, vbi biduum ferè commorati, plures horas arcanis sermonibus impendunt, tanta omnium, vel eorum qui aderant, vel illorum, qui id postea ab aliis didicissent, exultatione & lætitiā, vt ferè nemo reperiretur, qui non planè existimaret, reges ipsos deterfis odiis, conciliatos, fraternæ amicitix fœdera concepisse in spem maturæ pacis, atque concordix. Vnus tamen Paulus ipse pontifex, pro veteri sua prudentia, vt id crederet, adduci non poterat, postquam parum pio asperoque vtriusque principis consilio, præsentibus colloquiis exclusus, eius clandestinæ appetitæ amicitix ratio, quæ nullam sinceræ voluntatis & religionis speciem præ se ferret, nequamquam compositi animi diuturnam simulationem habitura putaretur. Quum Nicææ adhuc esset pontifex, actum est inter illum & Cæsarem, vti antea compositum fuerat, de suscipiendo bello nauali in Turcas: nā noua legatio à Venetis supra veterem ad pontificem Cæsaremque peruenerat, qua Veneti pacem inter regē & Cæsarem procurabant, significabantque æstate iam aduīta festinandum esse, & vt apparerentur classes postquam Venetiis cuncta iam parata essent ad nauigandum, magnoque incōmodo futurum esse prædicabāt, si reliquos etiam æstatis menses inanibus consultationibus effluere sinerēt, quibus res magis opportune geri poterat. Nam (vt memorauimus) paucis antea mēsisibus Romæ fœdere inter se icō, hi tres principes Paulo III. auctore validissimam atque ornatissimam classem communibus impensis in Græciam aduersus barbarum tyrannum statuerant

educere. Itaque cohortantibus demum Venetis ingenti classe, & Turcis maximè formidabili comparata in Turcam est itum. Sed huius maligni sæculæ fortuna aliena prorsus & infensa Christianis, labante veteri disciplina, priscaque virtute obsolescente, ita barbaris tum fauēt, vt nostri apud Actiacum promontoriū (quod Præuisam vocant, Octauij Cæsaris victoria insigne) collatis cum Barbarussa improspere viribus, Andrea Auria Cæsarianæ classis præfecto pugnam detrectante, Turcis relictis, in tres iterum partes diuisi, & veluti in fugam acti, tota nauali existimatione exuerentur, totque & tanti pontificis optimi Venetorumque conatus irriti fuerint, castrò nouo præsertim paulò post in Dalmatia à Turcis occupato. At pontifex post Nouariam vr̄bem Petro Luisio à Cæsare Romæ agente biennio ante impetratam, celebratis quoque nuptiis Octauij nepotis & Margaritæ Austriacæ Cæsaris filix, Alexandri Florentiæ ducis viduæ, magno apparatu cum dote redditus xv. millium aureorum in Sabinis, quum forte per eodem dies è vita excessisset Franciscus Maria Ruuereus Vr̄binatium dux, ad Camerinum recuperandum animum adiecit. Erat enim, vt ferebatur, ad ecclesiam ipso iure deuolutum iam inde à morte Ioannis Mariæ Varani, quem eius oppidi ducem creārat Leo pōtifer quod nullam videlicet masculam Varanorum liberorum prolem superstitem reliquisset, sed occuparat Ruuerius, quod filius Guido Vbaldus Iuliam Ioannis filiam, Clemente pontifice repugnante, præter eius sententiam matrimonio sibi haberet coniunctam. Itaque pontifex occasione hæredis bellicæ rei imperiti arrepta, conscripto milite bellum in eum continuo mouit: huiusmodi namque tempus prudenter expectandū censuerat, qui antea vix inito pontificatu eandem expeditionem, patre acriter resistente frustra suscepisset. Neque se fellit eum opinio, quū ad primam statim suscepti belli famam, oppidum à Ruuereo iuuenē redderetur. Restitutum illud pontifex grandi pecuniā cunctis, qui aliquid ius in eo prætenderēt persoluta, Octauio Farnesio nepoti, vnā cum ducatus insignibus beneficiario iure concessit, quū ipsum paulò antè in eiusdem Ruuerei defuncti locum Vr̄bis præfectum dixisset. De ornamentis deinde & præsi-

diis ecclesiæ cogitans, nouos aliquot Cardinales legatos Verulanū Gallix Cispadanæ, Iacobatium Perusij, Eporediensem Bononiæ, & Carpenssem Piceni creauit; frequentes præterea amplissimos doctissimosque viros legatos pro tollendis religionis controuersijs, & ad eos, qui ab ecclesiâ seiuncti erant, reducendos, in Germaniam destinauit. In his primum Cardinalem Brundisium, deinde Contarenum, qui Ratisponensi conuentui pontificis nomine interfuit. Sub id tempus, quum exhausto ærario tributa, vectigalia, & portoria multa vel de nouo acerbè exegisset, vel auxisset vetera, Perusini, qui ob salinarum auctum vectigal impostum rebellant, armis domiti & imperata facere coacti sunt. Ad hæc exempli cæteris statuendi causâ abolita prorsus decurionum potestate, eos immunitatibus plerisque exiit, & ipsorum legatos Romam supplices atque atratos venire, & admissi sceleris veniam petere cõgigit. Per id tempus Ascanio Columnæ cõtumacius renitenti, totam in Latio paternam ditio-nem armis abstulit, Palliani mœnia & arcis papæ demolitus. Iesuitarum societate, quam Paulus III. approbavit, instituere per id tempus viri aliquot pietate celebres ignatio Loiola nobili Hispano primo eiusdem magistro auctore. Hi diuini meditationibus vacantes praxim adiunxere; pueros per Vrbes gratis erudiendo, diuini verbi prædicationibus insistentes, ignotas antea in Latio Bresilli & Pernscanas terras penetrarunt. Maximè in his floruerunt, præter Ignatium, Laines Franciscus Borgia olim dux Gandiæ, Boadiha, Ledesma, Toletus, Canisius, & alij multi viri doctrina & pietate illustres. Cæterum qui annis MDXXXIX. & MDLI. acta sunt, quia ea fufus in Farnesij & Cõtareni Cardinalium vitis sum persecutus, breui in præsens transcurram. Nã per id tempus Cæsar in Hispaniam reuersus, vxorem Isabellam Augustam amisit, auditaque Gandausium Belgarum graui rebellione, & in mora periculum esse sentiens, per Galliam breuiori itinere iter facere constituit. Lutetiam itaque Parisiorum veniens amicè ac magnificentiſsimè à Gallorum Rege Francisco excipitur. Eò pontifex nepotem Alexandrum Farnesium Carnalem legatum misit, vtrisque pontificis nomine gratulatum. Cæsar vt in Bel-

giam cum Alexandro legato peruenit, quæ de pace cum Francisco rege Parisiis agita-uerat, in vita fecit, omnibusque animi viribus ijs rebus firmâdis incubuit, quæ imperiũ eius continerent, parum de turbatæ religionis remedijs, intestinis dissidijs vexatus tunc cogitans, quæ res simultatem & inimicitias inter ipsum & pontificem peperit. Multa hyeme anni MDXXXIX. cum Cæsare à legato acta de religionis in Germania statu, quæ is conuentus Ratisponensis manauit. Pontificis in Cæsarem ita auxere quæ in eodem conuentu acta sunt, quo circa transubstantiationis in eucharistia mysterium cardinalis Cõtarenus legatus circumuentus fuisse dicitur. Quo tempore pontifex ab externis rebus ad emendandos mores conuersus, quo illi rei præcipuum adferre momentum cogitaret, si episcopi commissos sibi populos pro se quisque in officio coram contineret, vt ad ecclesias sese suas conferrent, diligenter eos est adhortatus. Cæterum diuturna eorum consuetudine victus, hoc illis facillè remisit. Reip. constituendę vacans Aegidianas constitutiones firmavit, ita tamen vt auditoris cameræ iura non infringeret. Referendario-rum iura, immunitas, auctoritatem auxit, Decedentium sacerdotum spolia cameræ apostolicæ applicauit, qui ius testamenti cõdendi nõ obtinuisſent. Iudæis ad Christi fidem venientibus, bona ante conuersione acquirita retinere permisit, quò facilius cõuerterentur. Contractuum vectigal, contrahentium fraudibus læsum reformauit. Eos, qui fiscum tabulis deprauatis fraudarent, repressit. Præfectorũ carceris, iudicũ causarum ciuiliũ & capitalium iniurias, quibus inopes victos vexabant, repressit. Mortuo Cardinale Auxitano Farnesium nepotem Auenionis legatum creauit. Dissoluto autem eo conuentu, qui anno MDXLI. Ratisponæ habitus est, Cæsar, qui se curaturum cum pontifice promiserat, vt intra bienniu generale conciliũ haberetur, discessurus è Germania postulauit à pontifice, vt sibi in Italiam venienti, & in Africam ad Algerianam expeditione traiecturo ad Lucã occurrere vellet, vt mutuis colloquijs deliberando, quid de tota ratione concilij statuendum esse videretur, decernerent. Improbauerunt tum vehementer profectio-nis consilium medici, letale ei futurum di-

stātes medijs caloribus ab vrbe discedere: nonnulli quoque senatores retinere eum conabantur, in primisq; Francisci regis legati subueriti, ne Cæsar honestissima petitione in belli Punici sumptum, quod tum aduersus Aſanagam, qui Algerij cū imperio à Barbaruffa fuerat relictus, susceperat, pecuniam impetraret, quæ demum occulto concilij exitu ad excidium Narbonensis Gallix verteretur. Sed pontifex & omnia ætatis pericula, quæ publicam salutem includerent, facillè contemnebat, & recrudescencia pereuntis Christianæ reipub. vulnera omnino Cæsari detegenda, indicandaq; vitia serpentis pestis existimabat, vt vno cōcordiæ remedio sanarentur. Accendebatur enim vt ire p̄geret, ea de causa magis ac magis, quod suborta erat inter Franciscū & Cæsare noua similtas, veluti inducijs decennialibus, eius præsertim opera initis, Antonij Rinconis, & Cæsaris Fregosij (quos Gallus ad Turcas cum mādatis miserat) cæde violatis, qua re maximè premebatur, veterisq; odij flamma compressa aliquādiu induciarū fide, in multo atrocius quàm antea belli incendiū exarsura esse videretur. Itaque Cardinale Carpenſe Romæ legato relicto, & æstuoso itinere Cassiam viam emensus, Lucam perueniens, ibidem Cæsare exspectauit. Cæsar Lucam cū venisset, ter pontificem, pontifex verò semel Cæsarem ad mutua colloquia adiit, cui singulas enumerando plagas, quas nobis sæpè Barbarus hostis, ac nuper rursū ad Budam in Pannonia infixisset, eō omnes cogitationes & conatus suos vertit, vt eum ad pacem cum Franciscō rege ineundam hortaretur, ne in Gallos per Narbonēsem prouinciam arma verteret, veritus. Quum nihil impetrasset, suadere conatus est, vt quas Algeriū in Africā copias esset traiecturus, relicta nauali expeditione aduersus Turcas educeret, fratris Ferdinādi Austriaciq; imperij præsidio, si ea recenti ad Budam victoria Solymanus vteretur. Verū Cæsar fatali innixus consilio in sententia permanſit, nihilq; magis eo tum colloquio stāturum est, quā vt Concilium, quod maximè exoptare Cæsar videbatur, in annum sequentem indiceretur. Actū etiam, vt ea emendarentur, quæ in comitijs Ratisponensibus malè Cæsaris permisso, præter antiquas patrum regulas, actaerant. Abeunte Cæsare, pōtifex Deum

de more, vt nauiganti Cæsari feliciter adspiraret, suppliciter precatus, nepotem Octavianum Farnesium, ad ponendum militiæ rudimentum in soceri Cæsaris contubernio, studij sui atq; vt beneuolentiæ obfidem collocauit, & paulò post per Pistorienses montes Bononiam, atque inde per Aemiliam & Flaminiam modicis itineribus in urbem rediit. Cæsarem porrò inausstæ in Algerium expeditionis difficillimo anni tempore susceptæ mox pœnituit: nam ventorum vi & sæuis Autumni tempestatibus classe disiecta, & magna florentissimi exercitus parte vel à Pœnis exstincta, vel mari submersa, inglorius in Hispaniam est reuersus. Clade Algeriana accepta, pontifex Granuellani rogatu Nicolaū Ardingellum à secretis in Gallias misit, vt regem ad bellum Cæsari afflicto inferendum pronum auocaret. Initio anni MDXLII. pontifex Cardinales legatos creauit Contarenū Bononiæ, Cispadanæ Gallix Gambaram Perusiæq; Ariminensem. Conuentus quoque imperij procerum VVormatiæ celebratus est, cui etiam Lutherus interfuit, in quo inanis disputationibus habitis, nihil, quod ad fidei concordiam spectaret, fieri potuit. Quum bellum inter Cæsarem & Gallum instauratum magnis vtrinque studiis gereretur, pontifex pro pace vel inducijs componendis legatos ad eos misit viros grauissimos, Contarenum quidem ad Cæsarem, & Sadoletum ad Franciscum regem. Contarenus verò vita functo, in eius locum legationem Bononiensem suscepit Michael Silvius Cardinalis Vifensis. In conuentu Norinbergensi, cui interfuere omnium penè principum & liberarum Germaniæ ciuitatum legati, quum de dogmatum dissidijs & religionis controuersijs tractatum esset, quarentibus locum Concilio idoneum rerum nouatoribus à pōtifice nouo loco medio propemodū inter Italianam & Germaniam delecto, Tridenti generale cōcilium, circiter Kalend. Nouembris, ex S. C. tertio interdictum est, & tres Senatorij ordinis patres eō legati, qui bene auspiciato inchoandæ synhodi, futuræque tot gentium frequentiæ sedem pararent. Hi fuere Petrus Paulus Parisius diuini ac humani iuris professione insignis, Ioannes Moro secunda morū atq; doctrinæ fama per multos Germaniæ cōuentus legationis munere ornatus.

ctus & Reginaldus Polus Britānus, qui supra regis stirpis decus, & eximie latinæ faciendæ laudem, eximum Christianæ virtutis speciem præferēbat. Recrudescētib; inter Gēllos & Hispanos bellis pontifex has litteras ad Cæsarem & Francorum regem Franciscū pro pace in eūda scripsit.

PAVLVS III. PAPA DILECTO FILIO

Carolo V. Romanorum Imp. Augusto.

Charissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Mirum forsasse Maieitati tuæ videri poterit, nos hūc laborē procurandæ inter te & Christianissimū Francorum regem pacis, toties à nobis alias, ac nouissimè per Legatum ad te missum frustra retatum, nunc repetere: Sed si eadem Maiestat tua officium nostrum, quale in hoc esse debeat, recordata fuerit, si statum afflictæ Christianitatis respexerit, profectò eadē Maiestat tua, qua aequitate & sapientia pollet, & nos quod agimus, valde necessariò agere fatebimur, & aequiori animo has nostras litteras leges: quas nobis Dei honor, salus populi Christiani, proximiq; ac grauis mi periculi omnibus imminenti, metus ac dolor expressit. Quamuis enim iam inde ab initio pontificatus nostri, sicut tua Maiestat innotum est, nihil antiquius nobis fuerit, quàm lenire vestras iras, per quas viam insensissimo hosti aperiri ad Christianitatis exitium videbamus, atque ob eam causam litteras, nuntios, legatosq; nostros sæpius ad vos miserimus. Nosq; etiam ipsi Nicæa nauigauerimus, licet hætenus à Deo (nostris forsā peccatis obicem inter nos & illius gratiam potentibus) non meruerimus obtinere, ut nostra preces et hortationes ad pacem à vobis exaudirentur. Tamen quo ad nobis suppetet vitæ, nūquam à nostro officio, captatq; via cessandum nobis putabimus. Sancta enim instātia (fili Charissime) & pia importunitas, & tue Maieitati videri debet, nos nō cedere labori aut repulsa, ad salutem omnium communem, qua si vnquam antea, hoc maximè tempore & cōmuni hoste Turca in maximum est adducta discrimen. Si quidem ille per se potētiſsimus, occasio ne etiam nostrarum discordiarū fretus, & mari inualuit, qua parte ante inferri putabatur, & Hungariam prope occupauit. Magna etiam nunc elatus fiducia, ex ijs quæ ibi nouissimè gesta sunt, ita vi viribus nostris attritis, suis adau-

ctis, valdè timendum sit, nec omnino dubitandū, quin sequenti anno graue vulnus Christianitati infligat, nisi Dei misericordia nos iuuerit: ad qua mala impendentia cū remedium die notū, conquiremus, nullum sanè aliud post opem diuinam nobis occurrit, nisi vestra concordia, et vniuersale cōcilium. Quod cū iam dudum indictum, nuperrimè Tridenti conuocauerimus, tanquā loco omnib; idoneo, & præcipuè ad tranquillandam Germaniam ap: o, cuius quidem inclyta nationis præcipuam curam hac sancta Sedes semper habuit, vt debuit: miserimusq; ed iā tres S.R.E. Cardinales, alterum nobis restat, vt vestra conciliationis curam, quā uis hætenus infeliciter tentatam, nunc acrius repetamus. Quācū aqua hinc inde charitate, animiq; nostri sinceritate, & erga vtrūq; vestram beniuolentia semper tractauimus, nullumq; nostri laboris fructum retulimus, quemadmodum ex literis legati ad te missi molestissimè intelleximus: partem autē altera, certissimis nuntijs & literis cognouimus, ipsum Turcam maximos apparatus terra mariq; facere, ad nos proximo vere inuadendos. Nos considerantes, quidd stante hoc inter te & regē Christianissimū bello, nulla eidē Turca poteris ratione obfisti: postea autem omnis prouidentia, serua futura est: Statuimus enim Dei adiutorio, vt nihil intētariū relinquamus, experiri iterum per nos ipsos, id quod hætenus per litteras, nuntios & legatos nostros assequi non potuimus, nullaq; aratis nostræ vel temporis, aut alterius ratione habita, prodire ipsi ex nostra Sede, versusq; vos iter facere, colloquij vobiscū habendi causa, sperantes, si nō, nostra, salū eius cuius vicem gerimus, reuerentia, vos nostrum congressum pro salute præsertim publica nō esse recusaturos, sed aliquem ad locum nobis propiorem venturos, in quo cum vtriusq; vestrum commodo, & securitate congregari nobiscum, vt ea in hoc, vitam non extremo Christianitatis periculo, explicare vobis possemus, qua Deus omnipotens inspirauerit, ad publicam omnium fidelium, vestramq; etiam priuatam vilitatē. Quamobrem ita nos vrgēte nostri officij debito, Maiestatem tuam pro Dei misericordiam rogamus, vt nobis facultatem huius colloquij præbere, intorimq; ab armis cessare, & viam rebelarijs & alijs per nos ad hoc mittendū, aperiri, facere & Christianitatis causa veli. De-

creuimus enim posteaquam qualicunq; Dei iudicio, nos tali tempore, talibus periculis in hoc loco reperimus; nullas pratermittere partes vel parētis, vel iudicis, quae ad nos nostrumq; officium pertineant sperare tamē volumus, quod vos pro bonitate, & singulari vestra prudentia huiusmodi periculis animaduēsis: quodq; nos nullo alio respectu mouemur, nisi salutis publicae, quae ad vestram propriam redundat. Cum tamen a potentissimis principibus plus quam ceteri in cōmuni ruina amittere possitis, & plus Deo debeatis, quā ceteri: propterea memores vestrae dignitatis atque officij, & conuenire alicubi nobiscum, & nostris fidelissimis monitis aures praeberere non recusabitis: Cum iam dudum prospicere potueritis, quod ad aequalitatem nostri in vos amoris pertinet, nos omni affectu vacuus esse, atq; hunc laborem nostra certē atati non leuem, nulla alia nisi nostri officij ac diuini obsequij, cōmuniq; salutis causa suscipere. Hortamur insuper Serenitatē tuā, vt velit pro sua pietate curare atq; perficere, vt omnes praelati tuorū regnorū tam Hispaniae quam Neapolīs & Siciliae, aliorumq; tuorū dominiorum, ad conciliū quando citius proficiscantur, sicut ex officij sui debito, ac nostra etiā iussione facere tenentur. Datū Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, Die XII. Nouēbris, anno MDX LII. Pontificatus nostri anno nono.

PAVLVS III. PAPA DILECTO FILIO

Francisco Francorum Regi Christianissimo.

Charissime in Christo fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Etsi vereri possumus, ne hoc nostrum officium suadendae inierit, et serenissimum Casarē pacis, toties iam a vobis frustra tentatum, quodq; his literis nunc repetere institutum, nimis crebrum aut immodicum tuae Maestati videatur, propterea quod iam inde, & ab initio pontificatus nostri continuata, & nunquam intermissa cura, literis, nuncijs, & legatis, & nostris antea & nuperimē ob eam rem missis, demumq; nos ipsi Nicenam profecti, nihil aliud egimus: tamen si eadem tua Maestati pro tua sapientia animum ad nostrum officium, necessitatēq; Christianitatis, & pericula illi impendentia retulerit, speramus eam, & boni consilium esse hanc nostram toties repetitam instātionem. & equo animo has nostras literas perlecturā, quā si facere velis, studiose abs te petimus. Si enim vnuquam antea (fili Christianissime)

pax inter vos expetenda, et omnibus modis procuranda fuit, hoc certē tempore magis est. Cum hostes Turcae, illi quidē antea potentissimi, nunc etiam opinione maruimarum virium aucti, & ijs, quae proximē apud Pestum in Vngaria sunt gesta, elati, maximos terrae, mariq; exercitus indies apparere dicuntur, sicut nobis certissimē significatū est: nec verō possumus dubitare, quin his copijs officium diffensionibus & acritū viribus Christianitatem, & ipsam praecipuē Italiam vere proximo inuadāt: nec sperare, si inuaserint, eis posse alia ratione obsisti, quam si Dei clemētia, per huius, quem suademus, pacis beneficium, nos à potentissimo hoste tueri voluerit. Quamobrem nos hanc curam die noctūq; voluetes, vt se qua possumus ratione his malis occupamus, nullum aliud remedium post diuinā aepem, nisi in concilio vniuersali, vestraq; concordia, reperimus. Cum ipsum Conciliū iam pridem, vt tua Maestas nouit, indictum, nuperimē Tridenti conuocauerimus, loco tum omnibus idoneo, tum ad tranquillādam Germaniam, cuius rei summo desiderio tenemur (vt debemus) maximē apto, illic etiā tribus legatis nostris S. R. E. Cardinalibus iam destinatis. Restat nobis alterum, vt pacis inter vos curam repetamus, eō nūc acutus, quod magis & propius viget periculum, vt sicut facere debemus, nunquā ab officio nostro desistamus. Considerantes igitur omnē postea operam seram nobis & incassam futurā, si ad vestram discordiam externum bellum & potentissimi hostis impetus accesserit: statuimus (Deo adiuuante) priusquam omnia corrumpant, experiri iterum per nos ipsos id, quod per nosi vos legatos obtinere non potuimus, nullaq; neque temporis, neq; nostrae atatis, aut alterius respectus ratione habita, prodire ipsi ex nostra Sede, iterq; versus vos arripere, colloquij vobiscū habēdi causa, sperātes vos, si nō nostra, at illius, cuius vires gerimus, reuerentia, nostrū cōgressum praesertim pro salute publica nō esse recusaturos, sed aliquem ad locum nobis propiorē venturos, & cetera, vt in praecedenti.

His literis regum animis in mutuam perniciem accessis, parum profecisse pōtifex visus est. Quin in dō bello inter utrosque redintegrato, Conciliū aliquanto post suspensum fuit, & legati reuocati. Sub id tempus Casar, qui diu post infamē Algerianam expeditionem in Hispania ferat, quin magnis in Belgio deumentis à Gal-

lis se affectum cognouisset, qui toties ab se victi, etiam se præsentem Hispaniæ fines intrare ausi fuissent, cum Britanno rege Gallorum perpetuo hoste iētis fœderibus, & ad gerendum bellum tempore constituto, Hispania excedere, ac in Italiam vt in Belgas properaret, ad nauigare constituit. Ferebatur autem totus ira turgidus in Regulum Cliuensem, quia ante aliquot menses Brabantos finitimos populos in contumeliam Cæsaris Gallorum præsidio subnixus, magnis cladibus affecerat. Pontifex autem cognito Cæsaris decreto, supplicationibus habitis Vrbe ad quartum Kalend. Martij initio anni MDXLIII. profectus, & imperio ferè omni ecclesiastico circuito (fuit enim Mutinæ, Regij, Parme, Ferrariæ, & postea Anconæ, Perusiæ, Viterbij, & per patrimoniū) Bononiam vsque profectus est, vel niuoso veris initio, atque eo senibus maximè maligno. Maturata siquidem profectio Cæsaris aduentum præoccupare, atque item Tridentinis actionibus, si frequentes episcopi vndique conuenissent, ex propinquo venturi famam præbere, & ante omnino Cæsarem à bello auertere cupiebat, sed arcani consilij alias grauiore subesse causas homines putabant, qui eum Mediolanensis imperij dominatum affectare dicebāt, quū non obscurè nepotum suorum alterum insinuans, id præsentis pecunia cōparare posse sibi persuadebat ab egente Cæsare, & ad Belgicum bellum properante. Cæsar quoque summo astu hanc pontificis spem nutriebat. Deçedente Pontifice Rodolphus Pius Carpenfis Romæ legatus eximie virtutis atque prudētis Cardinalis, vrbanaŕum rerum curam secunda iam vice suscepit. Alexandro autem Vitellio, qui præsidij bellicis quoque operibus præerat, Leonianæ vrbis muro cingendæ munus impostum, vt postquam Roma ad Orientem solem vasta intus & antiquis vtique mœnibus à frequentia ædium remotis rectè comuniri non poterat, vel paruis copiis defendi, certum saltem & temporarium ad salutem per fugiū in repentino periculo per Alium pontem ad Vaticanas ædes populo pararetur. Cæsar demum tardissima nauigatione vsus, circa solstitium Genuam peruenit. Exceptus est ornatissimo Aurianæ domus apparatu, & præsto ei adfuere Cosmus Medices Florentiæ dux, Alfonsus Vastius, Ferdinandus Gō-

zaga, ac è Bononia missus à Pontifice Petrus Luſius Farnesius, Octauij Cæsaris generi pater, qui quum ea de causa venisset, vt ad explicanda maximarum arcanarumque rerum consilia colloquū dies & locus statueretur, ad id prædurum, atque difficilem Cæsarem reperiēbat; properanti namq; sibi in Germaniam, & animo à pontificis congressu alienato, quippe à pace abhorrens, non ignorabat nihil aliud pontificem, quā pacem ab se requisiturum, nihil colloquio opus sibi esse respōdebat, ne reliquum ætatis tempus Sicambrico destinatum bello, inutili mora confumeret, quando recentibus iniuriis affecto, nullus conciliandæ cū rege Gallo pacis locus amplius relictus esset. Nec decorum videri Cæsari posse, de concordia cogitare, nisi prius vindicatis iniuriis, ac tum demum matura certaque pace ab ipso victore peteretur. In hac quoque declinandi colloquij sententiam abruptè filiam à Bononia literis acciuerat, vt eam ex itinere ad Papiam inuiseret, postquam pontificem minimè visurus esse videretur. His cognitis, pontifex demulcēdum Cæsarem ratus, Alexandrum Farnesiū Cardinalem magnis itineribus Genuam misit, breuique eius iuuenis opera ingenioque, quum summa quoque ad persuadendum inesset auctoritas, Cæsar adductus est, vt ad Buxetum cum pontifice iungeretur. Id opus est Palauiciniæ familiæ inter Cremonam atque Placentiam. Fuere qui existimarent, Cæsarem ad id colloquium se inuitū trahi videri voluisse, ne Britannicæ regem pontificiæ dignitatis hostem, contra Gallos sibi fœdere coniunctum offenderet. Cæsari autem sibi arma in Germaniam paranti, quum pecunia deesset, pontifici Mediolanensem principatum cupienti per ambasges obtulit, vt grandi pecunia per soluta Octauius nepos Insuŕum Augusta auctoritate dux constitueretur, cū res non conueniret. Hispanorum enim versutiis haud fidebat pontifex. Imperator cum Cosmo Medice de redimendis imperij sui arcibus, quæ Cæsareo præsidio tenebantur, opportunè transegit, ita vt supra ducenta millia aureorum nummum in bellicos sumptus soluerentur. At pontifex, cū personæ, tū reipublicæ dignitatem domesticis commodis anteferebat, priuati consilij cogitationes penitus abiēcit, in eamque vnam omninō

omnino curâ incubuit, vt Cæsar, repræsenta-
to Ferdinâdi fratris periculo, & propo-
sitis æquissimis de pace conditionibus, ab
instituto bello cōtra Solymanum vertere-
tur. Pontifex prior Buzetum venerat ad vn-
decimum Kalendas Iulij, postridie totius
aulæ occurſu Cæsar oppidū ingressus fue-
rat, sed vel triduci accurato colloquio tū
prædurum, inueneratoque odio à Gallorū
amicitiâ abhorrentem expugnare eum pō-
tifex nō potuit. Igitur illo pacem abnuēte
Paulus postulauit, vt postquam ipse hortā-
do nihil profecisset, senatores Cardinales
de concordia reipub. Christianæ cōmodo-
que disertè verba facturos, audire minimè
grauaretur. Id verò Cæsar honori senatus
facilè tribuit, & Grimanum Cardinalem
orantem otiosè audiuit. Sed vt à veteri cō-
silio discederet, persuaderi non potuit. Pō-
tifex quanquam conciliandæ pacis concilio
deiectus, rationem & studium æquita-
tis, veræque gloriæ decus alioqui semper
eximium in Cæsare cæca obstinatione su-
perari mirabatur: Ferdinandi tamen regis
pericula, quæ ei à Solymano imminabant,
reipub. pariter ac amicitie causa se mini-
mè neglecturum Cæsari confirmauit. Nec
multo post Baptistâ Sabellū pratorij præ-
fectum, & Iulium Ursinū cum XXX. cohō-
ribus tuendo Norico ad Pannoniæ fines
transmisit. Quinque diebus eo colloquio
frustrâ consumptis, & Cæsare in Germaniâ
contendente, pontifex pari digressu Bono-
niam est reuersus, vt festum diem diuo Pe-
tro Apostolorum principi dicatum, solē
nī cæremonia celebraret. Quo eodem die
Babarussa à Turca Gallorū regis rogatu mis-
sus, vt Cæsari insigne aliquot damnus in-
ferret, à Pontiis insulis ad Terracinenſium
littora delatus, ad ostia Tiberis appulerat,
tanto terrore hominum ab ora in montes
refugientium, vt populus Romanus subito
metu concitatus in fugam, urbem omninò
deserturus esse videretur, nisi à Polino Gal-
li regis legato, qui cum Barbarussa erat, lit-
teræ ad Rodolphum legatum cōscriptæ al-
laræque Romam per Terracinenſium præ-
torem tumultum magna ex parte compres-
sissent. Cæsar in Germaniam profectus Si-
cambris domitis, legatum nepotem ponti-
ficis Alexandrum Farnesium Cardinalem
audiuit pro pace inter se & regem Gallum
mirsū. Is Cæsari æquissimas pacis cōditio-

nes obtulit, Regem scilicet regni Neapoli-
tani & Mediolanensis principatus iura Cæ-
sari conseruaturum, Sabaudiam Duci red-
diturum ea lege, vt Subalpinam regionem
bello acquisitâ retineret. Hæc Cæsar cum
recuſasset, legatus paululum commotus, se
existimare, haud longè post Cæsarem eam
occasionem desideraturum, dixit, rebusq;
infectis discessit. Sequutus est annus qua-
dragesimus quartus supra millesimum ac
quingentesimum à partu Virginis post gra-
uissimum inter Cæsare & Gallum bellum,
& maximè cruentam ad Cerasulam pugnâ
inexpectata pace valdè insignis, quæ cer-
tis conditionibus ista est apud Crepinū
in Suesſionibus castellum ad XIII. Kalend.
Octobris. Hoc cōfectæ pacis, nomen quum
aliis Europæ principibus incredibilem læ-
titiâ attulit, tum verò Paulum pontificē
in primis exhilarauit, qui paulò antè maxi-
mè solemnibus supplicationibus Romæ
celebratis, intestinis Christiani belli dis-
cordiis finem adferri, accuratis, cōtinuisq;
precibus exoptabat, quum certò sciret, nō
aliter indictum concilium facilem succes-
sum habiturum, nisi prius inter reges com-
positis odiis rerum humanarum cōtrouer-
sæ finirentur. Cognoscens verò, quæ in pa-
ce Crepinij contra Romanam curiam re-
ges agitauerant, concilium bello hastenū
impeditum denuò conuocauit in sequen-
tis anni mensem Martium. Ioannes Maria
de Monte, & Marcellus Ceruinus, qui pon-
tifices maximi alter ab altero postea fuere,
cum eodem Polo Tridētum ablegati sunt.
Legatos porrò sequuti sunt aliquot præcla-
ri nominis episcopi, quos ad repræsentan-
dam eius ordinis dignitatem, excellētī in-
genio doctrinæque supra centum pontifex
adscripterat, qui de rerum diuinarum veri-
tate saluteque labantis reipub. in confes-
su gentium omnium disputarent. Frequen-
tes præterea ex Gallia, & Hispania patres
Tridentum conuenire, vt sapius indictum
concilium, & sapius emergentibus causis
suspensum, tandem inchoarent: sed quum
id quoque Lutheranis minus probaretur,
modò locum, modò præfides, modò aliud
atque aliud calumniaribus, illud satis ma-
nifestè constitit, nihil minus ipsis quàm
generale concilium curæ esse, quod vsque
ad id tempus, quasi per prouocationem à
Romana sede postulauerant; atque ita ea

que res optato euentu etiam tum caruit, præsertim quum similitate inter Cæsarem & pontificem orta, pesteque Trideti (vt diuulgatum fuit) inualecente, post habitas aliquot sessiones, & salutaria quædam decreta examinata promulgataque, ex pontificis auctoritate concilium Bononiâ translatum fuerit. Cuius eiusdem anni principio, per prouinciam & ditionem Venetianam Auenionensemque; à Lutheranis aliquot populis magnus est tumultus excitatus, qui multis in partes suas seductis, & in his oppidis Gabriere, Mirandula, & Broninos occupatis, longius grassaturi videbantur, ni propter Antonium Triuultium, episcopus Tolonenfis Auenionis pro legato exercitu, adiuuantibus regis Francorum ministris, collecto principis obuiâ feliciter iuisset. Is igitur denictis delectisque omnibus, & oppidis pontificis iussu igne exustis, soloque æquatis, cuncta in posterum reddidit pacatiora. Obiére per hæc tempora maximè insignes bonis malisque artibus viri Henricus Anglorum & Franciscus Gallorum reges, Odoardo vi. & Henrico ii. Britannia & Galliarum regibus successoribus relictis: item Alfonso Vastus rei militaris peritia insignis dux, & Lutherus omnium iclmaton hærestonque auctor & princeps, quum annos iam xxxix. de reliquo Christianismo nomine sibi suisque triumphare iussus esset. Pontifex in consistorio Cæsare petente cunctas cathedrales ecclesias Insularum maris magni Oceani orbis terrarum, quem vocant. Noui & Indiarum occidentalium, distinxit à prouincia Metropolitanæ ecclesiæ Hispalensis, cui metropolitico iure suberant, archiepiscopo Hispelense consentiente: Illarumque episcopos, clerum, populum à correctione & iurisdictione eiusdem archiepiscopi omnino exemptit. Vrbesque magnas illarum regionum Mexicanam sancti Dominici, & regum sedes, metropolitanas constituit, earumque episcopum archiepiscopi dignitatem, iura, pallium & crucem concessit. Mexicanæ vero sedi septem ecclesias, Antequerensem, Mechaacenensem, Taxcalensem, Guatinalinesem ciuitatis regalis, Nauensem, Chrapensem, & quæ in posterum in noua Galitia, erigenda sunt cathedrales subiecit. Metropolitanæ S. Dominici ecclesias octo, Conceptionis, Vegensem insulæ sancti Ioannis

de portorico, Insulæ Cuchæ ciuitatis Decoro prouinciæ de Venceuela sanctæ Marthæ, carthaginis nouæ Trugilli prouinciæ de Hondras: Regum archiepiscopali ceclesiæ, sedes episcopales quinque Cuscanam, Quintensem, Castalli de auro prouinciæ terræ firmæ, Legionensem in prouincia de Ricaragna, Papanensem, & si quæ in futurum in eis regionibus erigenda sunt, parere sanxit, & suffraganeos ipsarum more S. Romanæ ecclesiæ esse voluit. Bellum post hæc arce & periculosum Cæsar suscepit perdomandæ Germaniæ causa, quæ non modo multa maxima ex parte ab institutis maiorum suorum, placitisque religionis impiè descuerat, sed etiam à maiestate imperioque Cæsaris arrogantissimè rebellarat. Deficientibus autem Germaniæ duo præcipui duces exstiterunt Philippus Lantrauius Hessorum princeps, & Ioannes Fridericus Saxonum regulus, qui contumaci animo contemptus diu cum Cæsaris edictis, tum eo præsertim iussu, quo cum aliis principibus ad Ratisponensem conuentum, in quo de cõmuni Germaniæ statu publica pace & fidei concordia tractaretur, euocabantur, pro defendenda libertate Germanici nominis excitis in id bellum libertis ciuitatibus eadem infectis secta, arma sumperant. Fœtus hi ad cõmunem tuendam causam in Saxonie oppido Smalcaldo diu ante percusserant, inde fœderis Smalcaldici nomine eorundem cõspiratio vocata Hi euangelicorum & protestantium speciosis nominibus assumptis, Cæsaris conuentia, fœcordiam & ignauiam interpretati, abutebantur. Cæterum Cæsar pro dignitate sua neque id sœuum bellum reformidans, re cum Cardinale Farnesio legato anno antè communicata, ita illud inchoauit, vt qui initio parum paratus arma accepisset in Vindlicia, ægre promptissimorum atque vrgentium hostium impetum sustineret, & sese in Baioriam amicitia Guilielmi principis fretus, recipere cogeretur. Hostium numerus tota Germania delectus erat in gens, ad lxxx. millia peditum, & xviii. millia equitum æstimatus. Ad Cæsarem autem cum aliæ multæ è Belgis, Insubribus, & regio Neapolitano collectæ tum præcipuè Italicorum tres nobilissimæ legiones, & mille Galeati equites à Paulo pontifice religionis atque amicitia nomine trans alpes

alpes missæ, opportunissimo tempore Farnesio Cardinale legato, & Octauio fratre Cæsaris genero duce superuenerunt. Fuit Cæsaris exercitus ab initio hostium longè inferior, ad triginta quinque millia pedum scilicet, & tria millia equitum. Burani comitis aduentu ad duodecim millia equites aucti. Quibus auxiliis confirmatus imperator, bellum quod inferebatur conuersa fortuna, ita hostibus intulit, vt protrahito per octo menses bello, fractoque Germanorum impetu, quum nusquam ferè iusto prælio esset dimicatum, Germania omnes inter Danubium, Albim & Rhenum incredibili felicitate utroque duce capto, alteroque electoris dignitate exuto, postremo subacta sit, & magna pecunia imposta imperata facere coacta. Hac victoria vehementer latatus est pōtifex, præsertim quū religionis causa ipsomet auxiliares copias subministrante bellum illud Cæsar suscepisset. Itaque Franciscum Sfondratum Cardinalem magnis itineribus ad eum statim gratulatum misit, scriptis in eadem quoque sententiam literis, cum Inuictissimi & Maximi imperatoris præscriptione, & hæc quidem publicè. Clam vero pontifex non obscure Cæsari inensus erat, veritus ne ille ad totius Italiæ imperium adspiraret, præsertim quod ne ipse vsquã, uti publicæ libertatis defensor, commouere se posset, graues Tridentini Concilij compedes iniecisset, quum Cæsarianæ partis præsidēs pontificiæ dignitati grauer maligneque aduersos exstitisse dedicisset, fama que vulgasset; Cæsarem, quò Germanos in officio contineret, priuatique commodi gratia, non publicæ utilitatis Concilium in longum protrahere constituisse. Quo factum, vt & Petrus Luisius filius, qui nunquam impetrare potuerat (hæc alia simulatum occasio fuit) vt Parmæ, & Placentiæ principatum sibi vel potius Octauio filio Cæsaris genero à pontifice donatum probaret, relicto Cæsare, non ignaro aut dissimulante patre, ad Gallicas partes sese conuerteret, & ipse pontifex alienati animi non obscura signa daret, quam aliquando iniquius, quàm Christiana pietas flagigaret, & pontificia maiestas requirere videretur, Cæsare Anglo hærefeos dånato adhæsisse in suam contumeliam assidue predicaret. Hunc in modum Cæsari non dissi-

mulanter iratus, de concilij, quod Tridenti in gratiam Cæsaris celebrari iusserat, suspensione translationeque apud Bononiam cogitare cœpit, & eò quidem propensius, quòd quibusdam sanctionibus odiosa disputatione ad decretum relatis, quorundam subornatorum præsulū malignitate dignitatem suam perstringi & offendi cognouisset. Itaque eiusdem anni, quo Cæsar de Germanis victoriam retulit, initio, legati pontificij æris intemperiem excusantes, monente pontifice, relicto Tridento Bononiam se contulerunt. Atque ita uiuente Paulo tertio biennij spatio annis MDXLVI. & XLVII. quibus Concilium Tridenti & Bononiæ celebratum fuit, decem sessiones habitæ, octo priores Tridenti, duæ reliquæ Bononiæ. Prima sessione Idibus Decembris anni MDXLV. celebrata, initium Concilio factum. Secunda, ratio viuendi, & quæ in Concilio seruari deberent præscripta. Tertia, Symbolum fidei promulgatum. Quarta, canonicarum scripturarum index editus. Quinta, peccati originalis. Sexta, iustificationis. Septima, sacramentorum in vniuersum, priuatim verò Baptismatis & Confirmationis doctrina & canones promulgati, atque ad salutem clericorum vitam coercendam leges, quas reformationes vocant, editæ. Octaua V. Idus Martij anni MDLXVII. Concilium Tridento Bononiam ex pontificis auctoritate translatum: duæ nouissimæ nullis rebus memorata dignis Bononiæ absumptæ. Quum verò nullis Cæsaris, aut obtestationibus, aut contestationibus pōtifex Paulus III. adduci potuisset, vt suos episcopos Tridentum reuocaret, Cæsar anno, qui secutus est Augustæ conuentu habito, præfatus serius quàm sperauerat concilium speratum finem habiturum, de eorundem principum imperij consilio, librum euulgauit certæ religionis capita continentem, quæ omnes passim obseruarent, donec concilium perficeretur. Vnde etiam INTERIM siue INTERRELIGIO quasi ad certum tempus duraturum, librum ipsum inscripsit. Hæc res in pontificis animum altius descendit, & iam apertas cum Cæsare similtates concipiebat, quum aliena curam, & quæ pontificij muneris erant, molestiæ sibi solum exhibendæ causa, contra quam

lentire occupantem, grauitè scripta epistola accusaret. Sed antè omnia exasperabant eum Placentia erepta, & filius occisus, qui alienato à Cæsare animo, & ei ubique aduersus, atque Gallicis partibus additus, nuper etiam Io Luifio Flisco Andreae Aurix trucidandi, & occupandæ Genuæ socius, atque adè auctor fuisse (falso tamen) dicebatur. Quamobrem Cæsari maximè & suspectus, & inuisus Cæsarianorum consilio, conspiratione contra eum à principibus ciuitatis facta, domi cõfossus fuerat, Placentia in ipso tumultu à Cæsarianis, incredibili cum pontificis mœrore occupata, & Parma agrè à pontificiis retenta, ita ut prudens & dissimulare omnia solitus pontifex vnam temporis opportunitatem expectare videretur, qua iniurias illatas tuto posset vindicare. Hæc agitantem mors eum interceptit, concepta ex dolore simul & ira, quod Octavius nepos, quem post patris necem, veritus ne vitæ quoque eius insidiaretur, in vrbe cunctanter continebat, ipso inuito ac vitante Roma clam celerimè profectus, Parmam vel scriptis litteris minitabundus occupare tentasset, & à Camillo Ursino vrbi præsidio à pontifice imposito non admissus (quod pontifex custodiendam, non duci iuueni tradendam putaret) in proxima turris Claræ arce subsistebat. Grandævus nanque senex, & omnis contumeliæ insolens, doloris impatientia non multò post in grauem febrem incidit, cui quò diutiùs resistere nequireret, corporis viribus destitutus, integerrimis alioqui sensibus quinto post die ad III. Idus Nouembris paulò antè lucem in Q. irinali, quò sese tanquam ad salubriorem vrbis locum conferre solebat, sacramētis ecclesiasticis, piè susceptis è vita discessit, anno à partu Virginis MDXLIX. ætatis LXXXI. mense VII. die X. pontificatus verò XV. die XXIX. conditus autem est temporario monumento in Basilica diui Petri, domesticorum humeris per mediam urbem nulla pompa eodem illatus. Vacauit tum sedes menses duos, dies XXIX. Fuit hic pontifex multis insignibus virtutibus clarus, humanitate, affabilitate, clementia, comitate, præcipuè verò prudentia singulari, per sexaginta ferè annos, quibus publica munera obiuit, feliciter collecta. Vnus omnium suæ ætatis principū aptissimè nouerat de-

tegere hominum studia, nudare voluntates, scrutari atque introspicere sensuum intimos recessus, in magnos scilicet vsus publicarum actionum. Ea autem omnia solertè tum assequeretur, quum in negotio dissentienti materiæ simulata cõsultatione præbisset. Hinc collecta parataque habebat responsa, quæ legatis daret, excusationeque legitima in alternos vsus opportunè translata, Cæsaris & Gallix regis offensiones eruditissimè deuitaret. Hisce virtutibus adiunctam habuit bonarum artium litterarumque egregiam scientiam, mathematicis non nihil operam dedit. Eorum tamen studiorum, quòd occulta & exitu plerumque vana sint, & alioqui sacratis viris parum digna, culpam sustinuit, doctos & eruditos viros amauit, erga suos verò sanguinis propinquitate sibi cõiunctos adè indulgēs, ut & intemperatè eis faueret, & ad summos honores, aut ad summū auctoritatis locum, stabilesque diuitias eosdem prouheret. Certè susceptis CC. millibus aureorum Mutinæ & Regij cum Ferrariæ duce quæstionem finiuit. Contrà voluntatem complurium Cardinaliū Petro Luifio Parmam & Placentiam nobilissimas Romanæ Ecclesiæ beneficiarias in Gallia Cispadanâ vrbes vestigales, Camerino Ecclesiæ à nepote Octauio restituto, decemque millium aureorum anno tributo imposito, addixit: & quod antea factum non meminèrant, duos nepotes Farnesios fratres in idem Cardinalium collegium adsciuit. Sed superioris cum facti haud dubiè pœnituit, quum Octauio, Petro Luifio patre interfecto, persuadere conaretur, ut pro Parma Camerinum reciperet. Huius verò eum excusare libet, quod ab insigni indole, & omnium virtutum concursu cunctos honores promeriti dignissimi essent legibus, qui soluerentur. Et certè pontifex, qui ex omni natione quosque virtute doctrina nobilitateque clarissimos hoc dignitatis gradu sibi exornandos sumpseret, non erat cur sanguine iunctos iisdem virtutibus illustres illiberaliter excluderet. Fuit autè statura mediocri, capite nõ magno, oculis rutilantibus, naso paululum producto, labiis paulò eminentibus, promissa barba, viribus corporis firmis. Et nisi grauioribus vestigalibus tributisque paulò asperior subditos assidue vexasset, in his Triennali sub-

dio toti statui ecclesiastico graui, nemo ad eum diem per multos annos iucundiorum sui memoriam reliquisset. Et quanquam recens mortuorum non admodum probaretur, insequentium temporum tamen infortunio euentu maximè à bonis omnibus, & ab infima etiam multitudine desideratus est.

IV LIVS III. PAPA.



Pon.

IVlij tertij maiores ex oppido agri Arretini, cui Môtis Sancti Sabini nomen est, orti, familiae suae recens nomen de Môte, à natali loco obtinuerunt, quum antiquitus Ciocchi diceretur. Pater ipsius Vincētius Fabiani filius, inter celeberrimos vrbis iure consultos, & disertus caussarum, quae coram Pontifice agitantur, patronus fuit: Mater verò Senis nobili ioco orta est. Ipse natus est Romae in regione Parionis, propè domos Mellinorū, III. Idus Septēbris, die qui Sancto Nicolao Tolentinati sacer est, anno salutis MCDXXCVII. Ioānes Maria vocatus. At quanquam in vrbe natus & educatus esset, Arretinus tamen à paterni agri natalibus est dictus. Patruū habuit Antonium de Monte, virum iuris ciuilis scientia egregium, doctrina, & rerum experientia illustrem, quem ex archiepiscopo Sipuntino & Rotae audite, Iulius II. papa Cardinalem presbyterum tituli Sanctae Praxedis creauerat. Cuius diligentia Ioannes Maria, adhuc adolescens ingenio docili, post humaniorum litterarum studia, in quibus Raphael Brandolino Lippo viro docto praecipuo vsus grauius profecit: Perusiae & Senis celeberrimis gymnasiis iu-

ris ante omnia ciuili pontificioque operā strenuè nauauit, vt ed certo nobilique iuris prudentiae praesidio, familiae splendorē dignitatemque tueretur. Quare cum eruditus & eloquens, tum rerum experientia insignis euasit. Testes sunt orationes multae, vernacula & latina lingua etiam in pontificiis celebritatibus habitae, & praesertim illa, quam adhuc iuuenis in quinta Sessione Lateranensis concilij sub Iulio secundo dixit. Quum patruo se archiepiscopatu abdicante Archiepiscopus Sipuntinus à Iulio secundo factus esset, Perusiae & Vmbriae primum pro legato, patruo legationem obtinente sub Leone X. secundissima nominis fama fuit: deinde sub Clemente Septimo bis vrbis gubernationi integrè praesuit: erat enim mirificus iustitiae & aequitatis cultor. Quin & suauissimis moribus ornatus quum esset, vniuersis Romanae aulae optimatibus gratissimus fuit. Vnum tamē in eo homines reprehendebant, quod nimis indulgeret voluptatibus, quae tamen res dum priuatus sub alieno imperio fuit, eum minimè à publicis muneribus auocabat: nam Aemiliae & Flaminiae praesidens, Ariminam Malatestis, qui rediuuis semper viribus oppidum saepius ereptum occupabant, eiectis egregiè recepit. Vrbis excidio, in vitam penè discrimen incidit, quando cum aliis aliquot praestantissimis viris, ipse etiam à Clemente VII. rei nummariae difficultatibus implicito, furiosis militibus aurumque immaniter & insolentissimè petentibus, obses datus fuit, quum bis in Campum Florae omnes simul ad patibulum cathenati latronum more tracti essent, bisque sententijs de eorum supplicio, in meritum corona graui, & infesto cōcionis fremitu esset disputatum. Ceterum fuga cum sociis incolumis die Sancti Andreae sacro, quem postea coluit, elapsus, diuinaque haud dubiè prouidentia maximo sacerdotio reseruatus, libertatem afflicto pontifici maturauit. Pauli tertij pontificatus initio Bononiam pro legato administravit, postea auditoris camerae Apostolicae munus summa cum laude sustinuit. Caesari Carolo Quinto à victoria Tunetana Neapolique ad urbem venienti, pontificis nomine obuiam Tarracinam vsque profectus est. A quo deinde pontifice liberalitatem & beneficentiam in benemeritos exercere solito ali-

quot alijs lectissimis viris adiunctis, inter quos Paulus quart^o, Iacobatus, Sadoletus, Carpenfis, & Polus fuere, presbyter Cardinalis sancti Vitalis tituli Vestinæ, anno salutis MDXXXVI. est creatus. Et certè pauci fuerunt, qui in Romana curia diuturnius, iustius, fidelius, & laboriosius per tot annos, quàm Iulius tertius versati fuerint, in quo vno nullus vnquã in maxima varietate rerum gerendarum superbiam, nullus auaritiam, nullus negotiorum, quæ in suscepisset, neglectum, aut quæstus aliquam cupiditatem notauit. In Pauli pontificatu, aliquid legationibus Gallix Cispadanæ, Flaminix, & AEmiliæ, & nouissima Bononiensi integrè administratis, concilio etiã Tridentino apostolicæ sedis legatus, collegis Marcello Ceruino, & Reginaldo Polo pontificis vice præfuit. Paulo tertio vita functo, Romæ in Vaticano post diurnam Cardinalium in partes deductorum disceptationem, tandem præter omniũ spem, & cunctis inopinantibus, tertio vacantis sedis mense iam ferè transacto, septem & quadraginta patrum, qui tum in comitio aderant, votis auctoribus Farnesio & Guisio Cardinalibus, Marcello verò Crescentio strenuè operam nauante, ex episcopo Cardinale Prænestino, Bononiæque & Cõcilij legato, VII. Idus Februarij circa horam noctis tertiam, anno MDL. pontifex maximus renunciatus, Iulij tertij nomẽ in Iulij. II. à quo fortunæ suæ initia emanasse affirmabat, memoriã sibi adsciuit, & proximo diui Petri Cathedræ Antiochenæ solemni die, de more à cardinale Cybo diaconorum principe coronatus est. Sedit autem imperatore Cæsare Carolo quinto Augusto annos quinque, mensem vnum, & dies sexdecim. Pontifex porrò coronatus die sancto Mathiæ apostolo dicato, sacræ anni quinquagesimi Iubilei salutis MDL. celebritate, more maiorum apertis solemnibus quattuor portis initia fecit, quem toto anno religiosè coluit, easdemque anno vertente, Epiphaniæ die vesperi magna cum cõmuni pompa clausit. Conuenere tunc ad urbem frequentes gentium, sed tantum Italicarum ædus, sacræ quattuor patriarchales ædes, Vaticanæ, sancti Pauli, Lateranensis, & sanctæ Mariæ maioris, à ciuibus & peregrinis frequentissimè visitatæ, omnes sanctorum reliquæ visitantibus

sæpissimè prolata. Pontifex sæpe populo benedixit, & augustioribus infalis sacratisque vestimentis indutus, spectandum se omnibus præbuit. Eodẽ anno Catholicorum omnium principum & rerum publicarum oratores publicis in consistorijs veterè Romanæ ecclesiæ instituto, ad præstandum sibi obedientiam admisit. Stephanum Armeniæ maioris patriarcham, quem Catholicum vocant, qui sub Paulo tertio comitibus archiepiscopo vno & duobus episcopis Romam venerat, atque in omnibus Romanæ ecclesiæ fidei consenserat, multis honestatum donis in patriam remisit. Vestigalia aliquot à Paulo tertio imperata molarum & contractuum edicto sustulit. Montem Iulium non perpetuum ex vestigalibus annonæ, Ripæ & Ripetæ instituit, qui indudenos aureos annuos pro centenario redderet. Urbem incolètiũ & curialium priuilegia confirmauit, ius testamenti condèdi iis tribuit, ab eorum etiam ab intestato morientium iniuriis fiscum apostolicum repressit, edictum, quo spolia Romæ decedètibz clericis eripiebantur, abrogauit. Pulcherrimo edito diplomate hæreticos & schismaticos ad apostolicæ sedis unitatem inuitauit, libros hæreticorum damnauit, eosque legi & teneri graui pœna vetuit: idem de Iudæorum libro Thalmud, & alijs eorum codicibus, queis contra fidem Christi blasphemix ineffent, sanxit, quibus etiam priuilegia confirmauit, Romanæ sedis Pœnitentiarij munus firmauit, eius potestatem in dubium reuocantes coarguit, episcoporum assistentium priuilegia auxit. Apostatas ad sua monasteria redire iussit, prælatosque ipsos recipere præcepit, ac à facili monasteriorũ exitu eosdẽ repressit. De rebus verò religionis cõponendis aliquã spẽ præbuisse visus est, quando primo sui pontificatus anno, auctore Cæsare Carolo V. publico diplomate generalè Christianorũ cõuentũ Tridenti inchoatũ à Paulo tertio Bononiã translatum, rursus ad proximas Kalendas Maij anni sequẽtis, Tridenti instaurandum continuandum indicit. Quod diploma ad Carolum V. Cæsarem ab eodẽ missum, quò imperialis cõuentus Augustæ Vindelicorũ ageretur, in optimatum cõuentu Imperatoris iussu est publicatũ. Confluxere tunc ex Germania, Hispania, & Italia episcopi aliquot, missisque

pro more Apostolicæ sedis legatus, Marcellus Crescētius, cardinalis presbyter tituli sancti Marcelli & cū eo duo assessores, Sebastianus Piginus archiepiscopus & pontinus, & Luiscus Lipomanius episcopus Veronensis, qui pōtificis nomine cōcilio præessent. Interim Romæ pontifex aliis muneribus vacās, quū ad Basilicam Lateranēsem die festo sancti Ioānis Baptistæ profectus esset, Innocentiū de Monte, quem cōditiōe humili Placētia natum & educatū in familiæ nomē & ad cardinalatum vsque euexerat, affirmans se ad tanti honoris decus euectum ob ea beneficia, quibus illum puerū antea affecisset Bononiæ, Andreā Cornelium Viterbij, Iacobū Sabellum Piceni legatos creauit, & Andrea mortuo Ranutiū Farnesium iussit. Blossio Palladio, qui Pōtificis scriba fuit, vita functo, substituit Galeatium Florimontium, episcopum Aquinatē, & Romulum Amalæum literis græcis & latinis eruditissimum. Quum vrbs graui frumētī inopia laboraret, tritico aduecto, famis incommoda, quantum potuit, subleuauit. solēnes, receptis à Christianis de Turcis ad Africum litus Lepti, quam nostri Africam, Pœni Maomediam vocabant, munitissima vrbe, supplicationes habuit. Cardinales ad viginti quattuor lectiōib⁹ creauit, inter hos aliquot viros & doctos & graues, aliquot sibi genere coniunctos, aliquot verò veteri familiaritate commendatos. Inter hos fuit Cæsare Ferdinandō petenti Georgius Martinusius Dalmata, cucullatus ordinis sancti Pauli primi Eremitæ Transiluanix, & eius prouinciæ principis pupilli curator à decedente patre relictus. Is proditiōnis & clādestinæ cum Turcis amicitia & societatis insinulatus, paulò pōst Cæsaris iussu per insidias à Sfortia Palauicino interfectus est. Cōstituerat Iulius sui pontificatus initio, otium auidissimè amplexus, nulla se bella, ne legitima quidem, suscepturum: verum præter animi sui (vt ipse dicebat) sententiam, mentem mutare coactus, bellum Parmense vel imprudens suscepit, quo Italia omnis & Europa desagravit. Cuius ego belli initiū & exitum quā breuissimè exponam. Paulus tertius, Petro Luiscio interfecto, & Placētia amissa, ad Parmē, quam egrè retinuerat, custodiam Camillum Vrsinum magna apud omnes in re bellica opinione virum misit,

vt eam urbem Romanæ Ecclesiæ nomine a Cæsarianorum, vi, qui iam Placentiam obtinebant, tueretur, præcipiens ne cuiquam iniussu suo eam redderet. Cæterū Pontifice haud lōgè pōst animi dolore extincto, Comitijs noui pontificis indictis, patres omnes in cōclauis legibus eam etiā sauerūt, vt qui pōtifex renuntiatus esset, bellorum auertendorum causa, Parmam Octauio duci confestim redderet. Id Iulius III. Pontifex factus, initio pontificatus Vrsino reuocato egregiè præstitit: quam urbem ea conditione (vt fama fuit) Octauio restituit, ne se inconsulto aliquid intra moenia præsidium externi principis susciperet, ne qua ingentis belli occasio inter se cōcordibus regibus præberetur: atque propterea, vt urbem à Cæsarianorū vi & insidijs, qui eam (vt ferebatur) eripere tentabat, tueretur, singulis mensibus duo aureorum millia attribuit. Octauius diffidens se inuito Cæsare diutius illam tenere posse, quum ea pecuniarum summa, quam etiam persolvere paulò pōst pontifex recusauit, tantæ ciuitati tuendæ non sufficeret, pontificem per fratrem Cardinalem Farnesium interpellauit, vt vel maiore se subleuaret, ac perpetuo menstruo stipendio, vel rebus sibi suis consulere, atque alicuius se Principis fidei credere permetteret, cuius ope contra Cæsaris potentiam Parmam tueretur. Pōtifex derepentè, re non cogitata, & parum (vt euentus docuit) prudētē Cardinali fratri nomine roganti respondit: vt, qua cōmodo videretur ratione, suis Dux difficultatibus consuleret. Quibus verbis veluti facultate accepta, eius quod postulasset, Octauius adductus, quū aliunde subsidij spes nulla esset, Gallorum Regi Henrico percupidè occasione oblata amplectenti, Fratris Horatij opera, qui Regi gener destinatus erat, plurimumque apud eum valebat, se cōiunxit. Firmo Gallorum præsidio Parma munita, pontifex quod præter animi sui sententiam id factum esse contenderet, potestatem factam, Cæsaris timore inficiatus, cui de ea re monenti pro certo affirmauerat, Octauium id se inconsulto nulla ratione tentaturum, bellum Octauio Farnesio Imperatoris copijs & comœtu fretus indixit, Cardinalem Farnesium florentiæ, quoad bellum esset, permanere voluit. Belli Parmensis dux Ferdinandus Gonzaga,

qui tum Insubres pro Cæsare obtinebat factus, pro pontifice verò legatus fuit Io. Angelus Medices, Cardinalis Marchionis Meleniani, qui in eo bello cum in perio erat frater. Quum interim cognitum esset Miradulæ à Fræcorum rege, duce Termesio delectus haberi, milites scribi, com meatumq; pro subleuanda Parmæ obsidione parari, à Gallis quoque ducibus Petro Scrotio, & Horatio Farnesio impetus in agrum Bononiensem factus esset, Miradulam etiam obsidione cingi placuit: huic Mirandulanæ prouinciæ, Ioannes Baptista de Monte Balduini fratris Pontificis filius & Alexander Vitellius præfeci. Atque ita eodem tempore Parma & Mirandula à Cæsarianis & pôtificiis copiis obsessæ, bello in Italia concitato, multæ & ingentes cædes, ruinæ, populationes, & hæc, quas bella ferunt, calamitates inter vtrosq; exercitus editæ sunt. Ager omnis Parmensis & Mirandulanus igne ferroque vastatus: quanquam Gallorû pars sapius, & præsertim Mirandulæ præualere visa est, quæ frequentibus incurSIONIBUS ecclesiasticas cõpias multis carptim cæsis, maxime vexabat. Continuatû est bellum ferè per annum, nullo memorabili Cæsarianorum facinore, diutiusq; protrahitû fuisse, nisi Brisacus Regius in Subalpinis copiarum dux, quò Parmæ obsidionem auerteret, ea parte in agrum ducis Allobrogum, captis aliquot oppidis, oppressionem fecisset. Ea re Gonzaga, vt Subalpinis opè ferret, cum exercitus parte eò migrare coactus est Parmensi prouincia Marchioni Meleniani relicta. At verò dum arma in longû magnis difficultatibus maioribus sumptibus protraheretur, Pontifex diuturni belli pertæsus, quum esset ingenij mitis, & ad pacem propensus, quod id certamè potius vt Imperatori gratificaretur, Didaci Mendocij oratoris Cæsarei, qui Farnesios oderat, impulsu, quam vilo Parmæ occupandæ consilio susceperat Medicis legati suafu, & Cardinalium aliquot Gallorum, præsertimq; Turnonij (cuius maxima auctoritas erat) interuentu, pacem vt risque obsidionibus solutis fecit. Cuius foedera antequàm in castris Mirandulanis audita essent, Ioannes Baptista de Monte eruptione ab hostibus facta miserè magno cum pôtificis dolore tormenti ictu occisus est. Meleniani Marchio Parmæ obsidione soluta, cum eò copiarum supplemento ad tuendas à Gal-

lorum impetu Subalpinas gentes concessit. Cuius belli occasione pontifex vestigia aliquot & montes quos vocat instituit. Triennale subsidium à Paulo III. ad tempus certum indictum prorogauit. Annatarum & quindenniorum, pro impetrandis vel vniendis sacerdotiis, solutiones quæque à superioribus pôtificibus de iis sancita fuerant confirmauit: eos, qui sacerdotia sine apostolicis litteris retinuerant, castigauit, sacerdotum morientium pecunias inexactas non eorum hæredibus, sed in sacerdotio successoribus acquiri. Cardinalium, qui diem obirent, pecunias & suppellectilem, quæ cameræ, & sacello apostolico peruenirent, tradi. Bona ecclesiarum temerè alienata restitui voluit. uter se verò commissi reges, quod alius alij auxilio venisset, bella ex bellis seruebant, quæ in nonum protracta annum, multas & maxime miserabiles clades Christianis inuexerunt. Tridentum interim multi catholici doctores sacerdotes, episcopi, & archiepiscopi: in his tres imperij electores Cæsaris iussu iam cõuenerat. Nam ex Lutheranis nemo vnquàm adduci potuit, vt eò proficisceretur. Fide enim publica data acciti, loci situm caussabantur, in quo liberè, quæ sentirent, dicere tutum non esset, quare, quæ conciliarentur, leniter tractabantur. Annuo tam n spâ id sessiones sex habitæ, quædam decem in his promulgata, quæ reformationem clericorum respicerent. Sessiones fuere ab vndecima ad sextamdecimam. igitur decretum, vt concilium reuocatum prosequeretur, duodecima & quinta decima nihil memoratu dignum actum, tertiadecima Eucharistia, quartadecima Pœnitentiæ & extrema Vnctionis sacramenta cum iis, quæ ad ea pertinent, explicata sunt. Sextadecima sessione Concilium dissolutum, id enim anno MDLII. ingruentibus in Ratos, Vindelicos, & Noricos Germanorum Imperatori rebellium auctore Mauricio Saxonû ducis armis, Oeniponteq; (quòd tridui spatium à Tridento abest) occupato, solutû est, patresque ingenti metu perterriti, veritate Germani Tridentum quoque contenderet, Tridento quamprimum discessere. Henricus enim Francorum Rex, Cæsari iam belli Parmensis occasione hostis factus, quo vires eius toti Europæ formidabiles frangeret, armâ semel suscepta retinebat, Germanosque aliquot principes hæresis Lutherane

ranæ, inter quos Mauritius Saxonum dux eminebat, clam vt à Cæsare deficeret, sollicitavit: etenim Mauritius Imperatori infensus, graues cum eo inimicitias gerebat, quod ad eam diem Philippum Langrauiû Hessiæ socerû suum, ab se fide publica Cæsari aliquot annis antè deditum, diurno carcere magna omnium offensione mace- rasset. Hanc ob causam ira & odio inflam- matus, copioso exercitu collecto, in Ratos impetum repentè fecit, Cæsaremque nihil tale suspicantem veluti in fugam actum, Oeniponte abire coegit. Qui Villacum in Carnis Austriacæ ditionis oppidum pau- cis aliquot ex aulico ministerio comita- tus, nocte in tempesta vix se proripuit. Qua victoria Mauritius elatus, instaurato con- tra Albertum Marchionem Brâdeburgen- sem bello, qui per Germaniam ferro & flâ- ma in Catholicos in primis debacchaba- tur, aspero & periculoso inito prælio sclo- peti iectu victor occisus est. Occubuerè eodè etiam in prælio summæ expectationis prin- cipes duo Carolus Victor & Philippus Ma- gnus, fratres, illustrissimi principis atque ducis Brunsvicensis Henrici filij, qui Mau- ritij partes contrâ Albertum iuuerant. Per id tempus pontifex domi quærens agens, Tridentini cõuentus dissolutione visa, cer- tos quosdam patres delegit, quibus id ne- gotium dedit, vt postquam concilium suc- cessu caruisset, quæ ad Christiani nominis quietem ad morum ac disciplinæ publicæ correctionem facere viderentur, ipsi dis- picerent atque emèdarent. Ea res aliquan- diu sedulò agitata, obortis tandem multis difficultatibus, impedimētis, post aliquot demum menses vel refrixit, vel in aliud tẽ- pus dilata fuit. Quum Ecclesia orientalis, Assyriæ mortuo Simone Mama, torius oriẽ- tis trans Euphratem vsque ad Indos Me- tropolitano, Patriarcham sibi constituisset Simoanem Sulakam, Danielis filium de fa- milia Belli, monasterij de Hormisd, ordi- nis sancti Basilij, in vrbe Muzalana, quæ est in insula Tigridis fluminis, eundem virum moribus egregiis, eximia doctrina & Ca- tholica fide ornatum, Romam ad Apostoli- cam sedem, vt confirmaretur, misit: qui cû suæ Ecclesiæ litteris ad liminã apostolorû venit, & pulcherrima doctrinæ fidei cõ- fessione edita, hanc de se & ecclesia sua rela- tionem Iulio Papæ obtulit: Sulaka, hoc est,

accedens Arabicè, vulgo Saud dictus, an- nos iam natus circiter quadraginta, in ci- uitate Muzal, quæ & Assur vocatur, octode- cim Christianorum ecclesiis insigni, quatuor- quindecim sunt Nestorianorum, tres verò Iacobitarum sita in ripa citeriore Tigridis fluminis, à qua ex altera parte ripa abest Niniue illa lonæ prædicatione nobilis, bis mille passibus, quæ nunc circiter mille edi- bus tantû habitatur: parentibus, inter suos ciues optimatibus admodum puer, suo ip- sius genio instigatus, monasticã vitam am- plexus est, quã hætenus cum sua & nostra religione coluit in Cœnobio nuncupato Rabban Hormisd, quod situm est vltra Ti- grim circiter octo millibus passuum à Ni- niue in mote, vt sunt omnia in illis regio- nibus monasteria, propter secessum & soli- tudinem. In quò Monasterio ipse Sulaka iã annos ferè duos & viginti abbatè egit, ha- betque fratres supra quinquaginta. Abest autem ab hoc monasterio duobus tantum milliariibus Altus, patria Naum prophetæ, vbi illi in hanc diem celeberrimum existat sepulchrum, ad quod Iudæi longè lateque confluunt, & Christiani, qui soli eam ciui- tatem circiter mille domibus incolunt, & id summa cum religione venerantur. Lon- gè maxima pars Christianorum, qui per As- syriam, Persiam, ac reliquas oriẽtales pro- uincias habitant, appellantur Nestoriani. Nam Maronitæ extra Libanum montè pau- ci sunt. Iacobitæ sparsi quidem habitant, sed non frequentes. At Cophti, siue (vt ipsi scribunt) Aegophti magis magis versus Aeg- yptum, à qua videntur mihi hoc nomen lumpfisse, vergunt, & prouincias Presti Ian. Verum hi Nestoriani, nomè potius Nesto- rij hæretici, quàm errores, retinuisse mihi videntur. Nam nihil planè, quod illam se- ctam referat in his hominibus, qui hic ad- sunt, comperio. Inuidia verò qua apud Ma- ronitas, Iacobitas, Cophtos, & reliquos ea- rum regio um Christianos laborant, for- tasse tum ex ipso nomine, tum ex eo, quòd reliquos omnes numero ac multitudine populi, ecclesiarum frequentia, rerum opu- lentia aliquando feliciorè superant, nata videri possit. Porrò autem ante annos cir- citer tricetos, ex communi eius gentis de- creto huc ad sacrosanctam sedem Aposto- licam missus quidam est nomine Maras, vt Apostolica auctoritate in Patriarchã crea- retur

retur, qui à summo pōtifice Patriarcha creatus, atq; ad suos remissus est. Verisimile itaque est, eū multa illic de vetere religione, in synceriora dogmata, & nostrę orthodoxę Ecclesię cōsētanea mutasse. Successu verò temporis accidit, vt antè annos circiter centū quidā illic patriarcha sacrosanctum hoc munus sibi suisq; posteris hæreditariū facere sit conatus, ita vt ex eo tēpore nemo nisi ex ipsius familia in archiepiscopū, aut episcopū sit creatus, ac deinde in Patriarchā. Cū verò nunc tandē postremus patriarcha simili modo fratris filiū, puerū octo annorū episcopū fecisset, vt ea ratione sibi in Patriarchatu successorem relinqueret, antequā puerū in eā auctoritatē euehere potuisset, fato funct^o est. Ea re vniuersus populus, tā laicorū quā Ecclesiasticorū, datū sibi diuinitūs abrogandę illius vsurpationis occasionē ratus, de vindicādo veterē eligendi ritu agitauit. Conuenerūt igitur superiori anno, mox atque ille Patriarcha esset defunctus, in ciuitate Muzal episcopus Arbelę, ea est ciuitas, apud quā Alexander Dariū superauit; Item episcopus de Salmaſt, & episcopus de Adurbeigan, hę ambę sunt in Persia, octo aut nouē dierū itinere à Ninīue in ditione Psophis, qui episcopi tres tunc soli ei genti superfuere, & præter eos ex omnibus ciuitatibus latè vicinis, non quidē populus vniuersus, sed ex singulis viri primates, Christiani tres aut quattuor, cum litteris cuiusq; populi, nomen ac voluntatem testantibus, vt potē ex Babylonia, quam modò Bagdat vocant, ex Carca, ex insula Tigridis, quę in medio flumine circiter duodecim millia passuum supra Muzal est; ex Tauris, quę est in Persia sedes Psophis; ex Ecbatana in libro Iudith appellata; ex Nisibi, quam Migdoniæ Antiochiam veteres nominarunt, vt Strabo testatur, sita sub monte Masio ad amnē Hormiz, qui illic per agros passim deriuat^o, eos ita fecundat, vt saccus orizę quantū equus ferat, vix duobus tribusue Iulii veniat, ex Merdino (quę Marda Prolomęo est) ex Amet, quę Ammēa ab eodē dicitur, ex Nasa Cepha, hoc est, forti petra, quę supra petrā insulam citerioris ripę Tigridis rupi munitissimę insidet, fortasse eadem Seleucia Nicanoris Straboni dicitur, ac denique ex omnibus reliquis vicinis locis conuenēre legati populorum Christianorum ad ciui-

tatem Muzal, ad elegēdum sibi patriarchā. Quò cū omnes conuenissent, facta rediūna per vnum ex eis episcopis, & postea proposito sacrorum Euangeliorum libro, ac sancta cruce ex ordine primū ipsi episcopi, ac deinde reliqui suę quisque reipublicę nomīne sententias dixerunt. Quę sententię omnes in hunc Sulakan ob perfectā omnibus vitę eius probitatem latę sunt, quem nisi tertio missis nuntiis, & tum quidem per vim ex eo monasterio ad se petrahere potuerunt. Celebrata itaque iterum re diuina, inuocatoque humiliter spiritu sancto, ac deinde ipso in medium producto, quum ibidem maximo omniū applausu denud sententię omnes in hunc cōprobataz essent, visum est, eum pro cōfirmatione huc legare ad pedes sanctissimi domini nostri, tanquā vicarij Christi, & successoris Petri, capitis Apostolorum. Scriptaq; publico decreto litterę illę supplices, quas ipse huc ad sanctissimum dominum nostrum Papam pertulit; & redacta est tota res in acta publica, vt gesta erat. Missiq; sunt cū eo viri cū ecclesiastici, tū laici ex primatibus Christianorum vsque ad Hierosolymanā circiter Lxx. id quod etiam testatur littera Gardiani montis Sion, & ex eo numero, qui ipsum comitarentur, delecti sunt tres, quorum vnus nomīne Calephi vir laicus. Sed apud suos in ea, quam dixi insula Tigridis primi nominis, hic adest, alter morbo perit in itinere, tertius verò æger relic^o est. Ipse verò simō Sulaka obsecrat humillimē sanctissimum dominum nostrū Papam, vt ipsum in Patriarcham velit confirmare, idque quoad potest fieri citissimē, quò possit cū primum nauibus versus patriam proficisci, à qua iam plusquā sesqui annū abest. Veretur enim, ne populus mortem eius suspicans, de nouis rebus circa religionem cogitet. Præter ea petit sibi ac populo regionibusque orientalibus sanctę benedictionem à sanctissimo domino nostro dari. Optaret etiam, vt vna secum quispiam vir ecclesiasticarum rerū peritus ablegaretur, qui illis ritus huius orthodoxa ecclesię nostrę doceret. Promittitque mox si quis talis mitteretur, eum aut in episcopū, aut ad aliam dignitatem promouendū, ac se daturū ipsi viro locum & ædes, in quibus commodissimē habitare posset. Addit etiam, illic quattuor concilia magna magnis

nis voluminib⁹ haberi, atq; etiã alios libros veterũ doctõrũ quib⁹ hic caremus, qui per eundem virum possent ad vr̄bem trãsmitti, &c. Hac relatione optimẽ examinata, Pontifex eundem Simõnem Patriarchã cõsecrari fecit, eiq; manu sua pallium, quod est insigne summẽ patriarchalis potestatis, in secreto consistorio imposuit, apostolica quẽ benedictione & muneribus donatum, in patriam remisit, adiũctis ei, quemadmodum ille postulauerat, religiosis hominib⁹ aliquot Syri sermonis peritis. At verò nec eo tempore in Italia res quietã fuerunt Senensis populus tum liber à Cæsaris in ea ciuitate procuratore, Didaco Hurtado Mendocio, qui tum etiã Imperatoris apud pontificem orator erat, graui imperio premebatur, is eorum ciuiles discordias causatus, quo facilius eos in Cæsaris fide continere posset, arcem vr̄bi liberã imponendã, tanquam Imperatore iubente curabat. Cuius rei mole à Senensũ primariis ciuibus animaduersa, quum omnes timerent ea arce perfecta, illos miserrimã seruitutis iugũ effugere nõ posse: arce nondum finita, Hispanorumq; rebus haud satis firmis, cõspiratione facta, clam ad Francorum Regẽ Henricum defecẽre. Is Senensium legatos quosdã ad se missos, bene sperare iussit, pollicit⁹ se ciues in pristinã collocaturũ libertatem, quam amissam tantoperẽ desebant. Cuius pollicitationibus freti, qui cõspirationis capita erãt, tumultu cõcitato, adiuuantib⁹ regiis ministris, Cardinaleq; & fratribus Farnesis, ac eorũ suasu Nicolao Vrsino Petilianì regulo, qui tota ea Etruriã parte, vbi eorũ ditio erat, delectus mira & incredibili celeritate tãquã aliõ profecturi habuerant, Hispanos omnes vr̄be & arce eiecerunt, seque præsidio Henrici II. Francorũ regis freti, arce diruta in libertatẽ vè dicarũt. Tum Iulius Papa, quo res Senensũ cõponeret, eò legatum misit Fabium Minianelem senẽsem Cardinãlẽ, qui re infecta haud longẽ post Romam rediit, Imperator, qui tunc Metim in Meliomatricibus Lotharingiẽ prouinciã metropolim imperio foederatã, & ab Henrico rege dolo interceptam, valentissimis & maximis copiis obsidebat, audita Senensium defectione, Petro Toletano Neapolitani regni proregi eam prouinciã damandauit, atque vt eò ipse proficisceretur, iussit. Is copioso ex Ita

lis, Hispanis & Germanis exercitu comparato, media hyeme, ipse maritimo itinere Neapoli discessit, exercitus verò terrestri via in Etruriam contenderunt, initio anni MDLIII. Quas copias põtifex per fines suos transituras metuens, quanquam pacẽ cum Cæsare haberet, Clementis VII. incautã fiduciã recordatus, octo millia peditum legit, delectum totã vr̄be, quam munierat, habuit, Camillo Vrsino duce creato. Quum igitur omnia tota Europa bello arderent, pontifex boni pastoris exemplum secutus duos sedis apostolicã legatos Hieronymũ Dandinum ad Cæsare, & Hieronymũ Caput Ferreũ ad regẽ Francorũ, pro pace inter eos componenda frustra misit, animis vtrinq; in mutuã & populorũ perniciẽ incitatis. Cardinalis Petrus Paecicus Neapoli Prorege esse iussus, donec Petrus Tolitanus rediret, quo postea vita functo, ibidẽ bienniũ permansit. Dum bellũ in Etruria magnis vtrinq; contentionibus adornatur, pontifex Guidonẽ Vbaldũ Vrbiniũ ducẽ ad vr̄bẽ euocatum, totius ecclesiastici exercitus imperatorem creauit, cuius si opus esset, opera vteretur. Senas pro rege Hypolytus, Cardinalis Estensis, & Termesius præstantissimus rei militaris dux firmo præsidio tenebant. Munierant etiam arces omnes & castella Senensis ditionis, quã tueri possent. Congregatis porrò Cæsarianorum copiis, quã ad xx. Millia peditũ fuẽre, prima in monticulum expeditio fuit, quo expugnato exercitus Montem Ilcinum agri etiam Senensis oppidum obsidione cinxit, quod validissimã Gallorum copiarum loci situ munitã tuebãtur: ibi multa vtrò citroque leuia prælia, varijs casus, cãdes, direptiones, & incendia facta. Quumque omnia per Etruriam bello flagrant, vt Senis apud Montem Ilcinum, Vrbitelli, Grosseti, Clusij, & alijs locis euncta cãdibus, rapinis, & flammis completerentur, & vtrinque magnã difficultates, & pericula augeretur actũ est inter partiũ duces, vt tollendi belli causa Sena pontificis Romani fidei dederetur, quousq; eius legitima possessio iure explicata fuisset. Iulius vt rem transigeret, Vite. bium cum Marcello Ceruino Cardinale sanctã Crucis profectus est, eo consilio, vt si vr̄bem tanquam sequester in depositum obtinuisset, ipsum Senensibus legati nomine præficeret. Sed Cæsariani,

corum rebus labantibus, quū mortuo pro rege Petro Toletano commeatus & pecunia iis animo fractis deficere videretur, simulque inani quodam timore percussis, ne Turcarum clausis regnum Neapolitanum inuaderet, à Montis Ilcini obsidione præprope discedunt. Cardinalis Ferrariensis, qui pro rege Senis erat, initis paulò antè conditionibus, vt Cæsarianis superior factus abscessit, ita vt nulla deinceps concordiæ spe relicta Iulius rebus infectis Romam reuertitur. Garzias Toletanus Petri proregis filius, & alij belli Etrusci duces, prouincia aliquot cohortibus exauctoratis, & ijs quæ supererant reuocatis excedentes, Neapolim rediëre, quū ea quæ obtinuerat Castella firmis præsidiiis muniuissent, frustra, reclamante Florentiæ duce, qui eius concordia cupidus clam pecunias comeatumque ijs se subministraturum pollicebatur, quo saltem belli speciem repræsenterent, ne ab initis de tradenda Sena pactis, Galli tanquam adhuc manente bello recederent. Per id tempus Iulius pōtifex, inani quadam suspitione motus, quòd Ascanius Columna, ob priuatas similtates alienato à Carolo V. Cæsare animo esset, Cardinalè Paccicum Neapolitanum proregem monuit, vt eūdem Ascanium, qui tum in Marsis agebat, quòd ita ère Cæsaris esse videretur, in custodia haberet. Prorex eum prouinciæ præsidem captum Neapoli honesto carcere seruauit. Interea Iulius M. Antonio Ascanij filio, qui tū à clade Strotiana Brachianum ad vxorem matremque redire constituerat, scripsit, vt expeditis itineribus Marinum contēderet, quòd iam Iulianus Cæsarinus pōtifcis iussu profectus, Columnensium oppida in deditiōnem acceperat. Audita verò Ascanij captiuitate, pontifex & prorex Cæsaris iussu M. Antonium vtrique ditioni, quæ in Latio & Regno Neapolitano est, summa cū potestate præfecerunt, donec patris questio habita esset, quo haud ita multò post Neapoli mortuo, M. Antonius filius paterna castella hereditario iure ritè possedit. Bello priore Senensī trāfacto, posterius lōgè maius exarsit, cum vrbis seruitute finitum. Cosmus Medices Florētia dux, qui occultis cum Rege Gallo cōuentionibus priore bello, medijs & spectator fuerat, ægrè passus illam suæ ditionis insulam à classe Turcica & Galli-

ca peritam, ab amicitia Henrici Francorū Regis desciuit. Hinc occulta odia & similtates exorta. Rex, qui iam Cæsarianorum conatus in Etruria feliciter represserat, eidem duci subiratus, ab exsulibus Florentinis stimulatus, & quòd Cardinalem Estesem Senarum vrbe submoueret, magnis coactis specie tuendæ Senæ copiis, earumque Petro Strotio Florentino exsuli, Cosmi Florentinorum ducis hoste acerrimo, Imperatore creato, ducis imperiō insidiari videbatur. Dux ea re vehementer commotus, Cæsare ad arma sollicitauit, belli se socium professus. Cæsar, quod ère sua esset, duci annuit. Coniunctis auxilijs Ioannes Iacobus Medices Meleniani Marchio, militari gloria præstās, belli imperator lectus. Is propugnaculo pro Senarum porta Camollia à Senensibus neglecto, de improviso initio anni MDLIII. capto, aperto bello initium fecit: quo in magnam anni MDLIV. partem protracto, victoria demū penes Cæsarem & ducē fuit. Eo bello Senensis ager ferro flammaque vastatus, cuncta prædis, direptionibus, rapinis & cædibus repleta, rustici ferè omnes interfecti, & nobilissimum territorium ad solitudinem penè redactum est. Nouissimè III. Nonas Augusti, cum vtrique exercitus congressi essent, Petrus Strotius prælio à Marchione victus, & aliquot vulneribus acceptis elapsus, Senensium res omninò labefactauit. In signi victoria parta, hostiū signa, captiui plurimi, & præda ingens Florentiā abacta. Multa de Senensibus oppida, in his Lucinianū comeatu refertissimum, capta. Victi quū se intra Senarū mœnia recepissent, diurna obsidione à Marchione pressi, tandem fame coacti, quibusdam cōditionibus in Cæsaris potestatem venerunt XI. Kalend. Maij, anni sequentis. Senensium multi & nobilissimi qui que Cæsaris imperium recusantes, apud montē Ilcinum loci situ & natura inexpugnabilem Reip. suæ corpus sub Francorū Regis præsidio constituerunt. Hoc bello Iulium III. Florentinorū duci Cosmo adiumento fuisse Senenses lamentabantur, affirmantes eū aduectis ex Piceno, Vmbria, Etruria commeatibus, pecunia quoque subleuasse. Quod ipsi ægrè passi, seruitutis suæ culpam magna ex parte in pontificem non dissimulanter conferebant, quòd nequaquam, tanquam communis pastor eius vrbis res curasset, in qua mater

mater nata. ipse educatus, & perpetua humanitate cultus fuisset. Et Iulius duci gratiam referre videbatur, quod pontificatus sui initio oppidum Etruriæ montis S. Sabini marchionatus titulo, fratri Balduino liberaliter donasset. Qui etiã bello finito, filiam in matrimonium Fabiano Montio Balduini filio, quæ postea Alfonso Ferrariæ duci nupsit, despondit. Quibus de rebus, cum postea Paulus III. dubitaret, ut iure posset à duce pecuniam tanquam Ecclesiæ debitam repetere, Ioannem Franciscum Lotinum, consiliorum illius belli consiliũ, dum esset in mole Hadriani detentus, iudiciali ritu interrogari voluit, & tandem reperit, nullas neque pecunias, neque com meatus Iulium Duci subministrasse, qui quietis avidus, & priore bello afflictus, se medium perpetuò gesserat, quin etiam pacis præ se studium ferens, neglecto bello finitimo, cui mederi non poterat, & externa quæque parum curans, fruendo potius, quàm regendo pontificatui incumbibat, totusque erat in exstruenda elegantissima ad voluptarios secessus, paulò supra portam Flaminiam, Villa Iulia, cuius insanire studio videbatur, in qua septuagenarius ferè senex per totum pontificatum conuiuuiis potius quàm publicæ procurationi, & grauissimarum rerum negociis, cum magno vrbs Christianorumque omnium incommodo, vacabat. Cæterum anno MDLIII. Eduardo VI. Anglorũ rege mortuo, Maria præstâtissima fœmina, Henrici VIII. & Catharinæ Arragoniæ Cæsaris Caroli V. materteræ filia, regnum nõ sine manifesto diuinitatis auxilio suscepit. Tum Iulius pontifex Reginaldum Polum Cardinalem Anglicum, virum in eo regno primarium, qui tunc in Monasterio Maguerano super lacum Benacum agebat, Legatum in Britanniam insulam summa cum potestate creauit, ut qua ratione posset, eam ad Catholicæ fidei vnitatem reuocaret. Polus nõ antè Italia excedere constituit, quàm Anglici regni cõditio ei explorata esset, quòd ob superiora schismata, maximis turbulentiis plenum esse existimabat. Iulius de ea re Cardinalem Dandinum apud Cæsarem in Belgio Legatum monuit: Qui Io. Franciscũ Commendonum Venetum, pontificis cubicularium, ministrum impigrum, & acri virum ingenij, ad se à pontifice missum, sta-

tim in Insulam traicere iussit, eius statum & opportuna quæque exploraturus. Is Lõdinum accedens, & quæ ei inuenta fuere cõtemplatus est, & ita egit, ut reginam sapè fuerit allocutus. A qua syngraphã accepit, qua obedientiam apostolicæ sedi pollicebatur, & schismatis absolutionem pro regno petebat: idq; tum ob magnos tumultus qui tota Anglia excitati erant, clam, donec iis sedatis eadem publicè per oratorem præstare posset. Commendonus cum iis mandatis Romam rediens, cuncta pontifici secreto in consistorio aperuit. Rebus ita constitutis, Polus legatus in Angliam, ad expiandum Iustrandumque regnum, & catholicos ritus restituendos, iam securus accessit, honorificè à Regina & tota Insula susceptus. Maria verò quum esset Catholicæ religionis & veræ pietatis cultrix studiosissima, eodem legato auctore antiquũ & certum Dei cultum, vigesimo antè anno ab Henrico patre dissipatum, Anglis restituit: profanum titulum, quo Rex Henricus abusus fuerat Anglicanæ ecclesiæ supremi capitis, sustulit. Oratores suos Romam reliquorum Christianorum principum more, ad pontificis venerationem & obedientiam præstandam misit, veniam & peccatorum condonationem precantes, quod vnum est Romani pontificis auctoritatem suscipiẽtis, indubitatum argumentum. Episcopos quoque Catholicos hæreticis pulsus cõstituit, quas ob lætissimas & inexpectatas res, Romæ supplicationes publicæ habitæ, & Deo grates sacris à pontifice mysteriis celebratis, persolutæ. Quo etiã anno Philippus Caroli V. Augusti filius eadem Maria in matrimonium accepta, regna vtriusque Siciliæ, quæ vocant, Mediolanensem principatum, & Belgium cum aliquot aliis prouinciis à patre Rex appellatus, per manus accepit. Qui ut Catholicæ principi par erat, primo quoque tempore legatum Romam ad Pontificem misit Piscariæ Marchionem, qui regnum veterum more Neapolitani regni, quòd Romanæ ecclesiæ beneficiarium est, iure iurando dato regis nomine legitimam possessionem obtineret: quæ ei in publico consistorio benignè à Pontifice concessa fuit. Quum verò Iulius ingruescente ætate haud satis prospera vteretur valetudine, pedagra enim & articulorũ dolorib; laborabat, initio anni MDLV.

præceptis munisset, incidit in febrem, quæ initio neglecta, paulatimque aucta, eum tandem intra paucos dies decimo Kalen. Aprilis, hora inter decimam, nonam & vigesimam, Romæ in Vaticanis ædibus exstinxit, ætatis anno septimo ac sexagesimo, suprâ mensis VI. & diem XIII. Sunt qui cõstanter asserunt, Iulium sibi ipsi hac ratione mortem intulisse. Balduinus pontificis frater pro se & filio Fabiano, cui filiam Florentiæ ducis despõdi procurarât, Camertio oppido potiundi desiderio ardenti æstuebat, fratremque pontificem sæpius interpellatus eum adgerat, vt ei promiserit, se de ea re in confistorioquam primum relaturum. Quum verò pontifex omnes fere patres sententiæ aduersaturus intellexisset, rem procrastinando differebat, & ne consistoria à fratre importuno habere cogereur, languorem finxit, vtque rei fidem magis faceret, solitis sibi abstinere, eosque parcius ac in solidos ægroto scilicet aptos sumere cœpit. Ex ea vitæ ratione, ludibrio commutata, morbû serio contraxit, qui eum iam senem brevissimè absumpsit. Cadauer canonicorum sancti Petri humeris de more tenui pompa in Basilico Vaticana delatû, triduoque populo expositum, Lateritio monumento ponè aram diui Andreæ conditum est. Vacauit tû sedes dies xvii. Fuit Iulius statura procerus, facie subagresti, proluxa barba, naso grandiore, ore paululum contracto, acri oculorû obtutu, vt facilis inexcendescendo, sic ira statim deposita mitissimus. Existimatus & liberalis, delectabatur rusticis & crassioribus cibis, cepis præsertim, quæ prægrates Caieta ei aduehabantur, assidue conuiuabatur: quod si vitæ quâ priuatus egit institutum, pontificatû quoque adeptus cõstanter seruauisset, multa quæ eo tempore deprauata erant, in meliorem haud dubiè formam essent restituta. Qui namque occupationibus totus intētus Cardinalis veluti furtim voluptates sequebatur, Pontifex factus votorum iam omnium compos, abdicata reuõ cura, hilaritati & genio suo nimium indulgit, vsque adeo homines præmij spe potius ad virtutem amplectendam, quam ipsamet virtutis pulchritudine acceduntur. Vnum postremo etiam ei crimẽ datum est, quod tantæ potestatis oblitus, omnium maximi muneris dignitatem, parum animaduertens, leuibus & inanibus verbis

suam aliquândo maiestatem non sine auditiũ rubore aut risu minueret.

MARCELLVS II. PAPA.



Marcellus Pontifex, non obsuris parentibus in agro Piceno, oppido Montis Fani, pridie Nonas Maij, anno salutis MDI. nascitur. Quo tempore pater ipisus Ricardus eius prouinciæ quæsturam magna cum laude gerebat. Quo munere pontifici & prouincialibus gratus, nouè annis sub Alexandro VI. functus est. Exstant eiusdem pontificis & Augustini Barbadiçi Venetiarum principis litteræ plumbo signatæ ad huc ipsum Ricardum. Illius quidẽ sic: Dilecto filio Thesaurario prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ, Alexander Papa VI. Huius verò ita Augustinus Barbadiçi Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Magnifico D. Ricardo Ceruina Marchiæ Anconę Apostolico Thesaurario salutem & sinceræ deuotionis affectum. Vtrasque ipse vidi. Is ipse Ricardus fuit genere Etruscus, gener Ceruina, apud suos honorata, Politiano oppido ditionis antea Senensis, cum Florentiæ honestis parentibus ortus. Matrem habuit Marcellus Cassandram Benciam, sanctissimam sceminam, Fratres verò duos eodem patre, ac ex nouerca genitos, Alexandrum & Romulum. Hic vir præstantis ingenij, triennio ante eius pontificatum magno fratrum mœrore decessit: Ille qui quinquennio post è vita migravit, quattuor filios superstites relinquens, quorum Herennius egregiæ iudolis iuuenis, patruum virtutem referens, à sudplicibus libellis referendis ponti-

pontifici præstò est. Cæterum marcellus à prima ætate liberalibus disciplinis patris studio educatus, postquam adoleuit, senis, vbi bonarum artium studia maximè florebant, aliquandiu commoratus, Atque in Academicorum sodalitate cooptatus, omnium fauorem sibi facillè conciliauit, Ea re breui factum est, vt ab æqualibus vt frater, à maioribus vt filius alumnus diligeretur. Tanta autem fuit & modestia & continentia, vt cum quid non serio, sed per iocum inter amicos paulo liberius fortè ageretur aut diceretur, aduentu Marcelli omnes illico conticescerent. Naturæ porrò graui & seueræ, sic illustre ingenium & industriam adiunxit, vt ià inde à primis ipsius annis facillè quis futurū, diuinaret, eum ad summam honoris atque imperij dignitatem esse venturum. Certè pater ipsius Ricardus Astrologiæ peritissimus (quâquam iudiciariam auerlaretur) Marcellum filium maximum in Dei ecclesia virum euasurum esse pro certo sibi persuaserat. Qui animaduerso stellarū cutu, qui tum erat, quum puer naceretur, ex eorum coniunctione summam ecclesiasticam dignitatem filio prædixisse fertur, cui quidè persuasioni postea Marcellus indulgens quum post multos annos à ciuibus suis ad nuptias incitaretur, constanter recusauit per iocum nolle se, distans longè clariorem status conditionem, quam sibi astra portendebant, matrimonio veluti in culis impedire. Postquam senis discessit, vbi honesto otio, ac litteris aliquandiu operam dederat, Romam primùm in comitatu legatorum Florentinæ rei publicæ, qui Clementem vi. ciuem suum pontificem maximum recens creatum, Christianorum omnium more veneraturi adibant, profectus, pontifici innotuit, quo cum Ricardus pater in priuata vita amicitiam habuerat, eique patris nomine arcana quedam ad rectam astrologiæ cognitione communicauit. Pontifex Marcello iniunxit, vt ad patrem reuersus eum suo nomine ad Tabularum Astro-nomicarum, quæ anni rectam cursus rationem respicerent perfectionem sollicitaret. Eam rem pontificis iussu Ricardus confectam, Macello Romam redire iussu pontifici misit. Cuius suauis Marcellum infelicis episcopi. Datarij contubernio aliquandiu permanfit. Lacrimabili vrbis casu in patria profectus, rebus compositis Romam edijt, vbi scriptor Apostolicus factus, A-

lexandrum Farnesium Cardinalem, qui patrem eius Ricardum bellis domo profugū castrique subsistètem, & Canini frequèter se adunte, ob Astrologiæ artis peritiam magno in precio habuerat, assiduus colere cœpit. Quo tempore in Angeli Colotij, Constantini Lascaris, & aliorum eius ætatis litteratorum amicitiam in sinuatus, virtutis causa non mediocri in honore habitus est. Tunc verò nobili perquirendorum veterum codicum studio primùm vacare cœpit, cui postea etiam Cardinalis tantum incubuit, vt refertissimam optimorum voluminum bibliothecam confecerit. Patris morte in patriam redire coactus curæ familiaris vacauit, sorores honestis matrimoniiis nuptiis tradidit. Clemente vii. mortuo, quum Alexander Farnesus Pauli tertij nomine pontificatū obtinuisset, Romæ quarto in Roberti Pucij antiqui amici, qui postea cardinalis & ipse fuit, comitatu redijt, à pontifice benignè susceptus. Qui cum pontificatus initio Alexandrum Farnesium nepotem in Diaconorum Cardinalium numerum allegisset, & viris vndique conquisitis, quorum mores antea vita probasset, quosque puero coalescenti & adhuc tenero quasi vitæ specimen quoddam conspiciendos proponerat, quo iis quasi septa claustris lubrica ætas illa contineretur, inter alios etiam Marcellum adlegit, cuius opera in epistolis scribendis vteretur: Erat enim Paulus pontifex ingeniorum æstimator acerrimus. Quod munus maxima cū integritatis, prudentia, & dexteritatis opinione ita gessit, vt omnibus, qui Reipublicæ administrandæ cæteris aptiores videbatur, vnus ipse omnium iudicio præstare putaretur. Quare cum Alexander Cardinalis in partem reipublicæ à prudentissimo senesset assumptus, ne in tam tenera ætate statim maximorum negotiorum mole obrueretur, Marcellum, qui in consiliis & curis adolescèti assiduus esset, præsto esse voluit, erat enim rebus gerendis grauis, prudens, & in iisdem cōficiendis expeditus. Quem tumetiā, indies magis magisque gratia sua & favore crescètem, pontifex protonotariorū numero adscripsit, & eum ad Cæsarem vxoris obitum mœstum in Hispaniam consolandi gratia, cum amplissimo adolescente Farnesio ire iussit. At non longè post, quo maiore apud nepotè sedis Apostolicæ iā negotiis præpositum, & in Galliam de

maximis grauissimarum rerum negotiis legatum cum dignitate esset, Neocastrensem designauit episcopum. Nullum enim iam negotium, nulla legatio, Marcelli consilio & viribus non digna videbatur. Firmata iam ætate, quum ad Imperatorem Cæsare Carolum quintum Augustum Cardinalis Farnesius legationis munere fungeretur, eidem Marcellus, qui pontificis nuntius esset, comes est datus. Vbi à pontifice frequenti Senatu, summo cum verborum honore commendatus, absens in Belgis XIIII. Kalendas Ianuarij anno salutis MDXXXIX. Cardinalis presbyter tituli sancti Crucis in Hierusalem renuntiatur: & quum Reipublicæ causa Alexandrum Cardinalem, non ita multò post Romam reuerti opus esset, Pontifice de more in senatu referente, summo patrum consensu placuit, vt is apud Cæsarem legati munus pro Farnesio obiret. Romam demum reuersus, Regiensem episcopatum obtinuit. Paulum III. prudentia & dexteritate sua ad eum sibi diuinxit, vt grauiora & maioris molis negotia pontifex sine eius consilio nunquam transigeret, ratus non alium quemquam, cui crederet, magis toto in senatu habere se posse. Tridenti generali patrum concilio indicto, quum more maiorum Apostolicæ sedis Legati eò mittendi essent, ipse potissimum delectus est, cum collegis Ioanne Maria de Monte episcopo Prænestino, & Reginaldo Polo diacono Cardinale S. Mariæ in Cosmedin, qui summi pontificis nomine Concilio præfessent. In qua synodo Marcelli maximè virtus, & eximia in pontificia potestate & auctoritate tuenda libertas enituit. Nam quum Carolus V. Imperator priuatorum commodorum (vt fama erat) causa Tridentini Concilij translationem, quam ex pontificis auctoritate legati adornabât, ægrè ferret, Marcellusque in ea re ab eo dissensisset, quod Cæsaris voluntatem Romanæ sedis dignitati aduersari videret, à Cæsaris ministris interpellatus, neque minis, neque precibus à sententia dimoueri potuit: ea re Cæsari inuisus quum grauiora eius verba sibi relata audiuisset, Cæsarem quidè in corpus scire in animam verò suam nihil ei iuris esse, respondit. Cæterum eius facta, Dei iudicio reseruari, qui vnique iuxta merita sua esset tributurus. Tridentini verò Concilij Bononiam translationi operâ

suam præstitit, mansitque aliquandiu Bononiæ in ea synodo, vbi Reipub. Christianæ administrationi deditus, ab omnibus quasi aliquando pontifex maximus futurus obseruabatur. Inde suspensò Concilio Romam quum reuerti cõstituisset, Ioannes Maria Cardinalis de monte, alter concilii legatus, eum rogauit, vt à Pontifice ad vitæ suæ sustentationem Bononiensem legationem sibi impetraret. Id Marcellus annuit. In via pòntificis diploma suscepit, quæ eum inscium eadem legatione honestatū, vt Bononiam rediret, monebat. Sed Marcellus amici memor, rectà Romam contēdit, tantumque apud pontificem non nihil reluctantem effecit, vt legatio ipsa ab se ad Cardinalem Montanum translata fuerit. Defuncto Paulo III. quum in eius locū iisdem Cardinalis Iulius III. vocatus, quo cū arctissimæ amicitia nexu coniunctus erat, pontifex factus esset, absens (cõclauē enim aduersa valet consiliatus exierat) primū per nuntium ei gratulatus est, mox viribus parumper recuperatis, cum vrbe egredi ad salubriora loca medicorum consilio stauisset, se sella impositum ad Pontificem deferri curauit. Quo cum longum sermōnem instituisset, eum tot colloquiorum, quæ de communi Ecclesiæ vtilitate Tridenti & Bononiæ, quum vterque eadem Concilij legatione fungeretur, habuisset admonuit, vt quum ipsum Deus Opt. Max. vicarium suum delegisset, modò in potestate sua esse cognosceret, pia illa desideria exequi posse, inique eum rogauit, vt nulla neque propter quorum, neque aliarum personarum ratione habita, se à sanctis institutis permitteret, deiici, summi sacerdotij & apparentis felicitatis honor breui transigi: muciatam, pileum, soleas purpureas, stolam lineam, tunicam sericeam, breui consumi, quæ haud ita multò post cum corpore ipso vermium domicilium futura essent beneficia. Quorum verò præter æternæ vitæ præmium, quàm diuturnam memoriam in benedictione hominum transmitti. His & similibus affectuosè dictis pontifici lacrymas excussit. Eum deinde sæpè vetustæ inter eos amicitia iure & officij sui memor, vbi occasio sese obtulit, modestè admonuit. Qui demum cum fratris & amicorum importunis precibus peteretur, vt fratrem ipsum Balduinum Camertium ducem crearet, eosque populos

pulos ab ecclesiastica ditione exemptos; in principatus formam redigeret, ipse verò se id facturum initio constanter recusaret, Marcellus eius constantiam laudare, optimi propositi firmam & immutabilem sententiã summo verborum honore extollere, & vt in ea opinione perseveraret mone- re. Veritus verò, ne pontifex exigui animi propinquorum suggestionibus tandẽ succumberet, eidem petenti consilium dedit, quò lege caueret, vt nullus pontifex bona Ecclesiã Romanã stabilia alienare posset, in quam legem ipse, futuri pontifices, Cardinales quotquot in posterum essent, iurarent. Donationem verò necessariã factam, non antè validam censeret, quã duorũ aut trium sublequentium pontificum auctoritas accessisset: atq; hac ratione se õnes suorum impetus retundere posse docuit, si ea peterent, quorum tradendorum potestate eum exutum esse cognoscerent. Postremò cum Iulius III. propinquorũ importunis precibus, quã de Camerino agitauerat, exsequi constituisset, ac Cardinale quodam internuntio, eidẽ valetudinario, & postri- die Vrbe exituro insinuasset, Marcellus rẽ verbis quantum potuit acribus, & validis rationibus dissuasit. Cuncta verò aliis ali- quot patribus, ne rei ignari de improviso in consistorio prauententur, insinuauit, & quum ipse ex Vrbe ob infirmitatem discessurus esset, eos monuit, ne pontifici de ea re referenti assentirent, quam ipse tanto- perè dissuasisset. Vrbe excedens Eugubium in Umbria, cuius ciuitatis episcopatum gerebat, deinde ad Montem Fanum oppidum aëris salubritate cõspicuum profectus est. Cãterũ Iulio breui vita functo ex eo op- pido Romam ad ipsa comitia, quibus pon- tifex creatus est, venit, quo primũ in lucẽ editus fuisset. In via Perusiã, in monasterio Monachorum Cassinatium S. Petri perno- ctauit. Quem honoris ergo vrbis prætor Michael Turrianus episcopus Cenerensis, vir probitate insignis cõueniens, ab eo in familiari de noui pontificis comitiis ser- mone inter multa, eiusmodi verba se audif se narravit: Eriñe tũc posse, vt nostris die- bus pontifex maximus Dei benignitate afflita Ecclesiã concederetur, qui veteres illos sanctos pontifices martyrij, doctrinã, & sanctitatis gloria illustres imitaretur, ea ex officio suo agens, quã Christi in terris

vicario conuenirent. Multa in eam senten- tiam verba addens, quã eius bene affectum animum aperirent. Conclaui instituto, nõ diu partes de nouo põtifice deligendo cõ- stari, sed omnium, qui tum nouẽ & triginta in Vaticanum comitium conuenerunt, vo- tis, Ranutio Farnesio S. Angeli, & Guido- ne Ascanio Sfortia Camerario Cardinali- bus maximè suffragãtibus, decimo octauo vacantis sedis die, v. Idus Aprilis, anno sal- utis MDLV. Pontifex maximus renuntia- tus est: postri die episcopus in palatij sacel- lo ab Ostiensi pontifice (is fuit Cardinalis Neapolitanus, postea ei in pontificatu suc- cessor) prisco ritu inauguratus, eodem die in Basilica Varicana sine solemnĩ pompa ac cõremonia, quum festa Paschalia instarent, seruato veteri nomine, summã eius digni- tatis sacra thiaa à Cardinali Pisano Diaco- norum primo redimitus, insignia me etiã propè adstante, & cuncta accuratè contem- plante accepit, magna omniũ expectatio- ne, maiore spe: præfulgebat enim sanctita- te, moribus & doctrina, sic vt ipse vita omnium censura haberi posset. Inito pon- tificatu quum à Cardinalibus rogaretur, vt prisco instituto ei diplomati subscriberet, quo iuramento obligaretur, cerum tantũ numerum Cardinalium esse creaturum. Id facere recusauit, affirmans se id opere præ- stitutum, verbis nolle. Cardinalem Mantua- num, qui ei in sacris assistebat lógo sermo- ne de pontificatus onere alloquens, inter cãtera ei aliquando dixit: se procul dubio scire optimum esse pauca dicere, multa ve- rò præstare: ipsum autẽ ea ratione multa polliceri, vt iis verbis fidem suam obliga- ret, quod si aliquãdo mali dæmonis impul- su ab rectè cõceptis desisteret, secum ipse pos- tea ita cogitaret & diceret, Quã iustè de me vtĩ hypocrita Cardinalis Mantuanus cõqueri potest, & pontificatu indigũ iudicare, postquam apertè cognouit verba & actiones meas præteritas adumbratas, fũco & fallaciis plenas, nec ex bona radice ortas fuisse: statim verò oratores Cæsaris & Gal- lorum regis ad se accitos grauissima ora- tione monuit, vt de iis, quã ipse eorum regi- bus scripserat, & ipsi eisdẽ certiores fa- cerent, vt in pace ineunda consentirent, quod si recusarent, præter nuntios & lega- tos, ipse quoque ad eos hortãdos profecturus esset. Quũ verò orator regis Hispania-

rum veniam pro quodam nobilissimo Romanorum homicidij peteret, respondit. Se pōtificatum ab homicidij absoluteione auſpicare nolle: omnibus verò tribunalibus, quædam, quæ inuiolata ad rectam iuris administrationem obseruarent, scripto mandauit. Audiendis iis, qui negotiorum causa aderant, totus incubuit. Sed & Rotæ auditores se salutari de more venientes, in posterum domi se continere, & parum necessario salutandi officio omisso muneri suo studiosè vacare iussit. Neminem propinquorum Romam venire voluit, ne fratrem quidem: quodque his & temporibus, & moribus nouum est: duos paruulos Alexandri fratris filios Ricardum & Herenniū, quos ipse in vrbe educabat, à nemine salutari, raro etiam in publicum prodire, præterquàm ad sacra passus est: eos verò sericeis vestibus indutos modestiæ admonēdos curauit, nec breui eo tempore quo pontifex fuit, illos vnquam vidit: Inter pontifex an in palatiū ex priuatis ædibus introducendi essent, respondit: Quid illis cum palatio, eorum forte id patrimoniūne esse censetis? Tria, quæ obtinebat sacerdotia, Crispo & Saraceno Cardinalibus, ac Ioanni Frãncisco Lotino Volaterrano donauit. Cardinali Tridentino legationem Bononiensem, quam sedulo petierat, non concessit, ne magis effarialis, quàm Gallis fauere videretur, inter quos tãquam communis pater medium se gerere, & pacem, qua tandè ratione posset, componere constituerat; cùm Tridentinus inter Cæsaris partes princeps haberetur, ei tamen ipsius legationis loco, aliquot Cardinalium Mantuani præsertim consilio & impulsu, decem aureorum millia largitus est, quo eius labores & expensas in cōcilio Tridentino factas, aliqua ex parte subleuaret. Decreuerat enim legationes omnes biennales tantum esse. Quo temporis spatium Bononiensis legatio eam pecuniæ summam reddere sciebat. Multa & magna ad Apostolicæ sedis decus penè obscuratum, instaurandum meditatatum fuisse, ferebatur ab iis, qui quum adhuc Cardinalis esset, mentem eius exploratam habebant, arcanorum omnium particeps. Inter quæ illud præcipuum, quod fratri liberisq; suis tantum elargiri, quantum singuli è nobilitate homines in redditibus haberent, decreuerat, nec extra priuatorum ciuium cōditio-

nem se efferre passurus erat, non ad principatum & dignitates euehi, ne assem quidè de fructibus Ecclesiæ, nisi de libera omnium Cardinalium sententiâ, eos auferre permisurum. Id maximè percipere videbatur, vt eos Venetus senatus in Patriciorum numerū adscriberet, summū id honoris genº, quo eos honestaret, esse reputans: omnem ecclesiasticam iurisdictionem viris profanis, & nullis sacris initiatis demandare cogitauerat. Illud subinde sæpè in ore habebat, sanctitati ecclesiasticæ turpissimum esse, eos qui sacerdotiis ad curam animarum spectantibus præfecti essent, à suis gregibus pascendis abesse, neque se eos Romæ, aut vsquam versari, nisi Sacerdotiis abdicatis, bonisque pastoribus commissis, permisurum. Decreuerat item, eiectis ex aulico ministerio cunctis indignis, se neminem in Palatinis, nisi qui frugi & honestis moribus esset, cuiusque opera foret necessaria, esse passurum. Luxum enim omnium malorum causam esse, & ipsum pessimum esse dicebat. Quare etiam profusas superiorum pontificum Sportulas, in modicam quãdam pecuniarum summam iam vix pontificatum adeptus contraxerat. Collegium Cardinalium supra omnia exornare constituerat, neque quenquam præterea in eorum numerum lege veteri repetita, sine omnium consensu legeret, quæ sitis quoque in eorum lectionibus summorum virorum testimoniis. Quamquam autem illud in ore habuerit, se vestigalia, atque onera publica, per superiores principes imposta, vel aboliturum, vel ad modestam quandam rationem redacturum, initio tamen pontificatus ærario exhausto, & magno are alieno insuper contracto, coactus est præter animi sui sententiam propositū mutare, & subsidium illud triennale trecentorum millium aureorum à Paulo tertio indictum continuare, quod tempus præscriptum exactum esset, quo in maximis Romanæ Ecclesiæ necessitatibus subleuari posset. Sedis enim Apostolicæ stabiles redditus sunt CL. millia aureorum, ex hoc subsidio reliqui, & triginta millia qui censibus hauriuntur. Priori pecuniarum indictioni quartam partem reddituum congregationum regularium, ac vigesimam Hebræorum adiunxit. Quod vestigal Cardinalium pauperum sustentationi addicere

decreuerat. Eius præcipua cura erat, æs alienum Ecclesiæ soluere. Quo perfecto, quæ de vectigalibus minuendis, vel tollendis constituerat, ocysimè exsequi. Id vt facilius faceret, se neque bella gesturum, neque inanis substructionibus vacaturum, aut pronpinquis suis principatus empturum, publicè professus est. Qua parsimonia illud sibi certò persuadebat, breui ecclesiam Romanam ære alieno liberaturum. Quò aliquando eius mensæ cochlear, & alia instrumenta aurea apposita essent, argentea sufficere dixit: clibanum pro argenteo creum voluit, & ex ijs pecunias vsibus Apostolicæ sedis conflare iussit. Ferunt ipsum in animo habuisse, Parmæ statum mutare, Camerinam quæ Farnesii restituto eam vrbe tum nuntantem Ecclesiæ reddere. Senarum libertatem maximè desiderabat. Rebus cõpositis viros militares, ac prorsus omnem militiam à se abigere, & in Ecclesiasticæ ditionis limitibus procul ab vrbe ad ipsos tuendos fines constituere voluisse, fama est: eundemque aliquando cogitasse, de ipsis etiã Germanis corporis custodibus exauctorandis, illud sæpè repetens, multos principes salutari signo crucis potius quàm armis aduersus hostes defensos: Pontificem verò Maximum, qui pro Christo vniuersam Ecclesiam gubernaret, scutis aut gladiis indigere. Vnde fatius esse ipsum ab impiis & sceleratis, si casus ita tulisset, occidi, quàm reipublicæ Christianæ tam indecorum præbere exemplum. Religionis Christianæ dissidiis, & his, quæ nunc vigent, hæresibus, valdè angebatur, & procul dubio, si vixisset, omnem operam suam & studiũ in eo collocasset, vt sublato schismate omnes ad concordiam redigeret, vel generali Cõcilio, quod semper expetiuit, vel alia quauis ratione. Sanctissimam hanc eius mentem, ego non aliis referentibus; sed ex familiaribus sermonibus inter nos habitis, dum Cardinalis esset, optimè noui: me enim multum dilexisse visus est. Amicitias nanque, quas iam inde ab vsque ad adolescentiam coluit, constanter vsque ad ipsum pontificatũ maximum retinuit, multis nihil minus cogitantibus vltro etiam accitis. Doctos quoque & graues viros dilexit in primis, eorumque familiaritate incundissimè utebatur, quos cõsilio opera & facultatibus aliquando subleuauit: in his Guiliehmũ Sirletum, incredibili

doctrina & pietate virum, quem modò solius virtutis ergo Cardinalem videmus, quem multis annis domi suæ humanissimè aluit: cibi ac vini parcissimus fuit, eaque simplicitate, qua priuatus quum esset, edebat, habebatque sine publicè, sine priuatim conuiuaretur, Anagnostem in mensa, qui sacros libros, aut sanctorum patrum scripta legeret. Post longum in prandio silentium recordatus aliquando ea Hadriani quarti Papæ verba: Romano pontifice nemo est miserabilior, conditione eius nulla miserior. Totius enim vitæ lætitia, & felicitas amaritudo est, Cathedra Romani pòtificis est spinosa, iter vndique cõsertum aculeis, pondus tanta molis, vt robustissimos premat & cõfringat humeros: manu mensam percutiẽs, dixit: Non video, quomodo, qui locum hunc altissimum tenet, saluari possint. Valetudine fuit nõ satis prospera, honesto corporis cultu, facie decorus, ore venerabilis, statura procerus, corpore gracili, capillo subrufo, superciliis disparibus, atque altero paulò eminentiore. Fuit modestus, quietus, temperatus, pro censu liberalis, elemosynis largus, in incessu & motu grauis, & quanquam rarus in risu, tamen quandoque facetus, & vt vno verbo multa complectar, in quo magnũ sanctitatis specimen, in tam corrupto sæculo maximè relucebat, qui nobis non suo vllò damno, sed nostro maximè tam citò fuerit ereptus, maior profectò nostra & reipub. Christianæ iactura, quàm vllò suo detrimento. fuisset enim si quisquam alius Christianæ reipub. necessarius pontifex, miseris hisce & calamitosissimis temporibus. Quum satis (vt dixi) firmis non esset viribus, & propterea anno superiori diũ etiam febre laborasset, corpore quoque tam comitiorum incommodis, quàm obeũdis publicis muneribus, quæ vetere Christiani populi instituto, annuis Dominici cruciatus & Resurrectionis diebus per maximũ pontificè fieri consueuerunt, fatigato, duodecimo pòtificatus die grauius è pituita & nõ leui febre decubuit. Postridie sanguine emisso, febris quidem remissior fuit, verum corporis vires immiuit: visus tamen est per aliquot dies cõualescere, quibus diebus semper aliquid per familiares egit. 111. Kalend. Maij, quum melius se habere videretur, Urbinatũ, 11. Kalend. ferrariensium Ducem: item

camerarij, Guisum, Farnesum, & Estense cardinales audiuit. De Farnesio dixit se operâ daturû, vt intelligeret familię suę beneficio Paulum III. in se reuixisse. Nocte sequenti haud multum quieuit. Pridië kalend. hora duodecima apoplexia correptus, omnes paulatim sensus amisit, & hora septima noctis sequentis, quę kalend. Maij præcedit, secundo & vigesimo pôtificatus die, vitæ anno quinto & quinquagesimo mirûs sex diebus, maximo sui apud omnes bonos de siderio relicto, rebus humanis exemptus est, insigni hominum concursu, cõmunem iacturam dolentiû ad Vaticanum facto. Cadauer publico funere elatû, tenui pompa canonicorum humeris in Vaticanâ Basilicam delatum, marmoreo conditum est monumento. Vacavit tum sedes dies xxii. De eo verè Virgilianum illud carmè dici potest.

*Ostendent terris hunc tantum fata, neque
vltia esse sinent.*

PAVLVS III. PAPA.



332. Põ.

PAVLO III. Pontifici maximo patris Neapolis Capaniæ fuit, quattuor Romanorum pôtificum natalibus antea celebris. Maiores ex Germania clarissimo sanguine ortos, Pisis primûm, deinde Neapoli consedisse fama est. Pauli auus Diodorus Carafa Maralunæ comes magna apud regem Neapolitanum Ferdinandum Aragonium Seniore[m] auctoritate fuit. Pater verò Ioannes Antonius inter Neapolitanos proceres insignis, ab vxore Victoriæ Camponescæ Petri Lalli filia, in quam

primaria Aquilanorum familia defecit, dotis nomine Montorij in Marrucinis Toparchiam ad xvij. ab Aquila vrbe lapidem mare versus sitam, comitatus titulo habuit: ex qua duos mares, plures verò foeminas, quæ clarissimis viris in matrimonium datae sunt, suscepit: harum vna religiosa virgo monasterij virginum Neapoli mulier sancta existimata est. Ex maribus alter natu maior, fuit Ioannes Alfonso Montorij comes: alter Paulus ipse, Ioannes Petrus ante pontificatum vocatus: qui in lucem editus est in Hirpinis, vico, cui nomen est sancti Angeli de scala, prope faucas caudinas, septimo à Beneuento lapide, kalend. Iulij, anno salutis MCCCCLXXVI. A teneris annis ingenium ad bonas artes, sacrae ac religiosæ vitæ institutum, propensum prætulit. Ea re cùm Prædicatorum monasteriû, eius ordinis religionem professurus petisset, agrè à parentibus imbecilliori ætate diffisus, vnde abduci potuit, sed tandem eorum monitis cedens, ad studia, quibus antea vacauerat, denudò totus conuersus, ingenium exquisito litterarum delectu gnauiter instruxit. Omnium porro discipularum, & præsertim sacrarum litterarum, linguarum item Latinæ, Græcæ, Hebraicæ accurate cognitioni maximam à primis annis vitæ integritatem adiûxit. Romam adolescens veniens, diu in contubernio Oliuerij Carafa Cardinalis Neapolitani eiusdem propinqui, qui tum temporis amplissimi ordinis virtute atque existimatione princeps & erat, & omnium iudicio habebatur, vixit. Cuius opera & commendatione à Iulio secundo primis pontificatus mensibus episcopus Teatinus creatus. Neapolim haud ita multò pôt legatus est, vt Ferdinandum regem catholicum ex Hispania eõ venientem, Apostolicæ sedis nomine susciperet. Cuius reges tunc primûm gratiam promeruit. Aliquot annis pôt Apostolicæ sedis nuncius in Angliam ad colligendum sancti Petri vestigal à Leone x. missus, triennio in ea insula mansit. Inde per Oceanum in Hispaniam ad aulam Ferdinandi catholici Hispaniarum regis se conferens, à prudentissimo rege, qui eius virtutem Neapoli cognouerat, ad consilia est admissus, & maximi sacelli Regij sacerdotis, quem magnum Capellatum vocant, vicarius electus. Quo mortuo apud

apud eius nepotem Carolum Hispaniarum Regem, & postea Imperatorem eadem munera aliquandiu sustinuit. Mansit in Hispania annos circiter octo, quo tempore linguam Hispanicam perinde ac Italicam hausit. Ab Hadriano vi. qui Leoni x. successerat, quo cum ob morum similitudinē vetus ei intercesserat in Hispania consuetudo, Romam cum Marcello Gazele viro sanctitate illustri euocatus inter eos patres relatus est, quorum opera & consilio pōtiffex in ecclesiastica morum censura, & instaurandis Christianæ disciplinæ legibus, ad restringendam solutam sacerdotum vitam, sanctioremque gerendi summi pontificatus rationem, quas omnino cogitabat, vteretur, apud quē tanta auctoritate & gratia valuit, vt si diutiùs vixisset, eum procul dubio in amplissimorum patrum ordinē adsciturus fuisse videretur. Insequentibus postea annis, Hadriano sexto infectis rebus è vita sublato, sedente Clemente septimo, quum eum Cæsar Carolus Quintus episcopatū Brundusino ornare voluisset, non tantum recens oblatum sacerdotium vetere longè opulētius recusauit, sed etiam quod iam obtinebat, spontè pontifici dimisit, si bi que sub monte Pincio longè ab hominū cōspectu recto vitæ instituto, modicis edibus, neque ædificio, neque amœnitate conspicuis, domicilium elegit, & ab omni rerum humanarū cura penicūs se auertit. quo in loco sacris assiduè intentus literis, religiosè aliquot annos egit, nouamque clericorum regularium congregationem instituit, paupertatis, castitatis, obedientiæ votis, ritu cæterorum religiosorum, ante arā maximam Basilicæ Vaticanæ solemnibus cæremonia nūcupatis. Cuius pij instituti socij primi fuere Caietanus Tieneus nobilis Vicetinus, vir sanctus, Bonifacius Collensis Alexadrinus, Paulus cōsiliarius Romanus. Eam vitæ formā Clemens VII. approbavit. Urbis direptione, qua multa à nefario milite passus est, commotus, Roma discedens, Veronæ aliquandiu apud Ioannē Matheū Gibertum Veronensem episcopum, inter sui ordinis homines clarissimum, in remotos episcoporum Nazarenis hortos secessit: deinde quietioris illius sanctiorisq; vitæ desiderio rursus accensus, Venetias cōmigravit, vbi longo tempore moratus, ibidem religiosorum & morū sanctitate sibi

commendatorum hominum maiore conuentu coacto, pio religiosi animi decreto, seueriores vitam cum ijs professus est, & apud ædem sancti Nicolai Tolentinatis nō sine magna sanctitatis & doctrinæ opinione aliquot annis egit, presbyterorum Teatinorum (ita ab episcopatu Teatino, quem obtinuerat) vocaturū, in ea ciuitate, in qua summoperè amatus & obseruatus fuit, tum primū sodalitate instituta. In hoc sacerdotum ab se delectorū cōtubernio adhuc viuēs, à Paulo in bis per pōtifficias literas Romam euocatur, vt eius consilio in morū emendatione, & cōcillij generalis celebratione, quæ pōtiffex adornauerat, vteretur: à quo haud ita multò post, augusta illa generosi iudicij maturitate faciliè superiores pontifices antecedente, nobilissima illa ix. Cardinaliū publicatione, qua anno salutis MDXXXVI. xi. kalend. Ianuarij, viros egregios & præstantissimos ex optimatibus Ecclesiæ vndique conquisitos, in Senatum legit, Cardinalis presbyter tituli s. Clementis designatus, maximam dignitatem, nullū ambitiosi animi signum promens suscepit: Episcopatum verò, quem antè spontè dimisit, paulò post iterum adeptus. Varia apud homines fama iactabatur, alijs sanctissimū virum relicto quietioris vitæ instituto ad reipublicæ fluctus se vocari passum, summis laudibus extollentibus: alijs contra id factum accusantibus. Ipse tamen collato honore in obeundis senatoriis muneribus intentus, ita doctrinæ ac sanctitatis fama fruebatur, vt obloquētium sententiā faciliè eludere videretur: nam vitæ, innocentis, religionis studio, & optimis moribus, multam eruditionem, præ excellentem sacrarum literarū noticiam, facundiam verò insignem in dicēda publicè sententiā & omni sermone libertatem addiderat. Animo aded constans & fortis, vt personæ suæ vbiq; bene memor, nec minis, nec precibus à dicta semel sententiā recederet. Si quid à Romanis Pōtifficibus Paulo & Iulio, sub quibus Cardinalis nomen gessit, fortè referretur, quod nō ita ex Apostolicæ sedis (cuius vnus commodum ante omnia propositum sibi habere dicebat) dignitate esse cēseret, vel cōsilio aberat, vel si interesset, nō assentiebat. Cuius rei plura, & maximè memorabilia exempla exstant. Pontifice Paulo III. auctor imprimis fuit, vt san-

Et inquisitionis admodum necessarium tribunal, præstatissimis patrum ad id munus iudicibus lectis, Romæ institueretur, qui inquirēdis damnandisq; hæreticis summa eum potestas præsent, latius iam per totam Italiã serpēte Lutheranæ hæresi, cuius labe non profanos modò, sed & religiosorum hominũ multos polluerat. Qua ratione factum est, vt membris ægrotis aut sanatis, aut si sanari nõ possent amputatis, quæ contagio inficiebantur, periculo quæ propiora erant, paulatim salutaribus remediis adhibitis, pristinẽ in Italia sanitati restituerentur. Ceterum quum tam in inquisitionis munere, cui ipse præ cæteris delectus fuit obeundo, quàm aliis rebus ab se gestis aded seuerè ageret, vt multos homines offendere videretur (eiusmodi porro vitæ institutum Christianam seueritatẽ appellare solebat) magnum sibi aulicorum hominũ odium cõtraxit, qui seueritatem & rectam eius mentẽ asperitatem interpretabantur. Illud certè constanti omninũ hominũ fama liquet, eum ante pontificatum magnæ quidem integritatis vitæ ac doctrinæ, sed nimis seueri ingenij & in proposito sententia permanētis animi opinione vixisse, eoque ingenio hominũ studia promereri nesciebat. A Paulo III. ex presbytero Cardinale tituli sanctæ Mariæ Trãstiberim, episcopus primũ Albanus, deinde Sabinus, Archiepiscopusque Neapolitanus factus est: postea Iulio III. Tusculanam, & nouissimè Ostiensem obtinuit Ecclesiã. Mortuo Marcello, apud quem summum gratiæ & dignitatis locum obtinuerat, x. Kalend. Iunij die Ascensionis Comitii in Vaticano habitis post nõ longas quidẽ, sed acerrimas comitiales contentiones, aliquot ex collegio patribus Cæsarianæ factionis vehemēter repugnantibus, tandem Alexandro Farnesio, qui ei studebat, præualēte, III. & XL. patrum suffragiis Romanus Pontifex quũ esset sui ordinis princeps, annum natus LXXIX. creatus, Pauli nomine, beneficiorum sibi à Farnesio collatorum memor, assumpto proximo die Dominico maiorum more ante Basilicam Vaticanam coronatus est, magna & vniuersali hominum, qui eius seueritatem timebant, cõstitia. Quod à nonnullis futurarum rerum, luctuosisque graui bello pōtificatus triste omen iudicatum est. Cinitas enim paulò liberius viuere, præfer-

tim proximis sub Iulio tertio annis, quum solita esset, seuerũ & acre hominis ingenium timebat, cuius antea vitam communi hominũ viuendi rationi cõtrariã nouerat: quam aduersam de se opinionem ipse pontificatus initio auertere studēs, certis quibusdam Cardinalibus vtrò etiam non rogatus pollicitus est, se nihil omninò in vrbe nouaturum, sed veteri instituto cuncta moderaturum. Timentibus verò seueram reformationẽ vetus illud vsurpauit: Vxorē non habentes sæpè verberant. Profusis deinde sumptibus, & magnifico apparatu tota vrbe aulæ ornata, omnibus Cardinalibus comitatus à Palatio Vaticano profectus ad sanctum Marcum, ad sinistrã tollendam suspicionem, priuatim & publicè multa liberalitatis & clementiæ signa dedit, & cùm in publicum prodiret, humanis verbis omnium fauorẽ studuit promereri. Rogatus quãnam ratione ipse & fratris filij victuri essent, munificè respõdit, & largè more principũ, quod re egregiè præstitit: Nam pecuniæ minimè cupidus, clericatus, secretariatus, & Protonotariatus magni pretij officia liberalissimè donauit. Omnibus Christianorum principum, in his Reginæ Angliæ, & Rerũ publicarũ oratoribus, qui gratulatum, & ad eius venerationem Christiano more Romam venerant, publicis in consistoriis admissis, ingeriũ rursum secutus, ad ea quæ deprauata sibi videbantur, emendanda conuersus, totus ad tollendos ausus, quos superiorum temporum negligētia pepererat, incubuit, vt hæc saltem ratione Lutheranorum voces contra Romanam curiam obloquentium retēderet. Multa igitur summa seueritatis edicta proposuit, quæ ad dissolutos ciuitatis mores corrigendos pertinebant. Ob eam causam multis inuisus, quamquam plebs egregio principe digna ageret, non tam ea grata esse poterant, quàm contrã, odiosa si qua fortasse secus fecisset. Principio cogitauit de leuandis vectigalibus & oneribus, à superioribus pontificibus extra ordinẽ impositis, sed ærario inani mentem mutare coactus est, ne grauiora indicere postea cogeretur. Edito decreto prædia & bona ecclesiarũ malè & simoniacè alienata, quæ à multis aut occupata, aut temerè empta fuerat, magno multorum damno possessoribus deturbatis restitui iussit. Iudaos tota

tota ecclesiastica ditione sparsos & passim
 Christianis nullis penè distinctos signis
 admixtos, certis septis more Veneto oppi-
 datim conclusit, & ad eorū auaritiā, cuius
 vitij infamia gēs illa in primis laborat, co-
 ērēdam eorum vsuris modum imposuit,
 fœnus à centesima ad quinquagesimam re-
 duxit, crocei coloris pileū, quo internosci
 possent, ferre coēgit: mercaturam cunctarū
 rerum, quę victui humano necessarię sunt,
 omne cum Christianis commercium, stabili-
 lia bona possidere iis prohibuit: Christianos
 quoque quicquam eisdem ministrare:
 Synagogas, quibus superstitiones suas cele-
 brarent, præter vnā in singulis ciuitatib⁹
 ipsos habere vetuit, manente nihilominus
 ac si plures essent catechumenorum annuo
 decem aureorum pro singulis tributo, gra-
 uioribusq̃ exactiōibus abrogatis semel
 cunctis priuilegiis, quibus à superioribus
 pontificibus donati, immanes & intolerabi-
 les diuitias per fas & nefas congregauerant,
 oneravit. Multa Iulij tertij, quę nunquam
 probauerat, decreta induxit, aliquot ex ei-
 us familiaribus, quorum Iulius consiliis
 utebatur, in carcerem coniectis, Urbis præ-
 fectum Urbini ducem, in locum Horatij
 Farnesij paulò ante interfecti succedit. Car-
 dinales prouinciarum legates minorum
 ordinum rectoribus subrogatis cunctos
 reuocauit, præter vnū fratris filium Ca-
 rolum Carafam, quem initio pontificatus
 ex equite Hierosolymitano, & Neapolis
 priore, & qui militię perpetuò operam de-
 derat, Cardinalem & Bononię legatum
 dixerat, cuius plurimū opera utebatur:
 hic reipsum summę præerat. Ofio
 antiquo familiari Datario declarato, da-
 tariatus redditus suspendit, eumq̃ se-
 uerè admonuit, vt nullas pecunias pro
 impetrandarū quarumlibet rerum, quę cō-
 cessione parū dignę viderentur, compo-
 sitionibus acciperet, quousq̃ à Cardinali-
 bus quibusdam, quibus id munus mādauit,
 corrigerentur, quem sibi persuasisset, mul-
 tas pecuniarum summas eo munere contra-
 ius cogi. Complures super eare egregiorū
 hominum Theologorum, iurisq̃ pontifi-
 cij consulti, deliberationes habuit,
 quærēs, an hæ pecuniarum solutiones, quę
 compositiones vocant legitime essent, &
 à spontè offerentibus pecunię licitò capi

possent. Dum omniū sententias audit, gra-
 uiter aliquando in eos inuectus est, qui ac-
 cipiēdas probarent, ab omni auaritia alie-
 num animum præferens. Regressus & ac-
 cessus ad Cathedrales Ecclesias reuocauit.
 Dispensationes matrimoniales inter secū-
 di gradus affines, aut raro, aut non concessit.
 Publica sanctione cuncta, quę superio-
 res Pontifices post Iulium secundum con-
 cesserant, quę bona redditusq̃ Ecclesia-
 rum minuerent, sustulit. Superiorum pon-
 tificum decreta de annatis & quinquenniis
 cōfirmavit, ad eorundem solutionem, quę
 controuersa erāt, exposuit, quorum causas
 Cardinalibus Sarraceno & Menianello, ex-
 sequutiones verò Hieronymo Saulio Ar-
 chiepiscopo Genuensi quæstori, & Ofio
 supplicum libellorum magistro commise-
 rat. Pœnitentiarij officium, item Cleri sta-
 rum, tam in vestitu quàm victu, emendari
 abusibus sublatis decreuit; nec vllius no-
 men recipi voluit inter sacerdotiorū can-
 didatos, quorum à teacta vita non probata
 esset: ei quæstioni præfecit viros integros
 Tranensem, Rebibam, Reumanum Cardi-
 nales, & Franciscum episcopum Gabenensem
 Datarium. Ambientium sacerdotia frau-
 des redarguit: Lenones & facinorosos ho-
 mines vrbe exactos, grauissimis pœnis cō-
 ērcuit. Societates certarum pecuniarum,
 quibus præscriptæ menstruę vsurę persol-
 uerentur, præter eas, quę ex officijs Romę
 curiæ capiuntur, vt funebres edicto pro-
 hibuit. Eum senatus principem, quem de-
 canum vocant, esse voluit, qui decedente
 vetere decano, principē locum inter agen-
 tes Romę episcopos Cardinales obtine-
 ret. Seuerissimum promulgauit edictum in
 eos, qui sanctissimā Trinitatem, Iesu Chri-
 sti Domini nostri diuinitatē, eius ex sancto
 Spiritu cōceptam, pro humani generis sa-
 lute mortem, beatissimæq̃ Virginis dei-
 parę perpetuam virginitatem inficiarentur.
 Ithou à Cromerū Archiepiscopū Can-
 tuariensem hæreticū, auctorib⁹ Philippo &
 Maria Anglorū regibus, sacerdotio priua-
 uit, & puniri more maiorū iussit, qui perti-
 nax in Anglia cōbistus est. Ofio eundē,
 quē supplicibus libellis (vt dixi) subnotan-
 dis, summęq̃ consiliorū omniū præfeca-
 rat, & episcopatu demū Reatino: xornarę
 morū rusticitate, grauiorq̃ eius ingenio
 suboffensus, propinquo: ū op pōuificis,

quos negligebat relationibus petitū, gratia in odium versa, postea in Hadriani mole præduro carcere habitum, per quadriennium ferè custodiri iussit. Triumviralem conservatorem vr̄bis, & senatoriã in Capitolio potestatem amplificavit, & populo Romano immunitates omnes & priuilegia à superioribus pontificibus concessa, liberaliter auxit & confirmavit. Tiburq; Cardinali Eistese ab administratione submoto, eidem concessit. Ad leuandam vr̄bis anno-næ penuriam triginta millium aureorum censum instituit, cuius fidei iussioni bona domus hospitalis sancti Spiritus subiecit, quæ pecunia frumentum inopi plebeculæ pascendæ compararetur. Quadrantarium carnis vestigal in quinquennium à Iulio tertio impositum, extra vr̄bem tãtùm exigi voluit. Quod tamè necessitate coactus, in nouennium ad omnes etiam regulatorū ditionis ecclesiasticæ Toparchias postea produxit, & ex eodem vestigali montem non perpetuum cum centesimâ solutione constituit. Tot verò beneficiis populus Romano inflammatus, ad testificandum gratianimi studium, solemnî decreto statutam ei in Capitolio maris oream, quã ipse potius quàm æneam optauerat, antiquorū more erexit, & centum amplius ciues è nobilitate lecti, qui sine stipendio pontificis per vices perpetui corporis custodes, nouo exemplo essent, Fidei equites ab eo creati. Dum hæc magna cum omnium laude ageret, quorundam è suis (vt fama est) Neapolitanorum quoque & Florentinorum exfulum, qui primarij ciues erant, consiliis à pristina mente deductos, quum ob quassdam suspiciones (vita enim & auctoritati suæ insidiari ab iis sibi persuasum fuerat) multos repente in carcerem coniecisset, comparato exercitu Gallorū & Heluetiorum suæ Rhetorum præsidis in Italiam euocatis, bellum grauecū Philippo Hispaniarum rege Caroli Quinti filio suscepit, & vetus odium reuocauit. Oderat enim ipse iam pridem Hispanorum nomē, quippe qui vr̄be direpta & incensa sacrosancti Pontificis maiestatem violauerat, Italiam seruitio oppressam tenebant. His addebatur priuata iniuriæ, quod cum in regia Hispaniarum versaretur, in cæcellariatus cuiusdam petitione sibi iure debiti, prælato Hispano, ipse præter leges præteritus fuis-

set. Itaque eius rebellionis tempore, quo Neapolitani Petrum Toleranum, qui pro rege illius regni negotia curabat, quæstionem religionis more Hispaniensi in regno institutere conantem, multis seditionibus & tumultibus fatigatam, ab eo consilio desistere coegerunt, mediis armorum fragoribus, ipse Paulum tertium ad arma Cæsari in regnum inferenda adhortatus fuisse dicebatur, suam suorumque (quos multos in regno habere dicebat) operam pollicitus. Quæ consilia prudentissimus Pontifex hominis animum admiratus, apertè quidem eius pietate & sollicitudine laudata, tãquã parum tempori opportuna reiecit. Eius indignationem auxit, quod aliquot ân̄is antea à Paulo tertio Archiepiscopatu Neapolitano donatus, possessione diu exclusus à regni prorege fuerat, tanquam Gallicarū nimis partium studioso. Pontifex igitur factus, ab iisdem, quos supra memorauimus, ad bellum Cæsarianum inferendum sollicitabatur, qui à latere eius nunquam discedentes, eum veteres iniurias repetendo, nouas arguendo, indies inflammabant, tempusque venisse, quo Ecclesiæ iniurias, seseque vlcisceretur, affirmantes, belli occasiones captabant, in ipso belli ardore Neapolitanos à rege non ita bene de iis merito, ad se deflecturos; & cuncta facili futura, Gallico rege belli socio eidem bellicarum rerum imperito assidue persuadentes. Nec cunctata fortuna illudere rebus humanis solita, facillè præbuit occasionem, qua & bellum legitime posset ipse Pontifex indicere, & Gallos in belli societatem sibi adsciscere. Per id tempus Carolus Sfortia ex comitibus sanctæ Floræ Longobardiæ Prior, qui Francorum regi Henrico bello Senensi merebat, à Cæsarianis cum fratre Mario captus custodiae asseruabatur: duas is ab se possessas triremes ex Gallia discedens in portu Massiliensi reliquerat. Quarū præfecti Philippi Vicouarronis fidei, quod in Cardinalis Camerarij Cæsariæ factionis studiosi clientela esset, parùm Rex credens, eo sua auctoritate remoto, illarum custodiam Nicolaò Alamanno exfuli Florentino commisit. Is cum triremibus in insulam Corsicam venerat. Id Prior iam liber factus cognoscens, regem Henricum per litteras rogauit, vt triremibus restitutis solita sibi stipendia continuaret. Annuit Rex, Alamannoq; iussit,

fit, vt Centūcellas nauigans, triremes Priore traderet. Qui tunc apud sanctę Florę oppidum altero pede debilis manebat. Quo casu impeditus, datis ad Alamannum literis, iussit vt triremes Alexandro fratri Camerę Apostolicę clerico traderet, qui suum ibidem aduentum exspectaret: Alexander Centumcellas cōcitus abiens, triremes Alamanno, eas sibi Priore absente redere recusanti, vi eripuit, nihil veritus, quod in ecclesiasticę ditionis statione essent. Alamannus imprudenti consilio dimissus, apud Petrum Capuanum Centumcellensis arcis Pręfectum Alexandrum detulit, vim sibi ab eo intentatam querens. Pręfectus Alexandrum rogauit, ne eius nauibus inscio Pontifice e ductis, portum & pontificis maiestatem violare videretur, permitteret se de eis ante pontificis ministros monere. Id Ioannes Franciscus Lotinus Volaterranus, Cardinalis Camerarij intimus, & consiliorum princeps, qui per eos dies a Cæsare redierat, Alexandri citissimis literis intelligens, ita apud Ioannem Montorij comitem pōtificis fratris filium, rebus adhuc Cæsaris fauētem, rem extenuando egit, vt literis ad Pręfectum Cētumcellensem datis, iuberet, ne se in regionum ministrorum controuersijs implicaret. Ita Alexander venia abeundi obtenta, portū exiit. Interea literis pręfecti Centūcellensis Romam allatis, res ad Cardinalem Carasam Cæsaris rebus parum æquum defertur. Is confestim Pręfectum pontificis nomine monet, ne Alexandrum cum triremibus portum egredi permitteret. Quod Alexander sentiens, iam liber, & ob res gestas Frācorum fidei diffusus, Caietā primū, mox Neapolim abnauigauit, amicę & munificę a Pręrege Bernardo Mendocio, & principe Auris classis Hispanię pręfecto exceptus. Tum regij ministri Romę apud pontificem questī. Comes verō patrui iram veritus, se a Lotino persuasum querebatur. Pontifex suspicatus non absque Camerarij voluntate, vel saltem cōuenientia id factum fuisse, Cardinale grauioribus verbis & minis exagitato, eundem Lotinum, quod Montorij Comitem ad id induxisse videretur, in vincula coniecit. Hinc mutui odij & simultatum origo manauit, quas pontifex aliquot diebus pōit auxit, quum a Cardinale Burgense ei renuntiātū

esset, quosdam Cæsareę factionis proceres, modō apud Cardinalem Camerarium, modō apud Marcum Antonium Columnam clādestina colloquia contra ipsum, eius maiestatem & auctoritatem habere, quodq; ipse Lotinus Cardinalis familiarissimus statim a comitiis ad Cæsarem missus esset, qui cū de tota comitiorum ratione & exitu, quę Cæsari parum probanda viderentur, diligenter doceret. Pontifex, siue quod ita re comperisset, seu ira concitus, corporis custodia aucta, & aliquot cohortibus conscriptis, Cardinalem Camerarium, & paulō post Abbatem Bresignum Hispanum ad urbem a Cæsare redeuntem Bononię captū, & Romam productum in molem Hadriani coniecit. Cum camerario Camillum Columnam etiam in custodia habuit, omnium quidem rerum, quas in se patratas fuisse dicebat, ignarum. Eum verō tanquam Columnę familię principem, armis strenuū, spectatū bello, ne aliquid nouaret veritus, Gabiis Romam dolo accitum cepit. Alexandrum Sfortiam absentem contumacię damnatum, clericatu priuauit. His turbis excitatis, Ioanna Arragonia audiens filiū Marcum Antonium Columnam ad urbem venire, binos diuersis viis nuntios Marinū versus misit, qui filium nē rediret, moneant. Eum Neapolim cōfestim profectum Pontifex ad causam dicendam citauit, & suspicionibus indulgens, Iulianum Cæsarinum intra paucos dies, & Afcasiū Corneum sibi suspectos vadibus datis Vrbe discedere prohibuit. Triremibus autē, quas reddi cardinalis & orator regius Marchio Saria procurarāt, portui restitutus, aliquot cardinalium precibus Camerarium & Camillum Columnam, vadibus nē Vrbe exiret datis, pontifex e custodia dimisit. Marcum Antonium Columnam, quia ad tempus pręscriptum non adfuerat, paterna ditione, quam in agro Ecclesiastico habebat, exuere cogitauit, Ioanna Arragonia matrem nūrū & filiabus vrbe egredi vetitis. Initio anni MDLVI. Pontifex fratris filium Ioannem Carasam Montorij comitem Ecclesiastici exercitus Imperatorem creauit, cuius solēni pōpę prætoriani, & leuis armaturę pōtificij equites, de more interfuerunt. Quo die Ioanna Arragonia irritati pontificis vim timens, mutato habitu specie quod Roberti Strotij vxor esset, de-

ceptis portæ custodib⁹ vrbe excessit, id opportunū tempus nacta, quo equites pōticipij pompæ comitis occupati erāt, qui vbi de sua fuga rescitū esset, labore diurno fessis, ipsam insequi vti vsu venit, nequirent. Ea re pontificis ira aucta, qui quæstionibus habitis, Marcum Antonium, & ipsius patrē Ascanium, qui tū Neapoli in custodia detinebatur, anathemate notatos, honore & accitis possessionibus, quas in ditione Ecclesiastica obtinebant, diplomate publicato, quo eius priuationis causas commemorauit, exiit, & cuncta eorum oppida (quod multis durum, & futurorum malorum causa visa est) Ioanni comiti Mōtorij ducatus Paliani titulo addixit. Eorūdem consilio, qui vt alia, ita & hoc persuaferunt: valido & fideli Romano pontifici possessori in illis oppidis instituto atque firmato, possēgētem Columnam illis perpetuò excludi, neque in posterum recuperandi facultatē illam habituram, quam cæteris pontificum interregnis nullo priuatim possidente habuissent. Capto nanque Paliano, de illius euersione primo decretum, mox de oppidorum pro Ecclesia retentione fuerat cogitatum. Dux igitur, vt eius dignitatis insignia caperet, celebri pompa ornamentis ducalibus indutus, toto comitante populo Romano, pontificisque custodibus prætorianis, & lenis armaturæ equitibus, à Vaticano palatio in Capitolium proficiscitur, vbi rei diuinæ solemnī ritu celebratæ interfuit. Per id tempus pōtifex ducis fratrem Antonium Carasam oppidi Montis belli Marchionem, ac Diomedem Carasam ducis filium Marchionem Cauensem creauit. Montem verò bellum pontifex Comiti Balnei ob pecuniam, quam in bellicosus Francorum Rex in Italiam amandauerat, vno ex tabellariis occiso in Ecclesiastica ditione deprædatam, armis eripuerat. Milites descriptos ecclesiastici Imperij, quos Batallas vocant, priuilegiis auxit, quo eos sibi firmiores stabiliret. Non sine magno Cæsarianorum timore Palianum à Duce, Caroli Carasæ Cardinalis & Petri Stroctij, qui tum Romæ aderat consilio, bellica arte munitum fuit, tum quod ea ratione Columnis eius recuperandi spes profusa adimeretur, tum quòd tuncquā belli arx aduersus regem Neapolitanū esset futurum. Per eos dies Hēricus Galliarum Rex,

cui res Italicas turbari interessē videbatur, Pontificis animum in Cæsarianos incitatū cognoscens, clam per oratores & Cardinales Turnonium & Lotharingiū egit, vt fœdere cum pontifice inito, alter alteri auxilia in bellis gerendis subministrarent. Ea re pontifex magis accēsus dum magnis viribus bellum adornat, indecuis quinque annales, quæ inter Cæsarem & Regem Francorum se omnino in scio pactæ fuerant, nihil minus cogitās audiuit. Eam rem, quod ipse in grauissimo tractatu neglectus esset, admodum ægrè ferens: se solum in periculis à Rege relictum, multum conquerens, atque ipsas inducias suis officere animaduertens, legatos duos Cardinales, Scipionē Rebibam ad Regem Philippum, & Carolū Carasam ad regem Francorum destinauit. Scipione proficiscente quidem, verum armis à Cæsarianis in ditionem Ecclesiasticam illatis, ex itinere reuocato, Carasa ad regem maritimo itinere se contulit, cuius mandata fuere, primū vt pacem inter Reges procuraret, cuius pontifex honorifica & maiestate pontificia digna conditione particeps fieret, id nisi impetrare posset, si quæ Cæsarianorum arma ingruerent, auxilia à Rege, quem admodum ex fœdere paulò antè inito pollicitus fuerat, postularet. Legatus pace exclusa, quasi ad opem pontifici ferendam, ne ab induciarum fide Hēricus Rex sine causa desisse videretur, Gallica auxilia duce Guisio impetravit. Pontifex interim Paliano munito, & duce belli fratris filio Imperatore creato, urbem maxima cum vicinarum ædium & vinearum damno, terreis aggeribus munire, portas magnis præsidis per dispositas stationes, eius rei Camillo Vrsino demandata firmare, delectum tota ecclesiastica ditione habere, exercitum, cōmeatus, & cætera ad bellum necessaria comparare. Comperito per interceptas litteras Garziam Lassum Vegam, qui per eos dies à rege missus Romæ agebat, regis iussu Albæ ducem, ad bellum pontifici inferendum sollicitasse, eundem & Ioannem Antonium Tassum magistrū tabellariorum equestrium in custodia habuit. Per id tempus Ascanius Cornelius Velitarum munitio præcitus, quōb quædam suspiciones à pontifice capi iussus esset, fuga salutē qua finit à Cæsarianis honorificè susceptus. Eam publicatis bonis

nis exul factus, frater eius Cardinalis Perunus in arcē est coniectus. Ferdinādus porro Toletanus Albæ dux, qui tum pro Rege Philippo regnum, atque Italix vicariatū obtinebat, his quæ Romæ fiebant auditis, totus in belli, quod timebat curas, multis conscriptis, & ex statuis in vnum coactis cohortibus, incubuit. Frequentibus inter nuntiis cum pontifice egit, vt eiusmodi bellici terrores amouerentur. Pontifex vt causam suam tueretur, Dominicum Nigrū Romanum cum epistola ad ducē misit questū iniurias sibi illatas. Dux ea re motus Pirrho Lofredo equiti Neapolitano litteras ad pontificē dedit, quibus pōtificis querelis respondens, & quæ contra regem suum à pontifice in initio molitus fuerat, sigillatim aperiens, commemoratis bellorū in commodis, eum ad pacem postremò enixè hortabatur, addens, quòd si breui, quæ pontifex sentiret de pace belloque non aperuisset, ipse bellum indictum existimaret. De eadem re scripsit etiam collegio Cardinalium, rogans, vt pontificem ad pacem in eundem hortarentur. Quum verò Paulus rem protraheret, post quindecim dies impetū in fines agri Ecclesiastici dux fecit, & Pontem coruum in antiquarum Fregellarum vestigiis situm, vi cepit. Ea re irritatus pōtifex, Pyrrhum legatū carceri inclusit, regium legatum Marchionem Sarix confestim vrbe exire iussit, iam antea pontifici odiosum, quòd portā Urbis militibus, qui ibi aderant repugnantibus, venadi gratia egressus fuerat. Quod tamen id sibi licere Cardinalis Carafa manè prædixerat. Aucta verò suspitione Iulianum Cæsarium Regulum Romanum, Fabium Columnam Archiepiscopum Tarentinum, Hippolitum Capilupum, Herculis Gonzagæ Mantuani cardinalis in Vrbe procuratorem è Cæsariana factione in carcerem coniecit, fatali Cæsarianorum ignauia quum nemo esset, qui accensam belli flammā, quæ in initio facile sopiri posse putabatur, mitioribus consiliis & agendi dexteritate restingeret. Arnis autem primū à Cæsarianis in Ecclesiasticæ ditionis finib⁹ moti: (inferre enim uiam excipere apertum bellum maluere) Pōs coruus primò impetu, deinde Frusino, postea Anagnina, Martinū, Lauici, Præneste, Tibur, Ostia, Neptunum, Aba, Vicus Varro, is, n. ons Fortinus, & totum denique penè

Latium in eorum potestate redactū est. Dux Albæ quæcunque Ecclesiasticæ ditionis oppida ceperat, pro Ecclesia & futuro pōtifice seruaturum se affirmabat. Horum pars à pontificis recepta, pars miserè incēsa, & direptioni exposita eo bello, quod toto hoc anno, & magna sequentis parte Gallis præsertim & Heluetiis in pontificis auxilium euocatis, tanta animorum obstinatione durauit, vt infelix Latiū penè totum igne & ferro consumptum sit. Dum hæc in Latio gerūtur, dux Albæ pacis audus, cum Carolo Carafa Cardinale egit, vt Sena Etrusca Io. Carafæ fratri ducis titulo concessa, Palianoque Columniis restituta, certa firmaque pax constitueretur. Ei rei transigendæ in XL. dies induciæ inita. Quo tempore dux Albæ, qui philippi regis mentem ad pacem quibusuis honestis conditionibus suscipiendam inclinatam exploratam habebat, validis præsidis ijs quæ ceperat, castellis impositis, terreoque propugnaculo in insula sacra propè Ostiensem portū ad fluminis Ostia munito, Neapolim se recepit, atq; Senæ negotiū vt expediret Franciscum Paccicum, quem postea Pius quartus Cardinalem creauit, ad regem misit. Illud veid certò sibi persuadens, eum cum ijs mandatis reditorum, quæ ad pacem respicerent, rebus bellicis restituendis vacare superfedit, quæ diuturno bello in pediatu & equitatu admodū labefacta erāt. Induciarū XL. diebus exactis pōtificij à pace auersi. Petro Strotio duce vicū Varronis vi propugnaculū Ostiense pactione occuparūt. Ea res Strotij auctoritate auxit, ita vt facilè ei postea fuerit pro fratre Laurentio Cardinalatus honorem adipisci. Inexpectata re, & ducis Guisij aduentu mirum in modum dux Albanus commotus, valido exercitu scripto Gallicas copias apud Ciuitellam expectandas putauit. Interea Franciscus Paccicus in Italiacū pacis conditionibus à Rege rediens, Romā accessit. Quæ præcipue erant, vt Paliani Toparchia Marco Antonio restituta Io. Carafa dux Senensis crearetur. Animis ducis Guisij aduentu ad bellū inclinatis, Paccico pōtificis audientia negata est, & quia cardinalis Venetias aberat, non nihil cū Paliani duce locutus, à Cardinali Carpense admonetur, vt vrbe excederet. Ille carceris sibi periculo intentato, Neapolim abiit, atque ita magnis

nis vtrunque viribus bellum adornabatur. Quo bello ærario exhausto, Paulus magna & extraordinaria tributa indicere, & exigere coactus est. Mōtes quattuor instituit, duos in nouennium perpetuæ solutionis bessalibus vsuris, alterum S. Spiritus hospiti tali domo, alterum Thoma Marino Genuensi ditissimo viro fidei iussoribus, totidē item non perpetuos cum centesimæ solutiones vnū ex vestigalibus Perusis & Vmbriæ, alium ex redditibus aluminum, quæ apud Tulfam coquuntur sesquicentessimā bonorum æstimatorum impetrauit. Notariatus & Cancellariæ officia in quæstionibus capitalibus totius Ecclesiasticæ ditio- nis venialia proposuit, duabus decimis omnium imperij Ecclesiastici sacerdotium imperatis, & menstrua omnium officiorū solutione fitco addicta, religionum ordines, in terreis, quæ construebat, propugnaculis operam suam posuerunt. Cuius belli, vt creditum est, occasione Placentia Octauiο Farnesio Parmæ duci restituta ipse in gratiā id rege Philippo receptus est, quæ res Pontificis animum perturbauit in eo certamine defixum. Nam Octauij vtpote regis Hispaniarum hostis operam eo bello sibi pollicebatur. Cæterum Gallicarū copiarum aduentu recreatus, bellum anno integro continuauit, quo priuati homines, vrbs Roma, Latium, Ecclesiasticæ prouincis miserè attrita, & quamquam pax aliquando oblata esset, vt eam pontifex susciperet adduci non potuit, quòd pacis conditiones sibi oblatas non probaret. Verum enimuerò præter Gallos & Heluetios in armorum societatem euocatos, Veneti quoque à Cardinale Carafa, quem pontifex cum potestate totius Italiæ legatum crearat, Venetiasque ire iusserat, magnis propositis præmiis, sed frustra sollicitati. Fræcorum copias superatis alpibus dux Guisus adduxit decem millium peditum, & duum millium equitum, qui Romam veniens, ea, quæ in bellicos vsus sibi pontificis nomine pollicita fuerant non inueniens, non nihil est cōmotus. Eo verò Romæ agēte pontifex decē Cardinales creauit, in his rogatu suo Ioannem Bertrandum régni Fræciæ sigillorum custodem. Totius verò regij exercitus, qui Ecclesiæ præsidio venerat, vel in Italia lectus fuerat, Imperator Hercules Ferrariensū dux est designatus. Gallicus exercitus, quum in Piceno diu statua non sine Prouinciæ vexatione habuisset, Ciuitella in regni finibus frustra obfessa, com meatu deficiēte, & pace paulò post inter Pōtificem & Regem Catholicum facta, partim in Galliā & Corsicam reuersus est, partim in Etruria apud mōtem Ilcinū, qui regiis præsidii tenebatur, resedit. Aliquot Heluetiorum cohortes, quæ pōtificis subsidio venerāt, apud Signiam à Marco Antonio Colūna multis cæsis dimidiatæ fuerāt. Bellum longius protractū fuisse multi opinati sunt, nisi apud sanctum Quintinū Philippi Regis aduersus Fracos victoria mēse Augusto, anno MDLVII. audita esset, qua omnis ferè Gallica nobilitas capta erat. Hæc res pontificis animum ad pacis cōditiones accipiendas animauit, quū & illud intelligeret, eo se bello & parū proficere, & summo toti Italiæ dāno esse. Roma præsertim paulò antè ab hostibus penè per insidias capta. His rationibus adductus, pacem tractare cœpit, quæ Venetæ Reipub. Florentiæ ducis, & Cardinalis camerarij opera decimo octauo Kalend. Octobris certis conditionibus apud Lanicos icta confecta; est: pro Pontifice Cardinalis Carafa, pro rege dux Albæ pacis sponsores fuerāt. Pacis cōditiones fuere: Quòd rex pontifici debitas submissiones per priuatum oratorē facturuss esset. Quòd pontifex regē in Apostolica sedis gratiā reciperet. Vt foedere Gallico dissoluto pōtifex neutri parti se addiceret. Vt cunctis, qui huius belli occasione in alterutrum principem deliquissent, venia esset, & ad honores suos omnes restitueretur. Vt oppida & castella sedis Apostolicæ, quæ à cæsarianis occupata fuerāt, disiectis muris restituerentur. Vt Palianū in sequestrū deponeretur, custosq; qui vtriq; parti gratus esset, eius præsidio cōmuni lumpu locaretur. His pacis conditionibus pontifex, & Albæ dux subscribere. Vix autē cardinales, qui pro pontifice pacis sponsoni adfuerant, in vrbe reuersi erant, quū vrbe tot malis nōdum ritè lustrata expiataque, bello ferè parem aliam cladem accepit. Tiberis enim alueum egressus, ad eò occupatis vrbs locis planis, qua frequentissimè habitatur, biduo stagnare, vt vrbs tota magna ædificiorum iactura nauigabilis esset, & omnes omnium fortunæ, quæ bello reliquæ erant, omninò perderentur. Peruenit a quarum

quarum colluuijs vsque ad plateas Pantheonis, sancti Marcelli & Marci: ita vt longè maior, hæc eluuijs existimata fuerat, ea quæ anno M.D.XX. sub Clemente septimo accidit. Doms Tiberi imposta multa, vt cardinalium, Semonæ, Vifensis, & Fanestianorum hortorum partes corruerunt, pontis Palatini arcus, & Ecclesiæ sancti Bartholomæi in Insula pars considerere, homines pauci, pecora multa considerata, comæus multum amissum, vndecim molæ submersæ, vineæ à ponte Miluio vsque ad Basilicam sancti Pauli aquis obrutæ. Similem calamitatem disfluente extra ripas Arno, & longè grauiorem aliquot pontibus vel dirutis, vel ex æsibus Florentia sensit. Pace facta, dux Guisus cum copiarum parte Cætuicellis mare conscendens in Galliam delatus est. Dux Albæ Romæ eodem die ingressus, quo dux Guisus exierat, Pontificis pedibus osculatis, omnibusque poenis absolutis, honorificè est susceptus, quæ pontifex arctissimè complexum, publicè deosculatus est, miris laudibus ornauit, eius uxori rosam de more misit. Ducis precibus, qui in arce Cæsariani detinebantur, ex foedere incolumes dimissit. Alexander Sfortia clericali recuperato in gratiam receptus. Bello composito pontifex ad pristina emendanda reipublicæ peruentis consilia reuersus, animum ad res Ecclesiasticas componendas proximis armis afflictas conuertit. Carolum Carasam ad regem Hispaniæ, & Antonium Triumphantium ad regem Fræcorum legatos pro pace inter eos, vel inducijs componendis, & domesticis super ducatu Paliani negotijs tractandis misit. Urbis penuriam, quæ proximo bello inualerat, magnæ pietatis exemplo leuauit. Triticum enim octonis aureis pro rubro emptum, quinque plebi vendidit: qua liberalitate, quinque quaginta millia aureorum absumpsit. Inquisitionis deinde tribunali, coram quo non hæreses solum, sed aliquod etiam crimina, quæ ceterorum iudicium sententijs diffiniti solent, agitari voluit. Reliquis vero omnibus, curis ab se abdicatis, & in aliquot ministrorum, vt Cardinalis Carasam preiectis, ad cognoscenda, iudicandaque ea scelera totum se addixit, magna reorum multitudine inquisitionis carcere inclusa. Circiter sex Cardinales, qui eidem concilio interessent, legit, maximo Inquisitore

fratre Michaële Gisserio Cardinale Alexandrino viro integerrimo creato, cui in hæreticos, & eorundem criminum suspectos inquirendi animaduertendique summum munus demandauit. Incorruptam quantum in se erat religionem Christianam conseruare volens, cum plurima mala ex hæreticorum librorum lectione prouenire cognosceret, librorum indicem, qui ab se ad hæresin quoquo modo pertinentes damnatos codices contineret, non sine bibliopolarum querimonia publicauit, ipsosque graui edicto & anathemate vel legi, vel haberi prohibuit. Cardinalem Polum virum moribus integrum, & multorum virtutum opinione vulgè commendatum, non sine magna omnium admiratione legatione Anglica priuauit: Cardinalem & legatum in eius locum, Fr. Guilielmum Patum ordinis Minorum, episcopum Saresburiensem designatum fecit. Pontificis nuntio à ministris regijs in via impedito, Petus fato preuentus oblatos sibi honores non attigit. Per eos dies Ioannem Moronum Cardinalem, & Thomam Sanfelicium episcopum Cauensem hæresicos reos fecit, utrosque in molem Hadriani conclusos longo carcere affixit. A Egidio Fuscararium episcopum Mutinensem Moronis causa diu in Inquisitionis custodia habuit. Quo tempore, cum Carolus quintus Imperator rerum humanarum exadio affectus, fratri Ferdinando iam Cæsari creato, imperij, quo se abdicauerat, titulos per manus tradidisset, Pontifex translationem illam tanquam se incognito, & præter sacros canones factam improbauit, neque Ferdinandum Imperatorem suscipere, neque eius legatum Martinum Gufmanum nobilem Hispanum, qui ad urbem venerat, vt legatum publicè admitteret quoad vixit, voluit, priuatim tamen eum humaniter excepit. Auditoris cameræ officij nomen aboleuit, idque in regentem cameræ Apostolicæ conuersum, maximisque priuilegijs auctum, frater Nepoti Alfonso Cardinali Neapolitano, magno Camerarij dano addixit. Multa enim è Camerarij munere adempta huic officio Paulus attribuerat, ea scilicet, quæ ad eius muneris functionem pertinere videbantur. Monasticam seu religiosam vitam semel professos, omnes in monasteria vnde quacunque de causa exierant, edicto suo

redire nulla admissa excusatione iussit. Id verò tanta adhibita severitate fecit, vt non ita subito obtemperantes, veluti detrectantes imperium, satellitum custodiis adhibitis tota Ecclesiastica ditione in vincula, & aliquos in triremes coniecit, omnes verò quotquot potuit, in monasteria sua redire coëgit. Venerit tum suere miseris, qui obtemperare ob varias causas non poterant, refugium. Laudem porrò magnam omnium testimonio promeruit, quum raro iustitiæ & æquitatis exemplo cognitis, quæ sibi de fratris filiis (hi Ecclesiasticæ ditioni præpositi erant) delata fuerant, quicquid ea fuerint, frequenti patrum Senatu Cardinalem Carasam à rerum cura & Bononiæ legatione submouit: Paliani ducem principis totius Ecclesiastici exercitus loci dignitate, & Triremium præfectura: Marchionem verò Montisbelli custodia palatii Apostolici priuauit: in eos ad eò vehementi oratione frequenti senatu inuectus, quæ nimiam eorum licentiam arguens, seuerissimè eosdem accusabat, vt Cardinales quosdam animum eius commotum sedare, atque illos excusare conantes, atroci vultu auersatus longè grauiora, ni quam primùm omnes vrbe cederent, minaretur, & Cardinalem quidem vrbe exactum apud Lanuuium, reliquos verò in eorum castella relegauit. Omnibus demùm iis, quibus ipsi aliquos magistratus mandarant, loco & dignitate pulsus, quibusdam etiam vinctis, novos prouinciarum præfides in eorum locum suffecit. Aliquot deinde quæ imperauerat portoria, & tributa quasi se in scio indicta, cum lenasset, Palatii & vrbis custodiam Camillo Vrsino commendauit. Cui via functo Ioannem Antonium Vrsinum Grauinæ ducis fratrem sublegit. Ad xx. quoque Cardinalium, & xi. minorum ordinum ex officialibus Palatinis patrum, qui tanto muneri obeundo idonei ei videbantur, collegium instituit, qui publica audientia semel in singulas hebdomadas instituta, secum omnes totius Ecclesiasticæ ditionis causas cognoscerent, vt his factis omnem in suos præteritum rerum culpam deriuaret. Edicto etiam cauuit, vt qui hactenus magistratum iniuria suarum rerum iacturam fecissent, ad se recurrerent, ius ex æquo iis se redditurum pollicitus. Quo tempore à cæteris curis parumper vacuus,

totum se Inquisitionis muneri dedit, instituitque, vt eius tribunalis causæ, quæ delecto: um Cardinalium auctoritate terminari solebant, coram Romano pontifice die semel in hebdomada statuto cognoscerent. Cardinales xix. quattuor lectionibus creauit, in his tres è gente sua, quinque veteri familiaritate coniunctos, reliquos doctrinæ & integritatis vitæ opinione sibi gratos: inter hos qui tertius ab eo Romanus pontifex fuit Pius quintus. Ioannes Gröpperus Germanus (quæ res inusitata visa fuit) sacram purpuram recusauit, & scriptis literis eius facti rationem reddidit. Diem festum Cathedræ sancti Petri Apostoli, quando Romam primùm venit, ad decimum quintum Kalendas Februarij, qui antiquitùs in Romana Ecclesia celebratus iam exoleuerat, restituit: sacrorum mysteriorum solemniam, quantùm in se erat augere cupiēs, cunctos, qui pro summi pontificatus ambitu presarent, grauissimis poenis subiecit. Formulam confessionis fidei, quam episcopi recens creati profiterentur, pulcherrimam edidit, quæ in libris consistorialibus exstat. Aliquot in Indiis, quæ regi Portugalliæ parent, oppida, Ecclesias Cathedrales erexit: inter has Malacinsensem & Cochinsensem Ecclesias: Goanensem verò ab obedientia Archiepiscopi Olyssiponensis eximens, Metropolitanam fecit, nouisque in his episcopos constituit. In Gallia Belgica, alias inferiori Germania, quæ ditionis Philippi Hispaniarum Regis est, multos episcopatus, & Archiepiscopatus aliquot erexit. Quam rem, quia memoratu digna est, vt in libris consistorialibus annotatam inueni, subiiciam. Paulus quartus pontifex maximus, cum mèris suæ acie pro pastoralis officio & Ecclesiarum omnium sollicitudine conuertisset ad eam inferiõris Germaniæ partem, quæ Philippi Hispaniarum regis Catholici ditioni hæreditario iure subiecta est, sciens messem quidem ibi multam esse, operarios autem paucos, propterea quod cum ea regio antiquitùs erectionis Cathedralium Ecclesiarum suarum tempore sparsim & infrequenter admodum habitaretur, à tot iam tantisque populis & gentibus incolitur, vt pro oppidorum celeberrimorum, quibus vbiq; referta est frequentia, & castellorum pagorumque multitudinè, paucæ admodum ibi sunt

sunt Ecclesiæ Cathedrales. Quo fit, vt tam pauci episcopi non ea, qua opus esset diligentia, tãtam animarũ multitudinẽ regere possint, quod quibusdam eorum hoc etiam est difficilius, quod ipsorũ Dioccesani lingua institutisque differunt, & quidam eorum etiam eiusmodi priuilegia habent, vt ipsos ad sedem episcopalem non liceat euocare, ita nec fidei doctrina & piẽ viuẽdi præceptis commode instrui, nec si quid deliquerint, facile corrigi ab Episcopis suis possint. Ad ipsos verò episcopos visitandos, admonendos, & in officio continendos, ne vna quidem in tota illa tam celebri & tam longè lateq; patente regione Ecclesia est Metropolitana, sed illæ, quibus subiecti sunt extra fines ipsius Philippi Regis sunt, earumq; Archiepiscopi propter multa & varia impedimenta, nulli suffraganeis suis vsui iam pridem fuerant, ad quã tantam incommodã cum hoc quoq; accedat, quod cum ea regio omni ferè ex parte cincta sit, & obsessa à populis schismaticis propter assiduas hæreticorũ insidias, dolos & fraudes, pestiferasq; doctrinas, catholica illic fides, & animarum salus in maximo discrimine ac periculo versatur. His causis adductus, precibus etiam annuere volens, & pio desiderio satisfacere ipsius Philippi regis, qui pro sua pietate, & Catholica fidei studio, hac de re cum eo sæpè, & perquam diligenter per litteras & nuntios egit, habita, sicut rei magnitudo postulabat, cum sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalibus deliberatione matura, tam grauitè periclitanti in illis partibus fidei orthodoxæ, & animarum salutis aptissimum esse remediũ duxit, si veterum Ecclesiarum in illa regione positarum dioceses commodioris regionis causa diuideret, nouisq; erectis Cathedralibus ecclesiis eiusmodi præficerentur Episcopi, qui tum exemplo, tum verbo commissas sibi oues pascant, & proborum, eorumque doctorum virorum copia muniti, idoneorumque opera ministrorum diuti, illas aduersus insidiantium luporum rabiem tueantur, defendant & custodiant, & Metropolitanæ aliquot Ecclesiæ opportunis eius regionis locis erigantur, ad quas commodè adiri possit, quibus qui res futuri sunt suffraganeos suos in officio contineant. Apostolica igitur auctoritate, & ex S. R. E. Cardinalium consilio, ad Dei

omnipotentis honorem, & ipsius sanctæ Ecclesiæ vtilitatem, Cameracensem, Traiectensem, Atrebatensem, Tornacensem ecclesias, ciuitates, & dioceses à Remensi, Coloniensique ecclesiis & prouinciis, quibus erant Metropolitico iure subiectæ: Itẽ Mechliniense, Antuerpiense, Harlemonse, Dauëtrische, Leouardiense, Gruningense, Middelburgense, Buscoducense, Rurẽmundense, Namurcense, Audomarense, Iperense, Gandauense, Brugesense, frequentissima Cameracensis, Traiectensis, Tornacensis, Leodiensis, Morinensis, diocesium oppida à sua quodque eorum diocesi & prouincia exemit. Auasit quoque eas Coloniensis, Onaburgensis, Monasteriensis, & Padeburnensis diocesium partes, quę in Philippi Regis ditione erant, quas Ecclesiis Cathedralibus ab se institutis distribuit. Veteres verò episcopales sedes, Cameracum & Traiectum ac Mechliniam oppidum Ecclesias archiepiscopales constituit, reliqua tredecim oppida Cathedralis sedes erexit, quas hac ratione trium Metropolitanarum suffraganeas esse voluit. Cameracensi quidem Metropolitanæ, Arrebatum, Tornacum, antiquæ episcopales Ecclesiæ, ex nouis verò Audomarum & Namurcum subiecit. Traiectensi Archiepiscopali nouas sedes episcopales Harlemonsem, Dauentriensem, Leouardiensem, Gruningensem, Middelburgensem attribuit. Nouam Mechliniensem Metropolitanam nouis episcopatibus Antuerpiensi, Gandauensi, Brugesensi, Iperensi, Buscoducensi, Rurẽmundensi præesse voluit, cunctasq; has episcopales & Archiepiscopales sedes iuris patronatus Philippi Regis, & hæredum eius esse constituit. Cum quo de ipsarum Ecclesiarum redditibus, quibus episcopi & canonici ali possent, transiegit. Quum verò senio confectus aduersa valetudine laboraret, qua etiam anno antè obitum grauitè decubèrat, Tranensem, Spoletinum, Consiliariumque Cardinales delegit, qui pro se cum Camilli Vrsini consilio ditionis Ecclesiasticæ causas, summa & planè regia potestate cognoscerent. Episcopos, vt ad suas Ecclesias regendas, & commissos sibi greges coram pascendos irent, luculenta & graui adhortatos oratione, in qua Episcopale munus illis in memoriam reuocabat, compulit. Quanquã igitur

maxima egregij pontificis salutaria documenta, quod inficiari nemo potest, daret, quia tamen ea in turbulenta & difficillima tempora inciderunt, nihil neque tam sanctum, neque tam laudabile facere potuit, quod non etiam multorū sermonibus carperetur. Tanti refert, quo quidque tempore agatur. Carolus V. nobilissimæ memoriæ Imperator, qui post tot victorias paratas, regnorum, maximi post Carolum magnum Imperij, & rerum denique omnium humanarum cura abdicata, totum se quietiori vitæ & caelestis meditationis studio dederat, in Monasterio sancti Iusti diocesis Placentinæ Castellæ veteris, xi. Kalend. Octobris anno MDLVIII. rebus humanis feliciter excessit. Mortuo per eos dies Polio Cardinale, & Maria Anglorum regina, regnum Angliæ denuo ad priores hæreses rediit, alterius Reginæ Isabellæ fomento. Pauli pontificatum diuina prouidentia illustrauit, & insignem fecit nobili illa & memorabili pace, Dei bēficio inter duos summos orbis Christiani principes, post affinitatem contractam facta, Henricum Francorum & Philippum Hispaniæ Reges. In cuius lætitia & celebritate Rex ipse Henricus equestri ludicro certamine, quo nobilissimi quique ad spectantium matronarum voluptatem hastis inter se concurrere solent, miserè interfectus, foederum & regni successorem reliquit Franciscum II. filium adhuc impubere. Cuius pacis causa Romæ à pontifice more maiorum insignes supplicationes habite, lætitiæ signa edita. At Paulus Henrici regis morte audita, eorum, quæ in eo regno post eius obitum acciderant præfagus, publicè illacrymauit, Regniq̄e illius vices indoluit. Caterum Henrici Regis mortem grauis ægritudo pontifici subsecuta est, qui aqua intercute laborans, diu in quibusdam Palatii Vaticani cubiculis reclusus medicorū consilio fuerat: Itaque crescente morbo, quum eius vita desperata esset, ad xi. Kalend. Septembris hora xii. Pontifex, qui sibi mortem instare sentiebat, Cardinales omnes euocare iussit, quibus in eius cubiculum conuenientibus, admirabili eloquentia, qua erat præditus, orationem habuit, ita præfatus: Viam vn̄uersæ carnis ingredimur, diutius viximus, quàm sperare potuissemus, &c. Primumq̄e ab eis petiit, vt

si remissior in sensu cogendo fuisset, quæ sui officij ratio postulare videretur, id ætati & incommodæ valitudini tribuerent: deinde vt consentirent in optimo pontifice deligendo. Postremò sanctæ inquisitionis officium, quod (vti est) sanctissimum appellabat, & quò vno niti affirmabat apostolicæ sedis auctoritatem eis commendauit, multisq̄e præterea dictis, verbis, diligenter se excusando, vegeto planè animo patres dimisit. Quum Bartholomæus Cueva Hispanus Cardinalis vir bonus & pius, Iacobo Sabello Cardinale adstante, patrio sermone eum consolaretur, diceretq̄e inter cætera, admodum ægrè ferendum esse tantæ pietatis pontificem, eo potissimum tempore Reipublicæ Christianæ eripi, quocunctis dissidiis pacatis, in Ecclesiæ restitutione eius opera maximè necessaria videbatur: Ipse illic eadem lingua Hispana se ita vitæ suæ cursum instituisse respōdit, vt quoties ex hac mortali vita ei abundū esset, Dei vocationem propenso & iucundo animo susciperet: proinde alacriter admodum se hinc emigrare, cum quòd hanc Dei voluntatem esse prospiceret, tum quòd eum catholicæ fidei defensorem: Deo Opt. Max. delectum relinqueret, Philippum scilicet Hispaniarum optimum regem, cuius pietate & virtute Reipublicam Christianam afflictam procul dubio recreari & restitui posse nō dubitabat. Moribū di verò suprema verba fuere: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Eo iam animam agente, aperta sunt statim vetere instituto omnes vobis custodia, & à furente populo, qui pevitbem veluti amens discursabat, cum Tabulariis in cœnensis est carcer nouus Inquisitionis, ij qui eo tenebantur emissis. Interdatum quoque in sacram Dominicanorum ædem ad Mineruam incendium est, à quovix piorum precibus permoti seditio quidam manus abstinuere. Decessit autem Paulus xv. Kalend. Septembris, hora vigesima prima, anno MDLIX. ætatis suæ 111. octogesimo, mense vno, diebus xxii. Pontificatus verò quarto supra mensem secundum, & diem xxiiii. Cadauer canonic sancti Petri feretrum succollatibus in basilica Vaticana tenui pompa delatum est, præter morem metu populi militari maraliquandiu custoditum, lateritio ad ter

pus tumulo sepultum. Pius V. quum eius beneficio gratus esse potuerit, magnificum ei è nobili marmore monumentum ad Mineruæ septimo post mortem anno, Pyrrhi Ligorij Neapolitani architecti opera, maiorum suorum sacello extruxit. Vacauit tum sedes mensis quattuor, & dies septem. Quo statim vita sancto, quorundam priuatorum ciuium impulsu, cursu ad Capitolium ab exagitata & furente plebe factio, caput cum dextera manu eius statuæ, quæ in Palatio cõseruatorum magno sumptu è pario marmore nobilis artificis manu posita, erat præcisum, & per urbem triduo prouolutum, tãdem in Tiberim bonorum quorundam virorum misericordia, quum iam populi exsaturati rabies languescere cõpisset, proiectum fuit: Cautumque populi Romani edicto, incerto auctoritate promulgato, vti Carasæ familiæ insignia ex vrbe tollerentur, proposita, si quis non obtemperasset, perduellionis poena. Itaque eo die nullum penè in vrbe Carasarum insigne reliquum fuit. Malefactorum scilicet homines sunt tenacissimi, benefactorum verò iis plurima leuior est gratia. Fuit Paulus quartus statura magna, corpore gracili, ore subtristi & minaci, vultu macro, oculis introrsus recedentibus, & vehementi obtutu scintillantibus, naso paruo, rara & breui barba. Valetudine fuit alioqui prospera, & qui nunquam medicorum opera vsus fuisset, quanquam in victu non admodum diligens esset. Cæterum liberalitate, religionis tuendæ, conseruandæque zelo super omnes retro pontifices maximè clarus, & quo pontifice primùm hominum & clericorum præsertim moribus deprauatis salutaribus legibus certum remedium est adhiberi cõceptum: confirmandæ enim ac restitvendæ Ecclesiasticæ disciplinæ, in quam mirificè perturbatam eius pontificatus inciderat, auctor & princeps exstitit, ita vt ex eius fonte cogitationum rationumque multa sacri Tridentini Cõcilij decreta profluxisse postea videantur.

PIVS III. PAPA.

MEDICEORVM gêtis, quæ Florentiæ ex popularis ordinis honorifico tamè statu, ad summâ dignitatem, vrbisq; principatum nostro tempore peruenit, quosdam bellis ciuilibus, quibus ea



ciuitas perpetuò laborauit, profugos, in varias terræ Italiæ vrbes, Veronam, Cremam, Orbitum, Mediolanum concessisse, qui hæctenus ex ea gente, in ipsis ciuitatibus supersunt, testimonio sunt. Eam familiam, quæ Mediolani substitit Bernardinus Corius, historiæ Mediolanensis accuratus scriptor, & veteres quidam annalium Florentinorum sine nomine auctores memoriæ prodiderunt. Vetus Mediceorum Florentiæ insignia pilæ rubæ incerto numero aurea parma fuere, quæ nouem primò, deinde octo, postea septem, nouissimè sex trianguli specie cõcinnatæ, superioris ordinis mediam Regum Francorum insignibus, ex eorundem dono decoratam habuere. At Mediolani vetusti Mediceorum clypei rubei coloris pilam tantùm auream tulisse adhuc conspiciuntur. Hi postea Florentinis similes facti, Mediceorum Mediolanensium fortuna à Meleniani Marchione instituta, Pij III. pontificis maximi pater Bernardinus Mediceus Ioannis Iacobi filius honestè inter ciues suos conditionis publicorumque vectigalium redemptor, ex vxore Cæcilia Sorbellonia ad XIII. filios suscepisse traditur, ex quibus decem ad maturationem ætatem peruenerunt, quinque mares, & totidem foemina. Natus maximus Ioannes Iacobus fuit, is rei militaris gloria præstans, cunctis artibus, ex tenui fortuna in amplissimam dignitatem euectus, Meleniani Marchio factus est, quem præclarum familiæ suæ ornamentum, & felicioris fratris fortunæ præcipuum auctorem fuisse constat. Post eum Pius III. natus est, Ioan-

nes Angelus ante pontificatum vocatus. Tertius Ioannes Baptista fuit, vir bellica & domestica laude clarus, qui anno salutis MDXLV. obiit. Quartus Augustus Meleniani post fratrem Marchio, fratri pontifici parum gratus adhuc superstes. Nouissimus Gabriel anno MDXXXI. in obsidione oppidi Leuci, bello, quod cum eiusdē fratre Marchione Franciscus Sfortia Insubrū dux gessit, tormenti ictu apud Mādellum occisus. In quo iuvene præcipua animi, corporisque militaris fortitudinis ornamenta fuisse referuntur. E sororibus Pij III. tres, Maria, Lucretia, & Anna, sacre Deo dicatae virgines in monasterio, quod Virginum dicitur, ordinis sancti Domini, à strictissimo viuēdi instituto de obseruantia appellato dux verò in matrimonium data fuere. Harum natu grandior Clara Vulcano, aliàs VVolf comiti Altēmpfio nobili Germano in diocesi Constantiensi nupsit, mater Marci Scitici Cardinalis, Annalibus & Gabriellis comitum: minor verò Margarita Giberto Borromæo nobilissimo Mediolanensi comiti Aronę despōsa, Carolum Cardinalem, & Fridericum comitem, duasque fœminas genuit, quarum maior Isabella sacra virgo in eodem monasterio Virginum Deo addicta Coronæ nomen accepit, minor verò Camilla auunculo Pio v. creato, cæsarem Gonzagam Ferdinandi V. C. filium maritum habuit. Natus est Pius v. anno salutis nona gesimo nono supra millesimū ac quadringentesimum, pridie Kalend. Aprilis, sanctissimo Paschatis die, quem fortē mater ē sacris mysteriis doloribus partus tentata domum rediisset, Mediolani in regione Portæ nouæ, vico, qui Meronum dicitur, parocciæ sancti Martini ad Nusigiam ab eius auia paternæ. Concordiæ maioribus, qui Nusigij dicebantur, condite, & prouerbibus auctæ. Parentū cura liberalib. disciplinis ab ineunte ætate imbutus, cum adoleuisset, Papiæ & Bononiæ, logicæ, philosophiæ, & medicinæ studiis primū, deinde iuri operam dedit, vbi etiā Ruino præceptore vsus, doctoratus insignia consecutus est. Postea in patriam reuersus, & in iuris peritorum collegiū cooptatus, aliquandiu industriæ forensi se dedit, Hieronymo Morono familiæ suæ patrono ei maxime suffragante: demū cum frequentibus bello-

rum procellis patria exagitata, in ciuili otio ibi degere non posset, ad urbem profectus, eam viii. Kal. Ianuarij incuntes anni MDXXVII. eadem circiter hora & die primū ingressus est, quib. trigesimo tertio anno post, Romanū pontificatum ibidem obtinuit. In patriā deinde reuersus, bello, quod cum fratre suo Marchione Meleniani in expugnatione Leuci Franciscus Sfortia Mediolani dux gerebat, obses datus, in arce Mediolanensi mortē vix euasit, quum Marchio, inita cum duce pacta violasse videretur. Tandē liber dimissus, Romā rediit vbi fratris Marchionis, cuius tum bellicæ laudes celebrabantur, studio & ope à Clemente VII. summo pontifice inter protonotariorū, qui particeps dicuntur, collegium adscitus est. Aditu iam ad maiora patet factus, Alexander Farnesius episcopum, Cardinalem Ostiensem, ac tum eius ordinis principem, qui post Clementis VII. obitum pontifex Romanus fuit, studiosus obseruare, & per quā assiduus colere cœpit, vnde illius cum eo principe origo manauit amicitia. Pontificatum Paulus III. adeptus, quum eius viri non mediocrem in rebus gerendis dexteritatem nouisset, multis eum publicis muneribus honorauit. Primum n. anno salutis MDXXXIV. initio pontificatus illum ausculanis Picentibus, deinde anno post Tiferuantibus in Umbria, tertio postremū Parmensib. præfecit. Quas vrbas in fide & quiete cōtinuit, ipsarū verò iurisdictiones nō sine integritatis, prudentiæ, ac æquabilitatis opinione gessisse refertur. Nicę verò quō in Pauli III. pontificis comitatu profectus erat, ita cum eo & Cæsare egit, vt duob. fratribus Marchioni Meleniani, & Ioanni Baptistæ ex arce Mediolanensi, vbi quorundā peruersorū hominum cōspiratione, ob inuidiā ex virtute cōtractam, in custodia detinebantur, liberè abire Cæsare permittente licuerit. Annis deinde MDXXXIX. Fano fortune, MDXL. Parmēnsibus iterum iuri dicundo summa cum laude præfuit. In Parmensi præfectura ante tempus Verulano Cardinali legato successit, qui nō nisi per annum præter leges, qui biennium præscribebant, in ea legatione fuerat: Vbertum Ganbaram ipse successorē habuit. Ter ecclesiastici exercitus quæstor, quem commissarium vocat, postea fuit, bis in Paannonia cōtra Turcas,

semel in Germania bello Caroli V. Imper. contra Smalcaldici foederis socios. Anno enim MDXLII. quando Italica aliquot cohortes à Paulo III. lectæ, Alexandro Vitellio duce in Pannoniam inferiorem ad Pæstunum bellū profectæ sunt, Ferdinãdo Cæsari aduersus Solymanū Turcarum tyrannum maximis equitum peditumq; copiis, Vngaris, Christianis terribilia arma inferentē, suppetias laturæ ipse ab eodem pontifice delectus est, qui comes Vitellio adesset, & militibus stipendia procuraret: quo bello Bôbardus sonit⁹ prope eius caput volâtis dexteræ auris auditū labefactauit: auctis verò familiae honoribus, Danubianæ classis præfectus eiusdē frater Marchio Meleniani fuit. Eo nomine magnâ apud ipsū Regem gratiâ ita inijs, vt inde discedēs ab eo multa cum virtutis cōmendatiōe regijs muneribus donatus sit. In Italiam reuersus anno MDXLIII. cum de limitibus inter Ferrariensium ducem & Rempub. Bononiensem, non leuis orta esset contentio, finium terminandorū disceptator & arbiter Bufseti à pontifice constitutus, tunc eam controuersiam composuit. Rursus cum Turcica arma in Pannonia perstreperent, Viēnaque Austriæ ab ijs acriter premeretur, & quattuor millia hominum Italici peditatorum à Paulo Papa Regis Romanorum Ferdinandi auxilia missa Duce Ioanne Baptista Sabello illuc contenderent, ipse iterum generalis Pontificius quæstor illi adiunctus est, ex qua prouincia rediens benignè à pōtifice receptus, nobili Anconitana gubernatione anno MDXLIV. honestatur. Affinitate postmodum ab eodem pontifice cum eius fratre Meleniani Marchione anno sequenti contracta (ipse enim Marciam Vrsinam Comitis Pitiliani filiam pontificis nurus sororem vxorem duxit) Archiepiscopus Epidaurensis in Dalmatia (Ragusinus hodie dicitur) creatus est. Anno MDXLVI. cum magna Germaniæ pars nouorū dogmatum labe infecta aduersus Pontificiam Cæsareamq; maiestatem rebelles animos induisset, & formidabili bello concitato Orthodoxis hominibus extrema queque minaretur. Paulus Papa tuendæ sacrosanctæ religiōis causâ, tres lectissimas Italici roboris legiones equitumq; insignes turmas Alexandro Farnesio legato, & Octauiō eius fratre Duce, ad eos motus conprī-

mendos Carolo V. Augusto auxilio mittit. Qua in expeditione, ipsa tertio supremus quæstor eō mandatus est. Quum autem id bellum feliciter cōfectū fuisset, & memorabilis de Germania deuicta triumphus auctus esset, ipse in Italiam reuersus, anno qui secutus est MDXLVII. Bononiæ prolegato, Ioanne Morone Cardinale legato eâ renuntiatus. In qua administratione Petro Luifio principe interfecto, & Placentiâ à Cæsarianis ducibus occupata, Patmâ profect⁹, & amicorū opibus, quos ibi habebat adiutus, militum manu collecta, urbem valido præsidio firmatam sua vigilantia in ecclesiæ fide confirmauit. Nouissimè anno MDXLVIII. Perusiâ, Vmbriæque prætor factus, Iulio Ruuereo Urbinate Cardinale legationem obtinente, per annum ferè sanctè & integrè ei muneri præfuit. In quo absens à Paulo III. Papa VI. Idus Aprilis, anno MDXLIX. tanquàm de republica Christiana, sanctaque sede Romana meritis, presbyter Cardinalis sanctæ Prudentianæ tituli Pastoris lectus, haud ita multò post Româ profectus est. Paulo III. mortuo, quum Iulius III. qui illi successerat, bellum auctore Cæsare Carolo V. Octauiō Farnesio Parmensium duci indixisset, quod præter suam sententiam (vt ipse dicebat) cum Gallorum Rege Henrico, maximo Cæsaris damno, societate inita, foedus percussisset, Gallicaq; intra urbem præsidia recepisset, ipse ecclesiasticarum copiarum more maiorum à Pontifice legatus missus est, Ferdinando Gonzaga totius exercitus duce creato. Bello non sine ipsius consilio & solertia tandem composito, Romam reuersus, & à Cæsare episcopatu Cassanensi in Brutijs ornatus, pontificibus Iulio III. & Paulo I V. signature gratiæ perpetuo, aliquando verò in locum cardinalis absentis vel mortui iustitiæ præfuit: Relicto dignitatis sui priori titulo, titulum sancti Stephani in monte Cælio, mox sanctæ Anastasiæ cepit. Paulo IIII. minus gratus fuit, qui in illum publicè in consistorio & aperte inuectus fuerat, quod ex non bonis artibus archiepiscopatum Mediolanensem procurasse diceret. Quare eo rerum potente, quum sibi Romæ commemorandum esse non arbitretur, tuendæ valetudinis causâ ab balnea Lucensia primùm Profectus, postea desiderio vidandæ fruendæque patriæ

patris Mediolanum concedens, ibidem ædibus à fratre Marchione Ioanne Iacobo coeptis perficiendis deditus, iucus dè & honestissimè vixit, diem interim nullū præmittens, quo literariis studiis non incuberet. Delectabatur in Cardinalatu viris egregiis, litteratis præsertim, eorumque consuetudine libentissimè vsus est, ita vt eius mæsa doctorum virorum quasi quoddam gymnasium esse videretur, quod ego, qui non semel interfui, meo ipse testimonio possim cõfirmare. Prono ad misericordiam ingenio, tum ex consuetudine ac sermone, tum ex rebus quas gessit semper habitus est: nam præter occultas largitiones, publicè etiam quotidie omnibus inopia laborantibus, & ostiatim victum quærentibus tantum ad subleuandas eorum miseriae distribuebat, quantum pro diurno victu satis iis esse posset, ex quo pater pauperum vulgo vocari coepit, sed tum præcipuè, quum vrbe Tiberis inundatione Paulo III. fame vexata quicquid in horreis ad familiæ suæ annum vsus condiderat, liberaliter ad egenæ plebis sustentationem primis mensibus deprompsit. Quum fraternali hæreditatem adiisset, veritus ne fratris causa, qui variis præfuerat bellis, aliqui iacturam bonorum suorum fecissent: reditum annum aureorum mille, ex fraternali censu magnæ Mediolanensium domui pauperum hospitali assignauit. Ingenium mite, neque solers, ne callidum præferebat, ita vt à cunctis vir simplex & clemens haberetur. In amicos liberalis, omnibus comis & perhumanus, iustitiæ cultor, nefariorum hominum hostis acerrimus in ea ciuitate, quæ mores hominum diligenter examinare solet, omnium consensu exlimatus est. Quarum haud dubiè virtutum opinione, gradum sibi ad maximum sacerdotium fecit. Paulo III. vita functo, quum Cardinales in conclauis essent, colūba casu sacellum Xistinum per fenestras ingressa, diu circumuolutauit, donec fessa cum admiratione omnium auis quietè expectantium, eius cellæ infedit, quæ res tunc lusui habita, ipso pontifice renunciato, in prodigium versa est. Vnus enim ipse, post diurnam quattuor mensium ob varias Cardinalium dissensiones pontificatus vocationem, tandem ex presbytero Cardinale tituli sanctæ Priscæ potissimè electus est

Romanus pontifex, qui sua humanitate & clemètia vrhem Romæ superiori bello afflictam recrearet, quam spem confirmare omnino & augere visus est, Pij nomine sibi indito. Põtifex autem maximus creatus est omnium Cardinalium suffragiis, qui quattuor & quadraginta tū comitijs apud sanctum Petrum interfuere, Carolo & Alfonso Carafis in primis, Alexandro deinde Farnesio, Guidone Ascanio, Sfortia Cameraario, Cardinalique Guisio maximè suffragantibus, hora inter septimam & octauam eius noctis, quæ diem natalitiū saluatoris nostri Iesu Christi insecuta est, año salutis MDLX. ineunte, tanta mortalium omnium qui adfuerant lætitiæ, quanta paucissimos ante eiusdem sacerdotij dignitatem peruenisse constat. Quibus ego quoque comitijs tum fortè interfui, & singula quæ gerebantur contemplatus, cuncta oculis & auribus haud segniter perlustraui. Epiphaniæ demum festo de more coronatus, meruit vnus, quod nõ temerè alij vni euenisse cõstat, vt tribus celebrioribus anni totius Paschatis festiuitatibus nasceretur, simul & pontifex crearetur, ac supremæ demum caperet insignia potestatis. Ei spectaculo magna vis hominum vndique confluit. Plerat tota ea nocte, & diei parte, vnde marmorei ante basilicam Vaticanam gradus, & eorum præcinctiones lubricæ admodum factæ erant. Ea re in solemni numerorum iactu, in eisdem scalis insignis hominum strages fuit, pecunias autè arripere cupientium: nam neque se eo impetu sustinere à lapsu poterant, nec si qui paululù titubassent, harere afflicti vestigio, alijq; super alios cadentes miserè perierunt. Circiter xviii. homines ea turba necati, supra XL. luxati & elisi, quod miserabile spectaculum fuit, ac à quibusdam ad ipsius pontificatus res gestas pro omine relatum. Põtificatus initio, quo re ipsa præstaret, quæ Pij nominis appellatione pollicitus fuerat, clementiam dico & humanitatem, omnium pene Cardinalium, sed præcipuè Carafarum, qui alioqui læsi videbantur, precibus, populo Romano omnium eorum veniam cõdonauit, quæ in Pauli III. marmoreum simulachrum, insigniaque, & sanctæ inquisitionis contumeliam, ac decus vacante sede commiserat, damna modò ac detrimenta illata, quoad posset, suis ipse sumptibus sanctæ

sanctæ inquisitionis officio sarcinæ. Ad V. Kalend Februarij basilica Lateranensi antiqua pontificum sede, v. tere instituto visitata, oratoribusq; totius orbis Orthodoxi principum, id est, Cesaris, Regum Galliar, Hispaniar, Lusitaniar, Poeniar, Nauarar, Venetorum, Allobrogum, & Florentiar ducum, Genuensium, Lucensium, Heluetiorum, qui rectè sentiunt, mediolanensium civium, Ducibusq; Ferrariar & Urbini publicis in consistorijs ad sui venerationem more superiorum pontificum receptis, animum ad ecclesiæ & urbis statum diuturna sedis vacatione, & difficili bello gesto penè labefactum, componendum conuertit. In toto pontificatu, statim alienam personam, alienos mores induisse visus est. Nam qui habitus humanus, patiens, beneficus, gratus, mitis, pecuniæ minimè cupidus existimatus fuerat, derepentè naturam mutasse apparebat. Ante omnia igitur quæcumq; Paulus IV. præter Curiar Romanar mores, & iam receptam à superioribus pontificibus consuetudinem, publicis edictis, vel diplomatis nouauerat, disquirens, ob multorum querimonias, qui se Pauli sanctionibus male habitos lamentabantur, mutauit causarum cognitionem & explicationem ad rectam communis & usurpati Iuris rationem, inductis prioribus decretis, paulatim reuocauit, idoneosq; iudices, qui questionibus huiusmodi præssent, viros graves & prudentes delegit, iudicijs ex æquo constitutis. Ferdinandi Cesaris imperatoriam dignitatem translata in eum ab eius fratre Carolo V. quam Paulus IV. improbauerat, ratam habuit, eiusq; tanquam legitimi & Catholici Imperatoris legatos per honorifice suscepit. Conclauitarum priuilegia confirmauit. In patriâ gratus, collegio doctorum mediolanensium, è quorum corpore ipse aliquando fuerat, Rotæ auditorum & Consistorialem advocatum perpetuè concessit. Sanctionem, quam ipse Paulus de bonis ecclesiasticis malè & simoniacè alienatis non mediocri multorum damno ediderat, iuxta vetera decreta moderatus est. Quam tamen paulò antè obitum in integrum restituit, Cardinalesq; Vitellium Cameraarium & sancti Georgij propinquum suum, iudicis delegauit, qui deus cognoscerent, qui sedem apostolicam quaeris ratione fraudassent, solidataque computa ac si nunquam

confecta essent, reuiderent, pecuniâ ex compositionibus ea ratione quærens. Monachorum & fratrum mendicantium, quos in monasteria, vnde potestate à superioribus pontificibus impetrata exierant, Paulus redire seuerissimo edicto coegerat, causas iterum cognosci voluit, vt ijs, qui canonicis legibus id se fecisse probassent, suum ius redderetur. Aliquot magnæ existimationis viros, quos ob hæresis suspicionem Paulus carcere affixerat, cognita eorum per sanctissimam inquisitionem innocentia, omni cum iniuria eripuit, tum suspicionem liberauit: inter hos præcipuè Cardinalem Ioannem Moronum, & Thomam Sanfelicium episcopum Cauensem. Episcopis, vt ad suas ecclesias, & curandos sibi commissos greges reuenterentur, præcepit. Vt Regressus à Paulo IV. sublato concederet, agitauit. Cæterum Concilij ab se indicendi causa ab eis sententiis destitit. Per id tempus insignis Christianis clades à Turcica classe illata est, quæ in Catholici regis Philippi classem nauibus milite & commeatu instructissimâ bellum Punicum adornantem de improviso irruens eâ oppressit, cunctosq; qui Girbæ Insulæ præsidio impositi fuerant, expugnatos, captiuos adduxit. Ea clade Christiani nauali omnino existimatione exuti, ingentem immanium barbarorum audaciam auxerunt. Pontifex interim, vel eorum memor, quæ in sui contumeliam Cardinalis Carafa in conclaui dixerat, vel Ducis Paliani regis pro ducatu Paliani compensationi (vt fama fuit) pro sororis filio inhians, aut (quod ipse aiebat) vt Romanorum pontificum propinquis salutare exemplum relinqueret, vt populos sibi creditos clementer acciperent, & publica negocia pro ecclesiæ dignitate conficerent. specie vindicandi ea critica, quæ Carafa patrum Pontifice, & bello potissimum Neapolitano patrauerant, quaestionem capitalem in eos instituit ere est aggressus. Ita vt ad VI. Idus Iunij MDLX. quo die quinto ante anno, Carafa purpurei pilei honore donatus fuerat, Carolus ipsum & Alonsum Cardinales ad consistorium profectos, Ioannem vero Caroli fratrem & Montorij Comes Paliani ducem tum vocatum, qui paulò antè ex Galesio Faliscorum oppido in vrbem cum ipsius orationis licentia venerat, vxoribusq; eius fratrem

Comitem Allifanum, Leonardumque Cardinem fratrum propinquum, nihil tale suspicantes, in Hadriani molem, & per eosdem dies aliquot alios Carafæ domus clientes in publicum carcerem conici mandauit. Omnium quæstionibus re. lutores præfecit. Urbis gubernatorem Hieronymum Fridericum, episcopum Sagonensem ministrum impigrum, audacem, & acris virum ingenuum. Alexandrum Palatierum procuratorem Fisci. Ut autem hoc iudicium ritè peragere videretur, Cardinalium quæstioni octo eiusdè ordinis patres integritate & iustitia insignes, Fridericum Casium episcopum, Bartholomæum Cuenam, Ioanem Michaëlem Sarracenum, Ioannem Baptistam Cicadam, Michaëlem Alexandrinum, Ioannem Bertrandum presbyteros, Iulium Ruereum, & Luifum Corneliolum Diaconos Cardinales adesse iussit, omnium inspectores Gubernatori & Fiscali assistentes. Quibus coram interrogati rei, Cardinalis Carafæ scriptæ litteræ productæ, & quæstionum principia agitata. Nouissima verò causæ cognitio iis non admiffis, quum per nouem menses instituta, singulorumque obiecta examinata fuissent, Pontifex seorsum quæstiones videre voluit. Postremò, ut totius iudicij series ab omnibus patribus cognosci posset, tota causæ ad pontificem pleno in consistorio ab eodem, qui quæsierat, Gubernatore diei spatium relata est non audire tamen patrum super ea re sententiæ fuisse. Tunc Carolus Cardinalis maiestatis ab ipso pontifice damnatus, & omnibus bonorum gradibus exutus, cutiæ (ut vocant) sæculari castigandus traditus est: qui cum Comitibus Montorij & Allifano, Leonardoque Cardine ab urbis Gubernatore maiestatis & homicidij damnatis, morti est addictus, iudicijque rerum capitalium mandatum, ut iuxta ciuiles sanctiones lege in eos ageret. Sic sententiis in cardinalem à pontifice, in Ducem verò à Gubernatore urbis subscriptis, Carolus in Hadriani mole carnificis manu nocte, quæ nonas Martias præcessit, strangulatus: Comitibus & Cardines in Turris nouæ carcere capitali supplicio affecti, maximè memorabile spectaculum, insolensque instabilis fortunæ ludibrium, in publico ad pontem Aelium expositi, & paulò post ad damnatorum sepulchra relati, populo Romano

attonito, & quorsum isthæc tenderent admiranti, præbuerunt: ijs verò qui secundi ori aura altius prouecti, extra omnem formam sese collocatos existimant, documentum memorabile, quum omnes passim confluerent ad eos spectandos, qui miserabiliter ab eo pontifice, quem ipsi potissimum ad tantæ potestatis culmen euexerant, extincti, nutu, renutuque suo cuncta moderabantur. Ducis præsertim cæsura animo reputantes, quem paulò antè insigni militum & equitum manu stipatum, ac per urbem more penè Regio incedentem conspexerant, tunc verò eius corpus capite truncum miserabili adpectu publicè collocatum viderent. Illud memoratu dignum, utrosque fratres non solum religiosè & piè, quemadmodum optimos Christianos decet, cum poenitentia sacramento excessisse, sed fortissimo animo tantam calamitatem, perinde ac à Deo iussam, accepisse. Ducis admirabilis constantia fuit, qui paulò ante obitum & socios metu cædis consternatos egregia oratione ad mortis contemptum adhortatus est, & litteras pulcherrimas filio iuueni scripsit optimis monitis refertas, quibus ei Christiano more bene precabatur. Cardinalis cadauer in propinqua diuæ Mariæ Transpontinæ ad publico sepulchro datum, mox ab eius familiaribus ad Mineruæ translatum, & in familiæ eius sacello conditum est. Inter multas præcipuè damnati Cardinalis causæ in quæstionum codicillis relatae sunt, quod senem pontificem Paulum, quâquam in bellum prouum, tamen bellicarum rerum imperitum, falsis nuntiis & consiliis decessisset, multos & maxime dignationis viros eius belli occasione vexare iussisset: quodque varias litteras & notas arbitrarias emittit, eius vniuersæ præcipuè opera quinque annis inter reges Hispaniæ & Galliæ iētis induciis fractis, totum id bellum, quod Paulus gessit susceptum, diutiusque non sine magno Sedis Apostolicæ detrimento productum fuisset. Comiti præter crimen lætæ maiestatis, & fociis, vxoris grauidæ & adulteri indictæ causæ cædes obiectæ. Fuerunt plerique eo tempore iureconsulti, qui constantissimè asseuerarunt, iudicium id iniquum fuisse, quum Cardinalis sine testibus, ex suis tantum litteris, eorum redargutus damnatusque fuisset, quæ Pauli III.

iussu ab se facta esse cōtendebat, iis quę sibi
 obiecia fuerāt more Romano quęstioni &
 tormento subiecto, nō expressis dilationi-
 bus quas petebat nō concessis, patronis ve-
 rō eius rarō auditis. Pontifex verō videri
 voluit, eos nō eo cōsilio vinxisse, vt morti
 traderet, at in quęstionibus habendis exacer-
 cebatur, magnitudinem demum rei intel-
 lexisse, quum ei persuasum esset, Cardinale
 animi excelsi & intrepidī, si dimitteretur,
 in suō ū quempīā aliquando impetū factu-
 rum. Quo timore eum semel grauissimē le-
 sum tolli iussit, in reliquos clemētius, quos
 minus peccasse profitebatur, haud dubiē a-
 cturus, ni fortana iis aduersa pontificis in-
 fammatū animum impulsisset, vt eos potius
 perdendos, quā Cardinale cōseruandum
 existimasset. Aliquātō mitius cum Alfonso
 Cardinale, qui mansuetę continentisq;
 naturę haud dubium specimē dabat, actū:
 ipse nanque, qui die obitus pontificis quę-
 dam ē cubiculo eius subripuisse accusatus
 fuerat, centum millibus aureorum Vitellij
 Cardinalis studio cōparatis, persolutis, Ca-
 merę apostolicę pręfectura multatus, cum
 reliquis omnibus liberē ea conditione ta-
 ment dimissus est, ne vrbe egrederetur. Re-
 gentatur munus ā Paulo IV. institutum Al-
 fonsi Cardinalis nomine pōtifici cessit Vit-
 tellius. Qui illicō eo abrogato, vetus audi-
 toris camerę officīū restitutū, Flauio Vrsi-
 no episcopo Murano quadraginta aureo-
 rum millibus vendit. Imperatorē Cęsarem
 Carolum V. August. & ipsius filiū Philip-
 pum Hispaniarū Regē innocentes esse pro-
 nuntiauit, & cunctis, quę ei ā Paulo IV. ob-
 iecta fuerāt, absoluit. M. Antonio Colum-
 nę cognita ipsius causa, paternū principa-
 tum, quō ā Paulo IV. spoliatus fuerat, resti-
 tuit. Capti pid tēpus, & in Hadriani mau-
 soleū coniecti sunt duo alij Cardinales,
 Innocētius de Monte, & Scipio Rebiba Si-
 culus: ille homicidij reus factus, quōd per
 proximi interregni Pontificij tempora pa-
 trem & filiū, caupones interfecisset: hic tā-
 quam Carasarum arcanorū conscius. Vtri-
 que post annum liberē dimissi. Montanus
 quidē opulētissimis tribus sacerdotiis san-
 ctę sabbę, Cryptę Ferratę, & Miramundi
 spoliatus, Tibur relegatus est. Miramun-
 dum magnę hospitali domui Mediolanēsi
 pōtifex addixit. Cryptam Ferratam dimi-
 diatis redditibus Alexandro Farnesio car-

dinali ea lege tradidit, vt cōtidem redde-
 ret: ex sanctę Sabbę redditu montem inhi-
 tuit. Rebiba verō in nullo crimine cōper-
 tus, qui Archiepiscopatu Pisano, quem ā
 Paulo IV. obtinuerat, paulō antē multatus
 fuerat, cuius vicę episcopatum Troianum
 tunc, Constantinopolitanum verō patri-
 archatum paulō ante Pij obitum recepit.
 Interea pontifex more aliorum pōtificum
 iam recepto, fororum filios & filias ad se
 euocatos, variis & nobilissimis matrimo-
 niis & dignitatibus honestatos, ad subli-
 mes honores euexit. In his Carolū Borro-
 mæum iuris scientia præditum, & Marcum
 Sciticum Altæmpsum sororū filios in pa-
 trum collegium adsciuit, Borromæumque
 perhumanum, modestissimum, pientissi-
 mumque virum negociis omnibus Eccle-
 siasticis tractandis præfecit. Eius fratrem
 Fredericū Comitē Aronę, qui Virineā Ru-
 uereā Guidonis Vbaldi Vrbinatiū ducis fi-
 liam vxorem duxerat, regia Carasarum cō-
 pensatione donatum, totius militię eccle-
 siasticę gubernatorē, mox ducem genera-
 lem cum menstruo mille aureorū salario,
 tradito solēni ritu baculo, creauit, & (vt
 fama fuit) Camertiū principatū ei tradere
 constituens, litem Farnesis intentauit, qui
 eam Toparchiam sene apostolicę restitue-
 rant, Parmę & Placentię ducatu obtento.
 Tres Cardinalis Borromæi ex patre tātum
 sorores nobilissimis matrimoniis iunxit:
 vnam Fabritio Columnę puerulo M. Anto-
 nij filio despōdit, alterā Fabritio Gesualdo
 Luisij Consani Comitē ditissimi hominis
 filio, tertiā alterius sororis suę filio Hāni-
 bali Comiti Altæmpsi. Ducem Florentię
 & Senarum Cosmū Medicem, Romam cū
 vxore Eleonora, Ibanne Cardinale, &
 Garzia filiis ad se salutandum venientem,
 magnifico apparatu Palatinis ædibus excep-
 pit. Quę veteris vrbs admirabiles ruinas
 videndi studio auidū, per integrū diē vbi-
 que circumduxit. Is postremō patribus cū-
 ctis sigillatim salutatis, & publicis aliquot
 supplicationibus cæremoniisque cū in-
 terfuisset, post alterū demū mensē disces-
 sit. Pius enim hospitalitatis studio maxi-
 mē tenebatur. Nam præter Florētinum
 ducē, eius filium Principem, qui anno in se-
 quenti Romam venit, Urbini & Mātne duc-
 ces, Tendilię Comitē, & Luisium Abulen-
 sem Philippi regis extraordinarios orato-

res, lautissimè regio more in Palatinis edibus excepit. Per id tempus Abdysu, id est, seruus IESV Christianorum Orientalium trans Euphratem cômorantium maximus patriarcha, vir doctus, Chaldaicis, Arabicis, & Assyriis litteris ornatus, cuius iurisdictio interioribus vsque ad Indos penetrat, Româ ad Apostolorum limina, & pontificem salutaturus, cum aliquot sociis lógissimo itinere peruenit, vt ab eo cõfirmatus pallium de corpore sancti petri susciperet. Pontifici oblatu ei perpetuam obedientiam promisit, & per interpretè Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidem professus est, cuius syngrapha in Concilio Tridentini sessione xxii. lecta eiusmodi fuit: Confessus sum puro corde, & fide non ficta coram Reuerendissimis D. D. Mi. hæle tituli S. Sabinæ Alexandrino, & M. Antonio tituli S. Marcelli Amulio Sacræ Romanæ Ecclesiæ presbyteris Cardinalibus, in hac formam, ego Abdysu filius Ioannis de domo Marcia, ex ciuitate Gezira in Tigridi flumine, olim Monachus sancti Antonij monasterij sanctorum Rochæ & Ioannis fratrum electus, primas, siue patriarcha ciuitatis Muzalæ in Assyria Orientali, iuro quòd ita corde credo, & ore confiteor, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidem approbatis omnibus & singulis illis, quæ ipsa approbat, & damnatis similiter omnibus, quæ damnat, amplector & promitto, & omnes fratres meos Metropolitans siue episcopos ac diœcesanos, quouis modo meæ iurisdictioni subiectos, ita tenendum & credendum esse docebo, & modis omnibus pro quib⁹ potero persuadere conabor. Ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. In quorum fidem hanc meam fidei professionem & attestationem manu mea scripsi, &c. Actum Romæ die VII. Martij, anno MDLxi. De multis & difficilissimis quæstionibus interrogatus, scitè respondit. Cunctos veteris nouiq; testamenti libros, antiquos græcos, latinosq; patres, quibus nos Catholici vtimur Chaldaica, Assyriaca, & Arabica lingua versos, & alios nobis ignotos, quos memoriter tenebat, se legisse dixit. Cunctos ferè S. R. Eritus & sacramenta apud suos seruari docebat. Vt Concilij Tridentini decreta ad se mitterentur, rogauit. fidem christi ab Apostolis, Thoma, Thaddæo, ipsorumque discipulo Marco, maiores suos accepisse, & hodie re-

tinere professus est. Redèntem in patriam pontifex, auctore M. Antonio Amulio Cardinale, qui eum Romæ agentem fuit, amplis muneribus liberaliter donauit. Eum aliquândo per interpretem alloquutus, virum eruditum & grauè animaduerti. Eius iam ad suos reuersi litteras Romam allatas vidi. Cùm verò Põtifex ab ipso summi sacerdotij initio, labanti Christi ecclesiæ cõfirmandæ assidue intentus esset, generale Cõcilium præcipuè appetere semp præ se tulit, quod superiores pontifices nõ admodum cupere visi sunt, vel saltè negliègtius quàm par esset, habuere. Solènius igitur iubileo, ieiuniis & supplicationibus, à Vaticana Basilica ad Mineruæ habitis, quibus Pontifex cù Cardinalibus & Florentiæ duce pedes incessit, publicatis litteris, generale Christianorù concil. Trident. profequendù esse, & proximo Paschate anni MDLxi. iterù inchoandum indixit. Illud verò ante omnia memoratu dignù, quòd ipse id ab aliis postulari, què admodù mos est, non expectauit, sed vltro oes qui Christiani nominis censentur principes & reges, per legatos & litteras ad rem adiuuandam incitauit, hortatus est, & quoad eius fieri poterit, ad Cõcilium generale instaurandù celebrandumq; cõpult, vt eo saltem remedio, quod in calamitosissimis tẽpõribus ecclesia semper maximum esse duxit, omnibus iam prouineis deprauata religionis vitio laborantibus, pessimeq; affectis, aliqua medicina adhiberetur. Verùm eniuuèrò ortæ controuersia, cõtinuatio ne fieret Concilij Tridentini, an noua indictio, Põtifex salubre temperamentum, quo animos omnium cõponeret, inuenit, dum in promulgationis diplomate ea verborum formula vltus est, qua & vtriq; parti fieret satis, & Tridentino Cõcilio sua salua maneret auctoritas. Cuius indicti Cõcilij diploma, cùm catholici principes Ferdinãdus Cæsar, philippus Hispaniarum, Carolus Galliarum, & Sebastianus Lusitania Reges, itè alij Orthodoxi principes ratù habuissent, omnibus suarum prouinciarum episcopis, & iis, quorum præsentia requirebatur, vt eò proficerentur iussere. Angliæ regina Helisabet Lutherana labe polluta, Hieronymum Martinengum abbatem ad se à pontifice Cõcilij causa legatum missum, audire quum recussasset, è Belgio in insulam trajcere prohibuit.

buit. Germani principes, qui noua & falsa dogmata sequuntur, Zachariã Delphinum pharensem, & Ioannẽ Franciscum Comendonum Zacynthium episcopos, oratores pontificios honorificè quidem suscipere, verum quum nihil sibi esse cum pontifice Romano negotij, & de ea re ad Cæsarem se relaturus dixissent, eos re infecta dimiserunt. Horum Delphinus superiore Germania, ad cuius principes pontificius orator erat, peragrata, apud Cæsarem legatus apostolicæ sedis permanere iussus est. Cõmendonus verò Germania inferiore, Saxonia, Rhenanis oris, Belgis, Lotharingis, deinde Germania superiore & Baiouaria percursis, cunctisq; illarum regionum episcopis ad Concilium inuitatis, in Italiam, Tridentum, deinde à põtifice vocatus ad urbem reuersus est: postea ad Polonos nuncius est ablegatus. Tridentum interim more à maioribus accepto, Põtifex apostolicæ sedis Legatos Herculẽ Gonzagã Mantuanum, Hieronymum Seripandum Neapolitanum, fratrem Augustinianorum olim magistrum, & Stanislaum Hosium Polonum tunc ad Cæsarem legatum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales viros amplissimos, cõfestim ire iussit, quibus haud ita multò post Iacobum Simonetam Mediolanensem, & Marcum Sciticum Altempsium Germanum sororis filium Cardinales ab se creatos, legatos adiunxit. Nam inter sex & quadraginta, quos quattuor lectionibus vel in gratiã principum, vel ob insignem doctrinam & religionẽ, vel de sede apostolicã bene meritos, vel sanguine cõiunctos, aut veteri familiaritate acceptos creauit Cardinales, sacrarum litterarum scientia, morum grauitate & vitæ sanctitate Seripandus & Hosius in primis fulsere. Præter hos viri clarissimi fuere Granuellan^o, Amulius, Nangerius, Syrletus, & alij complures. Ad Concilium ex Italia & Hispania frequentes patres conuenere: ex Germania, Polonis, Vngaris, & Bohemis Catholicis pauci, causantes ne ipsis absentibus episcopatus sibi cõmissi inhiantium hæreticorum armis lacerarentur. Non multi ex Gallis, quod opulentissimum & christianissimum vsque ad nostra tempora, & Apostolicæ sedi obsequētissimum regnum ferilibus & iniuriatõis Orthodoxorum & hæreticorum, qui nouo nomine Hugonoti vocantur, dissidiis cõpletum esset. Hi ab Henrici regis infau-

sto obitu puerorum Regum Francisci II. & caroli IX. adolesecẽtia & orbitate abusi, Luisio Borbonio principe condonensi, & Caspare Coligneo (quem Amiralium vocant) præcipuis auctoribus & ducibus, quõ in omnibus Galliis, tum præcipuè in Narbonensi, rerum nouandarum & mutandæ veteris religionis auidissimi, cum multuariis equitum peditumq; ingētibus copiis collectis, catholicos rapinis, cædibus, & incēdiis vexare, ac sæuissimè persequi non cessabant. Lugdunum totius Galliæ emporium, Aurelia, Rothomagus, Apamix, Biturigium, Blesium, Pictaui, Matisconum, Valētia, Mons Pefulanus, Nemausus, Bitena, & multę præterea ciuitates ab ipsis captæ, ijs calamitatibus inuolutæ sunt. Quorum furori & amentia à Regis nutritiis, & consiliariis seuerissimis edictis primùm, mox armis obuiam itum est. Post multas clades Blasius Monlucius præfectus Aquitanix sex millia Hugonotum duce Durasio pugnantium cæcidit. Pontifex quoq; taenda Auenionis & finitimæ regionis causa, vbi maximè hæreticorum perfidia grassabatur, aliquot militum cohortes conscripsit Fabricio Sorbellonio consobrino eius Prouinciæ præfecto. Qui Lucẽ Antonij Thomasonij interamnatis strenui & multę experientia copiarum ducis forti fidelisq; opera vsus, Auenionem in fide Hugonotis Prouincia submotis continuit, Aurantium ipsorum oppidum haud longè ab Auenione situm vi captum deleuit, præsentisq; periculo & calamitate Prouinciã liberauit. Lucẽ Antonij industriã Honoratus comes Sumariæ Tendæ princeps regij exercitus in Prouincia dux intelligens, quum acriter ab Hugonotis premeretur, cum Auenione in tuto posita, cum cohorte sua in regis auxilium euocauit. Cuius præcipuè virtute Sistaricum urbem munitissimam, quo se Auenione pulsus hæretici, & alij ex omni Narbonensi tanquam in asylum contulerant, obsedit, sex millia ipsorum obsessis auxilio venientium, deleuit, urbẽ vi expugnauit & diripuit. In eo victoriæ cursu Zatum ab Hugonotis obsessam iis in fugã actis, periculo liberauit. Lucas virtutis ergò ab Imperatore Gallo insigni aureo torque donatur. Gallia verò dissidio religionis à domesticis hostibus vexatã pecuniis Põtifex adiunxit. Legatum eò misit Hippolytũ Esten-

sem Cardinalem Ferrariensem, qui turbatq̄ religionis rebus remediū aliquod afferret. Rebus ad arma excitatis multæ hominum strages editæ, horribilia supplicia ab Hugo notis catholicis, & præsertim viris religiosis illata. Per id tēpus Concil. Trident. initio Pontifex Iobilæū denuo indixit, solemnia ieiunia celebravit. Supplicationes à Sancti Petri ad sacrâ Popularem ædē haberi voluit. Concilio porrò Tridētino sub Pio IV. initio anni MDLXII. principiū datum. Quod magnis incrementis produci- tur, pontifex Romanæ Curix disciplinam percurbatā, & solutos aulicorū mores omni ope & cōtentione corrigendos & restituendos curavit, multa quæ deprauata erāt, salutaribus sanctionibus correxit. Quæris præcipua? Ante omnia publicis sanctionibus patrum omniū subscriptione firmatis, cōciuiis & comitorū Romani pontificis rationem ad vetera decreta moderatus est, legemq̄ saluberrimā iis remediis, quibus temporum malitia opus esse mōstravit refertam, sanxit. Decreuit, vt si in concilij celebratione Romana sedes vacaret, noui pontificis electio penes Cardinales tantū esset. Illud edito diplomate sanxit, vt nemo Romanus pontifex sibi successorē deligere posset. Cancellariæ, eiusdē correctoris, contradictarū cameræ apostolicæ, eiusdem auditoris ac tribunalis, camerarij, pœnitentiariæ, iudicij XII. virorum Rotæ, signaturæ, gratiæ & iustitiæ, gubernatoris, Senatoris, conservatorum, procuratoris fiscalis, notariorum, scribarum, & alia vrbis officia, magistratus tribunaliaq̄; seuerissimis edictis emendauit. Magistratibus cunctis edixit, ne quid contra eiusmodi ab se edita decreta cōficerent. Causarum ciuiliū, Notariatus cameræ apostolicæ applicauit, eorū mercedes limitauit. Causas fcales, & rerum capitalium questiones, & multa ad ius ciuile, in quo exercitatus admodum fuit, pertinētia, hominum malitia deprauata correxit. Carcerum & custodum salaria limitauit, extorsiones coercuit. Homicidas homines, ficiarios, facinorosos, & ceteros huiusmodi, qui à magistratibus absoluti non fuissent, Pij II. Xysti I v. Innocentij VIII. Iulij II. Clementis VII. legibus repetitis, vrbe, & omni ecclesiastica ditione exegit, illorum absolutiones, multis difficultatibus interiectis, difficiliore s. Sclopetos, qui duorum palmorum

mensuram non excederent, prohibuit. A- syla omnia, quæ tam in Cardinalium & ratorum principum ædibus, quàm alibi in vrbe erant, sustulit, & contra eos, qui publicis listoribus sese opponerent, & iuridicorum edicta contemnerent, grauias decreta promulgauit: iis, qui fidem publicam ob eas res obtinuissent, priuilegiū aboleuit: Pœnarum absolutiones, quæ reis & damnatis hominibus imponerētur in omni ecclesiastico imperio, à ciuitatibus & priuatis magistratibus, ad fiscum pontificium perpetuo transtulit, quum in damnatorum gratiam minus ab eisdem exigi cognouisset, vt ea etiam ratione quæ cœperat perficiēdis pecuniam compararet. Eos porrò qui decoxissent, & beneficio capitulorum, O D O A R D V S & P E R V E N I T, vt soluerent à creditoribus adigi nō possent, pileum viride, ferre graui sub pœna à Paulo IV. antea lancita, voluit. Sacerdotiorum & præsertim cardinalatus ambitum prohibuit. Illicitas pecuniarum translationes, quæ cambia sicca vocantur, reuocauit. Clericis vrbe incolentibus testamenti cōdendi potestatem, & alia priuilegia confirmauit & auxit. Eos, qui libellos famosos ederent, corripuit. Egentes & deliros homines, molesta & fallaci mendicitate sublata, certis locis distributos nutriri præcepit, præfecto ad pium opus Antonio Lomellino protonotario, ceterum ab eo cōsilio rei difficultate destitit. Idem de quæstuariis, qui sancti Antonij, sancti spiritus, Fabricæ Vaticanæ, & eiusmodi similiū nomine, specie indulgentiarum ab imperito vulgo pecunias emulgebāt, iussit. Indulgētis & c. Eas oēs & quæstus reuocauit, quæ à quæstuariis à nobilissimis ecclesiis ad varia delubra extēsa fuissent, potestate instituti ecclesias, sacella, societates, phetrias certis quibusdā hospitalibus domibus eripuit. Lateritia mortuorū monumenta, quæ passim ecclesiarum ornatū fœdabāt, tolli iussit. Seuera Pauli IV. in ludæos edicta moderatus est. Vrbe annonam procurauit, præfectis aliquot viris industriis creatis. Philippo Hispaniarum regi ex redbibus omnium Hispaniæ sacerdotiorum septingenta millia aureorū concessit, quibus septuaginta triremes contra Turcas parari, instrui, contineri possent, septem millibus aureorum in singulas distributis. Interim

Concilio Tridentino finis impositus est, quod à Pio IV. Tridenti restitutum, biennio ferè continuatum fuerat. Sessiones nouem veteribus sexdecim additæ. Quarum prima, quæ decima septima à Concilio primum sub Paulo III. inchoato erat XV. Kal. Febr. anni salutis MDLXII. celebrata, vt concilium prosequeretur sancitum: decima octaua, decretum de librorum delectu, & cunctis ad synodum fide publica inuitandis: decima nona & vigesima, nihil memoratu dignum actum: vigesima prima, communionis sub vtraque specie, & paruulorum doctrina & canones promulgati. De reformatione ecclesiastica tum primum actum: vigesima secunda, sacrosancti Missæ sacrificij quæstio explicata. Interea Mantuano & Seripando legatis initio anni MDLXIII. vita functis, à sede apostolica in eorum locum noui legati Cardinales Moronus & Nauagerius missi, Altempus verò reuocatus: vigesima tertia sessione ordinis sacri, vigesima quarta, Matrimonij sacramenta explicata, Reformatio ecclesiastica continuata vigesima quinta, nouissima sessione, III. & pridie Non. Decèb. anni MDLXIII. graui pontificis morbo, quo de eius vita dubitatum est, audito, accelerata, patres de igne purgatorio, de inuocatione, veneratione, & reliquiis sanctorum, de saceris imaginibus, de indulgètiis, de delectu ciborù, de ieiuniis, de diebus festis, de Catechismo edendo, breuiario & missali reformandis, de Concilij Tridentini saluberrimis sanctionibus seruandis, non minus pia, quàm prudentissima decreta promulgarunt: reliqua verò, quæ supererant reformationis capita sanxerunt. Quibus confectis, summo omnium patrum consensu decretum est, vt cunctorum, quæ in Concilio acta essent, confirmatio ab apostolica sede peteretur.

Cardinalis verò Moronus primus legatus Concilio præsidens, sinè Concilio iis verbis fecit: Post gratias Deo actas, Reuerentissimi patres, ite in pace. Ab vniuerso cœnu, Amen, responsum, atque ita Concilio Tridentino finis feliciter datus est anno xvii. postea quàm primum à Paulo III. Mantuæ indictum fuerat: à prima verò sessione Tridèti celebrata decimo octauo. Durauit omninò annos quinque, biennium sub paulo III. annum sub Iulio III. biennium iterum sub Pio IV. vniuersis porrò Cõ-

cilij decretis subscripserunt patres, quibus ea potestas erat, CCLV. Hi fuere legati Cardinales LV. Moronus, Varmiensis, Simoneta, Nauagerius: Cardinales non legati duo, Lotharingus Archiepiscopus Remensis, & Madrucius electus Tridentinus: Patriarchæ tres, Hierosolymorum, Aquileiensis, Venetus. Archiepiscopi xxv. Episcopi CLXVIII. Abbates vii. Procuratores absentium cum legitimo mandato xxxix. Magistri generales ordinum vii. Interfuere tantè synodo, præter eos qui subscripserunt, oratores Cæsaris Ferdinandi, Regù Francorum, Hispaniæ, Lusitaniæ, Venetorum, Heluetiorum, Ducum Bauariæ & Florentiæ, Iuris Cæsarei pontificiique doctores Concilio necessarij tres, Auditor retæ aduocatus consistorialis, Promotor, Theologi clerici non claustrales xx. ex quinque Mendicantium ordinibus circiter Lxx. à suis magistris, variis principibus & Episcopis vel missi, vel euocati. Ex ordine Prædicatorum xx. Minorum obseruantium x. totidem Conuentualium. Eremitarum xv. Carmelitarum x. Seruorum aliquot. Ministri, Concilij præter Commissarium & Secretariũ, qui Episcopatu fugebantur, fuere, Scribæ duo, Cursores duo Cæremoniarum magister, Medicus, Depositarius, Torerius, Diaconus, & subdiaconus cum cantoribus xii. Grandem huic concilij celebrationi pecuniarum summam absumpsit pontifex Pius, quippe cuius menstrua ad vitæ sustentationem salaria Legatis, cùctis inopia pressis Episcopis & sacerdotibus omnibusq; ministris liberalissimè tribuerit. Id muneris antiquitus imperatorum erat. Dum Tridenti concilium celebratur, cardinalis Lotharingus Romam veniens multa de concilij exitu, quem pontifex expensarum magnitudine oppressus, mirum in modum exoptare videbatur, cum eo tractauit. Qui per eos dies grauissimis febris, catharri, podagra, cruciatibus, & alui profusio laborans, animi corporisque viribus ita destitutus aliquando fuit, vt mors eius à multis secutura crederetur. Cui rei nuntio legati permoti (Moroni præcipuè id opus fuit) æ interregno pontificio concilium apertum esset, iustissimis de causis synodi finem maturarunt, & incredibili dexteritate, quum plerique patres, Hispani præcipuè, resisterent, rem confecerunt.

Pontifex valido corporis robore subleuatus, ecclesię sacramentis de more susceptis, triduo potit conualuit. Qui concilij exitu audito, quanquã adhuc viribus debilis. patres in cubiculũ euocauit, quibus aduersã valetudinis suę, & concilij finis rationem reddidit, Deo gratias agens oēs ad sacrosanctas ecclesię sanctiones seruandas, & ne quid præter eas ab se peterent, hortatus est. Celebresq; pro aded felici exitu supplicationes indixit. Oblata verò sibi cõcilij decreta, Morono, Sarraceno, Cicadã, Alexandrino, cardinalib. inspiciẽda, examinãda, ad seque referenda tradidit. Quo facto legati, Moronus & Simoneta, qui Romã tunc r. dierant, cõcilij nomine, quibus id publicè demãdatum fuerat, omnium in eo actorum confirmationem petierunt. Quorum rogatu Pius papa VII. Kal. Februa. anni MDLXV. in consistorio secreto cuncta cõcilij acta, tam ea, quã sacra dogmata, quam quã reformationem ecclesiasticam respiceret, comprobauit, amplissimũque more maiorum confirmationis diploma plumbo ob signatũ publicauit. Tridentino igitur concilio absoluto, ex eius decretis mores denudẽ emendare, sacerdotia ad veteris formam instituti reuocare Pontifex curauit, pluraq; edicta promulgauit ad cõcilij obseruationem necessaria. Primum tempus præscripsit, quo eiusdẽ decretis seruandis homines tenerentur. Ocho patres cardinales delegit, qui ea seruare facerẽt: hi fuẽre, Moronus, Sarraceno, Cicada, Alexandrinus, Araceli, Simoneta, Borromæus, Vitellius. Modũ, quo Doctores ad episcopatũ postea promouendi crearentur, præscripsit. Hãc fidei formulam, quam episcopi designati profiterentur, instituit.

Ego N. firma fide credo & profiteor, omnia & singula, quã cõtinentur in symbolo fidei, quod sancta Romana ecclesia vtitur: videlicet, Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilem omnium & inuisibilem. Et in vnum Dominum Iesum Christũ filium Dei vni genitũ: & ex Patre natum antẽ omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero: genitum, non factum; consubstantialẽ patri, per quẽ omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descendit de cœlis: & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Vir-

gine, & homo factus est: crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: & resurrexit tertia die secundũ scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexterã patris: Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre & filio siue adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas: Et vnã sanctã Catholicã & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnũ Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdẽ ecclesię obseruationes & cõstitutiones firmissimè admiro, & amplector. Item sacram scripturã iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarũ scripturarũ, admitto, nec eam vnquã nisi iuxta vniuersũ consensum patrũ accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque sepe esse verè & propriè sacramenta nouę legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutẽ humani generis (licet nõ omnia) singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiã, Pœnitentiã, extremam Vnctionem, Ordinem, & matrimoniu, illaque gratiã conferre: & ex his Baptismum, Cõfirmationem, & Ordinẽ sine sacrilegio reiterari nõ posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesię Catholicę ritus, in supradictorũ sacramentorum solemnĩ administrationẽ, recipio, & admitto Omnia, & singula, quã de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synhodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verũ, proprium & propitiatorium sacrificiũ pro viuis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistię sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem vnũ cum anima & diuinitate domini nostri Iesu Christi, fierique cõuersionem totius substantiã panis in corpus, & totius substantiã vini in sanguinẽ, quam cõuersionem Catholica Eccl. sia Transubstantiationem appellat. Iteor etiã sub altera tantũ specie totum atque integrum Christũ, verumque sacramentũ sumi.

Constante teno, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuari. Similiter & sanctos vnâ cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationis Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissime assero, imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem & uenerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque vsu Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, Apostolicam, Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem & magistrâ agnosco, Romanoque Pôntifici beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro. Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis Cõciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina synhodo, tradita, definita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hereses quascunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsentem spontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum cõstantissime (Deo adiuuante) retineri & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Episcoporum residentiam grauissimis sub pœnis sanxit: paulò temperatius de Parochiis edixit, qui minora sacerdotia possiderent, quæ nõ nisi viris dignis, præmissis accurato examine, conferri uoluit. Clericos, qui sacerdotia obtinerent, togatos, & honesto clericali habitu indutos incedere iussit: grauesque pœnas cunctis non residentibus sacerdotibus infixit, contra eos legem edidit, qui eadem sacerdotia in confidentiam (vt dicitur) vel darent, vel susciperent. Matrimonia clandestina, & uel à Cõcilio abolita priuatim grauissimo edicto prohibuit. Græcos in Calabria prælatos episcoporum Latinorum potestati subie-

cit. Ordinis Hierosolymitani priuilegia renouauit. Militiam sancti Lazari Hierosolymitanam temporum iniuria labefactam renouauit, priuilegiis auxit. Noui sancti Stephani militum ordinem Cosmo Florentiæ duce auctore, instituit. Quum Philippus Hispaniarum Rex, & Carolus princeps ipsius filius canonizationem B. Didaci expeterent, ipse, qui rem examinarent, cõstituit Cardinales, Moronum, Sarracenum, Alexandrum Vitellium. Aedificandi nobili & generoso studio incensus, urbem purgare, augere, & pulcherrimis ædibus uisusque ornare constituit. Multa uetera & publica ædificia, tam in Palatio & hortis Vaticanis, quàm in reliqua urbe vel uetustate collabentia, vel imperfecta, vel quæ omnino esse desierat, reparare & perficere aggressus est. Leonianam urbem (quæ Burgum uocatur) crassissimo muro laxauit. Arcem sancti Angeli nouis muris & propugnaculis cinxit, Palatio & uilla Vaticana, aulis, cameris, tricliniis, cœnaculis, recondidit, & porticibus uel reedificatis, uel nouis factis, laquearibus aureis, & uariis egregiorum artificum picturis exornatis. Hortos uero Pontificios, ædificia, porticum, atrium, lymphaeum, cubiculis, & turri ædificatis circumdato fonte, nobilissimis signis, emblematicis, & opere tessellato cõdecoratos, pulcherrimos reddidit. Inter salariam & Nomentanâ portam, & uiam Pias publicam cõmoditati ac dignitati in Quinque dorsi aperuit & muniuit. portam & uiam Flaminias melius & lautius refecit. Viâ Aureliam penitus obstructam & ignotam pristino uisui restituere curauit. Viâ Campanâ porta cœlimontana, in editiorem locum translata reficere cœpit, Aquam Saloniâ, quâ antiqui Virginem appellarunt, ante annos mille ademptâ, purgato fonte, & renouatis formis, urbi restituere uoluit. Ostiabello Neapolitano, Anconem uero, Centumcellas (quæ nunc ciuitas uetus dicitur) uetustate disiectas, mœnibus, portibus, arcibus sepiuit ac muniuit. Rauennam urbem ciuium numero & uirtute instructâ, firmis propugnaculis tutâ reddidit, Palatiû Pontificum Capitolinum à paulo III. deformatum, refecit. Prætorium capitolinum Triumuirorum urbis conseruatorum à fundamentis mirabili opere inchoauit. Turrim Palatii sancti Marcelli renouauit. Scholas, quibus sapientia & professores Bononiæ docent, magnificentissimè

tiffimè refecit, Romæ verò inchoavit. Papiæ cõlegium instituit. Villam Iuliã miræ amœnitatis, ædificiorumque elegantia conspicuam cameræ apostolicæ assignatâ, Pontificum secessui, excipiendisque Cardinalibus, vel Oratoribus, & Principibus Romam venientibus, perpetuo vñui esse voluit, quam etiam instaurare & perficere aggressus est. Lavacrum ad Velabrum & Turres Campanarias basilicæ Lateranensis refecit, eiusdem laquearia aureis emblematibus exornata exstruxit. Thermas Diocletianas vetustate corruptas S. Mariæ Virgini Dei matri dedicatas, magnificètissimo templo in sacra ædem, & Carthusianorum Cœnobium menstrua quingetorum aureorum solutione conuertit. Templum sancti Petri Vaticanum toto terrarum orbe celebre, additis mensuris salariis perficiendum curavit. Titulos, & Diaconias Cardinalium, & reliquas vrbis sacras ædes vetustati collabentes, vel deformes, præfessitanti negotio Iacobo Sabello Cardinale eius in vrbe Vicario, Marco Antonio Maffeo Archiepiscopo Teatino, & Ascanio Cæsario episcopo reparari iussit. Cardinales sancti Angeli, Politianum, Sabellum, Amulium, & Camerarium prouisioni ad coercendas Tiberis inundationes præfecit. Officinam libris sanctorum patrum accuratè & integrè imprimendis instituit, accito Paulo Manutio Aldi filio, viro tum in eafacultate, tum vario litterarum genere claro, qui ei muneri præfessit. Quibus rebus peragendis, & magno are alieno, quo sedes apostolica obstricta erat, tollendo, cum ingens pecuniæ vis requireretur, quum alia non pauca, tum verò Montes aliquot perpetuos, & equites Pios instituit, variisque tributis, vestigialibus, & pecuniarum indictionibus vrbem, & ditionem omnem ecclesiasticam oneravit. Montes enim Pium perpetuum, & S. Spiritus non vacabilem condidit, illum quidem quadringentorum decem millium aureorum, vnde septeni anni cum dimidio pro centenis aureis capiuntur, hunc verò centum aureorum millium, ex aliquot redditibus monasterij sanctæ Sabbe, quod Cardinali Motano ereptum, magne Hospitali domui S. Spiritus adiunxit, ex quibus octoni anni perpetuo pro centenis aureis habentur. Equites quoque Pios DXXXV. multis & amplissimis priuilegijs ornatos, duabus lectioni-

bus induxit, quibus & Monti Pio macelli superadditum vestigial carnis quadrantarium, quod perpetuum esse voluit, in omni ditione ecclesiastica, præter vrbem, & Bononiam assignauit. Cui ob equites Pios Camertium redditus fisco applicatos, Ripæ, Ripettæ, Vrbanaum mercium, & directi Triremium vestigialium partem adiunxit, pro ducetis sexaginta septem millibus, & quingentis aureis ab eisdem equitibus apostolicæ sedis subsidio persolutis, quorum annus redditus est XXV. millium CDLXV. coronatorum. Ad hæc alterum carni quadrantem, frumento molendo, & vino peregrino, quod Tiberi ad vrbem vehitur, vestigialia grauiora imposuit, vel auxit, populo Romano reclamante, & nulla ratione consentiente, quorum tamen redditus vrbis Leonianæ munitioni assignauit. Proxenetæ vendendi vini interpretes XL. Ripæ constituit, quos venales esse voluit, quum antea titulo gratioso id munus concederetur. Venire singuli quingentis aureis. Ad hæc Bononiæ, in Aemilia, Piceno, Etruria, & Latio extraordinaria tributa cunctis populis per legatos Romam propterea missos repugnantibus, imperauit, ubiq; clamantibus sibi superiorum temporum iniuria expilatis, non esse vnde solueret, & hæc non apostolicæ sedis subsidio indici, sed in sanis substructionibus fabricis absumi. Pontifex enim cõgregadis pecuniis intentus, à nullius vexatione, modò quæstionem legitimam nactus esset, temperari videbatur. Hinc varij in vrbe rumores orti, & libelli contumeliarum referti, in pontificis ministros per vrbem noctu affixi, suspiciones auctæ, aliquot noti homines in carcerem coniecti, quæstiones seriè habitæ, odiù pontifici conflatu. Qui per id tēpus publicis muneribus vacans, præteritas debitorum tabulas Cameræ reuiforiæ titulo repetijt, Abbatis quasdam, quæ commendari solebant monachorum congregationibus non sine aliqua cõpositione adiunxit. Aliquot oppidorum publicas pecunias sibi addixit episcopatum Mantuanum ad gentis Gonzagæ ius patronatus XXV. millium aureorum spõsione transulit: Ascanium Corneum strenuum copiarum ducem in Hadriani molè coniectum non lougè post multatum dimisit. Ferunt eo pontifice certorum ecclesie Romanæ redditum XXC. millia aureorum annuo.

annuo: ū, incertorum verò LXXV. millia venisse. Quorū tamen reditū maiore partem ipse pontificatus sui tēpore acquisierat. Per id tēpus Pōtifex graui dolore percutitur, obitu Frederici Borromei fratris filij. Vxor Virginia ad patrē Vrbinatiū ducebat remissa. Ferdinādus Imper. mala affectus valetudine, ne successor in incerto esset, filiū egregiarū virtutū decore præfulgentē Maximilianū iam Bohemis Regem impositū, Cēsare designandū curauit. Indictis VII. virorū imperij electorū more maiorū Francordiæ Comitij, Maximilianus ipse ad VIII. Kal. Decēb. anni MDLXII. omnium suffragiis Cēsare renuntiat, Oratorē ad Pontificē de more ire iussit Georgiū Comitē Elphestanū. Quum verò de solemnī iuramēto præstando, ipsiusq; forma controuersia orta esset, ei rei cum Imper. legato tractādē, Cardinales Carpensē, Tridentinum, Augustanū, sancti Clementis, & Vitelliū Pontifex præfecit: qui rem tādē post multā dissensionē cōposuerūt, ita vt legato publico consistorio admissō vtriq; parti factū fuerit satis. Exitu anni intestino Gallorum bello ob religionē iā adulto, tandē erupit. concurrere infestē Catholicorum & Hugonotarū acies in agris Druidum: Regia factio imperatoribus Carolo Guisio, & Hānone Momoratio equitū magistro, rebelles Hugonotas profligauit: nec incruentā victoria, capt^o perduellium dux præcipu^o Ludouicus princeps Condonensis, Amiratus salutē fuga quasiuit. Ex Orthodoxis prima impressione equitum magister in hostiū potestatem venit S. Andree Marecallus, vir fortissimū egregiē dimicans cecidit. Pontifex ea victoria faustis vocib^o Guisio profecutus, solēnes lætasq; supplicationes habuit: sed nec duci Guisio diu victoria frui licuit. Sclopeti enim istu in Aureliæ obsidione p^o Amirati (vt creditū est) insidias vir præstantissimus magno Catholicorū maiore regni damno concidit. Cuius morte infausta catholicis pax est secuta, iis conditionibus, vt Rex rebellibus parceret, ipsi verò quæ Regi eripuerant oppida & Vrbes restituerent, atq; quisq; in qua maximē religione vellet, viueret. Vtq; iis locis, quib^o ab se antē occupatis discessissent, nouæ superstitiōis ministris, populos docere fas esset: in aliis verò certa loca designarentur. Angli, qui à re bellibus Hugonotis ex insula euocati, ali-

quot de Gallis oppida ceperāt, bello citim absoluto omni cōtinentis ora pulsā. Ad decorosē, sed necessariæ pacis nunciū pōtifex cōmōtus, Odetū Castilioneū R. E. cardinale Hugonotarū præcipuū sacerdotio Beluacēsi, & cardinalatu, itē Episcopos circiter decē eadē labe in Galliis maculatos, sacerdotiis exiuit. Sanctę inquisitionis Tribunali nouē Cardinales præposuit, ea lege, vt quę maior pars sanxisset, rata esset, hi fuere, muneris princeps, Alexandrinus, Sarracenus, Cicada, Reumannus, Aracali, Simoneta, Borromæus, Vitellius, Alciatus Quorū potestatem auxit, & à superiorib. pōtificibus indulta firmanit. cū Heluetiis rectē sentientibus fœdus perculsit. Solēnes pro cōseruato Orano supplicationes habuit. Hanc rē memoratu dignā breui aperiam. Cognouerat Algerij in Africa Rex classē regis Hispaniarū graue naufragiū in portu Hispanici litoris Herradura, anno salutis MDLXI. passā, reliquas eius trirēmes per terrē Italię statioes procul ab Africa litorib^o distribuas esse. Ea re tēpus opportunū venisse ratus, anno qui secutus est, Oranū munitissimā ū Africa regiōnis ad mare oppidū ipsi infestū occupatum cōstituit, quū ei nullū aliunde auxiliū afferri posse sibi psuadebat, vt eo presidio, quo Hispanię litora ad piratarū uoyoparōnibus defendi possunt, in potestate suā redactō liberius uagaretur. Hispaniarumq; litoribus facillius insularet. Ipse præterea nullam in terra Africa nauū stationem cōmodā se possidere, Oranū verò & portū capacissimū, & vicinā regiōne fertillissimam habere cōsiderans, ita vt in eo Punica classis tuto stare & augeri, Turcica verò cōmodē propter comæatus copiā hyemare posset, prouinciā terra mariq; aggressus est. Arce igitur Masarquiur Oranensis portus præsidio impositā primū o ppugnature decernit, illud sibi certō per sua dens, hac expugnata, nullo labore Oranū postea in potestate sua futurū esse. Ea re cognita Philipp^o Hispaniarū rex Catholicus p^o tabellarios mari actuariis nauiculis, terra magnis itinerib^o, & mutatis ad celeritatē iumentis, Perasfaunum de Ribera Alcalæ ducē, eius in regno Neapolitano vicariū de imminēt periculo monuit, eiq; præcepit, vt quantūcuq; ad regni custodiā classē haberet, illic in Hispaniā mitteret, & cū ea classē, q^o in Hispaniā parata fuerat cōiuncta, obsessorū auxilio quāprimū nauigaret. Etū verò nulla prætermissa diu-

gentia, miraq; fuerit tabellariorum celeritas, ea omnia tamen rebus penè perditis, parù profuissent, nisi Dei optimi maximi beneficio, id aliquatò antea incerto quasi rumore, Prorex Neapolitanus præsentisset. Qui aq; in aduerso maximo Christianorum discrimine, si præsidium tam opportunum à Barbaris occuparetur, statim nullum regis Catholici mandatum expectans, quinque & viginti triremum, quæ Neapoli hyematuræ erant, classem, comèatu & tormentis bellicis instructam, milite Hispano ex stationibus Regni citissimè deducto, ductore Ioanne Andrea Auria, maritimi belli peritissimo duce, in hostes nihil tale suspicantes, aliquot diebus antea immiserat, quam regij tabellarij cum mandatis Neapolim aduenissent, incredibilis illa Proregis celeritas ab omnibus mirè commendata, Orano oppido Hispanis perneccessario, quod ad eam rerum desperationem perductum iam erat, vt vix per quadriduū aduersus Barbarorum impetum sustentari posse putaretur, certam salutem attulit. Auria enim Hispana classe Neapolitanæ adiuncta, primo aduentu, nullo negotio rege in fugam acto, tormentis bellicis, cæteris rebus, quæ bello vsui erant, nauibusque aliquot ab Afris turpiter amissis, obsidionem Orani soluit. In hac prouincia Prorex simul Hispanias affecit maximo beneficio, & à rege omnium præstantissimo summam laudem est consecutus. Per eos dies Pontifex legationem Auëniensis Borbonio cardinali concessit à Farnesio dimissam, cuius vice prouinciæ patrimonium eidem perpetuè regendam tradidit. Haud longè post controuersia de honoratori in consessibus publicis loco, inter oratores Gallum & Hispanum diu ante Francisci Vargæ opera excitata, pontifex post lōgas tergiversationes summum Gallo locum assignauit. Cùm de cōcordiæ forma multum consuluisset, nec vllam reperisset. Hispanus enim superiorem concessum Gallo negabat, Gallus Hispanum æqualem recusabat. In Tridentino quoque concilio, quia pontificis iussu vtrisque oratoribus in sacris thuris suffimenta simul oblata erant, magna discordia orta fuerat. Ob eam rem Ludouicus Requesens magnus Castellæ commendator, Hispanus orator irritatus, post publi-

cam contestationē regis sui nomine pontifici factam, quam pōtifex suscepit, & iudicium pollicitus est, Roma abiit. Eodem anno vii. Kal. Aug. Ferdinādus pientissimæ memoriæ orthodoxus Imper. Viennæ Austriae rebus humanis eximitur imperij anno octauo. Cui Maximilianus Cæsar filiorū natu grandior, prudentia, liberalitate, animi magnitudine, clemētia, & doctrina præstantissimus in Imperio, Bohemiæ regno & Austriae principatu successit. Tirolis comitatus Ferdinādo, prouincia Stiria, Carniola, Carinthia, Carolo, more Germanico, cesserunt. Pontifex sororis filiū Cardinalem Altempsum ad eos consolandigratia legatum misit. Mortuo Guidone Afcancio Sfortia Cardinale Camerario id munus (quod quia officiū est venale, proponi licito potest) Vitelli^o LXX. millibus aureorum persolutis suscepit. Anno qui secutus est sancti Angeli Cardinale pœnitentiario maiore vita functo, sororis filium Borromæum Cardinale successorem dedit. Deliri aliquot, qui in Pontificè cōspirauerant, coniuratione detecta, iudici impunitate data, à carnifice necātur. Anni MDLXV. initio, annuo die coronationis Pontifex Annibalem Comitem Altempsum sororis filiū militiæ ecclesiasticæ magistrum creauit. Qui vxorem patruelis sui Cardinalis Borromæi sororē in matrimonium duxit. In earum nuptiarum læticia in Theatro Vaticano Carnealibus festis hastiludia facta. Quibus nobilissimique Romanę iuuentutis iuuenes cōcurrerunt. Ei celebritati Pontifex, Cardinales, & populus Romanus interfuit. Eodem anno Solymanus Turcarum rex militibus Rhodijs infensus, numerosissima classe eorum Insulam Melitā obsidiōe cinxit. Eam rem præsentiens Garzias Toletanus, classis regiæ præfectus CCCC. fortissimis militibus Insulam muniuit. Turcæ arce sancti Elmi capta, Urbem ad extremam penè desperationem redegerunt. Ei obsidioni magno vsui fuere DC. milites Hispani, duce Robles, viro strenuo & forti, per media hostium agmina intempestæ noctis silentio Urbem ingressi. Hinc factum, vt Turcæ sexto demum mense ea Insula triginta millibus hominum amissis turpiter eiecti sint, egregia præsertim Ioannis Valletæ magistri, & militum virtute, qui perti-

naci animo acerrimam obsidionem pertulere, classisque Hispaniæ necessario præsidio. Quam cum nouem millibus hominû Aluaro bandeo, Ascanio Carneo, & Vincetio Vitellio ducibus, Garzias Toletanus iusdem præfessis adduxit. Ad CCL. equites & præcipui quique eo bello desiderati. Ea re præter solemnes supplicationes Põtifex multa lætitiæ signa dedit, militiæ Rhodiæ magistro per litteras gratulatus est. Qui haud ira longè post vehementi catharris, fæbre accedenti, morbo ex victus in temperantiâ hausto, laborans, Cardinaliû aliquot rogatu centum aureorum millia sororis filio Hannibali Comiti Altempisio (si tamen se mori contigisset) donauit, cuncta verò Ecclesiæ sacramenta Christiano ritu pientissimè à sororis filio Carolo Cardinale Borromæo (id nemini, quod sciam, Romanorû pontificû adhuc cõtingisse legitimus) suscepit. Paleotus & Syrletus Cardinales lectulo adstantes, extremas preces, quas animæ cõmendationè dicimus, religiosissimè recitarunt. Ipse attentè, integris adhuc sensibus, cuncta audiuit, eis nouissimi pro se suscepti laboris gratias egit. Dictum mirum, decimo ante mense, cum Syrlatum sacre purpuræ honore donaret: Hunc (inquit) in senatum allegimus, ut quemadmodum Paulo Quarto morienti officiosè adfuit, ita etiam suis precibus nostram ex hac vita migrationem apud Deum adiuet. Id prælagiû fuisse, euentu cõprobatum est. Ad extremum nullo de more patrû coetu congregato, octauo ægritudinis die, hora noctis secunda, quæ diem Dominicû V. Idus Decemb. anni MDLXV. sequuta est, hæc verba proferens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuû in pace, &c. rebus humanis eximitur, ætatis anno LX. VI. mense viii. die ix. Pontificatus verò V. mense XI. die xv. Corpus basilicæ Vaticanæ illatum, Lateritio ad tempus exstructo folio conditum est. Vacauit sedes Romana dies xxx. Eo pontifice Italiæ pax, Vrbi & prouinciis ecclesiasticis à bello quies, rerum, quæ victui humano necessariæ sunt, copia, publica incommoda vel pauca, vel nulla fuere. Statura f. it iusta, fronte lata, oculis caruleis, ad spectu obliquo, naso eminenti & rubido, barba mediocri, habitudine corporis pinguiore, prospera valetudine, manibus pedibusq; articulari mor-

bo debilitatis: sed non in facie aut in incessu dignitas, in risum magis quam tanti magistratus gradus exposceret aliquando pronus. Morum ei diuersa tempora. Egregius vita famaque fuit: quoad priuatus, vel in magistratibus prioribus sub pontificibus vixit. Pontifex creatus dum Tridentinam Cõcilium viguit, multa optimi, præclarique pontificis documenta dedit. Concilio absoluto, suo ingenio liberè vtens in multa, quæ non ita ab omnibus probabantur, prorupit. Inerat ei docilitas maxima ad omnes tum pacis, tum belli artes: litterarum sciëntia, ac negotiorum magna experientia, mira animi patientia, atque in laboribus perseuerantia, eloquentia nõ mediocris, memoria singularis, qui veterum iureconsultorum, poetarum, & historicorum accuratè de improviso integras paginas memoriter recitaret. Ingenio fuit viuacissimus, ac mente firmissimus, sagax & astutus, sed simplex & habetior haberi volebat: in iocis dulcis, in conuiujs & domesticorû priuata familiaritate comis, verbis & scõmatibus acutus, cibi viniq; auidus, sed in prædio profusus, in cœna parcus, in voluptates pronus. Erat palam iracundus; occultè inuidus, ad audiendû impatiens & difficilis, in responsis aliquando acerbus, dominandi cupidus, vaser, cuiuslibet rei quæ ignorari sua intererat simulator, ac dissimulator, timidus, auidax tamen ad occultandâ audaciæ speciei formidinem, parum gratus est habitus. Patres, & eos præferim, quorum opera pontificatû & alios honores obtinuerat, neglexit. Pecuniæ cupidus, ac ad aurum excipiendum etiam cum alieno detrimento attentus, ad seruandum verò parû cautus. Nam quæ excepit, cuncta penè liberalissimè absumpsit. Ferunt enim eo põtifice HS. bis millies haustum. Amicitias non ex re, sed ex cõmodo æstimabat. In propinquo amore varius, nã sororum filiis nimis indulsit: fratrem verò Augustum Marchionè Meleniani, cui ex priuatis odiis infensus erat, nunquam dilexit, ita vt eximias eius virtutes non mediocres defectus obseruare viderentur. Cuius pontificatum perpetua pace & abundantiâ insignè, nullis publicis cladibus afflictum, felicè quis esse inficiabitur: qui præter hæc hominè tot animi corporisq; ornamentis præditû attenderit, qui publicis fabricis,

in vobis infinitos penè pauperes aluit, hospitalitati, litterarum & amicorum principum subsidio, tot Urbis Romæ in rebus facis profanisque reformationibus, multis demùm aliis præclaris rebus ab se gestis. Concilij generalis perfectionem tâto studio adornatam adiunxit: contra miterum fuisse, si auiditatem, iracundiam, in republica administranda impatientiam asstimabimus: ita vt difficilè admodùm sit, perfectum illum principem inuenire, qui illustri virtutum temperamento vitæ suæ cursum integrum in læsumque perducatur.

PIVS QVINTVS



Si quis Romanos Pontifices omnes qui à Dino Petro hucusque sanctissimam illam sedem diuina electione obtinuerunt, percurrat, ex iis que optimos, & isto dignissimos honore dignitateque eligat: horum deinde qualitates animorum accuratè consideret, effectusque illorum ponderet, haud dubium est, quin inueniet nonnullos vitæ sanctimonia, morumque integritate, qua vixerunt, celeberrimos: sed quibus Deus in administrandis huius mundi negotijs gratiam & singularem prudentiam denegauit. Occurrunt alij, qui etsi optimam & prudentissimam mundam huc gubernandi modum consecuti sint, bonitateque in super (sine qua nulla potest consistere prudentia) præditi fuerint, singularem tamen vitæ sanctitatem non sunt assecuti, quare maiorem semper animi generositatem in rebus huius sæculi, quam feruorem in iis, quæ ad spiritum pertinent,

exhibuerunt. Tertij denique aliquid idque optimum, & à secundis sumentes, & sanctissimi & prudentissimi fuerunt. Inter hos sine dubio Pius V. in infimo loco est constituendus, qui tâ sapièter rexit alios, & tâ sanctè se ipsum moderatus est, vt multis admirandi occasione præberet, quomodo tantùm temporis orationibus, meditationibus, aliisque vitæ sanctæ operibus daret potuerit, &c. cõseruandis, hostibusque debellandis impertiretur, quibus etiã accedebant variæ curæ & occupationes de propriis populis, pœnis & præmiis propositis in virtutum officio cõseruandis.

Hic itaque Pontifex XVI. Kalend. Febru. anno à partu Virgineo MDLIII. in oppido Boscho, è familia Chisteriorum natus est. Pater illius Paulus, mater Dominica Augeria vocabatur. In lauacro regenerationis nomẽ Michaëlis illi impositum fuit, quod ipsum nomen etiam cum Religionem profiteretur, sibi reseruauit. Factus est autè religiosus anno ætatis suæ decimo quarto, in conventu diuoghera, congregationis reformatæ Fratrum sancti Dominici de Lombardia. Frequèter audiui, idque à viris fide dignis, quod idè non è etiam in Pontificatu retinere voluisset, si quis ante ipsum illius nominis Põtifex fuisset, quodque à Cardinale Borromeo vix multis precibus induci potuerit, vt nomen Pij sibi sumeret: cuius tamen precibus tandem acquiescens, tale potius nomen eligit, quàm aliud, quod ante illum nemo habuisset.

Religionem ingressus extèpld sese ad opera religiosa accinxit, eaque tractare cœpit, ut (vt verius loquar) vitã suã religiosam cõtinuauit. Antequam enim habitum assumpisset, iam meditari, orare, ieiunare & pijs studiis assuescere cœperat: vtque vt o verbo dicã omnia faciebat, quæ piũ ac religiosum deceat monachũ. Studuit initio in conventu Figuerani, deinde in Bononiensi: Genue postea vigesima octavo ætatis anno sacerdotio initiatus est. Sed eim annis lectorem egit in ordine, quẽ profitebatur: atque in omnibus suis lectionibus eximiam eruditionem, pietatemque & sanctum zelum demonstrauit. Multis Quadragesimis cum incredibili auditorum fructu concionatus est. Ad fastigium Prioratus Figuerani, & aliis in monasteriis euectus, dignitatem illam cum singulari integritate & de-

et 4. Põtif. in tres Classes di. singuit.

I.

II.

II

La V.

Na

Fi gi

Fi do

le In-
quisitor. corogassit. Postea Inquisitor Comensis, tanquam persona, qua magis idonea ad diuersos conscientia casus, maxime in hæreseos materia (qualis hodie multi istis in partibus occurrunt) soluendos non potuit inueniri, constitutus est: quo in officio tam discretum, prudentem, feruentem & intrepidum gessit, vt breui gratiam amicitiamque Cardinalium Inquisitionis Romæ, & potissimum Ioannis Petri Carasæ, qui postea Pontifex creatus, Paulus Quartus dictus est, & Rodolphi Pij cardinalis Carpenfis sibi demeritus sit. Dum hoc officio fungitur, quædam inter illum & officiales nonnullos Ducatus Mediolanensis simultas orta est: quamobrem è re sua fore putauit, istas oras deserere, & Romam se transferre. Profectus itaque Romam ipsi christi Saluatoris nostri natalium vigiliis anno MDL. venit, vbi eam rerum suarum & Inquisitionis muneris quod gesserat, rationem reddidit, vt quam plurimis Prælatiis satisfecerit, à quibus postea Grisonium missus, vt litem intenderet euidam canonico Ecclesiæ diuina, etiam tanquam Inquisitor adlegatus est Bergamum, & in vtroque loco, vti & in aliis omnibus, se eundem fratrem Michaëlem, hoc est iustum, integrum cum omnibus & in omnibus casibus constantissimum, fideique Catholicæ amorem ardētissimum, propugnatoremque fortissimum ostendit.

His tam eximiiis virtutibus comendatus à cardinali Carasæ, qui tum primus erat Inquisitor S. officij in vrbe Romana, commissarius electus est. in hac dignitate constitutus tato maiorem attulit ecclesiæ Dei utilitatem, tantoque amplior gloria illum secuta est, quanto & locus erat celebrior, & occasiones fuerunt plures, doctrinam, iudicij bonitatem, vitæ integritatem & irrecõciliabilem in hæreticos odiū ostendendi. Nō multo post tempore cardinalis Carasæ creatus est Pontifex, à quo anno reparata salutis humanæ MDLVII. idibus Martij cardinalitio galero donatus, & inter purpuratos patres electus est, cū titulo sanctæ Mariæ supra Mineruam: & ab Alexandria ciuitateque Pagliæ, quæ sex passuum millibus à patria illius Boscho distat, cardinalis Alexandrinus dictus est. Anno deinde in sequenti supremus Inquisitor fit. Ab eodē Paulo quarto post titulus illi mutat⁹ est, datasque Sabinae. Sed à Pio quarto, qui Paulū Inquisitioni secū-

tus est, prior illi titulus Mariæ supra Mineruam restitutus est: qui eundem quoque Montensem episcopum creauit. Anno deinde MDLXI. prædictas suas Ecclesias visitauit, in eaque visitatione multa præclara & vtilia præstitit: post eodē anno Romam reuersus, inunctū sibi inquisitionis officium prosecutus est. Videbatur in quibusdam rebus, quas proponebat, ea facere, quæ Pio quarto minus probabat, in quibus tamen omnibus tanta utebatur libertate, vt multos cardinales in sui admirationem raperet, atque ab omnibus passim laudaretur.

Tandem Pio IV. rebus humanis exempto, Michaël noster anno MDLXVI. post Christum natū, die verò VII. Ianuar. LII. Cardinalium suffragiis summus Pontifex renunciatus est. Multi, quia tam frequentē cardinalium numerum ad cõclauē proficisci viderent, necessarium fieri debere ominabatur, vt electio noui Pontificis protraheretur, & tardius quam factum est, absolueretur: quia tanta opinionum diuersitas difficulter (nisi temporis diuturnitate, quæ macerat hominum cogitationes, & in facta vrgente coalescat, & vni cõsentiat) tollitur: sed ij, vt ipsa docuit hic experiētia, decepti sunt. Causa verò erroris fuit, quod non animaduertebant in cõclauē præcipua semper ferè capita pontificè creare: alios cardinales, quocunq; de numero sunt, hæc capita sequuntur: eorumque suffragia plerumque approbat. Ab horum itaque capitū celeri vel tarda declaratione pontificis electio (humano loquēdi modo) tardatur vel acceleratur, etsi reuera & quidē manifestissimè deprehendatur, pontificè secundū diuinę sapientię beneplacitū citò vel tardè creari. Erant autē in hac electioe primaria capita Alexāder Farnesius & Carolus Borromæus, quorum vtrique; ea mens erat, vt quam citissimè liceret, in sede Petri aliquem restituerēt, qui tā diuino munere dignus esset. Etsi cardinalis quoque Ferrariensis in cõclauē esset, qui etiam vnus è capitibus fuisset, tamē quia debilis erat & infirmus, in lecto semper ferè decubuit: ita vt ipse parum in hac electioe operatus sit. Cardinali Borromæo plures quam Farnesio ad stipulabatur, dicuntque; neminē ex nepotibus pontificis maiori cū magnificētia potētiaque; in cõclauē descendisse Borromæo. Cardinalis Farnesius longa rerū agendarū experiētia, diuinique ingenij sui excellētia fretus, singularē

Eligimus
Pontifex

quendam habebat modum sua consilia atque instituta proponendi, & ad finem producendi. Hinc in conclavi diu multumque laboratum est ut cardinalis Moronus, aut Amulius, aut Boncôpagnius, qui tunc absens in Hispaniis erat, pontificatum cōsequeretur. Sed varias ob causas illis exclusis, ut ferè fit, Pisanus, Montepuleianus, Alexandrinus & Aracali proponuntur. Tandè Borromæus cū cardinali Altempo in arcè huius causæ inuadit, totoq; pectore incūbit, ut Alexādrius crearetur, tū quia bonitas & ingeniu eius omnibus erant cognita, & ipse tanto gradu ab omnibus dignissimus existimatur: tū etiā, quia Alexādrinus cū esset vir admodū ingenuus, iam pridè gratiā sibi Borromæi demeritus erat, eò quòd antea ut gratificaretur Borromæo, quantum in se erat, laborauerat, vel aliquis ex iis quos Pius iu. promouerat, pōtifex crearetur. Quā eorum intentionē cū Farnesius intellexisset, eā cōfestim suo suffragio corroborauit, significauitque sibi vel maximè talē electionem probari. Cū negotiū in his terminis cōsisteret, nihil reliquū erat, quàm ut status rei promulgaretur. In qua promulgatione Borromæus, idq; ut debitā reuerentiā exhiberet Morono, cui nō audebat apertè dicere, quòd à pōtificatu exclusus erat, tandè tamen post multas ambages negotiū illi detexit. Moronus videns rē ita geri, ut melius non posset, tanquā vir prudens, & qui in cōscientia sua virtutem atq; strenuitatem Alexādrini mirabatur, etiam electionem hanc ut optimam cōmendauit, atque ita electio Alexādrini cōepit per cōclauē manifestari, quibus ea prius erat incognita, hi vehementer admirati sunt, & quasi attoniti steterunt. Dabitur autem à quā plurimis, utrū maius fuerit, consiliū mne arcanum & celeritas eorum qui hoc negotiū promouebant, an verò negligētia & parua eorum animaduersio, quibus nulla erat de Alexandrino suspicio, qui de nullo minus, quàm de illo cogitauerant. Promulgata hoc modo conclusionē, certatim veniunt omnes, & Alexandrinum venerantur: multorum nihilominus vultus erant subtristiores, & admiratione pleni. Quare sibi ipsi vix credebant, & quod ipsi viderāt, quasi somnium interpretabantur. Hoc itaque modo electus pontifex Alexandrinus, ob causam paulò ante à nobis commemo-

ratam, Pius Quintus appellatus est. Publicata deinde per Urbem electione, multorum animi perculsi sunt & exterriti: metuebant enim omnes illum in administratione seueriorem fore, tum quia Religiosus erat, & promotus à Paulo Quarto, tum etiam quia in negotio sancti officij laudatæ quoddam austeritatis specimē præbuerat. Huiusmodi timorem & suspensionem nonnulli ex eo concipiebant, quod natura sua pronus erat ad iram, sed mitigabat hunc timorē, quòd scirent iram in eo facilè molliri & extinguī; cū ex cōmuni seu vniuersali ista ratione, *Qui facile irascuntur, iram minimè continent, sed reddunt*: tum etiam quia prudentia sua, tanquam aqua, ar dentes in corde flammæ refrigerabat. Hinc (ut ipse dicere solebat) nunquā iratus cubitum discessit. Neq; tantum irā facilè exuebat, sed diligentissimè in super obseruauit illud Sapiētis; *Quod nullam euidentis iracundiæ vestigium oportet relinquere, sed simulatque deseruerit, atque resederit animi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendum esse.*

Hoc vno excepto vitio non erat in illo, quod posset quispiam reprehendere: eius vitæ sanctimonia omnibus erat perspecta, ut quæ ab omni ambitione quàm maximè erat aliena, & ab omni labe mundana purissima. Sed & animos deiectos & territos (ut diximus) vel hoc etiam erexit, & tranquilliores fecit, quòd viderent Pium summi Pontificatus gradum adeptum multa, magnaque liberalis & benefici animi argumenta præbere. Comiti namque Annibali, Cardinalis Altempī fratri quinquaginta millia ducatorum mutuo dedit, & ex Cardinalibus iis, qui pauperiores erant, bonas pecuniæ summas, quas in Castello inuenit, donauit.

Postridie S. Antonij, qui dies illi natalis erat, sexagesimum secundū ætatis iam annum ingressurus, ante Ecclesiā D. Perri coronatus est, adhibitis omnibus (quæ solēt) cæremonijs. Deinde ad reformandos mores, tollendosque abusus animū conuertit, omnesq; cogitationes & studia huc contulit, ut piè Christianeq; viueretur, nec quicquam omitteretur eorum, quæ in Concilio Tridentino à patribus decreta iam pridem fuerāt. Qua in re nō minorem utilitatem attulit Reipub. Christianæ, quàm ij Pōtifices, qui ante illum idem Conciliū indix-

rant, continuarent, & ad felicem exitum perduxerant. Non multo post assumptum Pontificatum tempore Michaëlem Bonellum, filium ex sorore neptis, eiusdem ordinis Dominicani Religiosum cardinalem creauit, suumq; illi galerum donauit. Vt autem hoc faceret, non tam cōsanguineorum importunitate, quam infinitis precibus Cardinalium permotus est: intuebantur enim optimam naturam, indolis qualitatem eximiam & animi dotes, quæ in iuvene relucebant. Creuerunt hæc postea, nobilissimosque effectus produxerunt, & quotidie producunt: adeo vt ex sancta Auunculi sui memoria ingens illi accrescat splendor, & ipse sibi sua virtute perpetuam & incredibilem pariat gloriam, talemq; ingreditur viam, vt omnino sperandum sit, si, vt cœpit, sic pergat, eum ad summas dignitates prouectum iri.

Pius itaq; totus rebus ad Religionem pertinentibus intentus, cardinalem Comedonem in Polonia Romam redeuntem ad vniuersalia Germaniæ Comitatus, nuper ab Imperatore Maximiliano indistincta, Legatum misit, cum multis sanctis & prudentibus admonitionibus, quæ in illis Comitibus ad recundendam hæreticorum petulantiam fructum non exiguum attulerunt. Sed & ad Regem Galliarum, eiusque ministros optima misit documenta, ad eos sem hæreticos Regno illo extirbandos. Nec ea cura contentus Pontifex, vt Regi in illis debellandis operam ferret, decreuit, vt illi suppetiæ quatuor millium quadringentorum pedum, & nongentorum equitum sub imperio comitis Sanctæ Floræ, militis fortissimi, mitterentur. Neq; villas intermisit occasiones, alia quæque auxilia mittendi ijs Catholicis, qui in aliis regionibus contra hæreticos bellum gerebant.

Sed nec reformationi tantummodo morum, hæresium extirpationi, & hæreticorum exterminationi studebat Pontifex, verum etiam continuis curis, omniq; industria contendebat, vt furores Turcarum reprimerentur: & certè magna in isto negotio erat opus vigilantia, zeloque & feruore non minori: quotidie namque Turca maiores progressus faciebat, & novas provincias Christianis ademptas bello & armis sibi subijciebat, itaque fama erat Imperatorem Turcicum ad Monarchiam mundi adspi-

rare. Quare Pontifex nõ desistit omnia periclitari, pro ingenij sui dexteritate principes Christianos, potentiores maximè exhortari & orare, vt cōiunctis viribus, in immanum huc barbarum arma moueant, eumque Regnis & Regionibus Christianorum expulsum, in Arabiam suam repellant. Quia verò Solymannus bellum in Vngaria gerebat, quo ipse in persona propria ducenta lectissimorum militum millia secum ad expeditionem, ducens profectus erat, Papa Imperatori Romano duabus vicibus nonaginta ducatorum millia ad defensionem Regni donauit, & quotannis se quinquaginta millia daturum promisit, quamdiu bellum illud duceretur. Præterea vt Deum, cuius potenti manu hostes fidei debellantur & profligantur, pacares; eiusque operam & auxilium afflictis Christianorum rebus impetraret, Iubilæum promulgauit, & celeberrimam supplicationem instituit; cui ipse tam deuotè succedens pedibus interfuit, vt spectatores ad similem deuotionem per moueret. Quam deuotionem in omnium animis auxit, quod Dæmoniacam ante pedes suos oblatam tactu stolæ & data benedictione ab istis inimicis liberauit. Interea Solymannus in Vngaria dum obsidioni Sigeethi intentus est, mortalitatis tunicam exiit, atque ex hac vita migravit. Cuius mors etiam meritò Turcarum acies terrere, & ad soluendam obsidionem mouere debuisset, tamen tamen potuit vnus ducis prudentia, sanaque consilia, vt accidentia illa, quæ damno & incommodo esse debuerant, summam rebus Turcicis utilitatem attulerint, atque ita mors Solymanni, quæ per se huic expeditioni maximè fuisset perniciofa, reuera fuit utilissima. Mahometis namque Bassa, ex primoribus belli ducibus præcipuus, non tantum callidè imperatoris mortem, vt in officio milites facilius retineret, dissimulauit, sed & celeriter Selymum de morte patris certiorum per litteras fecit, vt sine aliquo tumultu possessionem Imperij caperet. Prodiens deinde vbertim, sed fidelè lachrymas, se summo dolore oppressam simulàs significauit militibus, vnum quid cor suum occupasse, afflixisse, & vultum lachrymis madefacere: nimirum quod Solymannus sententiam tulisset aut Sigeethum citò capiendum, aut sibi cum toto exercitu moriendum esse. Dice-

Solymannus in Vngaros expeditio.

Iubilæum.

Pii V. Dæmoniacam liberat Pium.

Solymannus moritur & dicit Sigeethum.

Callidè Mahometis consilium.

bat autem illud cum tanta gravitate & constantia, ut nemo esset, qui non facile crederet. Quare milites omnes summa cum animi promptitudine inter se statuerunt, Sigethum tanto cum impetu, toties, tam continuè, & tanto cum furore oppugnare, ut aut ipsi non occumberent, aut munitionem occuparet. Sequenti ergo die, qui sextus erat Septembris, tam horribili impetu Sigethum oppugnarunt, ut miserandum spectatu fuerit tot fortissimos milites in repellendo vulnerari & occidi, illo tamen die expugnare munitionem non potuerunt, sed irrito conatu receptui ceciderunt. Post die autem animis & viribus cum tanto furore Sigethum denudè inquadant, ut similem quis nunquam viderit à nostris tantè tanta dextera te, animique fortitudine defensum esse, tam graviter pugnatum, tanta cum strage Turca repulsi, ut hi de expugnatione, nostri verò de defensione desperarent. Mirabantur ipsi hostes fortitudinem, inuictum que animum, quem tota hac obsidione Nicolaus Serinus arcis præfectus in hac munitione defendenda ostendit. Omnium autem maxime mirandum est, quod cum propugnaculum quoddam hostili igne concepto deflagraret, ad eò ut necesse esset aut obsecros omnes igni latè vaganti inuolui & comburi, aut munitionem hosti dedere, brevi, sed seruosa oratione præfidiarios exhortatus est, ne se in mani Barbaro darent, aut viui in eorum potestatem transirent; sed potius fortiter pugnando occumberent. In quam sententiam cum itum esset, aperta porta ipsè primus ad pugnam cum hoste quam diu viveret, erupit. Quid hic facerent alij? qua oratione tam incitata & vehementi, tam inuicti decis, quis lardabili eius exemplo non monebatur, quò minus præeuntem sequeretur? Cum illo itaque omnes præfidiarij, qui numero erant circiter 300. egressi, maximam stragem in hostium castris ediderunt, dum obuios quosque trucidarunt. At Turca numero & multitudi-
 ne superiores, Serinum priuò fortissimè pugnantem occidunt, deinde cæteros omnes interficiunt, & Sigethum capiunt. Hinc liquet quanta sit vis necessitatis: dum enim Turcis in Ius Solymanni, ut Mahometes ipse persuadebat, moriendum esset, Sigethum expugnandum, ad hanc ex-

Sigethum
 oppugnauer.

Nicolaus
 Serini
 præfida-
 rius virtus
 fortitudi-
 nis.

quarta
 vis sententia
 e. sicuti

peditionem imperterriti, & ad quiduis inrelli
 audiendum fortes effecti sunt: ita ut victoria
 gloria hac vni necessitati sit adscribenda.
 Econtrariò necessitas eadem paucos præfidiarios, qui cum serico eruperant, ne aut igne absumerentur, aut viui in crudelissimas Barbarorum manus inciderent, ad fortissimè dimicandum, & se ab hostibus, quantum in ipsis fuit, vindicandum impulit. Quare ab antiquis illis Imperatoribus, & celebrioribus belli ducibus, necessitatis summa, & quidem prudentissimè, habita est ratio: eaque semper militibus ab oculos posita, sæpè victores facit: faciebant enim, ut magnus ille dixit Historicus, *Necessitatem esse ultimum & maximum telum.*

Interea dum Sigethum capitur, Selymus Selym
 Constantinopolim profectus à Bostange Imp
 Imperatori præficio exceptus, omnibusq; tot T
 Imperatori concordantibus officiorum gene-
 carum
 nibus ornatus, solemnè ritu Imperator renunciat
 renunciat est. Qui ne ab Ottomanico ingenio desciscere videretur, non multos post annos de celebri aliqua in Christianos ex-
 ditione cogitare cepit, qua & maiorum suorum exempla sequi se ostenderet, fortitudinisque suæ specimen aliquod præberet; ut maiorè in subditorum suorum animis terrorem generaret, & in perij sui potèria extenderet atq; dilataret. Proposuit itaque (Piali Bassæ generi sui finitulis potissimè incitatus) Cypri, insulæ suo Imperio imminente, bello adori. Etsi autè ab hoc suo insituito pax cum deterrere debuisset, quam initio imperij sui cum Venetis regni huius
 Dominis (qui nunquàm Turcis datâ fidè violant, nec Turcarum vniquâ perfidiâ extiterant) inierat, tamen quia Principibus
 Adu-
 tories
 pud.
 cipes
 quid
 sim.
 nunquam defunt homines, qui fucatis rationibus norunt illis honestè & æquè esse persuadere, quidquid ipsi volunt: & hic Selymo non deerat adulatorum promptissimi, ad demonstrandum expeditionem hanc esse honestissimam: dicebāt enim Regnum Cypri, quo tempore maiores illius Constantinopolim & Græciâ occuparunt, sub imperio fuisse: & proinde ad Selymum pertinere: suum autè reperere, & aliena non auferre, non esse fidem violare: posse igitur cum summa æquitate hoc bellum suscipi. Post deliberationem bello decreto Selymus maximum conscribit exercitum, & incredibilem omnium rerum ad talem expeditionem

onem necessarium facit apparatus. Ut aut Regni huius expugnationem acceleraret, statuit etiam in Dalmatia & Slauonia Venetos bello laceffere. Illi consilij selymi certiores facti, cum maximos eius apparatus viderent, diligēter quoque ne quid Re spub. detrimenti caperet, aduigilarūt, omniaq; ad suorum defensionē necessaria cōpararūt. Sed priusquā Turca manifestū bellum Venetis denunciaret, legatū misit, qui Regnum Cypri ab eis depolceret: iniuste namque à Venetis detineri, vt quod antiquitus Constantinopolitano Imperio parauerat. Quod si reddere nollent, imperatorem armis illud repetiturum. In publicum Concilium introductus legatus, qui tertio post Paschatis festum anno à partu Virginis MDLXX. Venetias appullus erat, legationis suæ summā exposuit. Ad quam Veneti fortiter respōderunt; Regnū Cyprī se iustissimo titulo hæctenus possedisse, & adhuc possidere: ideoq; se paratos esse ad defendendum armis contra quemcunque illud inuadere conantem. Sperare se Deum, perfidorum hominum vindicem, Turcam absque vlla causā contra Maiorū suorum consuetudinem datam fidem violantem debitis supplicij castigaturum. Cū hoc responso dimissus legatus ad Dominū suum reuersus est. Veneti autem summa v. si celeritate legatos in omnem regionē ad varios Principes miserūt, eos ad fœdus cōtra Barbarum hunc Dei & hominū omni. que honestæ cōditionis inimicum ferendum, intercedente summo Pontifice, inuitantes, Pontifex autem cepit cū omni feruore & consilij dexteritate fœdus aliquod inter se. Regem Catholicū & Venetos meditari, cui etiā reliqui Principes paulatim adiungerētur. Sed quia videbat fœdus illud debitis suis circumstantiis & conditionibus bello Turcico resistendo necessariis maturē satis coalescere & perfici non posse, eò quod Turca iam in armis erat, & instructissimam classem ad velificandum paratam haberet, alium inuenit modū: Rex scilicet Philippus primò quoque tempore Venetis certa subsidia mitteret, quibus ipse sua nō contēnanda adiūgeret: interea fœdus ipsum, quāta fieri posset, celeritate stabiliretur. Philippus Rex vt gratificaretur Pontifici, 50. triremes sub Archithalasso Ioanne Andrea Aurea ad subsidium Veneto-

rū destinauit, iussitq; Autex, viro alioquin in armis, rebusq; naualibus exercitatisimo, vt M. Antonio Columnæ fortissimo Principi, & classis Pontificiæ imperatori pareret. Circa finem itaque Augusti eiuidē anni MDLXX. oēs istę triremes conuenerūt, quibus Venetorum quoq; classis accessit. Constabat autē tota classis triremibus 180. quinqueremib. (quas galeazzas nominant) 12. & 6. maioribus nauigijs. cū autē classis hæc in Cretam esset appulsa, præf. & i. rediē in Cyprum nauigandum esse statuerunt. Ante mensē circiter priusquā classis nostra in Candiā seu Cretā venisset, Turcica copiosa, instructa & horribilis per aquas d. Bassi velificans in conspectu Insulæ Cyprī stetit. Qui rumor cū statim Nicolīā esset allatus, Dominus Astori^o baglioneus, prudentissimus & fortissimus belli dux, generalis præfidiariorū que in Insula erant, suadebat, cū omnibus sclopetarijs & equitib⁹ ad mare contendendū, Turcasq; ne in terrā descenderent, prohibendos. At Vicarius, qui Venetiarum Principē referebat, & penes quem summa erat autoritas, cōsiliū hoc vt minus salutare improbauit, dicēs; suorum numerum non esse tantum, vt possit Turcas repellere, & à descensu prohibere. Placuit idem consilium Collaterali generali. In hanc itaque sentēciam itum est, licet (vt postea compertum est) prior Reip. rationibus magis expediebatur. Salinas itaq; Turcæ appulerunt, & xxv. Iulij pars exercitus absq; vllis machinis bellicis Nicolīā arcta obsidione cinxit. Placuit Palazzo de Fano cōsiliario & Chiliarchæ, cū parte præfidiariorum erumpere, & in Turcarum castra impetū facere, priusquā reliqua pars exercitus appropinquaret. Sed hic iterum opinionum fuit diuersitas: Vicario enim & Collaterali ea sententia minime probabatur. Postridie totus se mouit exercitus, & cum machinis bellicis, cumq; apparatu omni Nicolīam venit, vt se socijs iūgeret, urbemq; expugnaret. Cū autē exercitus in diuersas stationes esset distributus, cœperunt fodere, & dulces aquas in terrę viscerib. querere. Neq; spe sua frustrati sunt, præter omnium enim opinionem multos inueniunt puteos, quæ tres Turcis fuit commodissima, & ad obsidionem continuandam vtilissima. Commoditate verò hac Turcæ audaciosi facti, cœperūt oppidanos,

Christia
norum
classis

Turcica
classis in
Cyprum
oppugna
tur.

Nicolīa
obsi
tur &
oppugna
tur.

legatum
misticus
Venc.

spor
nVc.
torum.

ium
deris
ter Pō
icem
spanā
Venc.

danos, missis in suburbia quotidie aliquot equitum turris, ad pugnam elicere, sperantes eos egressuros, & cominùs secù pugnatos, sed cum animaduerneret nostros se muris continere, & urbem defendere decreuisse, quatuor excitantur munitiones, è quibus urbem grauissimè oppugnare, & mœnia maximis machinis verberare cœperunt. At cum & ea res minus quàm ipsi arbitrabantur, succederet (pilæ namque in munitiones è terra congestas immisæ, in ipso puluere hærebant, nec aliquam ruinâ sternebant) visum illis est alio modo belli negotium instituire. A machinarum vsu deinceps abstinerent, & tuniculis propugnacula suffodiendo rem tentantur, variisque fodinis subterrestribus ad ipsa vsque mœnia peruenerunt. Quindecim truculentissimas impressiones in urbem fecerunt, antequàm nostri vllâ fecissent eruptione.

Nicosia. Tandem decimoquinto Augusti ipso meridiano tempore, quando Turcæ quiescere plerumque solent, mille pedites sub imperio Prouenna Placētini vrbe egressi in castra hostium irruunt, & fortiter pugnado vsque ad hostium munitiones procurunt, duasq; ab illis timore maioris incommodi derelictas occupant. Sed & in ipsis tētoriiis tanta erat Turcarum trepidatio, vt quàm plurimi in effusam fugâ sese conicerent, fuissetq; eo die bellū cum gloriosa nostrorum victoria finitū, si equitatus, qui in vrbe erat, peditatū auxilio venisset, vt primò constitutū erat: qui etsi ad hâc rem nihil aliud contulisset, quàm se eminus ostentasset, animosq; peditū erexisset, atq; ad vltius progrediendum incitasset, actū de Turcarum victoria fuisset. Sed hic iterum Vicarius ordinem multis contrâ frementibus perturbauit, metuens ne oēs à Turcis, qui nostros multitudine longè præstabât, trucidarentur. Pedites itaque nostri qui vrbe erant egressi, cum nulli subsidio mitterentur, ab equitatu Turcico fracti, & partim occisi, partim fuga elapsi in urbem reuersi sunt. Nostri ergo cum pauci essēt numero, & non sufficientes ad nouas eruptiones faciendas, viderēt in super nullas auxiliares copias Famagusta (vti sperarant) mitti, animum desponderunt, & tandem xv. Septem. Nicosia ferocissima in numerabilium Turcarum oppugnatione capta est. Incepit autem pugna in ipsa aurora, & ad sextâ vsque

diei horam continuata est: in qua dici non potest quot vtrinque viri fortissimi ceciderunt. Oppidani tam ciues quàm præsidarij in foro & in plateis irrupentem hostem magna audacia exceperunt, & veluti pecora trucidarunt, donec & ipsi fortiter occumberent.

Capta porrò à Turcis Nicosia, quatuor millia lectissimorum peditū, & mille equites in eam introduxerunt, qui sub duce Basila musafero ciuitatem defenderent. Mustapha verò cum reliquo exercitu Famagustâ obsedit. Classis autē nostra, de qua paulo antè diximus, quod in Cyprum nauigare; nihil preclari gessit, dissentientibus Columnæ & Aureæ inter se opinionibus. Aurea namque se minimè subiectum Columnæ dicebat, ideoque nec eius imperio se pariturū, ex quo verissimū esse liquet illud Liuuij; *Quamplurimum imperium bello inuile est.* Nuntius huius dissensionis & simultatis, captæque paulo post cum tanta sanguinis Christiani effusione Nicosia, & periculi totius insulæ amittendæ animū pontificis uò parum offendit, tamen uò desecit, neq; curas Reip. deponuit: immò multo maiori cū ardore institit, vt foedus inter Venetos, Regē Philippum, & seipsum confirmaret, atque ad optatū finem perduceret. Tres isti principes Turcarū vires magis quàm reliqui metuebant. Veneti namque, vt in quos arma Turcarū versa erant, timebant ne maiores ab illis ciades acciperent. Rex Philippus verebatur, ne Venetis Archipelago, totius Italię obice adempto, ab eoq; pulsus, Regna sua Siculum & Neapolitanū periclitarentur. Pōtifex præterquâ quòd salutis animarum totius Christianismi metuebat, sollicitus etiâ erat, ne Barbarus loca plana & maritima, quę ad ditionē Ecclesię pertinebât, inuaderet, eaque armis & viribus occuparet. Singulari tandem Pontificis prudentia superatis multis difficultatibus, qua in negotio foederis huius occurrebât, Romę conclusum, & vigesimo die Maij anno MDLX. XI. in consistorio subscriptū est. Post quinque deinde dies publicatum ibidem, Venetiis verò decimo post die promulgatū est. Conditions foederis erant; quòd Pōtifex ad hoc bellum conferret duodecim instructas, armatasque triremes, tria millia peditum, & ducentos quinquaginta equites. Rex Catholicus tres omnium sumptuum faceret.

Fama
sta ob
decur.

Liuui

Cōdi
nes fa
fædei*Nicosia
expugnata.*

faciendorum sextantes, & Veneti duas ferrent. Erat & inter alias conditiones etiam hæc, quod nullus Cōfœderatorum pacem cum quopiam iniret, sine aliarum partium consensu; & quod Ioannes Austriacus, Regis Catholici frater, generalis fœderis huius dux renunciaretur: in cuius absentia M. Antonius Colūna architalassius Pontificius summæ rerum præfesset. Fœdere hoc confirmato, multorū animi ingēti gaudio delibuti sunt. Sed tristissimus superueniens rumor de capta Famagusta, atque aded totius Regni Cypri, cuius ea ciuitas erat primaria, & quasi totius insulæ propugnaculum amissi, non parum executionem fœderis retardauit.

nagu- obfi- ur, op natuy capi. Turcæ namque Famagustā post diurnā arctamq; obsidionem decimo tandē quinto die Augusti deditione occuparunt. Obfessa erat à potētissimo, numerosissimoq; Turcarū exercitu; cuius (vt supra diximus) primariū Dux erat Mustapha Bassa, Princeps in naualibus præliis non minus exercitatus, quàm in terrestrib. expeditus. Decimo quinto Maij cœperunt Turcæ mœnia septuaginta quattuor maximis tormentis, inter quæ quattuor erāt incredibilis magnitudinis Basilisci, disturbare. Nostri, quorum duces erāt Marcus Antonius Bragadinus, & Astorius Baglioneris, viri fortissimi, & in re militari peritissimi, se, vrbeq; summis, quamdiu potuerūt, viribus defenderūt, & paucis diebus, quibus vrbs oppugnatur triginta Turcarum millia strauerunt: tantaque erat in castris hostium trepidatio, vt si nostri in vrbe habuissent eorum, quæ ad tantā obsidionem sunt necessaria copiam, bellum hoc neutiquā tam infelicem habuisset catastrophem. Sed quia apparatus bellici laborabant inopia, detriminarunt maioribus machinis paulatim parcius eiaculandum esse, ne puluis & pilæ ipsis deficerent. Constituerunt itaque præfecti certum in iaculando modum, vt scilicet tringinta tantū machinis quotidie vterentur, & singulas tricesies disploderent. Turcæ obsidionem continuantes quōtidie maiori cum furore vrbe oppugnarunt, tantum pilarum numerum in vrbe miserunt, vt duorum mensum & paucorum dierum spatio, quo Famagusta fuit obfessa, à Turcis plus quàm 140000. globi in vrbe missi sint. Nostri autem

comeatus deficiebat, aded vt iam exiguus esset reliquus: maximè verò pulueris laborabāt inopia, qui omnis præter septem vascula iam erat absumptus. Præfidiariorum pars maxima interierat, & qui residui erant, continuis pugnis & laboribus paucitate victus & assiduus vigiliis (quæ tria naturæ quàm maximè sunt contraria) eum in modum erant debilitati, vt iam cum tam potente aduersario diutius certare non possent. Bragadinus igitur & Baglioneris, alijsque militum Tribuni, tentandas deditiois conditiones censuerūt: quas hunc in modum impetrarunt; præfidiarij vita, bonis & armis saluis, cum quinque machinis bellicis, & tribus equis, quos ipsi eligerent, securi in Candiā transportarentur. Græcis qui Famagustæ erant, securè cum suis facultatibus permanere, ibidemque Christiano ritu viuendi potestas esset. Conditiones istæ ab ipso Mustapha fuerunt approbatæ, & manu illius propria subsignatæ: sed propria & singulari perfidia ab illo scelerato Barbaro violatæ, nec in vno vel minimo articulo seruatæ. Bragadinum enim Baglionerum & alios Centuriones crudelissima morte mactauit: in Bragadinum tamen ferocius quàm in alios Tygris illa Turcica defauit. Bragadinus verò cum sanctissima patientia tam crudele, sed sacrum martyrium sustinuit. Cæteri præfidiarij partim occisi, partim in perpetuam seruitutem abducti, Constantinopoli & Alexandria in foro venales expositi sunt, solis habitatoribus Famagustæ pepercit. Tres audiui crudelitatis & scæuitiæ tam immanis, monstrosæque rationes: Prima est propria huius Barbari natura, vt cui nullum potest esse spectaculum iucundius, quàm alios in conspectu suo trucidari. Altera incredibilis ira, quam illi concitarant tot suorum militum funera, quæ in hac obsidione ceciderant: ferro namque & tormētis bellicis plus quàm 70000. erant interfecta, & plus quàm 5000. varix infirmitates absumperant: omnes autem fortissimos milites, inter quos cunicularij, lixæ, caloars non munerantur. Tertia ratio erat pœnitentiā qua ducebatur, quod nostris prædictæ conditiones dedisset, præsertim cum intelligeret, eam fuisse vrbs statum, vt deterior esse non potuerit.

Deditio- nis con- ditiones.

Perfidia & tyrā- nis Mu- staphæ.

Sympathia qua mouebatur Pontifex, ob captam tam celebrem ciuitatem, & tot Christianos casos, inter quos tot erant duces virtute bellica illustres, magis, magisque incitauit eius Sanctitatem, ut assiduis, ipsque ardentissimis precibus Deum inuocaret, quo tandem potenti sua dextera sceleratissimi hostis audaciam comprimeret. Conierunt tandem Confederatorum classis in Sicilia, Messanz portu, in itoque ibidem numero, compertum est Venetos habuisse triremes centum, quinque remes 6. & 2. oblongas naues, præter biremes, myoparones, aliaque minora nauigia. M. Antonius Columna præfectus Pontificius 12. triremibus, & Ioannes Austriacus classis totius Imperator, cum Ioanne Andrea Aurea 81. triremibus, & 22. nauibus, inter quas erant tres Melitesium triremes, imperabat. In vniuersa hac classe Italicorum, Germanorum & Hispanorum 20000. reperta sunt, exceptis lixis Calonibus, & aliis ministris. Trecenti præterea nobiles, qui propriis stipendiis militatum venerant. Varia hic inter duces & tribunos agitata sunt consilia, diu multumque deliberatum, vnde potissimum tantæ expeditionis sumendum esset principium. Conuenit tandem inter illos, hostilè classem per mare quarendam, & cum ea configendum esse: etiam si non ignorarent, Turcicâ classem suâ & maiorem & potentio rem esse. Deinde naues omnes in ordinem, qui in conflictu seruandus esset, constituerunt. In sua itaque cornua, & eam partem, qua *Bataglia* dicitur (nos certamen appellare possumus) concinnè admodum distributa est. Quid multis? Omnia ad talem expeditionem necessaria quàm optimè instituta sunt. Adhibita sunt variæ exhortationes, quibus milites ad Christianè viuendum incitabantur: optimi quoque constituti modi, ut orationibus & vitæ pietate cum fiducia fortitudinem à Deo flagirarent, quod tandem vires Turcicas cum illorum ignominia, Christianique gloria possent eneruare. Hoc modo instructa & distributa classis nostra, 17. die septemb. anno à Christo nato septuagesimo primo post 1500. è portu Messanz soluit, & paucis diebus Corcyrà delata est. Inde iterum discedens vltimo Septemb. Gomenozam, capacissimum, tutissimumque illius conuentis portum

ingreditur. Hic secundo iussu Austriaci classis recensetur & iustratur, mandatumque est omnibus, & singulis nauarchis, diligenter naues suas inspicere & scrutarentur, ne quis defectus in ijs reperiat. Interea certis nunciis didicere classem Turcicam in mari Lepantico subsistere. Comuni itaque decreto sublati anchoris, tertio die Octob. iterum in altum vehuntur, eo proposito, ut recta ad ostium istius pelagi delati hostes ad pugnam eliceret. Quinto deinde Octob. ad portum *di Petala* classem prouehere decreuerunt: sed ventis & tempestate contraria impediti, iuxta portum qui *Val d' Alessandria* dicitur, anchoris in salo iactis manere compulsi sunt.

Turcicæ classis præfecti diuersis inter se opinionibus dissidebant: quidam enim cum ea pugnandum esse, quidam verò classem subducendam, & summam rei periclitandam non esse contendebat. Habebat vtrique pars suas quibus nitetur rationes, quas pro defensione suæ sententiæ producebant. Tandem omnibus suffragijs decretum est, postquam Caracossa, qui speculatoria naue classem Christianorum circumuectus erat, referret, eam non pluribus quàm centum quinquaginta triremibus constare, maioresque triremes præ nimia mole sua inutiles ad pugnam esse, tantumque ad commeatum bellique apparatus vehendum ceteris adiunctas esse, sententiam inuenerunt. Sed *Vluzalius* memor mandatum Imperatoris Turcici esse, ut pugnam nullo modo subterfugerent, sed hosti copiam pugnadi darent, hostili classee obuiam procedendum consuluit. Placuit itaque classem ex angustijs maris Lepanthici in apertum pelagus educere, & nauali prælio cum Christianis confingere. Sexto itaque Octobris educta in altum classe, secundo vento in nostros ferebantur. Nostri eodem die (neque enim antea potuerunt ob ventos contrarios) *Val d' Alessandria* deserentes, cursum cum summis laboribus (erat enim tempesta non exigua) recta ad scopulos Cuzolares dictos instituerunt, & nocte illa iuxta crepidines Galangæ constituerunt. Postero die qui Dominicus erat, & septimus Octobris, hora diei secunda, classis Turcica eminus apparuit expansaque omnibus velis in nostram vehebatur. Ioannes Austriacus videns hostem appropinquantem, ab altissima tri-

Christi-
anorum
classis
caus ad
configē-
dam cum
hostili.

Diue
Turc
opini
nes a
cert.
no.

Gomeni
in alij
vocant.

remis

remis suæ antenna vexillum colore viridi (illud enim sacri fœderis erat signum) suspendi iussit, & maioris machinæ dis-
 plosione, seu ictu aduonuit omnes, vt sese ad pugnam præparent. Ipse deinde & Colum-
 na duabus vesti bireis ibus omnes & sin-
 gulas naues accedebant, ipsasque in ordi-
 nem, qualis necessarius, redigebant: mili-
 tes quoque ad intrepidè pugnandum, &
 cum ardore pro fide christi aut vincendū
 aut fortiter occubendum hortabantur. Ca-
 pucini & Patres Societatis Iesu, quorum
 ordinu n multi Religiosi per classem erāt
 distributi, omni quoque deuotione & san-
 ctissimis verbis milites animosos reddide-
 runt, vt impauidi aduersus inimicos Dei
 arma sumerent, eosque ad internecionem
 delerent. Quia verò classarij omnes pauld
 ante peccata sua sacerdotibus erant con-
 fessi, viderent autem vexillum Crucis ere-
 ctum, cum pijs affectibus ad eosdem Sacer-
 dotes confugerunt, indulgentiam pecca-
 torum suorum petentes, & se Deo com-
 mendari flagitantes. Mox dicti Patres pro-
 mulgauerunt sanctissimum, amplissimumq;
 Iubilæum, à Pontifice concessum omni-
 bus, qui huic expeditioni interessent. Pauld
 pōst Turcica classis ictu grauis tormen-
 ti nostros ad certamen prouocauit: cui no-
 stri simili confecti in ictu responderunt: ac
 que ita iunctis classibus pugne datur ini-
 tium, tanto cum animorum ardore & im-
 petu, tanto cum clamore, tympanorum so-
 nitu, & tubarum clangore, vt cælum mugi-
 re videretur: fulmina verò & conitrua ma-
 chinarum, quæ verinque displodebantur
 iacta erant, vt ædifici. multò autem aëlis
 describi queant: densa telorum, & sagit-
 rarum per aëra volitantium multitudo, ip-
 sum solem obscurabat, hastarum fracturū
 stridor aures obtundebat. Nihil audieba-
 tur præter eiulatus miserimos, eorum
 qui vulnerabantur, & qui incomparabili
 numero moriebatur. Non tam mare aquis,
 sed sanguine redūdabatur, nihil in fluctibus
 vidisses, quàm capita, brachia, pedes homi-
 nes mortuos, & semiuivos fluitare. Cùm
 aliquandiu tanta cum contentione ab om-
 ni parte pugnatum esset, visa tandem est vi-
 ctoria ad nostros inclinare.

Hæc est ista naumachia, qua ab Augusti
 Imperatoris tēpore in isto mari mediter-
 raneo maior & celebrior non fuit: & for-

te si quis diligenter omnes circumstantias
 huius pugne consideret, fatebitur, nullo
 vnquam sæculo se similem factam legisse.
 Hæc vna victoria metuenda illa & summa
 Imperatoris Turcici potentia concidit, &
 quinque horarū spatio (tam diu enim hæc
 pugna durauit) hoc est à decima septima
 ad vice simam secundam, à Christianis po-
 tentissimam classis, qualem nunquam Con-
 stantinopolis instruxit, aut cui similis nul-
 lo vnquam sæculo illius portu educta est,
 partim capta & dispersa, partim in fugam
 conuersa est. Ex hac namque classe inimi-
 ca cētum septemdecim triremes, tredecim
 quas Galeottas vocāt, integræ, nulla par-
 te laceræ in Christianorū potestatem ve-
 nerunt. Octoginta circiter triremes, quin-
 quereemes & biremes perforata, depressæ
 aut incensæ perierunt: quadraginta circi-
 ter omnis generis naues fuga elapsæ tantę
 cladis nuntium retulerunt. Inuenta sunt
 in captis nauibus centum & sedecim ma-
 ximè machinæ bellicæ, ducebāt quinqu-
 ginta sex minores. Omnis hæc præda vna
 cū n mancipij & liberis hominibus hoc
 prælio captis, secundum conuenta pæcta
 inter tres Principes fœderis est distributa.
 Perierūt in hoc certamine triginta duo
 Tarcarum millia, atque inter eos multi
 magni nominis Principes, belli duces,
 prouinciarum gubernatores: plures quàm
 ter mille & quingenti in seruitutem ab-
 repti sunt. In captiuitatem quoque abdu-
 di sunt duo filij Haly, supremi classis Im-
 peratoris & Mahometis Nigropōti (olim
 Eubœæ) præfectus, alijsque magnæ autho-
 ritatis viri quàm plurimi: quindecim in-
 super millia Christianorū ad remos dam-
 natorum nostri liberarunt.

Parta hæc tam singulari & gloriosa vi-
 ctoria statuerunt Duces illinc disceden-
 dum, & in Portum reuertendum esse; quod
 & factum est. Sequenti autem die recen-
 sentur classarij, & desiderati sunt 7656.
 quorum plurimi erant ex classe Veneta: a-
 lij partim ex Pontificia & Regia. Quo
 peracto cū viderent hyerem pra fori-
 bus esse, neque tutum diutius in mari per-
 manere, coacto concilio determinarunt,
 classem diuidendam, & in diuersos por-
 tus subducendam esse.

Ioannes itaq; Austriacus in Siciliam re-
 uersus classem Messaniam reduxit, vbi cū
 incre-

clades
 Turcicæ
 quantæ

clades
 Christi-
 anorum in
 portu e-
 ductarum

Historia
 cistia
 a. m.

incredibili triumpho & regio certè apparatus exceptus est. Alij aliò nauigantes naues suas in stationes tutas subuexerunt. Marcus Antonius Columna iter suum Romanam instituit, vbi ab omnibus Romanis cum magnifica pompa exceptus, & ab ipso Pontifice honorificentissimè remuneratus, humanissimèque habitus est. Sed & per totum Christianissimum ob incredibilem hanc victoriam festi dies agebantur, magna instituta solemnia, & in ijs Deo vindictæ actæ sunt gratiæ. Venetijs quoque armeni cusi sunt, cum hac inscriptione.

Anno magnæ naualis victoria Deigratia contra Turcas.

qua inscriptione Senatus ille magnificentissimum insinuare voluit, victoriam hanc non suis viribus partam, sed miraculosè à Deo datam fuisse. Nec tantum illi, sed omnes etiam Christiani, & præsertim Põtifex hanc Deo acceptam referebat, eique cum summa deuotione gratias agebat.

Consiliũ Põtificis inperfecta vi storia.

Quia verò Pontifex non ignorabat, ad inimicos funditus extirpandos, non satis esse vincere, sed necessarium insuper esse, victoria bene vti: quia tunc bene vitur, si inimicos, priusquam vires suas recolligant, exercitusque novos conscribant, in ipso metu maiori cum impetu, summaque cum celeritate denuò adoriatur, eos persequatur, nec requiem vllam tribuamus, priusquam planè deuisti supplices manus porrigant. Quemadmodum enim infirmitates illæ, quas recidivas appellant, nonnulli periculosiores sunt, & corpora nostra magis debilitant; quàm ea quæ præcesserat: naturam namque inueniunt languidam & infirmam; & tertiæ magis etiam quàm secundæ: sic & in inimicis debellandis vsu venire solet, vt secundæ pugnæ magis hostem debilitent quàm primæ, & tertiæ magis, quàm secundæ: pugnarũ namque frequentia vires illius magis magisque atteruntur.

Pontifex itaque in hoc totus erat, vt maiori cum classe, & sifleri posset, maiori cum audacia Turcam iterum oppugnaret. Hanc ob causam varios in omnes regiones legatos ad diuersos Principes misit, orans eos, vt in foedus venirent, eique adscriberetur, vt iunctis viribus humiliacntem Barbarum opprimant, priusquam re-

turgat. Dum Pontifex huic operi, alijs Morb. Pij. extim. est. que pluribus ad salutem Reipub. Christi anæ conducentibus intentus est, ecce medio mense Martio, anno MDLXXII. nephritis morbus illi familiaris, maiori cum vehementia, grauioriquè dolore quàm solet, eum occupauit: cret. ique in horas, aded vt vnà cum vrina sanguinem & putredinem effundere cœperit. In hoc morbo asinum lac potare solet, tanquam præsens huic malo remedium. Ad consuetum itaque potum recurrens, tantum ex hoc lacte bibit, vt stomachum eum in modum debilitaret, ne cibum vllum posset concoquere, nedum retinere. In hoc grauissimo morbo, intolerans disque doloribus erat patientissimus: & licet, Gale- Gal. no teste, *Sanitatem omnes requirimus, tum ad vitæ functiones, quas planè morbi impediunt, etque asferunt, tum verò vt molestia carianus: angimur enim doloribus non leuiter.* Pontifex nihilominus non aliam ob causam amissæ sanitatis restitutionem desiderare videbatur, quàm vt officio suo pastorali commodius fungi, & in orationibus, aliisque pijs & spiritualibus operibus diutius posset perseverare. Aded namque his exercitijs deditus erat, vt non obstante periculosa hac sua infirmitate, septem Ecclesias pedibus incedens visitare voluerit. Postea morbus vehementer est ingratus, & singulis penè momentis noua habuit incrementa, aded vt die Mer vrij, qui vltimus erat mensis Aprilis, cum mortem instare multis iudicijs intelligeret, à fratre quodam sui ordinis Dominicano, propter humilitatem vestiri voluerit. Postridie ipsis Kalendis Maij, hora vigesima secunda, anno ætatis suæ sexagesimo secundo, Pontificatus verò septimo, rebus humanis exemptus est, postquam tribus vicibus Cardinales viginti & vnum creasset. Eodem die quo obiit, sub vesperum corpore illius dissecto & aperto, in vesica eius tres calculi reperti sunt. Postridie in Ecclesiam D. Petri funus delatum est, fuitque maximus populi concursus, qui eum videre, eique reuerentiam exhibere cupiebât. multi vberimè lacrymabantur, & Rosaria corpori, hard aliter quàm Sacctorum reliquijs applicabant. Deinde in eadem Ecclesia honorificentissimè sepultus est. Vnde postea in templum Mariæ maioris translat- A. P. Q. tus, &

tus, & in magnificentissimum sepulchrum à Sixto V. in significationem acceptorum beneficiorū gratitudinis, illi in sacello exstructum, quod sacellum idem Sixtus magno sumptu ædificari, & splēdidissim. è ornari fecit, illatus est.

Memoria sui Pius V. apud homines reliquit in eo, quod fuit Religionis obseruantissimus, castigator vitiorum seuerissimus, vigilantissimus, & in rebus gerendis infessus, in consilijs æquissimus, ita vt nō raro in Concilium venerit, absque vlla re, quæ in deliberationem data erat, certa determinatione: idque ob immēsum desiderium quo tenebatur, vt omnia debito & cōuenienti sine concluderentur. Amavit hic Pontifex præ cæteris virtutum studiosos, & qui ingenio valebant, animoque erant excelso; ad illos colendos, & ad maiores dignitates splendoresque euehendos erat audissimus. Quare non ignarus quātā virtutis, & quā inuicti animi esset Cosmas Medicæus, Florentiæ Dux, nec nō & quā bene meritus erat de sancta Sede Apostolica, ornauit illum mense Nouembri, anno MDLXIX. titulo magni Ducis Hetruriæ à parte illā, quæ prædicti Ducis imperio subiicitur. Qui mense Februario anni sequentis Romam veniens à Pontifice Regio apparatu exceptus est, & cum incredibili omnium læticia coronatus est. Voluit autem Pontifex Regali coronæ seu diademati hæc verba inscribi: *Pius V. Pont. Max. ob Eximium dil. Fionem ac Catholice Religionis Zelum Præcipuum Q. Iustitiæ studium donauit.*

Magna liberalitate vsus est hic Pontifex erga bonos, variis officiis, amplissimisque donis illos remunerādo; & piis locis subueniēdo. In famulos suos largissimus erat, quam etiam liberalitatem iis exhibuit, qui illi adhuc in minori & humiliori fortuna constituto aliquod beneficium vel obsequium præstiterant. immò tam gratus erat erga benefactores, vt etiam mortuis indicia gratitudinis ostenderet. Quare & Paulo IV. à quo creatus erat Cardinalis, nobile & magnificum sepulchrum in templo Mineræ, in Caraforum sacello ædificauit. Fecit & alia monumentum in honorem Cardinalis *dei Carpi*, in æde sanctissimæ Trinitatis, à quo Cardinali Pius achue priuacus, & tenuoris fortunę Religiosus, a-

lia beneficia perceperat. Neque immemor fuit Alphonfi Carafæ Cardinalis, Pauli Pontificis nepotis, cui in domo Neapolitana sumptuosum, & tali viro dignum bustum erexit. Fuerunt & variæ fabricæ in palatio Vaticano, alijsque locis, tam in vrbe, quam extra Vrbe à Pio V. aut nouæ constructæ, aut collapsæ reparatę. In Bosco patriæ suæ insigne Monasterium Fratribus ordinis S. Dominici ædificari iussit, ac necessarijs prouentibus dotauit. In cuius tēplo sibi ipsi honestam sepulturā cum modesto epitaphio condidit.

Quamuis in his magnificis structuris, in expeditione Turcica in Vegariam, in rebus Gallicis & Auenionensibus, in scedere denique contra Turcas in estimabilem auri vim expenderit, tamen post mortem illius in castro reperta sunt sexcenta ducatorum millia, vel (vt alij dicunt) myrias auri cum dimidia. Non tantum à suis Pontifex hic laudatus est, sed & ab inimicis Turcis, & à sceleratis Hæreticis, quod irrefragabile bonitatis illius argumētum est. *Bonum enim est (inquit Aristoteles) quod inimici & mali homines laudant: videtur siquidem ferè omnes fateri, quod fatentur vel hostes, vel qui ob aliquam offensionem à nobis alieni esse videntur. Quia res ea usque adeo sit euidentis, & exposita oculis, vt illi diffiteri non possint.*

GREGORIUS XIII. PAPA.



GREGORIUS decimus tertius, antea 235. P. H. Hugo dictus, Bononiensis erat à Boncompagnorum familia oriundus: patre

In part
Domini
canis m
nasterii
fundauit

Laudat
us etiam
ab hosti
bus.

*Car. pa-
rentes
natiui-
tas.
Educatio
et studia.*

patre Christophoro, matre Agniola Mar-
rescalchi, anno post partum Virginis MD
11. septimo Ianuarij, qui dies erat Veneris,
secunda circiter hora noctis cum dimi-
dia, natus est. Educatus est nobili ac ho-
nelto modo, qui cum ad annos studiis ap-
tos peruenisset, præceptoribus humanio-
ribus litteris imbuendus traditur. Adulti-
or ad Legum & iuris studium missus, assi-
duus auditor fuit Ludoici Muzzoli, & An-
nibalisi Caccianimici: post hos Ludoicum
Gozadinum & Carolum Rouinum audi-
uit, qui eo tempore celeberrimi per totam
Italiam, aliisque in locis plurimis Iuris-
consulti habebantur: & in Bononiensi A-
cademia cum summo applausu & maximo
studio forum concursu iura profitebantur;
vsque ad eò, vt qui eorum prælectiones di-
ligenter audirent, doctrinamque & consi-
lia eorum sectabantur, laudabiles in ea
facultate progressus facerent, & Doctora-
tus titulum, quemadmodum & Gregori-
us fecit, facili negotio consequerentur.
Quem gradum Gregorius vigesimo octa-
uo ætatis suæ anno, decimoquinto Septem-
bris, anno reparatæ salutis MDXXX. Bo-
noniæ adeptus est. Anno sequenti duode-
cimo Augusti ad Collegium ciuile Bono-
niense admittitur. Duobus vltimis eius an-
ni mensibus factus est Doctor Minorum

*Parti of-
ficia et di-
gnitates.*

Priorum, quos illic Antianos nominant.
Eodem anno cœpit publicè legere insti-
tutiones Imperiales; quam professionem
tribus sequentibus annis continuauit. Vl-
timo verò huius professionis anno in Col-
legium Canonicum cooptatus est. Anno
deinde MDXXXIII. ordinarius professor
fit, in quo studio perseuerauit, vsque dum
Romam venit: qui eius aduentus in xxx-
viii. annum, mensem verò Septembrim
incidit. Interea temporis Iudex etiam
mercatorum Bononiæ primo semestri, anno
MDXXXVI. creatus est, & in Iulio atque
Augusto eiusdem anni denud Doctor Do-
minorum Ancianorum constituitur. De-
inde (vt pauld antea diximus) Romam ve-
nit, anno Dominicæ incarnationis millesimo
quingentesimo trigesimo nono.

*Romam
venit, &
num ob-
iessum.*

Narrarunt mihi Bononiæ viri fide dig-
ni, & ætate prouectiores, duas potissimum
causas mouisse Gregorium, cur patriam re-
linqueret. Prima fuit dissensio quædam &
multas domestica; alia, quia videbat sibi

Bononiæ professionem Iuris parū prospere
procedere, quodque ea imperare non
potuit stipendia, quæ volebat; & quæ illi
merito debebantur. Veniens itaque Ro-
mam Senatoris Capitolij collateralis con-
stituitur: deinde quoque Abbreuiator Par-
ci Maioris, & vtriusque signaturæ factus
est Referendarius. Sub Paulo Tertio Tri-
dentum ad generale Concilium profes-
tus est, & xlii. anno Romam reuersus fit
Vicarius ciuilibus Auditoris Cameræ, quo
officio Dominus Cicada, qui postea Car-
dinalis sancti clementis factus est, funge-
batur. Tempore Iulij Tertij Secretarius A-
postolicus efficitur, & anno deinde MD-
LV. octo mensibus Vicelegatus per terri-
torium Romanum, sub legato Cardinale
Cicada mittitur. Anno sequenti signaturæ
gratiæ, quam signaturam Concessus vocat,
præficitur. Post biennium in locum Vice-
regentis Cameræ assumptus est. Non diu
post Paulus III. eum Vestæ Episcopum or-
dinauit, quo tempore sacris initiatus, Pri-
mitias suas in adyto S. Petri celebrauit. An-
no sexagesimo secundo iterum in Concilium
Tridentinum mittitur, ibique vsque ad deter-
minationem omnium actorum, totiusque Con-
cilij definitionem permanfit. Romam cum
rediisset, à Pio Quarto Assessor in Sacello
designatur, qui eundem anno MDLX. duo
decimo die Martij, qui Diuo Gregorio sa-
cer est, Cardinalem cum titulo sancti Sixti
creauit, eodemque anno Legatum à latere
in Hispanias misit, & signaturam breuium
Apostolicorum ei contulit: è qua legatiõe
reuersus nõ est, priusquam Pio Quarto de-
functo, Pius Quintus Pontifex Romanus
esset electus: cum quo Pontifice initio illi
non optimè conuenit, eò quod rigorem il-
lum iustitiæ, quo Pius utebatur, modera-
dum esse diceret.

*Ordi-
tur i
copu-
fit sa-
dos.*

*Car-
lis e-
tur.*

*Pon-
eli.*

Post obitum Pij Quinti anno partus sa-
lutariferi MDLXXII. feria tertia, quæ in xlii.
Maij incidit, hora circiter xxi. Pontifex
renunciatus est. Eius autem electio fuit e-
iuscemodi. Amici Moroni omnibus confi-
liis, agendique modis vsi erant, eodem
die, quo in Conclauis Cardinales conueni-
rent, vt ipse Moronus eligeretur: sed cum
institutum suum propter varia, quæ occur-
rebant, impedimenta ad optatum finem per-
ducere non possent, cogitationes suas aliò
còuerterunt. Interea Cardinalis Granuel-
lanus

Janus cum Farnesio diu multumque de noui Pontificis electione collocutus est: placuit tandem ipsis, vt Farnesius (cuius magna erat in hoc Collegio auctoritas) duos aut tres Cardinales nominet, qui præ cæteris ad tantam Maiestatem obundam digniores iudicaretur: & vt Granuellanus (quantum in se esset) procuraret, vt vnus ex illis Pontifex eligatur. Farnesius cum tempus deliberandi postularisset, & negotium cum suis communicasset, Cardinali Granuellano respondit, se nominare Cardinalem Montepulcianum, Cardinalem Boncompagnium, & Cardinalem Correggium. Granuellanus accepta hac nominatione Cardinalem Alexandrinum, Pij Quinti Nepotem adiit, & multis cum illo de hac electione ratiocinatur. Alexandrinus mox in Cellam abiit, & omnia cum suis amicis communicauit, quibus etiam suum consilium detexit, dicens; Se quidem laborasse, vt aliquis eorum Cardinalium, qui ab Auunculo suo erant promoti, in Pontificem assumeretur: sed negotium hoc tam intricatum esse, vt huius rei felicem euentum sperare non posset, quia Cardinales plerisque in eo conuenire cerneret, non eligendum Pontificem ex ijs, qui aded nuper Cardinales facti erant: non esse itaque spem de his, quos Auunculus creauerat. Sed & videre se viam optimè præstratam esse Cardinali Bocompagnio: se quoque tum ob hanc causam, tum quia sciebat virum esse magni meriti, non male erga illum affectum esse. Cardinalis Farnesius non obscuris argumentis prospiciebat electionem in aliquem è tribus à se nominatis, & quidem in Boncompagnium propendere: quod & Cardinalis Vibinius facile animaduertit, qui de eodem quoque subiecto seu candidato optimè sentiebat, & amicis Boncompagnij iussit securos esse de illius electione: nullam fore difficultatem, si Alexandrini, & ei adhaerentium suffragiis non destituatur. Vota namque Borromæi & Altempij, qui illum summopere electum cupiebat, omnemque operam adhibebat, vt Boncompagnius eligeretur, ab illo stabant: aliorum omnium, paucis exceptis, huic negotio incommo-dare non posse nouerant. Cum autem Alexandrinus & Medicæus, qui illi fuit adiun-ctus, Boncompagnio ad electionem quoque

suffragari intellexissent, negotium peractum crediderunt: cœptumque est dici, Boncompagnium ad Sacellum ducerent, vt Pontifex salutetur, missique sunt nonnulli, qui octo Cardinales omnium horum ignaros huius rei certiores facerent. Vercellensis verò ad cubiculum Boncompagnij accessit, ipsumque manu apprehensum salutauit, dixitque: secum ad Sacellum concederet: erat enim electus Pontifex Boncompagnius sine vlla commotione aut animi perturbatione, cum magna constantia aliud nihil respondit, quam; Domine mi, suntne vota verè sufficientia ad hanc electionem? Cumque respondisset Cardinalis Vercellarum esse sufficientia, atque id ipsum aliquoquoque Cardinales, quorum magnus hic erat concursus, affirmarent, ille innixus mensæ accepit scripta quædam, quæ ipse magni faciebat, ijsque peccatori applicatis; Eamus, inquit, in nomine Domini; atque ita vultu animoque cõposito ad Sacellum venit tali cum magnanimitate & grauitate, quali cum posset in simili casu quispiam alius. Cum in Sacellum venisset, in mirabili concursu Cardinaliû ab omnibus Papa saluatur, & debita cum reuerentia coheret. Ille autè ex singulari deuotione, qua tempore B. Gregorij fuerat, nomen Gregorij sibi sumpsit. Res fuit admiratione dignissima, tam arduum negotium quattuor aut quinque horis confici potuisse: & nullum (vt solet) interuenisse obstaculum, quod illud impediuerit, omnia insuper per Cardinales facta, & nihil (vt solet) per Conclauistas.

Electus Pontifex deinde coronatus est Coronatur. in festo Pentecostes, quod paulò post electionem subsequutus est. Mox literas dedit ad Cõfederatos, illis significans, se eisdem esse volütatis, quo Decessor eius Pius, neque supinum aut negligentem se fore in mittendis subsidijs ijs, quæ pro auctoritate & potestate sua possent expectari. Mortuo Pio Quinto & Sede vacante, Marcus Antonius Columna Roma discesserat, postquam iam à sacro Collegio in officio suo confirmatus esset, litterasque à Rege Catholico accepisset, quibus admonebatur, vt quàm primùm sese ad expeditionem Turcicam præpararet. Gregorius cum prudentissimi huius Ducis fortitudinem consideraret, etiam sua eum

aucto.

classis cō
federato
rum iterū
in Turcas
expeditur.

authoritate, vt Architalassus deinceps effecit, confirmauit. Columna itaque cum Iacobo Soranzo generali annoz strustore Messana soluunt, quibus se Ioānes Austriacus certis motus rationibus, cum sua classe iungere noluit: sed dedit illis viginti triremes sub imperio Gilandradę: promittens se cum reliqua classe breui subsecutū, nisi tumultus illum Belgicę retardauerint, aut aliō fortē auocauerint. Illi autem expansis velis circa finem Iulij, Anno MDLXXII. Corcyram appulerunt, vbi Generalem Foscarinum inuenerunt: Hic communibus sententiis determinatum est, hostilem classem per mare quærere, eięque quoquo modo pugnandi copiam offerre. Neque hanc sententiam mutauit fama, quę classem Turcicam pluribus quā ducētis quinquaginta nauibus constare asserbat. Non enim credere potuerunt id verum esse, propter maximam cladem, quam anno præcedenti Turca à nostris acceperat, aut si qui crederent, existimabant tamen naues è viridi ligno fabricatas, bello minus esse idoneas: Nostri itaque ad pugnam prōpti & parati naues omnes iustrarūt, & in Corcyra recensuerunt, inuentęque sunt triremes cētum & triginta, quinqueremes sex, naues oblongę decem, omnes quā optimē expeditę, & rebus ad pugnam necessariis instructę. Omnibus sic cōstitutis portu exeunt, & Peloponnesum præternauigantes Cytheram insulam, nunc *cerigo*, tenuerunt, ibique intellexerūt, classem Turcicam iuxta Monenbasiam in anchoris stare. Relicta igitur Cythera ad Promontorium Malium nauigant: quōd cū sexto die Augusti venisset, hostilem classem eminūs conspexerunt: videbaturque rectā ad nostros contendere. Hic iterum intellexerūt classem ducentis quinquaginta omnis generis nauibus consistere, & imperatorem, seu Generalem illius esse Vluzalium, qui (vti certis nunciis didicerunt) ab Imperatore suo mādatum habebat, quōd cum nostris non conflingeret, nisi maximum aliquod commodum, atque adeo certā victoriam præuideret: alioqui pugnam detrectaret, ne quod periculum maritimis oris, vrbibus & locis crearet. Nostri exemplo cū Turcica classis apparuisset, suam in ordinem redegerunt, aciem instruxerunt, & naues rectā in hostem impellūt. Vluzalius

videns Christianorū classem aduentare, vt suam inuadat, licet eum numero nauū sua longē in se. iorem cerneret, conuersis puppibus occidentem versus properat, & sub insula *de Cerui* classem sistit. Nostri illum insequūtur, sed tardē admodum: cuius tarditatis ratio hæc erat, quia maiora nauigia remulco trahere debebat, qua in opera totus ille dies absumptus est, ita vt occidente iam Sole hosti appropinquarent: quo tempore omnes iudicabant pugnam incipiendam non esse, cū ea vix ante noctem perfici posset.

Vluzalius vt suam estimationem saluā ^{Tur}conseruaret, significaretque sibi decretum ^{pug}esse cum hoste pugnare, vertit proras, in ^{Sub}struit classem, naues in ordinem cogit, milites arma capere iubet, omniaque ad prælium aptat, haud aliter, quā aut oppugnare hostem, aut ab hoste oppugnari paratus esset. Nostri huius rei per exploratores certiores facti, sublatis clamoribus sibi gratulabantur copiam pugnandi datum iri, & tantum diei adhuc superesse, vt & incipere certamen & finire possent. Parati itaque ad classem inimicam aggrediendum, ceperunt emissis aliquot pilis hostem laceffere. Vluzalius, vt qui nihil minus quā cōfligere cum nostris in animo habebat, omni qua potuit dexteritate sese subduxit, & celeri fuga vltius in occidentem fertur: quem fugientem licet nostri summa cū velocitate insequerentur, assequi tamen non potuerūt. Vt autem Vluzalius fugam suam nostris magis occultaret, multas machinas puluere tantū, non etiam pilis oneratas displodi iussit, vt fumus nostris conspectū eriperet, Turcęque sub ipsa nebula tutius elaberentur. Tandem classem saluam ad promontorium Martapan, omniū promontiorum totius Peloponnesi maximē australem in portum *dell: quaglio* applicuit. Nostri Cytheram reuersi ibidem toto biduo permanserunt: inde rursus hostem insecuti sunt, & decimo Augusti classis Turcica iterum conspecta est. Sed antequam nostri ad pugnam venire potuerant, Barbarum cum classe Coronem fugit, nostri autem denuō Cytheram reuersi sunt.

Interea Christianis nuntiatur Ioannem Austriacum cum sua classe Corcyram venisse, & vehementer dolere, quōd se absente hosti pugnandi occasionem obtulisset.

Quare

Quare Columna, cui illa Austriaci philantia fastidio erat, cum Gilandrada statuit, cum suis triremibus Corcyram ad Austriacum velificari, vbi cum Austriaco delibetârunt, quid esset agendum. Communi tandem consilio decretum est, denud classem Turcicam, quæ tunc in Nauarino portu reficiebatur, tentandam esse, Corcyra itaque Soluensis Austriacis decimo Septembris Gomenozzam venit, vbi cum classem lustrasset, centum octoginta triremes, octodecim maiora nauigia, & sex quinque remes inuenit, inter quas etiam Venetorum naues recensentur. Iterum de communi Generalium consilio determinatum est, vt si quo modo fieri posset, hostes ex improviso adoriantur: vt hoc modo ipsis fuga interclusa ad conflictum cogerentur. Caterum euentus docuit nostros optimè consuluisse, sed consilium prudenter exequi non potuisse. Cùm enim de nocte ad portum Nauarinum, in quo se classis Turcica continebat, venire debuissent, prima luce venerunt. Quorum aduentus cùm ex altissimis montium speculis agnitus esset, confestim Vlazalio hostem in procinctu esse nunciatur. Ille quia præmonitus sat temporis haberet, classem è portu educendi, nostris spectantibus Modonam fugit. Hic cùm portum inuenisset munitissimum, & ab omni impetu hostili seceram, nostros expectauit, neque voluit vnquam, licet sæpè à nostris prouocatus, & multis pugnandi occasionibus oblatis, in altum prodire, & manum cum nostris conferere. Sed machinis aliquot bellicis in vicino quodam scopulo dispositis, & munito colle, qui portum iminebat, istis propugnaculis sese tueri, & nostram classem longius à portu reijcere voluit. Nostri videntes, quia tempus frustra elaberetur, nec posse hostem ad pugnam elici, in portu autem oppugnare periculosum esse, ed quod locus ipsis incommodus, hostibus verò commodissimus esset, statuerunt terrestri prælio fortunam esse tentandam. D. finitum itaque est, vt scopulum illum, & illum collem ab Vlazalio munitum oppugnent. Verisimile namque esse, vt si hoc fiat, hostem aut ad pugnam venturum, aut amissis illis munitionibus, relicta classe terrestri sese itiuere saluatorum. Sed cùm à quibusdam seruis Christianis, qui fuga elapsi erant, duo ista loca & præsidij, & ap-

paratu bellico satis superque munita esse didicerat, adeo vt ista occupandi nulla spes esse deberet, mutato consilio visum ipsis est, maiorem exercitus partem cùm aliquot machinis in terram exponere, & Adonem urbem oppugnare. Dum huic operi intèri sunt, tanti ventorum turbines mare incubuerunt, tanta tempestas orta est, imbresque tam densi de cælo deciderunt, vt facile prælagirent, se nullum fructum facturos esse. Iterum igitur à priori sententia discedentes, animo destinârunt reclamantibus tamen Hispanis, castellum Nauarinum summa contentione oppugnare, non enim longè illud à mari erat dissitum. Secundo itaque Octobris tria millia Italorum, & mille ducentos Hispanos, ductore Alexandro Farnesio tunc Principe, nunc Duce Parmensi, in terram exposuerunt: Parmensis cùm eodem die machinas ad muros verberandos disponere vellet, à balistariis qui è castro pilas sine intermissione iaculabantur, fuit impeditus. Vt igitur minori cum suorum damno hoc opus perficeret, vsque in noctem insequentem illud prorogauit. Caterum sub vesperem tanta iterum tempestas inhorruit, tantæ inundârunt pluiæ, cum ventis & frigore tam intolerabili, vt impossibile fuerit operas inceptas perficere: tum propter aquas, tum etiam propter immensum frigus, quo milites penè obriguerunt. Postridie Austriacus per se. ũ Christianum, qui è triremium vinculis erat elapsus, fit cerior, Modonam multas equitum copias colligi, quibuscum Vlazalio castro Nauarino succurreret: iam octo millia confluisse, & in horas plures expectari. Quare Austriacus re diligenter examinata, cùm faciliè animadverteret, castrum illud etiam si in Confœderatorum potestatem veniret, defendi tamen ab ipsis non posse, præcepit omnibus, qui ad hanc expeditionem in terram descenderant, statim ad naues reuenterentur. Qui dum reditum parât, à decem millibus equitum Turcicorum circumueniuntur. At Princeps Parmensis oppositis machinis bellicis, iisque in hostem conuersis, eorum impetum retardaui, ordines perturbauit, & magno illorum detrimento reiecit.

Considerantes itaque nostri, quod neque terra proficere aliquid posset, nec mari hostem ad pugnam elicere, decreuerunt

Christiani
Nouarini
tanti

Christiani
periculi
tanti
à Principe
Parmensi
si. luan
tur.

hoc anno nihil vterius tētare: sed classem in portum reducere. Antequā tamen id facerēt, placuit semel adhuc experiri, an hostem ē latebris extrahere, & ad pugnādam prouocare possent. Dum hæc secum deliberrant, ecce per opportuna sese obtulit occasio. Nauis quādā Veneta Zacyntho venit, vt se classi nostræ iungeret. Vluzalius cūm eminūs nauim hanc conspexisset, missis quibusdam nauibus illam iussit expugnari. Nostri huius rei certiores facti, cum parte classis eō aduolant, vt sociam nauim defendant: reliqua interim classis ad pugnam se parat, vt si Vluzalius portu egredia- tur, illum vndique cingant, & volentem nolentem ad conflictum adigant. At ille sibi metuens ictu maioris machinæ signo dato receptui cecinit, nauesque suas reuocauit, quæ mox in tutum redierunt, vna excepta, quam inspēctante vniuersa classe Marchio sanctæ Crucis, prudens Princeps, & imperterritus miles interceptit.

classis Christiana norum re inf. Ha xedit. Nocte, quæ septimum Octobris diē subsequēbatur, classis nostra versus Occidentem cursum instituit. Cumq; Gomenozzam appulsa esset, Ioannes Austriacus & Columna per mare Siculum Messanā classem reduxerunt. Foscarinus verō cum suis nauibus in Corcyra mansit. Audiui nonnunquam à Christianis, qui capti à Turcis, tūc in illorū classe seruiebant, quōd Vluzalius in his vltimis, quæ offerebantur occasio- bus pugnandi copiā fecisset, nisi ei in mentem venisset, quōd is ipse dies anniuersarius erat, quo superiori anno classis Turcica memorabilē illam cladem accepisset. quare superstitioso iudicio suo deterritus, omnino credidit, dicere illum fatālē & Turcis infelicem esse: deoq; consultum neutiquam videri summam salutem periclitari.

Cūm Pontifex intellexisset classem sine vllō fructu rediisse, ait, Latū nimis & gloriosum exordium noster Pontificatus habuisset, si classis nostra manum cum hoste conferere potuisset, Turcicamq; expugnasset, aut aliud graue damnum Barbaro intulisset. At nos exhortando Principes, vt fœderi contra illum inito & confirmato sese iungant, continuisq; precibus Deum obsecrando, vt populo Christiano virtutem & fortitudinem largiatur, nostro officio satis faciemus: vt Deus pro sua misericordia (si tamen salutem nostræ expediat) futuro an-

no insignem aliquam & latam victoriā nobis largiri dignetur. Interea trāsiit ad Regē Hispaniarum Archiepiscopum Ianzanū, vt eius Maiestatem exhortaretur, naues, & quæ ad expeditionē in Turcas erant necessaria, sequenti anno maturius quā precedenti ad bellū præparentur. Ad Carolū verō Frāciā Regem misit Legatum Faluim, Cardinalem Vrsinum, omnibus, iisque optimis vsus medijs, vt Regem hunc in sacrum fœdus adduceret. Suscepit hoc onus in se Pontifex, tum quia ratione fœderis deuinctus erat, quotannis Imperatorem & Regem Christianissimum exhortari, & ad sacrum hoc fœdus inuitare; tum etiam ex singulari quadam beneuolētia, qua Regem hunc complectebatur, hanc ei gloriam expeditionis particeps esset. Præterea, vt aucto Confœderatorum numero, maior esset de victoria spes & securitas. Cūm itaque Cardinalis ille in Frāciam ad Regem venisset, omnem adhibuit diligentiam, vt eius Maiestatem ad bellum hoc Turcicum vnā cum cæteris Confœderatis suscipiendum induceret. Non esse Principem (ait) inter omnes Christianos, cui magis ex officio incūbit, nomē Christi defendere & diffundere, seu propagare, quā Regi Franciæ: vt qui inde titulo Christianissimū à multis iam seculis condecoratur: ad hanc tam sanctā expeditionem debere eius Maiestatem incitari clarissimis maiorum suorum exemplis, qui ad conseruandam & propagandam fidem Christianā grauissima bella gesserūt, populos suos, facultates & proprias sæpè personas presentissimis periculis exposuerunt. Magnam ad hæc gloriam atq; utilitatem suam Maiestatem ex hoc fœdere atq; bello reportaturam. Gloriam quæ hinc cōsequetur esse manifestam: quid enim gloriosius esse potest fideli Principi & Christiano, quā inimicos Christi & fidei bello persequi, & à Christianorum cervicibus repellere? Neq; minorem fore utilitatem: deuieto enim Turca, opulentissimas eius regiones facillē posse occupari, magnum in iis quæstum victorem posse facere, & ampla spolia reportare. Huc accedere, quōd Christianissima sua Maiestas populos suos in Turcas mittendo, regnū suum perniciosissimis hæreticorum seditionibus liberaret, quibus nunc tam crudeliter affligitur. Multos e-

nim hereticos ad hoc bellum profecturos, ad eò vt remanfurus ad novos tumultus cõcitandos vires non sint habituri sufficientes. Ne verò Regem ab hoc sacro fœdere deterreret rerum præcedenti memoria, aut loci in fœdere dignitas seu præeminẽtia, aut difficultas vtilitatis, ne fortè eas consequatur partes, quæ suæ Maiestati cõuenirent, Pontifex omnes istas difficultates in se recipiebat, promittens se effecturũ, vt in omnibus his, alijsq; Regi satisfiat. Simili modo offerebat, si quid aliud in hoc fœdere esset, quod eius Maiestati min⁹ placebat, se id ita temperaturũ, vt omne fastidium tollatur. Meminisse Regem debere vbi Dei negotium agitur, ibi nec honorũ, nec opum cupiditati indulgendum esse. Quòd si omnem diffidẽciam auferri, & per omnia securus esse velit, non videri Pontifici commodiorem ad omnia impedimẽta tollenda viam posse excogitari, quàm si inter suam Maiestatem, Regemq; Catholicũ vera & firma constituatur amicitia: fieri autem hoc posse, si noua inter ipsos cõtrahatur affinitas, fratri suo alteram filiarum Regis Hispaniarum spondendo.

Hæc Legatus iussu ac nomine Põtificis. Cui à Rege responsum est, se non aliam ob causam, quàm ad defendendam fidẽ Catholicam, & sanctæ Sedis obedientiam cõseruandam tot iam annis regnum suum, vitã & suam, & matris, & fratrum multis periculis exposuisse. Ad hoc autem se non tam exemplis maiorum suorum, quàm naturali instinctu, honestatis vi, & ipso decoro permotum esse. Huius autẽ rei præter alia, vel hoc manifestissimũ esse argumentũ; quòd post mortem Admirallij generali edicto, in omnibus regni sui finibus promulgato, omnes hæreticos, qui inueniri possent, gladio feriẽdos iudicasset, ad eò vt paucis diebus septuaginta millia, & quidem plures trucidati sint: fore autem horum numerũ maiorem, nisi pro sua clementia infelicis plebeculæ misertus, & spe multos ad Catholicam veritatem aliquando reuersuros motus, nouo edicto cauisset, ne quis amplius occideretur: sed omnibus ad Catholicæ Ecclesiæ gremium redire volentibus, parceretur. Porro se proptissimũ esse, nihilque magis optare, quàm vt omnes vires suas aduersus Turcam, infestissimũ fidei Christianæ inimicum effunderet: sed habe-

bere se in regno suo subditos omnes rebelles & tumultuantes, maximè autem Narbonenses & Rupellenses: & quod malũ maximè augebat; vereri se, ne iidem in sua rebellione ab Anglis & Germanis, quibus ista de hæreticis sumpta supplicia vehemẽter displicebãt, armis, militibus & opibus adiuuentur & confirmentur. Quantum ad particulares conuẽtiones seu pacta & fœdera, dicebat, se libenter Pontificis voluntati obtemperaturũ, & quidem propositum de matrimonio sibi maximè placere, si Rex Catholicus velit aliquod regnũ, aut prouinciam quamdam fratri dotem despõdere, sed videri sibi negotium illud effectũ tunc non habiturũ.

Quamuis autẽ Rex Christianissimus ad negotium fœderis tam perspicuè respondisset, non destitit tamen Legatus eũ secundo, & quidem aliis verbis & rationibus interpellare, si quo modo regẽ in fœdus posset pertrahere. sed responsũ non tulit aliud, quàm; Ne utiquã suæ Maiestati cõsultum videri, hoc rerum statu exercitum in suo regno conscribere, illumq; in expeditionẽ aduersus Turcas mittere. Huic enim militiæ nomen hos tantum modò daturus, qui verè Catholici sũt: hæreticos in regno permanfurus, qui tantò potenti ores essent ad motus novos concitandos, quantò minores viderent Catholicorũ vires ad suos furores comprimendos. Et sua itaq; & regni sui re nõ esse, sacri fœderis illius conditiones accipere, aut illi se sociare.

Legatus cùm videret se nihil impetrare posse, Romã re infecta reuersus est. Displicuit autem Pontifici regem Franciæ fœderi nolle subscribere. Ad alia itaque media conuersus, fœderis negotium promouere non cessauit. Sed & omni studio quo potuit, id egit, vt paratis & comparatis omnibus ad nouam expeditionem necessariis, prima ætate classis expedita aduersus Turcam mitteretur. Cum omni itaque sollicitudine triremes, aliæque naues reficiuntur: fortissimi quique viri ad militiã conscribuntur, omnis apparatus bellicus apparatus. Idẽ & Turcæ fecerunt, nullis parcentes sumptibus aut expensis. Qui vt nostros prauenirent, in Dalmatiam traducto exercitu Ascruium, nunc *Catara*, munitissimã Venetorum urbem occupare tẽtarunt. Sed quia id commodè fieri non posse videbant, nisi

Legatus re infecta Romã rediit

Apparatus ad nouã expeditionem contra Turcã.

excitato prius propugnaculo, cum omni celeritate munitionem sub ipsa vrbe exstruxerunt. Veneti huius rei certiores facti, per litteras Iacobo Soranzo Pronitori generali qui tunc in Corcyra, seu cōfinio morabatur, mandârunt, vt cum parte clas- sis periclitâti vrbi succurreret, atque propugnaculum disturberet. Soranzis accepto hoc mandato, non cunctandum sibi diutius arbitratus est: sed statim xv. Ianuarij, anno post Christum natum MDLXXIII, cum viginti trirēibus Ascrunium nauigat, ratâq; cum celeritate appulsus est, vt de illius aduentu hostibus nihil constaret, priusquam eom proras ad terram applica- re viderent: & si Soranzis classem cōfestim in propugnaculum direxisset, vno eodemq; illud impetu occupasset. Expugnatum igitur cōfestim, igne subiecto exussit, & disturbauit, multosq; è Turcis capite iussit obruncari. Prædam hîc Veneti non contemnendam nacti sunt: inuenta nanq; sunt in munitione septêdecim maiora tormenta bellica, septem benè instructæ triremes, & alia nonnulla, quæ omnia in potestatem Venetorum venerūt: sed & portam ferream accipere, cui Ascrunium trarataz inscriptum est, à quo, quando, & quomodo capta esset.

Veneti à
scdere
deficien-
tes, cum
Turca
inducias
paciscun-
tur.

Interea Veneti animaduertentes sua negotia cum Turcis aliis in locis malè succedere, & peiora metuentes, propter potentissimam quam instruebant classem, cui etiâ accedebat, quod conquirebantur quosdam confœderatos conditionibus non satisfacere, opera & intercessione sui in vrbe Constantinopolitana Patroni, & Regis Franciæ Legati, inducias cum Turca pacti sunt: à quibus ille minime alienus erat: tum quia Cyprum occupauerat, aliquot etiâ ciuitates in Dalmatia Venetis ademerat, tum etiam quia recens adhuc acceptæ superioris anno cladis memoria animum illius lauciabat, metumq; incutiebat, ne vires & prosperi Christianorum successus maiora adferrent incommoda. Quamobrem Veneti inducias cōfestim conditionibus honestis obtinuerunt. Displicuerūt istæ induciæ Pontifici & Regi Philippo, vel eò potissimum, quòd sine suo consilio aut consensu erant impetratæ. Veneti extemplo legatos suos ad vtrumque & Pontificem, & Regem miserūt, vt causam suam

iustificarent, & omnem sinistram de se conceptam suspicionem auerterent. Neque hac ligatione contenti Veneti, etiâ multis, discretisq; rationibus sese excusârunt & purgârunt, Philippo Boncompagnio, Cardinali S. Sixti, Pontificis Nepoti ista emissio, anno M. D. LXXIII. vt Henticum Regem Poloniæ salutarer, qui mortuo fratre Carolo Rege, in scis Polonis, noctu sui: ma- cum celeritate, ne à Polonis detineretur, aut ex itinere retraheretur, Polonia excesserat, & citatis equis Venetias venerat, vt deinceps in Galliam rediret: quod regnū illi hæreditario iure post obitum fratris debebat.

Pom
à Ti
ad h
rico
ordi
redi
dos
conf

Gregorius itaque cū non haberet istas facultates, vt posset in negotio scederis tātas opes, quantas solet, profundere, conuertit sese ad succurrendum Imperatori & Regi Catholico, vt commodè hærefes exstirpare, & fidem Catholicam possent propagare. In huiusmodi subsidiis multos magnosq; thesauros Pontificatus sui temporis consumpsit: præter eos, quos Regi Galliarum misit, ad bellum contra Hæreticos continuandum. Ne autem pecuniæ, quæ neruus belli est, inopia cogereetur pacem cum Hæreticis inire, quæ noxia esset, fidei- que Catholicæ perniciofa, dedit ei quadringenta ducatorum millia, quæ ex vna collatione ciuitatū Ecclesiæ, & sexdecimis beneficiorum collegit. Archiduci quoq; Carolo & Militibus liberalia sæpè subsidia misit. Magna insuper liberalitate vsus est in pauperiores nobiles & Magnates. Ducem enim Brainsuicensem, cū Romam venisset, septem ducatorum millibus donauit. Sed & magnas impensas fecit in ædificandis variis templis, tam in vrbe, quàm aliis in locis suburbanis. Neque vtilis pepercit sumptibus in viginti duobus per varias & remotissimas mundi regiones fundâdis, dotandisq; Collegiis, in quibus iuuentus vna cum literis pietatem, morumq; disciplinam addisceret: vt hoc modo cultus Catholicus amplificaretur. Quæ in finem homines etiam doctos & feru- dos, Religionis zelatores, ad Pretiosum Ioannem in Aethiopiā, ad Mauros, ad Constantinopolitanos, aliasq; plures nationes misit. Aluit nuntios aliquot in Germania, vt tentaret si illorum auctoritate & labore posset Hæreticos ad agnitio-

nem veritatis reducere, eosq; ab omni malicia, quantum fieri posset, retrahere. Quin & in publicis granariis ad Themas Diocletianas constituendis, in venustissimis fontibus ducendis, in plateis tam in Vrbe, quam aliis in locis ad Ecclesiam pertinentibus ampliandis, incredibile est, quantas opes expendit. Nullis pepercit sumptibus anno incarnationis M. D. LXXV. qui Iobilaus erat, vt populo Romam in tanta frequentia, quanta vix vnquam visa fuerat antea, vt sacra loca inuiseret, venienti obsequeretur. Vt enim cum minori molestia ecclesiam sancti Ioannis ad Lateranum adire possent, magnis impensis & laboribus viam commodissimam ab Ecclesia beatae Mariae maioris ad Lateranum vsque aperuit, & ad peregrinorum vsum strauit. In eodem quoque templo beatae Mariae porticum restaurauit, vt inscriptio eiusdem testatur, his verbis: *Gregorius XIII. Pont. Max. Eugenij laborem porticum deiecit, & magnificentius restituit: Vianr. Etum ad Lateranum aperuit, Anno Iobilai M. D. LXXV.*

Magnam quoque pecuniae vim erogauit in legationibus, diuersis in casibus diuersa in loca mittendis, vt cum Cardinalem Moronum, hominem in rebus gerendis dexterrimum anno LXXI. III. Genuam misit, ibique suis eum sumptibus aluit, donec Rempub. illam ciuilibus seditionibus grauissimè agitata non ad pristinam tranquillitatem reduxisset: quae tunc demum pacata fuit, cum Genuensis omnem suam controersiam arbitrio Pontificis, Regis Galliarum & Hispaniarum dirimendam contulissent, vt salua libertate ciuilia ipsi statuta, quae omnium motuum fons erat & origo, visitarent, emendarentque. Quam curam Principes illi Cardinali Morono, Petro Castacciaro, Carolo Borgiae, & Ioanni Idacio commiserunt: qui multo cum indicio leges veteres emendauerunt, & multas novas sanciuerunt promulgaruntque. Quare & à Genuensibus humaniter accepti & habiti sunt. Effecerunt enim sua diligentia & prudentia, vt multi ciues, qui solum vertebant, in urbem redierint, pacificeque & quietè in antiqua sua libertate viuerent. Hæc pax reddita est Genuensibus mense Maio, anni M. D. LXXVI. quo tempore pontifex etiam occupatissimus erat in rebus Polonicis componendis, quo in regno tur-

bulentissimi motus erant exorti.

Postquam enim Henricus Rex Poloniae Regnum reliquisset, vt Franciæ, quod per obitum fratris sui Caroli ad illum deuolutum erat, capefferet, Poloni per litteras & Legatos illi significauerunt, sibi maximoperè displicere, quod clam abiisset. orabatur itaque illum, vt reuerteretur: quod nisi faceret, se in Comitibus ad duodecimam diem Maij, anno LXXV. indictis, nouum Regem electuros. Qui cum respondisset, sibi nequam integrum esse in Poloniam redire, priusquam filium ex vxore suscitasset, quæ Regni hæredem in Francia relinqueret, Poloni in arce, cui Stecisia nomen est, conuenerunt, vt nouum Regem crearent. Hic cum vsque ad medium mensem Iunij hererent, neque ob varias difficultates & dissensiones aliquid certi decernere possent, alia Comitibus mense Nouembri Varsovia constituta sunt.

Quò cum dicto die Ordines conuenissent, diuersæ & aduersæ fuerunt suffragantium opiniones: nam & varij erant Principes, qui hanc dignitatem ambiebant. Affestabat hoc Regnum Maximilianus secundus Romanorum Imperator; Ernestus eius filius; Ferdinãdus frater Archidux Austriae; Ioannes Tertius Rex Sueciæ, Sigismundus eius filius; Stephanus Bathoræus Transiluaniae Princeps, Alphonsus Dux Ferrariensis, & Ioannes Basilides magnus Dux Moschouiae. Pontifex ope & diligentia sui Legati, qui tunc erat in Polonia, aliorumque Magnatum industria, hoc vnum urgebat, vt Princeps Catholicus eligeretur, & ne ista animorum discordia in tumultum aut apertum bellum erumperet. In tanta voluntatum & opinionum dissonantia, Iacobus Vcanius Archiepiscopus Gnesensis cum multis Senatoribus surrexit, & egressus curia, seu loco, in quo fieri solet electio, copiis aliquot militum, qui à partibus suis stabant armatus, duodecima die Decembris Maximilianum Romanorum Imperatorem Poloniae Regem renunciauit. Altera pars Senatus hoc factum Archiepiscopi indignissimè ferens, post biduum elegit Infantem Annam, è Regali & antiqua Iagellonum familia oriundam, vt ipsa Regina esset Poloniae, ea conditione, vt nuberet Stephano Bathoræo, Transiluaniae Principi; qui cum illam duxisset, cõfe-

Seditio seu controersia in Polonia ob electionem noui Regis.

omnibus aliis mense L^o g^o m Pontificis & ios cõmittitur.

stim pro Rege Polonię electo & confirma-
to haberetur. Vterq; Princeps electionem
hanc, vbi nunciata esset, acceptauit: sed Bat-
thoręus solus ad possessionem regni per-
uenit. Hinc graues tumultus orti sunt: sed
mox sopiti Imperatore ex palpatione cor-
dis paucis post mensibus moriente. Batho-
ręus itaque pacificus factus Polonię Rex,
in Catholica fide vixit, Princeps fortissimus,
& pontifici per omnia obedientissimus,
ad quem etiam (vt moris est) Legatum
misit, qui nomine regis obedientiam Ro-
manę Sedi præstaret.

*Pestis in
Italia.*

Dum hæc in Polonia gerūtur, in quibus-
dam Italię partibus sæuissimã pestis gra-
sabat, quæ Tridentum, Mediolanum &
Venetias grauius, quàm alias ciuitates &
oppida afflixit. Magno erat Mediolanensi-
bus refrigerio Carolus Cardinalis Borro-
maz vrbis illius Archiepiscopus, qui cū
opibus & facultatibus, cum propria pertona,
omnibusque modis quibuscum potuit
miserrimo afflictissimoque populo opitu-
latus est: non veritus pro salute illorum
quotidie, immò singulis momentis vitam
suam graui & manifesto periculo subice-
re. Sed qui amat vitæ Christianę veritatē,
exiguam, immò nullam habet vitæ munda-
næ curam & rationem.

Venetis infinitus hominum numerus
cuiusvis ætatis, sexus, conditionis mortem
obiit. Quia verò paucissimi Sacerdotes &
Religiosi erant superstites, pontifex eò mi-
sit Tobilem, cuius beneficio omnes in hoc
aut alio morbo vera poenitentia contriti,
etiamsi confessi non essent, aut alia Sacra-
menta percepissent, plenam peccatorū uo-
rum indulgentiã consequerentur. Aloysius
Mezenigus ea tempestate Venetiarum
Dux, omnia humana remedia adhibuit, vt
pestiferum hunc morbum fugaret: votum
quoque Deo nuncupauit, se templum Sal-
uatori ædificaturum, si diuina illius Maie-
stas hanc vrbem à tam horribili contagio-
ne liberaret. Nō post multos dies morbus
hic cœpit minui, & paulò post omninò cō-
queuit. Multæ ciuitates Italię singulari
beneficio & prouidentia Dei ab hac lue im-
munes euaserunt, & quidem potissimū Ro-
ma; quo cum à Mercatoribus sarcinæ quæ-
dam ex variis mercibus conflata aduectæ
essent, facta pro consuetudine decuria, ad-
missa sunt, & in vrbē illata. Cæterum mer-

catores illi vt maiorem quæstum facerent,
decreuerunt easdem sarcinas in alias lōgè
distantes regiones mittere, atque ibidem di-
uendere. Quò cū transportatæ essent, &
dissolutæ, confestim omnia loca infecerūt:
erant enim inter istas merces quædam ma-
ximæ pestiferæ. Idem factum fuisset Romæ,
nisi Deus mercatoribus illis hanc mentem
inspirasset, vt maioris quæstus gratia, non
Romæ merces vendere, sed aliò mittere
maluerint.

Anno circiter post hanc Italię calami-
tatem transacto pontifex per literas fit cer-
tior, Episcopum † Leodiensem negotium
componendæ pacis inter Regem Philippū
& Ordines belgicos, qui paulò antè per ci-
uiles discordias ab illius imperio descie-
rant, agitare: & quòd Ioannes Austriacus
Belgicarum prouinciarum Gubernator,
quem contra rebellem populū Rex Ca-
tholicus miserat, cum Principe Parmensi,
tunc eius Vicario, post mortem verò Au-
striaci in Gubernatione successor, multa
præclare gereret, & multis præliis victor,
Hæreticos affligeret, quam vtilissimã Regi
& Religioni Catholicæ operam, magna
cum nominis sui gloria Parmensis hæc-
tenus continuauit.

Pontifex cū hæc intellexisset, multis
grauiusq; cogitationibus & curis animū
fatigauit, quomodo efficeret, vt hæc pax
cum autoritate Sedis Apostolicæ, & sine
vilo fidei Catholicæ detrimento constitue-
retur; confestim Dominum Castanum;
nunc Cardinalem sancti Marcelli nunciū
istuc legauit, qui in omnibus consiliis &
actionibus suis singularem prudentiam &
admirabilem integritatem ostendit. Sed
pacis huius negotiū non aliam habuit finē
quàm semper in ista regione habere con-
sueuit. Vnde maiora bella cōsecuta, & mul-
ta ex primariis vrbibus ab eodem duce ca-
ptæ sunt: magna pars Belgarum ad verū Ca-
tholicæ Religionis cultum reducta, Deo
& regi illi et in summis calamitatibus, si-
delis permanet.

Eodem anno quo pax inter Regem Phi-
lippum & Ordines belgicos agitabatur,
Sebastianus Portugallię rex, magnanimus
& religiosus iuuenis, expeditionē in Mau-
ros meditabatur. Ad hanc cogitationē im-
pulsit illum desiderium reducendæ in hæc
mundi plagã Christianæ Religionis, quo-
modo

*Pax re-
tata in
Belgio
† di L.
di. id e
Lodie
haberi
empla
Italic.
que vi
It: lia
est: se
mend
se pnt*

*Portu-
licæ Re-
gē qui
ad bel-
in Mau-
ros sis-
pi. ndi
impak
rit.*

Sic La
i scrip
tes illa
minā,
de les-
um en
asura
b 70.

modo ea temporibus antiquis ibidem coli consuevit; & sympathia seu dolor animi, quo cruciabatur ob Mahometem ꝑ Abdemelech patruo suo regnis Fessæ & Maroci pulsus: qui assiduus, iisque supplicibus precibus ad Portugallia Regem confugerat, opem & auxilium implorans, vt Regna sibi per vim adempta posset recuperare. Pollicebatur, si Lusitani armis & auxilio in Regna restitueretur, se perpetuum eius fore tributarium. Vt autem huius rei securitatem Portugallo præstaret, omnes portus marium eius fidei & potestati traderet, vnâ cum circumiacentibus agris, quos adeo fertiles esse dicebat, vt cum eorum frugibus non tantum fames, qua nonnullæ ciuitates in istis partibus, Lusitanorum imperio parentes, iis temporibus, quibus tuto nauigare non licet, grauius affliguntur, posset depelli: sed & abundantia frumenti, aliarumque rerum ad humanos vsus necessariarum quotannis in Lusitaniâ posset importari. Præterea idem Mahometes vt Lusitanum alacriorem, ꝑ ad auxilium ferendum promptiorem redderet, vnum ex filiis suis obsidem illi reliquit. Multis quoque argumentis Lusitano persuadere conabatur, bellum hoc nullam vel exiguam habiturum difficultatem; à maiori namque subditorum suorum parte se diligere & desiderari; ab omnibus verò pro solo, legitimo & naturali suo domino agnosci: Abdemelechum patrum suum non electione populi imperium adiiisse, sed fauore Turcarum inuasisse: Turcas autem non aliam ob causam illi patrocinari, quam vt per illum via ipsis sternatur, ad vicinas ciuitates & prouincias paulatim occupandas. Id autem Christianæ Reipublicæ maximo fore detrimento. His, aliisque rationibus motus Lusitanæ rex Sebastianus, animus ad hanc expeditionem Mauritaniæ suscipiendam adiecit, & Mahometem in hac iniqua sua fortuna iuuare decreuit. Antequam tamen bellum hoc susciperet, voluit Philippum Regem confobrinum suum in re tam ardua consulere. In Castiliam itaque profectus, in vrbe Guadalupensis Regem Philippum conuenit, & cum eo diu multumque deliberauit, quid in hoc negotio faciendum esset.

Rex omnibus modis illi hanc expeditionem dissuasit, admonens eum, quod ho-

stis potentissimi habebat exercitum, cum in bellis esse exercitatum, virum fortem & impertarritum, qui Turcas habebat ad sui defensionem paratissimos: periculosum esse promissis & spe Mahometis confidere. Barbarorum enim fluxâ esse fidem & lubricam. Prudentissimè autem Rex Philippus Lusitano consulebat, non esse nimium credendum verbis Mahometis: etenim nunquam fides habenda est verbis eorum, quibus ditionibus suis eiectionem, opem queerunt vt eas recuperent: tanta enim in illis est cupiditas amissa recipiendi, vt multa facillimè credant, que falsa sunt, & ipsi multa artificiosè comminiscantur, que vltro adiciunt, ita vt inter ea que ipsi credunt, & que credenda proponunt, Principes illos, à quibus opem implorant, tanta spe complent. vt aut inutiles sæpè sumptus faciant, aut expeditionem suscipiant, in qua & sua, & suorum salus periclitatur, immò concidit. Sensit hoc suo malo verum esse Rex Lusitanæ; qui contemptis Regis Philippi sanis consobrinii sui consiliis & monitis, vanis Mahometis pollicitationibus fretus, expeditionem in Mauritaniam suscepit.

Collectis igitur ex omnibus nationibus lectissimorum militum triginta millibus, in Mauritaniam ad hoc bellum transfretauit. In hoc tanto exercitu quinq; millia Italorum fuerunt, quos cum aliis nationibus pontifex in Britanniam misisset, sub imperio cuiusdam Angli, qui illi perferat, sibi regionem illam cognitam esse, absque magna difficultate posse aliquot ciuitates occupari, & latissimam hoc modo viam ad regnum illud expugnandum aperiri. Sed ob certas quasdam rationes alias, milites illi Regi Lusitanæ sacramentum dederunt, qui etiam in exercitu suo duo millia equitum Lusitanorum ducebat, & octingentos, quos Mahometes collegerat. Totus hic equitum numerus æstimabatur (vt aliis temporibus sæpè obseruatum erat) tantum in bello valere, quantum quater mille & quingenti Mauri.

Rex exercitu hoc classi multarum nauium imposito, vicesima quarta Iulij, anno M. D. LXX X I I I. vlyssibona soluit, & decima octaua mensis sequentis Arzillâ, ditionis suæ ciuitatem appulit. Hic quatuor peditem millia reliquit, qui prohiberent, ne Algērenses Mauri subsidia mitterent,

Lusitan^a
in Mauri
taniam
transfre-
tat.

Philippus
consulit
Philippum
Hisp.
rum
gem.

& alia quattuor millia misit in munitione suam Maraganum, mari imminens in Regno Marocensi, qui cōtinuis velitationibus distinerent Mauros, qui ad bellum præscriptum hosti submittebantur. Hic ex certis nunciis & exploratoribus didicit, hostis exercitum esse potentissimum. Quare Duces, Barones, & Præfetti Regis Lusitaniæ omnem mouerunt lapidem, ut Regem ab hoc bello detererent: hortabantur illum ut in Lusitaniam redeat, & se, suosque in præsentissimum periculum non mittat: quod futurum haud dubiè esset, si populum suum cū exercitu quadruplo maiore suo pugnare iubeat.

His dictis motus Rex, decreuit cum suis reuerti: sed Mahometes de hoc Regis consilio factus certior, neruosa & efficaci loquendi modo Regem affatur, eumque multa spe replet, persuadens in super illi, rem ad prælium seu pugnam non venturam, sine pugna victoriam se consecuturos esse. Inimici enim Regis populum, mox ubi hostem adesse viderint, eum deserturos & dilapsuros esse. Quibus verbis Barbarus animum Regis in suam iterum sententiam pertraxit, & speciosis suis promissionibus id effecit, ut Rex susceptum bellum prosequendum esse determinauerit. Vice-simo itaque nono Iulij cum exercitu suo reliquos Alearquiurium, primariam Regni Fessensis ciuitatem contendit. Hic primum inimicus visus est exercitus, nec inuentus est quispiam ex militibus, qui partes Mahometis sequi voluit: immò omnes se promptos exhibuerunt, ad militandum suo Abdelmelecho: qui in exercitu sex millia equitum, & quindecim millia peditum habuisse perhibetur.

Rex Sebastianus cū hostis exercitum à fronte conspiceret, videretque se fuga saluari non posse, forti & imperterrito animo statuit, cū hoste (licet multò potentiore se) configere. Quarto itaque Augusti, anno M. D. LXXXIII. exercitum in tres turmas distribuit, in quarum vna equites erant sub Duce Duaro Menechio. Aliæ duæ turmæ ex peditibus constabant, ad latera primæ turmæ equitum constitutæ: quarum vnæ à manu dextera ducebat Dominus Antonius, magnus Prior Melitensis, notus Patris Sebastiani consobrini: alteri præerat Dux Ancitanus. Rex ipse cum præci-

pua nobilitate in fronte primæ turmæ generoso & equo, & animo ferebatur.

Abdelmelechus similiter exercitum suum in optimum ordinem redegit, & in formam dimidiæ Lunæ constituit, alis ferocibus suis locis accomdati. Hoc modo constitutis exercitibus, Lusitani cum tanto impetu in eam exercitus inimici partem, quæ erat potentior, irruunt, ut eam per-ruperint, & plurimos Mauros trucidauerint. Et si cōfestim Lusitani vires collegissent, & auxissent, denuò hostis acie fregissent, & austrissent, & in fugam coniecissent.

At Rex Abdelmelechus cum totis viribus suis aduolans, omnem equitatum peditatumque Christianorum inuadit. Atrox prælium committitur: Christiani fortissimè in hac pugna dimicant. Pugnatum est acerrimè sex horis continuis, dubia tamen victoria.

Rex Lusitaniæ dum obuium quemque prosternit, & multas strages edit, cum admirabili audacia, animique fortitudine pugnans, à scelopetario quodam Mauro in latere vulneratur, & ab alio equo eius ster-nitur. Cadens itaque in terram quinq; vulneribus à superueniente lanceario infelix Rex cōfoditur. Afferunt nonnulli quinquaginta millia Maurorum in hac pugna per-riisse. Quod si verum sit, certè cruenta fuit illis victoria. Ex Christianis vix decem millia caesa sunt, capta, & in seruitutem abducta circiter quatuordecim millia, ducetos tantum fuga elapsos, in columas ad suos rediisse. Neque solus Rex Lusitaniæ in hac expeditione cecidit, sed & alij duo Reges cum eo occubuerunt. Abdelmelechus Rex debilis & infirmus subito cordis dolore & anxietate correptus, ex eo quòd sinistrum cornu aciei suæ in fugam ab hostibus con-ici videret, exanimatus occubuit.

Rex Mahometes videns victoriam ad hostes inclinari, & iam conclamatum esse, fuga sibi volens consulere, & ab vna parte elabi, in fluium Mogazzam sese præcipitem dedit. Erat autem hic fluius, ad cuius ripam pugnatum est. Sed cū in locum paludosum incidisset, vnde equus sese expedire non potuit, ephippio excussus, quia natare non potuit, in luto & aqua vitam simul cum ambitione sua deposuit. Cadauera mortuorum Regum ex decreto Hameti fratris defuncti Abdemelechi, Regni suc-

cessoris

Pugna
ter Lu-
tanos
Mauros

Lusitania
inter-
tur-

Cada-
duo-
ges
ri.

cessoris, collecta, & in vno eodemque ten-
torio posita sunt. Miserandū profectò spe-
ctaculum, trium Regum tam miserè inter-
fectorum videre funera: quod etiam homi-
nibus Barbaris, & natura sua crudelissi-
mis, lachrymas excussit vberimas.

Quia verò Sebastianus Rex nullam reli-
querat prolem, Regni hæredem Cardina-
lem Henricum Regis Emanuelis filiū Lusitani Regem renunciârunt, & creârūt: cardinalem ille, quia senex erat, & propter Sa-
cerdotium ad matrimonium inhabilis, à Proceribus Regni rogatur, vt viuens sibi successorē nominet: vt interim dum nullis Regij sanguinis hæres sit, nulli tumultus & seditiones in Regno propter successio-
nem concitentur. Iustam hanc esse Proce-
rum petitionem ratus Henricus, Comitiam indicxit, & Barones. cæteraq; Regni mēbra conuocauit, vt cui post mortē suam Regni administratio legitimè deberetur, ipsi declararent: & quem illi nominarēt, hic pro successore haberetur, & acceptaretur.

Philippus Hispaniarum Rex intellectu Lusitanorum consilio, Cardinalem pacie-
cum cum multis sacrarum & ciuiliū Legum Doctoribus in Portugaliā legauit, qui docerent ius, quod ipse in Regni successione habebat.

Ab altera parte Dominus Antonius, filius nothus Aloysij, Fratris dicti Cardinalis Henrici, per multos intercessores instabat, vt ipse ad hanc successione nominaretur. Fauēbat ei communis populus, qui vehementer eo tempore ab externæ gentis imperio abhorrebat. Cardinalis Rex Lusitanix vndecim Regni Barones elegit, quibus auctoritatem dedit audiendi rationes Regis Philippi, & aliorū Principum, qui aliquod ius in successione prætendebant: iudicandi etiam & determinandi, cui Regnum legitimè d. beatur. Dum illi singulorum rationes expendant, & diligentissimè cuiusque ius discutiūt, Rex Cardinalis plenus annis & ætate cōfectis, vitæ munia cum morte mutauit.

Post cuius obitum magna inter Barones orta est dissensio: dum quidam Regem Philippum successorem & hæredem regni nominarent, alij denominationem fieri debere negarent, sed electionem à populo; quomodo in simili casu aliis temporibus factum esset: Hoc autem potissimum

vrgebant illi, vt Dominus Antonius, cuius antea facta est mentio, eligeretur. Successione namque ad Regnum peruenire non potuit, quia nothus erat, atque idè ad successione inidoneus. Quare & Baronum pars, & populus penè omnis Antoniū Regem suum pronunciarunt, cœperuntq; illum debito Regi honore reuereri, eiusque mandatis obedire.

Interea Rex Philippus ingentem exercitum conscribit, omniaque ad grauissimum bellum necessaria præparat; & nequa Lusitanis oriatur suspicio, expeditionem Africanam prætendit. Sed qui prudentiores erant, facilè animaduertunt, tantum apparatus non alio sine fieri, quā vt Lusitaniam armis occupatam suis Regnis adiceret. Coëgit in Italia decem millia peditum, sub Imperio Petri Medicæi, eiusque Vicarij Prosperi Columnæ. Habebat autem in Regno Neapolitano ad has, aliasque copias in Hispaniam transportandas classem centum & quinque triremium, octoginta nauium, duarum quinqueremium, & vnus ex earum genere quas Galeones vocant. Præter has omnes multa etiam erant in classe minora nauigia. Huius classis præfectus erat Ioannes de Cardoua.

Quia verò fama erat, tantam belli molem instrui ad expeditionem in Africa faciendam, Pontifex, vt militum numerū auget, omnibus exsulibus seu Banditis, qui in iurisdictione Ecclesiæ erant, reditum in patriam pollicebatur, quicumque Regi Hispaniarum in hoc bello velint militare. Idè fecit Prorex Neapolitanus in illo Regno, exceptis tamen Monetariis & perduellibus; quibus hæc immunitas fuit denegata. In hac expeditione Philippus quadraginta armatorum millia sub signis habuisse creditur.

Huius tanti apparatus fama, cum Constantinopolim ad aures Amurathis Turcarum Imperatoris allata esset, non leuiter animum eius percussit. Cum enim Persico bello destineretur, verebatur, ne bellum vno eodemque tempore ab Hispano illatum, Regno suo plurimum incommo-
daret. Per Mahometem itaque Bassam de induciis cum Rege Hispaniarum egit. Rex Philippus quia bello Belgico implicaretur, & de successu rerum suarum in Lusita-

fran-
m spe-
cul.

rdina-
fit Rex
fit.

fficul-
de no
Rege
& Car-
nalem.

rdins.
Rex
mitur.

A. 1601.
à popu-
Rex
gitur.

Rex Hi-
spaniari-
bellum
parat L
sitani.

Induci-
inter R
gem 1.
spani-
T
cam

nia certus non est, oblatas inducias minimè repudiandas arbitratus est. Duorum itaque annorum inducias Constantiopoliticū Imperatore pactus est; quibus nōdum exactis, alix trium annorum confirmatæ sunt.

Philippus exercitum in Lusitaniam annuit. Dux Albanus.

Non multos post dies Philippus exercitum Lusitaniam versus mouit, eò consilio, vt si Lusitani eum pro legitimo suo Rege acceptare nollent, vt à Doctoribus & legibus determinatum erat, armis eos ad obedientiam constringeret. Imperatorem exercitui dedit Albanum Ducem, qui summa cum celeritate copias suas in confinia Portugalix duxit. Lusitani sumptis armis cœperunt tumultuari.

Quia verò clerus & Nobilitas à partibus Philippi stabat, populus verò Antonij causæ patrocinabatur, vicit popularis tumultus, magnisque & inconditis clamoribus Antonius Rex prædicatur. Erat autem Antonius eo tempore Santaremi, quæ ciuitas est in Tagi ripa munitissima. Antonius itaque de clamore & voluntate populi certior factus, cum multis asecclis suis ocyus Vlyssibonem aduolat, vbi (licet cum quadam difficultate) pro rege receptus est. Regis Hispaniarum exercitus interea sese mouet, & in penitiora Regni loca diffunditur. Mox vbi sub vrbe cui nomen Elues conspectus est (erat enim ea prima quàm tentarunt) oppidani territi abiectis armis deditonē pacti sunt. Idem fecerunt alix ciuitates omnes, ad quas exercitus admovebatur.

Antonius vacitur & Vlyssibonensis ciuitas dicitur.

Dux Albanus quanta potuit cum celeritate Vlyssibonem mouit, ratus si eam ciuitatem occuparet, se toto Regno potitū esse. Vlyssibonem igitur cum Dux venisset, arma in Antoniam expediri iussit. Antonius cum suis, qui omnes nuper conscripti, & militia in expertes erant milites, Albano occurrit, & cum eo manum conserit. Sed priò impetu victus, fuga sibi confuluit, & ciuitas Vlyssibonensis Duci Albano se dedit: qui interfectis aliquot è primariis Antonij promotioribus, seditionem sustulit, & pacem regno reddidit.

Rex Philippus sic Rex Lusitanie.

His ita peractis Rex Philippus Vlyssibonem venit, ibiq; pro Rege acceptus est omnes incolæ fidelitatis illi iuramentum præstiterunt. Pontifex Cardinalem Ria-

rium legarat in Hispanias, vt quocunq; modo posset, cauere ne bellum inter regē & Lusitanos exoriatur. Lusitanis potius persuaderet, vt Hispanum Regem suum agnoscerent, eumque susciperent. Sed antequam Cardinalis in Hispaniam veniret, iam debellatum erat, & totum penè negotium compositum: ita vt Cardinali nihil agendum restaret, quàm vt Romam reuertetur. Antonius interea collectis denuò viribus, & octo circiter millium armatorum exercitu comparato, iuxta oppidum cui nomen portus Portugalix (quod eum adhuc regem agnoscebat) sese munit, in omnem occasionem intentus, si forte Hispanorū vires carpere, & causam suam stabilire posset.

Cæterum ab Hispanis iterum exsus, & castris exutus, cum videret res suas ad interitum inclinare, collegit multa cimalia, magnam vim auri, aliaque ornamenta pretiosa, & thesauros incomparabiles, fugique nonnullos ex amicis secum abducēs. Hispani illum citatis equis insecuti sunt: sed Antonius videns eos proximos esse, & quasi tergo suo instare, difficillimeque se manus eorum posse euadere, cauto è re consilio capto, quò eos in via distiperet, hippoperam nummis planam aperiri iubet, & in via qua fugiebat, magnam pecuniæ vim sparsit. Deinde & arca pretiosissimis rebus onusta de industria reclusa, hinc inde pretiosiora queque disseminauit. In his diuitiis colligendis, dū Hispani occupantur, Antonius elapsus est.

Rex Philippus non multo tempore Vlyssibonæ commorabatur: paucis enim iustis diebus, quibus illic hærebat, bis grauissimè periclitatus est. Cuniculi namque duo inuenti sunt; prior in palatio, in quo diuersabatur; posterior in templo, vbi sacræ Missæ sacrificium audire consueuerat: quini si detecti fuissent, Rex ipse vnà cum palatio aut templo vni pulueris tormentarij abreptus, miserimè periisset. Authores tanti sceleris deprehensi, acerbissimis pœnis excarnificati sunt: Rex verò confestim in suam Hispaniam reuersus est.

Dum hæc in Lusitania geruntur, Ioannis Basilidis, magni Moschorū Ducis Legatus Romam ad Gregorium venit: Missus erat hic Legatus à Moschorum Principe, rogatum pontificem, vt ipse, tanquam cō-

Antonius in vincit & fugit Serranema.

Infidibus Re Hispania.

Legatus Moschorum ad Pontificem.

munis Pater se, mediatorem inter Regem Poloniae Stephanum, & Magnum Ducem interponeret, pacemque vtrinque conciliaret. Polonus enim Moschum graui bello premebat, eiusque res in locum angustissimum redegerat. Legatus hic à Iacobo Bocompagnio magnificentissimo Principe, & nunc sanctae Ecclesiae Generali, hospitio exceptus, atque ab ipso pontifice sereno vultu conspectus est. Variarum humanitatis significationes ei quoque ab omnibus exhibebantur.

Initio Legatus hic pedes pontificis exofculari diu recusauit: sed cum postea intellexisset id fieri debere: neque aliter pontifices quempiam admittere consueuissent, aut etiam Romano iure posse, vt causam legationis exponat: sententiam mutauit, & pedes pontificis osculatus est. Obseruatum fuit in Molchis, qui Romam venerant, quod vnum aqua vitæ diluebant: quod profecto nil aliud erat, quam ardorem vini magis accendere? cum autem febribus corripentur, ex templo in aquam frigidissimam sese precipitabant, in eaque refrigerabantur. Noluere Ecclesiam ingredi, si canes in ea esse praenonerentur: dicebant enim minimè ferendum esse, vbi diuinus exercetur cultus, huiusmodi bestias accessum habere. Pontifex Legationem benignè audiuit, legatoque in omnibus, quibus potuit, satisfecit. Scripsit Regi Poloniae, illum ad pacem inuitans. Sed & Patri Antonio Posseuino, quem cum Moscho remisit, in mandatis dedit, vt nullis parceret laboribus aut molestiis in Principibus his reconciliandis.

Anno itaque M. D. LXXXII. intercessore Posseuino, eiusque opera pax inter illos iniata & confirmata est. Interea Pontifex Gregorius, cum in Ecclesia S. Petri in Vaticano regale & magnificentissimum Sacellum construxisset, & Virgini MARIAE, diuoque Gregorio Nazianzeno dedicasset (quo in edificio ultra centum milia ducatorum expendisse dicitur, praeter annuos prouentus, quibus idem Sacellum ad sustentationem sacerdotum, qui diuinis in eo operarentur dotauit (ex eo quod in Campo Martio est Virginum monasterio, corpus Gregorij Nazianzeni huc transfuit. Facta est autem hac translatio cum maximo populi concursu: cum splendido

& regali apparatu.

Pontifex ipse cum Cardinalibus vsque in planiciem, quae est ante Vaticanum sacris reliquiis obuiam processit, & sanctissimum corpus suis manibus in altare dicti Sacelli reposuit. Totam hanc translationis pompam iussit pontifex deliniari in vna trium illorum ambulacrorum, quae in Apostolico palatio pingi & ornari mandauerat: quae ambulacra contigua sunt ijs, quae magnus ille Raphael Vrbinus temporibus Leonis x. cum summa voluptate, artificio & admiratione depinxit. Addi voluit Gregorius picturae sequentia quoque verba.

Gregorius XIII. Pontifex Maximus Beati Gregorij Nazianzeni Corpus ex sacrarum Virginum templo, Dei Genitrici MARIAE ad Campum Martium dicato, in Basilica Vaticanae Sacellum à se ornatum, celeberrima quam vides pompa transtulit, III. Idus Iunij, MDLXXX.

Eodem ille anno octogesimo ignotus, insolitusque morbus quidam per Italiam grassabatur, quem male de Castrone nominabant, eò quod verueces, quos Itali Castrone vocant, hoc malo saepe solent laborare. Morbus hic originem traxit ex aeris intemperie, coepitque primum mense Maio in Lombardia, breui tempore tantas sumpsit vires, vt totam Italiam, Franciam & Hispaniam peruagatus, etiam Constantinopolim proferperit, vbi lethalis fuisse dicitur. Erat morbus iste eam vulgaris & communis, vt non tantum singulas vrbes & pagos, sed singulos homines inuaserit. Et quamuis pauci aliquot numero, qui optimae compositione temperataeque erant naturae, & bonam seruabant, ex praescripto medicorum dietam, ex eo infirmati non sint: tamen totò illo tempore torpebant, peius dispositi quam solent: qui etsi non aegrotabant, sanitatis tamen quandam diminutionem sentiebant.

Ex eorum numero fuit Pontifex Gregorius, qui quidem non infirmabatur: comperit tamen est, eum aliquot diebus non consuetum sensisse vigorem, nec solis vsum dispositione. Alij, qui morbo hoc aegrotabant, frigore & tussi affligebantur, & continuè exuebant, nec ab ardenti febris immunes erant. Post sextum interim, aut octauum diem ferè conualescebant, paucissimi hoc morbo exstinguiebantur, si qui moreretur, aut à medicis male curabatur, aut ipsi antea morbis alijs erant exhausti.

Obser.

ertn.
Mosco
rgu
ola.

Morbus
verueci-
nus in I-
talie.

Obferuarūt nonnulli vinum generofum & potens poft fecundum aut tertium diē ſumptum, huic malo mederi: ſanguinem verò per venæ ſectiōnem minuere, valde fuiſſe noxium. Pontifex toto huius infirmitatis tēpore multa charitatis exhibuit opera, quæ plebeiis & tenuioris fortunæ hominibus magno fuere ſolatio.

Anno deinde LXXXI. tumultus in Inſula Melitenſi creuerunt ad eò, vt innotefcere, & publica fama iactari cœperint. Orta erat magna diſſenſio inter Magnum Magiſtrum, & aliquot primarios Equites, qui in iſto ordine multos ſux factionis fautores & ſocios habebant. Hi Magiſtrum Caſtello ſancti Angeli vt captiuū includunt. & Romegallum Equitem Vicarium generalem creant. Quòd cùm feciſſent, pòtifiçi per literas, quid actum eſſet, ſignificarūt, & Magiſtrum multis criminibus onerarunt: ſupplicantes pontifici, vt quicquid ab ipſis in hoc negotio actum eſſet, hoc approbaret, & vt ratum confirmaret.

Magnus quoque Magiſter pontificem de vi & iniuria ſibi illata certiorē fecit, orauitq; vt Pontifex ſe Romam ad cauſam ſuā defendendā euocet. Pontifex, vt huic naſcenti Melitenſiū malo occurreret, Dominum vicecomitem Mediolanenſem, auditorem Rotæ, cum titulo Nunciij & Vicarij in inſulam miſit. Qui cùm eo veniſſet, ex templò Magnum magiſtrum carcere liberauit, idq; præſente maiori equitum numero, eumq; mandato pontificis in palatium ſum reduxit.

Poſt bideum Concilium conuocauit, & Breue Apoſtolicum (vt vacante) exhibuit, quo Pontifex magiſtrum ſecundum petitionem eius Romam vocabat. Lecto mandato pontificis magiſter cōfeſtim parauit, fecitq; triremes tres quattuor dierū ſpatio inſtrui, in eaſq; neceſſaria importari. Socios itineris ſecū trecentos equites ſumpſit, inter quos ij etiam numerabātur, qui munitioni & deſenſioni triremium præerant. Erant autem omnes hi & maiori & minori (vt ipſi loquūtur) Cruce inſigniti, & ex diuerſis nationibus collecti.

Cùm autem Magnus magiſter ſublatis anchoris oram ſolueret, magus erat Inſulanorum cōcurſus, qui non obſcuris iudiciis ſignificabāt, ſe ob abitum illius vel maximè contriſtari. In itinere & potiffi-

mū Neapoli, tam honorificè exceptus eſt, vt ne Rex ipſe poſſet honorificentius.

Romæ quoque cùm ſummo honore exceptus eſt. Inter alios honores, qui illi Romæ exhibiti ſunt, hic fuit: quòd octingentis, & quidem pluribus equitibus obuiam miſſis in Urbem introductus eſt: cùm trecentis equitibus in Palatio Cardinalis Eſt ij hoſpitio exceptus, & ſumma magnificentia ab eodem Cardinale ſemper tractatus eſt. Obſeruatum eſt à quibuſdam, quòd mille homines eo tempore in iſto Cardinalis palatio diuerſati ſunt, qui omnes ſecundum qualitatem ſuam tractabantur. Magnus Magiſter paulò pòſt pontificem adiit, quem duodecim Cardinales ſecum habentem inuenit. Cùmq; pedes illius exſcullatus eſſet, ſic inſit.

Iam tandem certus ſum, Beatiffime Pater, quòd DEVS absque omni meo merito, voto & deſiderio meo tandem ſatiſfecit: cùm in hac annorum plenitudine mihi hanc gratiam non denegauerit, ſed ad Sanctitatis veſtræ pedes tandem perduxerit: ad quos perueni, & debitos illis reuerentiæ modos exhiberem, veſtræq; Sanctitati per omnia obedirem. Deinde vt actiones meas, quæ immeritò à maiore Religionis vel Ordinis noſtri conſilio, reprehenduntur, & tanquam iniuſtæ traducūtur, ipſe iuſtificarem, & aduerſariorum iniquas calumnias oſtenderem. Gratiàs ago Deo Opt. ter Max. quòd toto decennio, quo caput ſui Ordinis noſtri, rerumq; inter noſtros potitus ſum, nullius mali mihi inquam conſcius fuerim; nihil commiſerim, cui peccatum ſubefſet; vel nunc etiam ſciam, cuius me mea accuſat conſcientia. Quin & hoc auſim dicere, me ſexaginta annis (quos in ſeruitio noſtræ Religionis tranſegi, in quibus vnus ex gregariis equitibus fui, deinde varia munia cum laude obiui, & tandem hac Magiſterij dignitate functus ſim) ſine vilius querela vixiſſe, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, veſtræq; Beatitudini in omnibus obtemperafſe. Et ſi alicubi per errorem aut infirmitatem lapſus ſum, obſecro id veſtra Sanctitas mihi ignoſcat. In cæteris tanto gaudio perfulus ſum, quòd Sanctitatem tuam mihi videre contigit, vt mori vel ſtatim non recuſem: ſed cum Simeone dicere lubeat: *Nunc dimittit ſeruum*

*seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:
Quia viderunt oculi mei. l. i. re tuam.*

Pontifex hilari illum vultu excepit, dixitque se calumniis aduersariorum illius fidem non habere: & gratias ei egit, pro isto desiderio, quo se tanto tempore flagras se dicebat, vt Pontificem videret: deinde cum eum consolatus esset, beneque sperare iussisset præcepit vturgeret, honestumque sedendi locum ante quattuor Cardinales illi assignauit. vbi cum aliquandiu sedisset, & de itinere suo multa commemorasset, dimissus est, & in hospitium suum honorificè reductus. Paulò antè quàm Magnus Magister Romam venit, eodem iam appulerat Romegassius, eques aduersæ factionis Princeps, architalassus in naualibus pugnis ingeniosissimus, expertissimus, intrepidus & Turcis admodum formidabilis. Quia verò in aula Romana ple-risque, vt & aliis Principibus magnoperè displicebat, quòd hanc controuersiam cum Magno Magistro fouebat, Romæ neque à Principibus, neque à Dominis, neque à nobilibus hospitio exceptus, cubicula sibi priuata conducere coactus est.

Cùm autem generosissimus hic Eques animaduerteret, se tam ignominiosè haberi in ea vrbe, in qua olim à Pontificibus, à Cardinalibus, & aliis Prælati ac Dominis taoto cum honore exceptus fuerat, tanta ægritudine animi correptus est, vt in ærbum inciderit, & paucis post diebus vitam cum morte commutauerit. Mortuus cum celebri pompa in templo sanctæ Trinitatis in Monte sepultus est. Post exequias positum est illi insigne Epitaphium, in quo exprimebatur eius vitæ genus, & quare fuerat inter suos authoritatis. Epitaphium autem est tale.

D. O. M.

Maturino Romegassio Vasconi, Militi Ordinis Hierosolimitani, cuius ob virtutes sepe spectatam, nomen ipsum terrebatur hostes, post plurimam, maximaque munera summa cum laude obijt, multas naues hostium captas, multas depressas, multas nobilibus victorias fortitudine & consilio paruas, Romæ obiit pridie Nonas Nouemb. M. D. LXXXI.

Relatum mihi est ab iis, quibus meritò fides adhiberi potest, quòd Constantino poli nunciata Romegassii morte, publica solemnia sunt instituta, & summa cum læ-

titia celebrata. Non enim animaduertebat Turcæ hoc modo gloriam inimici sui augeri, & alios Equites quasi nouis stimulis incitari, ad Romegassij vestigiis insistendum, eiusque fortitudinem imitandam, vt & ipsi Turcis terrorem incutiant. Secundo circiter post obitum Romegassij mense mortuus est & Magnus Melitenis Magister: atque ita pariter cum vita similtas inter eos orta desuit, magnisque molestiis aula Romana in lite hac decidenda exonerata est. Pontifex vt omnem tumultus in noui electione Magistrî tolleret occasionè, quattuor istius ordinis equites nominauit, è quibus D. Hugo de Verdala Vasco, communi omnium consensu Magus Magister electus est: qui, quòd isto munere & honore dignissimus erat, ià antea multis argumentis & indiciis demonstrauerat. Eodem ferè momento, quo hæc scribimus, idem Magister cum celeberrimo magnificentissimoque apparatu, in magna populi frequentia Romam ingressus est.

Eodem anno hoc, quo seditio Melitenis, de qua hætenus egimus, sopita est, Gregorius in Palatio Vaticano porticum, Xistum, siue ambulacrum artificiosè non minus, quàm sumptuosè iussit poliri, variisque picturis exornari. In testudine varias & elegantes historias noui & veteris testamenti fecit delineari, atque inter eas multas ex vita B. Ioannis Baptistæ, multas etiam ex gestis Constantini Magni Imperatoris, vbi à S. Syluestro baptizatur, desumptas. Introduxit etiam varia S. Petri, Pauli, Benedicti, Bernardini, & Constantini episcopi acta: Leonis quoque Pontificis furores Artillæ comprimentis. Hic visitur, quomodo S. Sæuerus à spiritu sancto episcopus Rauennensis eligitur: quomodo S. Petrus Damianus Cardinalis relictis omnibus honoribus & diuitiis in eremum secessit, vt Deo liberius famularetur, & quomodo S. Romoaldus in locis ab hominum strepitu remotis, in solitudinis & densissimis siluis ordinem Camaldulensem instituit. Illic cernitur quomodo Cælestinus V. qui Pontificatus honorem postea deposuit, Pontifex electus est: similiaque istic plurimè a oculis spectantium representantur. Talibus historiis cœcamerario siue fornix ornatus & depictus est. In parietibus primo Italia antiqua, deinde noua artifi-

*Magni
Magi
mors.*

*Hugo
Verda
Magi
nligit.*

*Descrip
tio por
ticus, quæ
Pape in
Vaticano
depin
gi iussit.*

*megaf
s Ma
riad.
sari?
mam
nit
ritur.*

*La.
Ro.
gassij
LXXI
noliob
teRo
gassij.*

ficioſiſſimè ſuis ſpatiis & geometricis quã
 titatibus eſt delineata. Inde ſingulę prouin
 cia ſeparatã. Quia verò Pontifex Grego
 rius multa oppida & arces Eccleſiã recu
 peratã, iuſſit ea omnia adiecto Dracone
 ſuo ſignari: idem fecit & in iis locis, quã
 Pius V. recuperauerat, illius inſigniis appo
 ſitis. In frontiſpicio porticus huius legi
 tur inſcriptio elegantibus typis depicãta,
 quã quã obiter res memorabiliores, quã
 in ea depicãta ſunt, operisq; totius abſolu
 tionem & perfectionem cõrinet, nos eam
 hic quoque adicere volumus. *Italia Regio
 totius orbis nobiliſſima, & natura ab Appennino ſepãta
 eſt: hoc itidem ambulat o in duas partes, alteram hinc
 Alpius & ſupero, alteram hinc infero mari terminatã
 diuiditur: à Varioq; flum. ad extremos vſque Brutios ac
 Salentinos Regnis, diuionibus, inſulis intra ſuos vt nunc
 ſunt ſines diſpoſitis, tota in tabulis longo vtrinq; tra
 ſu: fornix pia ſanctorum virorum facta, in quibus ge
 ſta ſua ex aduerſum reſpondentia oſtendit: ac ne incun
 ditari deſſet ex rerum & locorum cognitione vtilitas,
 Gregorius XIII. Pontif. Max. non ſua magis, quã
 Romanorum Pontificum commoditati, hoc artificio
 & ſplendore à ſe inchoata perfici voluit. Anno c. l. j.
 Jo. LXXXI.*

Annus qui ſequebatur LXXXII. omni
 tuo erit memorabilis: eo namq; anno Pon
 tifex Gregorius Calendarium Romanum
 emendauit, cuius emẽdatio hoc modo in
 ſtituta eſt. Videbat Pontifex primam Pa
 pã curam & cogitationem eſſe debere, vt
 perficiat ea, quã in Concilio Tridentino
 decreta, & Sedi Apoſtolicę referuata ſunt.
 & quia patres huic ſedi referuauerunt Bre
 uiarij exactiſſimam in ſpectationem & exami
 nationem, huc pontifex omne ſtudium ſuũ
 conuertit. Erant autem duo potiſſimum
 in Breuiario emendanda, vnum ſcilicet o
 rationes & diuinã laudes, quã ſtatis feſtis,
 alijsq; diebus recitantur: alterum, varie
 tas temporum, in quã Paſcha, aliaq; fe
 ſta inde dependentia ſolent incidere. Prius
 hoc Pius Quintus perfecerat. Poſterius
 Gregorio incumbebat, vt effectum daret.
 Tentãrunt hoc ipſum nonnulli pontifices
 antẽ Concilium Tridentinum, ſed tantas
 in eo repererunt difficultates, vt nullus
 eorum perficere potuerit. Summa diffi
 cultatis in eo ſita erat, quòd modus aliquis
 certus inueniri non potuit, quò id fieri
 poſſet, vt hæc emendatio Calendarij ſem
 per duraret, & vt omnes ordines ac ritus

Eccleſiaſtici in debita ſua integritate con
 ſeruarentur. Requirebatur itaque primò
 Calendarij emendatio. Oblatus autem eſt
 Gregorio Papã ab Antonio Lẽlio Medico
 libellus Aloyſij Lẽlij fratris illius, in quo
 beneficio noui Epactarum Cycli ab eo in
 uenti, ad certa o Aurei numeri regulam di
 recti, & ad quamlibet anni ſolaris magni
 tudinem ad amuſſim accommodati oſten
 debatur, omnia quã in Calendario diu
 turna temporum reuolutione ad debitis ſu
 is locis aberrauerant, ſine vlla vltiori
 temporum variatione poſſe exactiſſimẽ
 reſtitui: ita vt Calendarium deinceps nul
 li ſubiaceret mutationi. Apographum i
 ſtius libelli pontifex ad omnes principes,
 & celebriores in Chriſtianifmo Scholas
 miſit, vt quod communi vtilitati ſeruiret,
 de communi quoque vniuſcuuſque conſi
 lio ſtatuereſt & approbareſt.

Accepto ab illis reſponſo, cũ intel
 lexiffet Pontifex opus hoc ab omnibus de
 ſiderari, & quaſi neceſſarium iudicari: qui
 buſdã Mathematicis & Aſtronomis (quos
 tanquam expertiores & in hac arte excel
 lentiores ex diuerſis locis & nationibus
 Romã euocauit) hanc curam commen
 dauit. Illi omnem quam potuerunt indu
 ſtriam diligentiamq; perſcrutando &
 examinando negotio adhibuerunt. Cum
 quẽ diu multumq; hac de materia inter
 ſe contuliſſent, colloctiq; eſſent, tan
 dem definiert, Cyclum Epactorum, de
 quo paulò antẽ diximus, omnium eſſe op
 titimum, omnibusq; aliis meritò præpo
 nendum. Ipſi interim nonnulla alia addi
 derunt, quã iudicabant ad huius emen
 dationis perfectionem neceſſaria. Vt ita
 que feſtum Paſchatis ſecundũ ordinem
 ſanctorum Patrum & antiquorum Ponti
 ficum, maximẽ Pij & Victoris primi, præ
 terea & ſecundũ præſcriptum magni
 Concilij Nicãni celebraretur, neceſſari
 um erat primò AEquinocſtium vernale ad
 certum & debitum tempus reduci. deinde
 decimã quartã Lunã menſis primi,
 quã in ipſum AEquinocſtium incidit, aut
 illi proximẽ ſuccedit, rectẽ conſtitui:
 tertio & vltimò, vt quaelibet Dominica
 prima, quã decimã quartã Lunã ſe
 quitur, conuenienti loco reponatur. Ve
 igitur AEquinocſtium vernale ad vigeſi
 mumprimũ diem Martij, vbi antiquitũs
 à pa-

Calenda
 rij corre
 ctio quã
 do &
 quomo
 do inſti
 tuta.

à Patribus Concilij Nicæni statutum erat, reduceretur, decretum est à Gregorio, vt semel tantum à mense Octobri anni M. D. LXXII. decem dies auferrentur. Ne autem talis subtractio in posterum fieret, constitutum est, vt pro more antiquo quartus quilibet annus sit bissextilis, præter annos centesimos, qui huc vsque omnes bissextiles fuere: Primum tamen centesimum, qui erat annus M D C. voluerunt esse bissextilem: post illum tres priores abique bissextilem, quartus denuò centesimus bissextilem haberet. Exempli gratia, millesimus, septingentesimus, octingentesimus, & nongentesimus bissextiles non erunt, bis verò millesimus bissextilem rursus habebit: & sic deinceps. Hoc modo cursus solaris semper habebit ratio: vt si nimium prouehatur, perpetuò ad locum debitum reducatur. Aliis etiam duabus difficultatibus de quibus supra diximus, conuenientia constituta sunt remedia. Atque hoc modo Calendarium à Gregorio integritati suæ restitutum, & paulò post per bullam Apostolicam, cuius initium: *Inter grauissimas Pastoralis officij nostri curas, ea postrema non est, &c.* hæc restitutio promulgata est. Quia verò restitutio hæc in omnibus locis, & in remotissimis prouinciis isto anno fieri non potuit, & proinde nec annus ille emendari, inuenta sunt aliquot Regulæ, secundum quas ea sequenti anno M. D. LXX XIII. & deinceps institui potuit.

Eodem illo anno LXX XIII. duo mala exorta sunt, quæ pontificem non parùm perturbauerunt: quorum vnum erat maxima annonæ caritas, quæ per id tempus Romam affligebat. Huius difficultatis authores erant ipsi pontificis ministri, qui magnam frumenti copiam ex vrbe in remotiora loca exportauerant. Quare cum in Vrbe parum frumenti esset relictum, nec ex aliis locis in Urbem propter continuas pluias, ærisq; intemperiem posset importari, magna Romæ fuit penuria: creuitque indies annonæ sequitia, ad eò vt quinque panis vnicæ baiocco (monetæ species est) venderentur: quare homines pauperiores, qui parùm obsonij comedunt, sed nudo ferè pane nutriuntur, sæpè vna vice octo baiocco in pane consumerent. Durauit hoc incendiù duos circiter menses integros.

Aliud malum, quod pontificem angebat, rarus & miserabilis casus erat, dissidiù scilicet inter satellites, & quosdam Romanos Nobiles exortum. E quo tanta (vt ita loquar) & tam proluxa nata est tragœdia, vt vltimus illius actus biennio post primum annum pontificatus Sixti V. tandem fuerit recitatus & completus: tam cruenta fuit & lethalis, vt plus quàm quadraginta homines ea durate fuerint interfecit, inter quos nonnulli fuere Domini, & magni nominis viri. Neque agendæ huic tragœdiæ vnum theatrum sufficiebat, sed duo requirebantur, quorum vnum Roma fuit, vbi incipit: alterum Patauium, vbi desinit. Erat autem huiusmodi.

Vicesimo sexto Aprilis, anno M. D. LXXX III. Præfectus satellitum, quem *Bargello* vocant, cum aliquot suis satellitibus ad forum seu plateam Senensem profectus est, vt banditum, vel exulem ibi in ædibus Vrfinorum latitantem, & per exploratorem delatum comprehenderet: comprehensum eum abducerent, occurrit illis in via Raimondus Vrfinus, Sylla Sauellus, & Octavius Rusticius, cum aliis duobus asseclis equis insidentes omnes, qui se oblectandi gratia spaciatum exierant. Habebant in comitatu suo, vt istis hominibus in vsu est, aliquos famulos & circumpedes.

Hic Vrfinus Præfectum alloquitur, iubet captiuum dimittat: dicens, eum in loco immuni, seu asylo captum esse. Præfectus se dimissurum negat. Hinc inter illos orta est contentio, in qua Rusticius humerum Præfecti virga vel baculo percussit: qui exandescens, & ira percitus, ad satellites conuersus præcepit eis, arma expedirent, & manus in percutientem inlicerent.

Illi non segniores ad obedientiam, quàm Præfectus ad imperandum præceps, coeperunt sclopiis suis minari; nec deerant bipeanes & gladij, quibus illos feriebant. Tandem Vrfinus, Sauellus & Rusticius à quibusdam sclopetariis lethaliter vulnerantur. Rusticius confestim expirauit, ab equo proprio in rabiem abactò excussus & conculcatus: reliqui duo toto adhuc biduo superuixerunt. Tunc infausta horum Dominorum mors toti Romanæ urbi displicuit, & quidem maximè his, qui

in Vrfinorum erant clientela. atque ab iis dependebant. Hi (vt vulgo dicebatur) suis dominis gratificari volētes, duabus sequētibz noctibus per omnes Vrbes plateas & vias sicarios, grassatoresque miserunt, qui satellites quotquot inuenirent, trucidarēt. Quattuor in isto furore confossi obierūt. Horrendum certē spectaculum erat, & res admiratione digna, videre in vrbe Romana homines armatos huc atque illuc discurrere, satellites quærere, inuentos cum omni crudelitate occidere. Pontifex prudenter considerās, populo, dum in furore esset, paululum indulgentium esse, donec ira non nihil deferbuit, & animi impetus resedit (qui enim in ipso furore incendium vellet extinguere, magis accendit) patienter hanc seditionem aliquamdiu tolerauit. Cumque non nihil sopita esset, adhibitum fuit conueniens remedium, ne repullularet, aut recrudesceret. Paucis enim diebus sub aliorum criminum pretextu nonnullos ex praeceptis huius tragœdiæ archonibus à medio sustulit. Praefectus satellitum post facinus in istos dominos perpetratum, fugit: sed fuga illius confestim cognita, ex itinere retractus, comprehensus, & Romam perductus, paulo post capite truncatus est. Ex hoc malo alius exortum est: magna scilicet & capitalis simultas inter Vincētium Vitellium Vicarium Domini Iacobi Boncompagni, Generalis S. Ecclesiae, & Ludouicum Vrfinum. Raimundi eius, qui à satellitibus occisus erat, fratrem. Creuit hoc odiū in horas, donec tandem Vitellius paucis post mensibus à Monte Magnanapoli sub vesperem domum rediens, & in cistis sedens, Vrfino & nonnullis eius sociis aliquot scelerum ictibus fuit interfectus. Ob scelus hoc Vrfinus in exilium eicitur, solumque vertens aliquamdiu, tandem Patauium venit, ibique habitacionis locum sibi delegit. Cæterum cum ex quadam maligna occasione Victoriam Accoron bonam, uxorem D. Pauli Iordani, eiusque fratrem occidi procurasset, Aula territorij Veneti iure contra illum agere volens, domum illius cinxit, vt comprehenderet. At ille domum muniens, & se pro viribus defendens, delictum delicto addidit, caussamque suam fecit deteriore. Sed parte domus deiecta & occupata, ipse Vrfinus & omnes complices viui comprehensi, iuxta grauitatem delicti quidam ex-

Malo ex
malo dif
femina-
tums.

tremo supplicio affecti, quidam ad turremes dānati, alij in captiuitate longiori detenti & macerati sunt.

Gregorius cum vt præteritis tempestatibus afflictam nimis Vrbe paululum refocillaret, tum etiam, quia nonnulla de Ecclesia benemerita erant, honoribusque digni eminentioribus, duodecimo Decemb. in vna promotione XXI Cardinales creauit, dignissimos quosque è variis locis & nationibus euocans. Ferrant Gregorium hac promotione plurimum latatum, quia ob illam gratulationes & prudentium virorum commendationes ad eum veniebant. Eodem quoque anno Pontifex non leuiter gauisus est, videns fabricam collegij Romani ad optimum finem perductam. Collegium hoc suis sumptibus in vsum Patrum Societatis Iesu exerat, incredibili suo, quo erat in Religionem, zelo motus: vtque scientiæ & artes in eo decorentur, viros doctissimos in illud transtulit. Significat hæc omnia inscriptio, quæ ante Collegiū in fornice principaliori exarata legitur, in hunc modum: *Greg. XIII. P. M. Religioni ac bonis artibus. M. D. LXXXIII.* Patres Societatis vt aliquam gratitudinis significationem Pontifici pro tantis beneficiis exhiberent, in primario Collegij atrio, omnia Collegia ab hoc Pontifice Gregorio diuersis in orbis Christiani partibus fundata, eximia arte depingi fecerunt. Inter alia quoque hoc suū cum hac inscriptione: *Gregorius XIII. Pont. Max. huius collegij fundatori lecturas Iesu amplissimis ab eo privilegijs munitis, & ingentibus arte beneficijs, vniuersi in hoc totius ordinis seminario parentis Opt. memori. usque grati animi monumentum P.*

Pontifex
creat Ca
dinales
XIX.

Colleg
Roma
num.

Idem Patres ad corroborandam & ampliandam (vt par est) Romanæ sedis ad obedientiam, & vt Pontifici Gregorio, cui plurima debebant, gratificarentur, per suos egerunt, vt quidam Reges & Principes Iaponiæ (insula est, vt Mathematici volunt, Hispaniæ penè opposita, ita vt Hispani Iaponibus, & Iapones Hispanis propemodum sint Antipodes, tantaque magnitudinis Insulam hanc asserunt, vt tres Italias superari videatur) Legatos suos ad Pontificem miserint. Huc pietas & affectus optimus erga Rom. Pontificem permoit Regem Bunnerum, Protasium Regem Arizum, & Bartholomæum Omurca Principem. Hi colatis consilijs decreuerunt, quattuor ex

Leg
Iap
in E
pan

suis

suis cum Patre Alexandro Valignano visi-
 tatore Societatis Iesu, qui istis in oris visi-
 tarat, & nunc reditum in Europam para-
 bat, ablegare. Fuerunt autem qui mitteban-
 tur Dominus Mancius Fiungæ Regis Ne-
 pos, qui nomine Regis Bungorum profici-
 scebatur: alter erat D. Michaël Cinguiua
 Arimæi Regis & Omuræ Principis lega-
 tus, quorum vnus erat nepos, alterius ve-
 rō consobrinus. Duobus his alios duos ex
 præcipua nobilitate adiunxerūt; quorum
 hic Dominus Iulianus Narauira, ille Do-
 minus Martinus Fara dicebatur: omnes iu-
 uenes viginti duorum circiter annorum.
 Qui paratis omnibus ad iter necessariis 20.
 die Februarij, anno Dominicę incarnationis
 M. D. LXX XII. è portu Nangaschæ
 enaugarunt, & post longam difficilemq;
 nauigationem tandem Romam venerunt;
 cum ab eo tempore quo primam in Euro-
 pam erant appulsi, semper à Regibus, Prin-
 cipibus & populo summa cum lætitia, ap-
 plausu, splendidissimoque apparatu fue-
 rant excepti. Romam ingressi sunt 22. Mar-
 tij anno M. D. LXX XV. tertio anno, men-
 se vno, & duobus diebus, postquam è Iapo-
 nia decesserant; iterque viginti millium
 miliarium, vt ipsi aiunt, essent emensi. Est
 autem iter hoc aded prolixum, quia varia
 promontoria sunt circumnauiganda, cur-
 lus obliquandus, vt ventorum opportuni-
 tatem captent, aliasque importunitates
 necessariō deuitent. Fuere Iaponenses hi
 Romæ excepti cum summa lætitia, & in
 domo professionis Societatis Iesu diuer-
 sati sunt. Postridie Pontifex publicum
 conuentum Cardinalium indixit, Consi-
 storiumque habuit, in quo Legati cum in-
 effabili apparatu excepti, atque ab omni-
 bus Dominis & Principibus aulæ summis
 honoribus affecti sunt. Quidquid illis ne-
 cessarium erat, id abundè suppeditabat
 Pontifex, qui paulò post eorum aduentum
 10. Aprilis mortuus est: postquam LXXXIII.
 annos & menses circiter tres vixerat, &
 Pontificatum tredecim annis, mense vno,
 & tribus diebus ablatis administrauerat,
 quo tempore diuersis vicibus triginta tres
 Cardinales creauit. Inter quos nonnulli
 Principes, etiam Regio nati sanguine spe-
 ctantur.

Sacrum in secreto sub sacello celebra-
 rat: deinde & sacro solemni, in sacello Six-
 ti V. interfuit. Die Lunæ, qui proximè se-
 quebatur, eratque octauus, Consistorium
 habuit, iussitque etiam pro insequenti die
 signaturā publicari. At sub vesperem illius
 diei Lunæ animaduertit Dom. Ludouicus
 Blanchettus, qui Pontifici erat à cubiculo,
 eum debilem esse; valdum eius esse muta-
 rum, corpusque multè dispositum. Quam
 ob causam signaturæ publicationem iussit
 reuocari. Quod Gregorio displicuit: quia
 negotia quædam postridiè expedire decre-
 uerat, & meliusculè valens, se minimè in-
 dispositum aiebat. Die Mercurij, qui erat
 mensis April. 10. manè præter morem tar-
 dius paulò surrexit: vestitus aliquandiu in
 cubiculo suo deambulauit, deinde ad stan-
 tibus Cardinale sancti Sixti, & D. Iacobo
 Boncompagnio, more suo præsus est. Quod
 cum illi vidissent, nec aliquid mali latere
 suspicirentur, abierunt. Post illorum abi-
 tum, duabus circiter ante meridiem horis,
 venerunt Medici; qui cum arteriam teti-
 gissent, eamque valdè tardam & debilem
 esse cognouissent, iudicârunt Pontificem
 morti vicinum. Interea cœpit illi gula
 præcludi: & ita, vt difficulter loqui posset,
 quare Medici anguinam esse, qua labora-
 bat, censebant, Pontifex huius sui, in quo
 erat periculi admonitus, cum ab eo, qui ad-
 monuerat, quæsiuisset, quamdiu adhuc vi-
 uere posset? Responsum tulit, Medicos
 duarum horarum spatium promittere non
 posse. Cœpit itaque Pontifex se signare,
 ad Deum conuersus ei se commendare; &
 quantum præ infirmitate potuit, feruenti-
 ssimas orationes coram illo effudere.
 Quia verò tantum temporis non superes-
 se videbatur, vt sacra Synaxis ad eum de-
 ferri posset, extrema vñctione procuratus,
 paulò post obiit. Vacauitq; sedes dies qua-
 tuordecim. Ipse autem in sancto Petro, in
 sacello à seipso edificato sepultus est, in
 monumento à suis consanguineis ei postea
 constructo & ornato.

Erat Pontifex hic dum viueret, optima *Corporis*
 sanissimaque corporis dispositione: quam *disposi-*
 quia in cibo parcus & in potu sobrius e- *tio.*
 rat, vsque ad mortem saluam & integram
 conseruauit. Dicunt eum in senectute bi-
 bere consueuisse ex poculo auro, quia Me-
 dici iudicabāt hoc eius in coluntati pro.

futurum. Sed & fluxus quidam, quo certis anni temporibus laborabat, eum saniores conseruabat, locoque purgationis erat. In-
 verim aliqualem sentiebat respirandi dif-
 ficultatem, cui malo, vt ipse dicere consue-
 uit, aer apertus & purus plurimum opitu-
 labatur. Hanc ob causam frequentare solet
 villam *A Frascati*, quæ à Latinis Tusculana
 dicitur, ibique in loco, cui nomē Mondra-
 gonijs, aliquamdiu commorari. Voluptas
 illi erat equitare per Vrbe[m], aut agros sub-
 urbanos: in ascendendo equum tam agilis
 erat, vt nullius ope indigeret: In incessu
 strenuus erat & grauis, adpectu placidus
 & maiestate plenus. Animo mansuetus &
 benignus: in elemosynis erogandis erat
 liberalissimus, aded vt iis dandis etiam ob-
 lectaretur. Præterea largus erat in conced-
 endis indulgentiis, & priuilegiatis Alta-
 ribus faciendis. In legibus eximie doctus,
 studiis aded assuetus, & cum voluptate de-
 ditus, vt etiam in extrema sua senectute stu-
 dia non intermiserit. In publicis literis &
 signaturis promptè respōdebat, occurren-
 tia dubia prudenter soluebat, omnibusque
 satis faciebat.

*Bandito-
 rum inso-
 lentia &
 tyrannis.*

Pontificatum habuisset latiore & tran-
 quilliore, nisi à Banditis grauissimè affli-
 ctus fuisset: qui in territorijs Ecclesiæ tot,
 tam potentes, & tam ad nocendum prom-
 pti erant, vt nec in pagis, nec in vrbibus, &
 quod vehementer admirandum est, ne in i-
 psa vrbe Romana aliquis ab eorum tyran-
 nide liber esset, cuius non & vita, & fortu-
 næ periclitarentur. Dici non potest, quot
 homines occiderunt, quot & quæ loca nõ
 diriperint. Neque exiguo tempore, sed
 multis annis durauit tam bestialis & abo-
 minabilis insolentia. Gregorius quidem
 omni, qua potuit diligentia, huic malo sæ-
 pè occurrere tentauit, sæpè armatas copias
 in illos immisit; at nunquam potuit homi-
 nes istos sceleratos, immò rapacissimas &
 crudelissimas feras funditus exstirpare: for-
 tæ quia Deus huius tam lethalis mali reme-
 dium ex se ipso animo, & admirabili Sixti V.
 prudentiæ reseruare voluit: is enim paucis
 mensibus optimis medijs id obtinere po-
 tuit, vt cum summa omniũ utilitate, & im-
 mortali nominis sui gloria diabolicos istos
 homines ita eradicauit, vt iam nocte
 dieq; homines in pagis & oppidis securif-
 simè viuere, & fortunâs suas tueri possint.

Sed reuertamur ad Gregorium, qui à
 Romanis plurimas ob causas fuit adama-
 tus, non tantum in vita, sed & post mor-
 tem; aded vt valentes certa huius sui amo-
 ris in Pontificem præbere indicia, viuenti
 adhuc statuam marmoreâ in Capitolio po-
 fuerunt; cui post illius obitum præsentem
 inscriptionem addiderunt.

*Amor-
 manor
 in Gre-
 gorium.*

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.

OB furina vestigal sublatum, Vrbe[m] templis et
 operibus magnificentissimis exornatam H. S.
 octingentes singulari beneficentia in egenos di-
 stributum.

Ob seminaria Exterarum nationum in Vrbe, ac to-
 to penè terrarum orbe religionis propagandæ causa
 instituta: ob paternam in omnes gentes caritatem, qua
 ex vltimis noui orbis Insulis Iaponiorum Regum lega-
 tos triemij nauigatione ad obedientiam sedi Apostoli-
 cæ exhibendam primùm venientes Romam pro Pontifi-
 cia dignitate accepit.

S. P. Q. R.

SIXTVS V.



NATVS est Sixtus Quintus ab in-
 carnatione Domini M. D. X X I. i.
 pso diuꝛ Lucie festo, quod tunc in
 diem Mercurij incidebat. Patria illius fue-
 runt *Le Grotte*, hoc est antra siue cauernæ ca-
 stri Montis alui, in Marchionatu Anconi-
 tano. Parentes eius conditionis erant infimi-
 ma, in paupertate nati, aded vt ipse de ge-
 acris

*236. P.
 tifex.
 Natus.
 tas, pa-
 tria, &
 parente.*

neris statusque sui humilitate, tenuitateque verba faciens, dicere soleat; se domo natum illustri. Domus enim, in qua genitus erat, cum lacero tecto magna parte esset discooperta, à sole maximè illustrabatur. Nomen Felicis initio illi à parentibus iudicatum est, à quibus pro illorum facultate visque ad duodecesimum ætatis suæ annum honestè educatus, die Mercurij Asculi, quæ ciuitas non longè ab eius distat patria, sancti Francisci habitum suscepit, alioque Monachorum, qui Conuentuales dicuntur, inscriptus est. Quo in instituto nomen mutare noluit; vnde & frater Felix à suis appellabatur; quod nomen magnum profectò magnæ felicitatis, quæ illi in vita hac esset ouentura, fuit præsigium. In hoc monasterio indefesso adolescens studio literis incubuit, magnosque fecit in illis progressus.

Cumque iam diu Asculi, Emporiæ, siue Firmij, Maceratæ, Rakanati, Olmi, siue Auximi, Giesi, fortè Exiui, Anconæ & Urbini studiuisset, tandem factus Baccalaureus, ætatis suæ anno vigesimo septimo, ab instaurata verò salute nostra M. D. XLVIII. in Conuentu verò Firmiano Doctoratus titulo & honore insignitur. Confestim in comitatu multorum præstantissimorum patrum ad generale Capitulum, quod illo anno *Ascesi*, celebrabatur profectus, præsentem Rodulpho Pio, Cardinale *Di Carpi*, eo tempore totius Ordinis Franciscani protectore, publicè disputauit, magnamque suæ subtilitatis, doctrinæ & memoriæ tenacitatis specimen exhibuit, in dicendo expeditum & facundum, in disputando acutum sese ostendit; ita vt M. Antonio Calabro, singularis doctrinæ viro, qui tunc Perusiæ primarium philosophiæ Professorum agebat, in nullo cedere videretur. His ingenij sui dotibus id effecit, vt gratiam prædicti Cardinalis sibi demeretur, atque in amicitiam Sigismundi Botij, qui Cardinali erat à secretis, sese insinuaret: qui duo primi fuere promotores Montalti (sic enim plerique illum appellabant) eiusque dignitatis & honoris eximij mox sub sequentis principia.

Anno d. inde M. D. L. Regens conuentus Maceratenis constituitur: sed cum illi refragaretur Miles et Marchio pates, nullo modo ab huiusmodi conuentu pre-

nem potuit admitti; quare in urbem Senensem ablegatus est, vt ibi & Regentis & diuini verbi concionatoris officio fungeretur. Factum id est anno post natum Christum M. D. LI. Sequenti anno Camerinum abiit, vt ibidem quoque populo concionaretur: & tandem ex mandato Cardinalis protectoris Romam venit, ibique in Ecclesiam sanctorum Apostolorum in munere prædicandi sese exercuit, vbi maximo cum populi applausu auditus est. Dum hic concionaretur, incidit casus valdè insolens, nec minus mirandus. Cum enim quodam die ante meridiem doctè atque Catholicè de materia sanctæ prædestinationis sermonem instituisset, adfuit homo quidam sceleratus, qui singula capita, seu argumenta distrete felice proposita, atque diligenter discussa, ex ore illius calamo excepit, atque ad finem cuiuscumque adiecit, Mentiris. Ob signatum deinde scriptum, hoc idem homo impudentissimus sub ipsa nocte cuidam ex familia Montalti tradidit. Cum autem ad manus illius peruenisset, statim legit, lectumque obstupefactus, absque vlla mora Priori transmisit. Ille deinde Cardinali exhibuit Carpensì, qui exemplò istud ad commissarium sacri Officij, quo munere tunc Michael Ghislerius, postea Pius quintusungebatur, misit, vt Montaltum hac de re conueniret, & cum eo colloqueretur. Quo in colloquio ita sese gessit, vt commissario per omnia satisfecerit, & ab eo tempore multum ab illo & diligenter & coheretur: quæ beneuolentia paulatim adeo creuit, vt, cum idem Ghislerius postea factus esset Pontifex, Montaltum Cardinalè creauerit.

Anno deinde M. D. LIII. Perusiæ Ecclesiastès missus est, eodemque anno iussus Neapolim proficisci, vt munus Regentis S. Laurentij obiret: vbi sequenti anno toto Quadragesimali cursu populum de sacro pulpito cum laude docuit. Inter alias suas conciones duas habuit, quas excusas, & in lucem prolatas Antonio & Christophoro Simoncellis dedicauit. Reuersus paulò post Romam, cum inter ipsum & cõfratres suos Religiosos (vt ferè fit) simulas quædam esset exorta, honestam quandam captaber occasionem, vt extra septa Monasterij posset habitare. At Protector huic eius verò neque non...

casus ex-
frequenti

ius SS. Apostolorum Romæ degit, professor Theologiæ datus est Cardinali Columnæ, qui tunc Abbas erat. Priuatis itaque in ædibus Abbatis formalitates Scoti explicauit. Eodem tempore accidit, vt nouus Minister in Marchionatu Anconitano eligeretur. Protector institit apud Generalem, vt hac dignitate Montaltum condecoraret: sed Generalis id eò tempore recusauit, dicens: alios esse seniores illi præferendos.

Anno M. D. LV. Genuam se contulit, vt verbum istic Dei disseminaret: sed paulò post eodem anno, eiusdemq; protectoris opera Reges & Inquisitor Venetias ablegatur: quæ res illi perbellam obtulit occasionem maioris familiaritatis cum Cardinale Alexandrino, cui tunc factus est quasi domesticus. Dum Venetiis hæret, varias expertus est molestias, tum ob grassantem ibidem hoc anno pestem, tum etiam propter diuersas & Fratrum suorum & aliorum persecuciones: quapropter tandem Romam rediit, Paulo quarto è viuis sublato, & iam sede vacante, cum iam paulò ante Commissarius in Capitulo esset designatus, vbi cum prouinciæ S. Antonij nouus crearetur Prouincialis, electus est Magister Cornelius diuus Venetus: ipse verò Montaltus vt Prouincialis Anconitanus renunciaretur, multi operam suam omnem impendebant, sed res felici optatoque exitu caruit, quantumuis Carpenasis ipse hæc illius electionem promoueret.

Non multos post dies ex decreto sancti officij, & potissimum opera Cardinalis Alexandrini, denuò Venetias legatur, tum quia sese optime hic gesserat, tum etiam, vt cautiore fierent eius persecutores. Sed dum Venetias redisset, persecutiones recruuerunt, odiumque in illum maius, quam antea exarst. Quare nulla interposita mora Romam scripta est de illius nimia austeritate accusatio: fugebantque parum abfuisse, quin illa quodam die magnas turbas in Vrbe dedisset. Huius rei certior factus Montaltus, sollicitè per amicos egit, vt Romam reuocaretur. Sed Cardinalis Protector eum consolatus est. Grassante adhuc Venetiis mortali pestis lue, anno M. D. LX. Romam rediit, & statim à Cardinalibus sancti Officij consultor collegij Inquisitionis creatus & admissus est. Sed quia mo-

nastrum expensas facere constanter recusaret, Inquisitionis congregatio certos illi redditus decreuit, & Magister Casparus Crispus Neapolitanus, tunc Ordinis Procurator, illi & mulum donauit, & bonam pecuniæ summam numerauit, quibus habitacula sibi in monasterio (licet inuitis Fratribus) assignata, restauraret atque instrueret.

Anno post M. D. LXI. factus est Procurator Ordinis, quo anno mortuus est Generalis. Cumq; is non contemnendam pecuniæ summam, pretiosamq; supellectilem post se reliquisset, quæ ex constitutionibus Ordinis ad Vicarium generale deuoluuntur, Montaltus apud Protectorè id egit, vt pecuniæ & opes istæ in vsum Ordinis expenderentur. Quapropter paulò post missæ sunt ad monasterium SS. Apostolorum, & illarum beneficio exstructæ ædes magnificæ, quibus adueniens Generalis exciperebatur. Adytum quoq; templi, quod Sacristian vocant, reparatam. Quod reliquum erat, aliis pijs donariis additum in deaurandis organis insumptum est. Hæc ob causam Auosta, qui tunc temporis Vicarius erat, implacabili in Montaltum odio coepit exardescere, adeò, vt cum conuocatum esset generale Capitulum Florentiæ, ad quod & Montaltus profectus erat, Auosta, qui erat Præses Apostolicus, nullo modo Montaltum ad munia Procuratoris, quo tunc ille officioungebatur, admittere voluerit. Indignatus itaq; Montaltus, nõ expectato Capituli sine, Romam reuersus est, & priuato Capitulo officij interfuit. Adiit initio Cardinalem Alexandrinum, Carpenasis enim iam inter viuos esse desiderat, eiq; totam rei seriem narrauit. Alexandrinus deinde procurauit, vt Montaltus nomine sancti Officij in Hispanias legaretur, vt Cardinali Boncompagnio (qui postea Pontifex factus, Gregorij sibi nomen sumpsit, legato in causa Archiepiscopi Toletani Hispaniam perenti, indiuiduus esset socius, & in rebus Theologicis consiliarius. Dum hoc agit, moritur Pius quartus, & electus est Pius V. Occidit & Auosta Franciscanorum generalis. Quare Magister Thomas Varaseus, qui Procurator erat Ordinis, supplicauit Põtifeci, vt se Vicarium generalem constitueret, dicens: visitatum esse, vt qui Procurator erat, ad hæc dignitate eueheretur: sed & huius constitutionis

cognouisset, adolescentē tali morte interfici prohibuisset. Causa itaque ignorantiam infelici adolescenti huic mortem attulisse. Alij dicebant, eò quòd Romę intolerabilis adhuc dominaretur licetia, summo opus esse rigore & austeritate. Vt ut est hic adolescentis infelix casus omnes ad maximam peruenit tympathiam, ad eò vt multi qui eum interfici videbant, planxerint; omnes autem vehementissimè doluerint. Sed & adolescens ipse, cum ad mortē educeretur, inter lacrymandum visus est sanguinis guttas profunderē: quāuis meo quidem iudicio sanguis non fuerit, sed lacrymę sanguineo colore tincta, quod tūc fieri solet, quando vehementia doloris & diuturnus plāctus oculos impensè accendit & inflammat: ita vt lacrymę per vias illas accensas transeuntes, rubedinē quandam contrahant: nec iam lacrymę, sed sanguis esse conspicientibus videatur. Et si nemo dubitet, Deum miraculoso quodam & supernaturali posse in homine operari, vt lacrymans verum sanguinem fundat, quem admodum & omnipotens eius manus multò maiora miracula quondam fecit, & adhuc facere potest nullo negotio quotidie Huius adolescentis supplicium magnam Romanis incussit terrorem, neque etiam minorem Bononiensibus, id, quod eodem tempore contigit Comiti Iohanni Populo, viro certè opulentissimo, & è primaria Nobilitate oriundo. Hic nescio quā ob causam tæquam fautor sicariorum & exsulum ad tribunal Romanum delatus, ab eodem capite damnatus & diminutus est. Sed valeant tristes ista historia, ad lætiora veniamus Pontificatus huius exordia.

Eodem hoc anno, hoc est primo Pontificatus sui Sixtus coepit animus suum adijcere ad Obeliscum Vaticanum transferendum. Positus is erat ab antiquis eo loci, vbi nunc est adytum, seu Sacristia Ecclesię sancti Petri, ita vt retrò illud adytum terra magna ex partemersus conspiceretur. Hunc obeliscum Sixtus in eiusdem Ecclesię aream iussit transportari. Quò in opere annus integer nunquam intermisso labore consumptus est. Obeliscus ille vro constat eo itinere marmore, quod Pyropeidon, hoc est, igneis maculis variatum seu distinctum constat, nostro sæculo vul-

gus granitum vocat Oriētales: & à quibusdam sienitis appellatur: eò quòd circa Sienem in Thebaide nascatur, e quo loco Reges Aegyptij similes Obeliscos eruere cōlucuerunt. Fuit autem hic obeliscus à Nuncoreo, qui iisdem ferè temporibus, quibus Numa Pompilius Romę, in Aegypto regnavit, excisus & erectus. Scribunt nonnulli obeliscum hunc non esse integrum illum, quem fieri iusserat Nuncoreus: sed partem tantum illius. integrum enim certum quinquaginta cubitorum fuisse, sed in poliendo, seu transferendo fractum fuisse. Ex vna illius parte, quę centum erat cubitorum Nuncorem sibi obeliscum fieri præcepisse, quem post cæcitatem, recepto secundum oraculum visu, soli cōsecrauit. ex alia parte, quę ad sepruaginta duos pedes in longitudine extendebatur, hunc obeliscum Vaticanum factum, qui inter alios quadraginta duos magnos & paruos, diuersis temporibus Romam aduectos, & diuersis locis collocatos, etiamnum visitur. Consecratus hic olim fuit Octauiano Augusto & Tiberio eius filio adoprino, quod antiqua huius obelisci inscriptio manifestissimè ostendit. Et autem ea huiusmodi:

Dino Cesari, Diui Iulij F. Augusto. Tiberio Cesari, Diui Augusto sacrum.

Multis antea persuasum fuit, eratque ea multorum annorū fides, in sphaera seu pila maxima græca, quę in summitate obelisci erat, cineres Augusti cæsaris cōseruari. Sed Dominicus Fótanus architectus, qui huic transportationi præerat, diligenter hanc sphaeram, seu globum perlustrans, animaduertit illum ex vna massa conflatum, nec vllam habere commissuram: fieri itaque non potuisse, vt vlli quid inseri aut infundi potuerit. sed & foramina multa, quę extrinsecus apparebant, non foramina, sed ictus erant sclopetarum, quos licentia militaris, vltimò capta Roma, inflixerat. Per istos ictus, siue foramina aliqui pulueres intrauerant, ventorum turbine impulsis, & temporis diuturnitate collecti. Præterea mihi quoque videtur probari posse, non hic fuisse Augusti cineres, cum ipse Augustus sibi magnificentissimum & sumptuosissimum Mausoleum iuxta portam Populi, vbi nunc ædes sancti Rochi est, construxerit, cuius etiamnum conspiciuntur ad-

miranda vestigia: in eo & suum & suorum sepulchrum esse voluit. Credibile itaque est & verisimile, in eo loco cineres eius esse repositas. Paulus & Iulius olim Secundus, & post illos Pculus iij. de hoc obelisco transferendo cogitarant: sed quia vel difficultas operis, vel sumptuum magnitudo, vel alia magis ardua negotia eorum propositum terruerint & impediuerint, nunquam ab illis negotium tentatum est. At situs nullis difficultatibus territus, hanc molem transportare aggressus est. Conuocauit itaque multos, eosque celeberrimos in architectura magistros, qui inter se de modo transferendi hunc obeliscum colloquerentur, vnumque certum modum statuerent. Propositi sunt varij modi, sed vnus isque optimus electus, cuius beneficio obeliscus hic prospero cum successu translatus est, & fundamentis ad id factis, quo loco denud collocandus erat artificiosissime, spectante & admirante vniuerso populo, superimpositus. Ab omni parte nummi ærei, medaglias vocant, in tanti operis memoriam spargebantur. Inter alia duæ quoque arcule, & in vtraque duodecim nummi, qui ab vno latere imagine Pontificis erant insigniti, ab altero alij alias figuras & formas ostentabant. In quibusdam homo videbatur sub dio, in pateant campo sub arbore securè dormiēs cum hac inscriptione *Perf. & securitas*. In aliis tres colles seu mōticali cernebantur: in vno, qui à dextris erat, sedebat Cornucopia: qui à sinistris, laurum proferebat: medius, qui & aliis eminentior, gladium habebat mucrone ad cælum erecto, ad formam lingule, quæ est in bilance, cum hoc elogio: *Fecit in monte conuincium pingui-*

1779.

Alij effigiem habebant sancti Francisci, ante crucifixum in genua procumbentis, vnâ cum Ecclesia rainam minitante, cum inscriptione, *Vade Franciscus, & repara*. Erant & inter hos nummos in quibus effigies Pij Quinti erat expressa, ab altero latere vel Religio, vel Iustitia. Fuerunt & similes nummi formati in planicie cuiusdam saxi, dicto fundamento innitentis. Fuerunt autem nummi isti suppedaneo ex marmore candido, & in tres partes distributo superpositi, inter illos: duo erant aurei effigiem Pij Quinti referentes, & ex aduerso latere

vnus Religionem, alterius Iusticiam exhibentes. Sed & in eodem placo formatæ est abacus marmoreæ, læuis & politæ, cui insculptum est in Latino idiomate nomen Pontificis, totumque huius operis modus & progressus: nomen, cognomen, patria Architecti: tempus quo hæc translatio facta est. Inter dicta a suppedaneo marmoreum & basin alij duo nummi Sixti cernebantur, & super illos primus stylobatæ fundus erat stratus, cui epistylum innitebatur. Ad dicta tandem est vltima pars cum suis erismis & columbarijs æreis, quibus obeliscus ipse nectitur, hæretque immobilis.

Ad hoc opus perficiendum initio quinque basilicæ, & quadraginta ergata constructa sunt, quæ à nongentis septem viris, & septuaginta equis in orbem versabantur, & regebantur. Fuit autem opus hoc perfectum decimo die Septembris, anni M.D.LXXXVI. qui dies erat Mercurij, & Veneris insequenti sanctissimæ Cruci obeliscus dedicatus & consecratus est. Expensa sunt autem hoc opere triginta septem millia coronatorum, nongenti in super & sexaginta quinque priusquam in altum leuaretur, dimitteretur, transferretur, & denud erigeretur, cum omnibus ornamentis, deaurationibus, alijsque sumptibus accidentalibus: excepto metallo, vnde conflata est crux, quæ postea in summitate obelisci est collocata, & leones sub obelisco positi, qui illum quasi sustentare videntur. Metallum enim hoc Reuerēda camera Apostolica suppeditauit.

Iussit deinde Pontifex alium etiam, sed minorem, obeliscum sub terra defossum erui, iuxta ædem S. Rochi, quem aiunt illic quondam positum, vt esset ornamentum Mauseoli Cæsaris Augusti: qui cum varias in partes fractus erat, reparatus, & ante Ecclesiam Mariæ Maioris erectus est. Præcepit deinde & duos alios obeliscos effodi, qui multis sæculis in Circo Maximo sub terra latuerant: vnum eorum dicunt fuisse omnium, qui vnquam Romam aduecti sunt maximum: iste in aream S. Iohannis ad Lateranum translatus est. Et quia tribus locis fractus erat, artificiosissime reparatus, erectæ & quemadmodum duo alij, sanctæ Cruci consecratus est. Ostendit autem obeliscus iste ab omni parte plurimas

Obeliscus
S. Cruci
dedicatus
1779.

Alios
obeliscos
restitutos
&
translatos.

ras Aegyptiacas. De hoc obelisco latius scripsimus in libro nostro de vitis Imperatorum in vita Constantij, filij Constantini Magni, à quo Constantij Romanus alatus est. Alter ille minor à capite ad calcem hieroglyphicis litteris ornatus, in Circo Maximo inventus est: eratq; in tres partes diffractus: sed integritati restitutus in area Ecclesiae S. Mariae del populo collocatus, & ut alij, S. Cruci dedicatus est. Prior ille obeliscus ab Octaviano Augusto Romam aduectus, & Soli dedicatus est: id quod antiquius inscriptio, quae à duobus lateribus occidentali & meridionali aperte in hanc sententiam legitur, testatur.

Imperator Caesar Divi F. Augustus Pontifex Maximus XII. Cos. Trib. Pot. XIII. Aegypto in potestatem populi Romani redact. Soli domum dedit.

In his quattuor obeliscis reficiendis & transferendis magnam auri vim expendit: nec minorem in exstruendo magnifico illo praesepis Dominici sacello, quod in Ecclesia sanctae Mariae Maioris, tribus ante Pontificatum suum mensibus aedificare coeperat, cum intentione, se etiam sanctissimi praesepis, quod erat vicinum, locum postea exornaturum. Trium illorum mensibus spatio iacta sunt huius sacelli fundamenta, & pars illius à terra elevata: Pontifex factus Sixtus, nullo modo voluit coeptum opus mutari, praeterquam quod interiora sacelli, quae antea plaste fuissent crustata, nunc poliri iussit, nobilissimo marmore; idque vario artificio & diversis inactionibus, quod praeter modum venustum & magnificum opus effectum est. In hoc sacellum iussit integrum illud sacellum praesepis Dominici antiquum transferri, quod ut antiquum erat, ita magnam excitabat deuotionem.

Sed & Pio Quinto in eodem sacelli magnificum condidit sepulchrum, in quod illius corpus è diui Petri Ecclesia cum maxima pompa iussit inferri. Deinde & sibi monumentum aedificauit, statuaque posuit praesepi Dominicum adorantem: Dotauit sacellum hoc opulentis prouentibus, multis priuilegijs, & iure patronatus, ut patet in Bulla, quam expediri hac de re iussit, & incipit: *Gloriose & semper virginis genitricis Mariae, &c.* Auspicijs quoque six-

ti aquae in montem Caballi, qui ab antiquis mons Quirinalis dicitur, adducta sunt: Mons enim ille aquarum maxime laborabat penuria: quae res eò molestius accidebat, quod plerique Pontifices hic astate, ob eximiam aëris salubritatem, asidue solent habitare. Fons huius aquae in agro Columnae scaturiebat. Opus hoc varias ob causas difficile esse videbatur, & multi euentum, qualis Pontifex ceptabat, non habiturum existimabant, ceterum decimo tandem octavo mense ad laetum finem perductum est. Laborabant in hoc opere quotidie bis mille homines, saepe ter, nonnunquam verò quater mille. sumptus fuere ducenta & septuaginta ducatorum millia, ex quibus viginti quinque millia numerata sunt Martio Columnae, Domino illius loci, in quo aqua ista suam scaturiginem, suosque fontes habebat. Voluit autem Pontifex hunc aquaeductum à suo nomine, quod ante Pontificatum habuit, Felicem appellari. Fons quoque deinde venustissimus constructus est, sub area S. Susannae, à latere thermarum Diocletiani, additaque est haec inscriptio:

Sixtus quintus Pontifex Mex. Ficens, aquam ex agro Columnae via Praenest. Sinistrorsum multar. collatione venarum diuisinosa receptaculo mil. XX. à ca. XX. add. xii. Felic. usque de nomine ante Pontif. cixit cepit Pont. anno I. absoluit III.

Est elegantissimum opus Xystus ille, quae Pontifex in Laterano construxit, ad populum in eo benedicendum. in quo & varia pingi quam artificiosissime fecit mysteria, ad nouem choros Angelorum, ad duodecim Apostolos, ad Prophetas, ad Martyres, ad Virgines, Pontifices & Confessores pertinentia. historiam quoque Constantini Magni, & alias spectatu dignissimas. iuxta locum hunc Sixtus palatium in usum Pontificum à fundamētis excitauit, tam amplum & spatiosum, ut asserant non esse in vrbe simile, vno tempore, & ab vno Principe ab ipsis fundamētis erectum & absolutum. Amplius, magnificis, & ornatis cubiculis quam plurimis distributum est. Duo habet atria: varijs in locis aliae picturae cernuntur plurimae. Frontispiciū, quod versus obeliscum est, trecentos quadraginta quatuor pala. os habet in longitudine;

Xystus
in Laterano.

Palatium
in Laterano.

quod Mariam Maiorem respicit, trecentos triginta septem. Ab area vique ad luminatam rectè in palatios centum triginta septem affurgit. Quod multis habitaculum est capacissimum, & Principibus multis officios, Pontifex hic omnibus Cardinalibus sua cubicula destinârat, in quibus, cum Pontifex apud S. Ioannem Sacellum (vt loquuntur) faceret, aut publica in palatio Cōsistoria celebraret, possent commodè satis habitare. Fecit & Sixtus Scalam sanctam ex quorundam locorum ruinis ad Sancta Sanctorum transferri, multis architecturæ ornamentis ad ditis.

Aedificauit quoque Sixtus in initio plateæ Iuliæ, à latere Pontis Sixti, ad ripam Tyberis amplissimas ædes, in usum nunciatorum, vlcerosorum, & mutilorū, quibus deest facultas victum sibi comparâdi, dotauitque has ædes quindecim millium ducatorum prouentu, vt ex eo prædicti pauperes alantur & vestiantur. Locus est capacissimus: ita vt vno eodemque tempore in eo bis mille homines possint habitare, nec vnus alteri sit impedimento. In frontispicio portæ huius ædificij hæc legitur inscriptio;

Sixtus P. Pont. Max. Picenus, pauperibus pie alendis, ne pane viderentur carere, multo suo coemptas æreas ædes extraxit, aptauit, ampliat, perpetuo censu dotauit. Anno Dom. 1586. Pontificatus II.

Statuam deinde sancti Petri ex ære conflata, & pulcherrimè deauratam fecit, eamque in columna Traiana constituit: eam eidem sancto consecrans. In hac columna gloriose Traiani Cæsaris expeditiones, bella & res gestæ in parthis & Dacis, qui nunc Transyluani & Valachi dicuntur, subiugandis cernuntur. Erecta hæc olim columna est à Romanis, & dicta Imperatori dedicata. In columna Antonina Sixtus imaginem D. Pauli erexit ex ære deaurato factam, eamque columnam D. Paulo nuncupauit. Erat ea primò dedicata Antonino Pio, à Marco Aurelio eius genero.

In hac columna miro artificio sculpta sunt bella & prælia, quæ idem M. Aurelius gessit in Germania, contra Marcomanos, hodiè Bohemos & Morauos. Quia vero columna hæc variis locis erat fracta, iussit eam Pontifex summa cum elegantia

& dextertate restaurari. Porro illius aspectus restituti sunt & duo equi, vnus Praxitelis, & alter Phidias, qui erant mutilati, & ab ipsa antiquitate multis in partibus corrosi. Quæ verò illorum inscriptiones ipsa hystoria manifestè satis declarant, habet eas hoc loco recensere. Vnius est;

Phidias nobilis scriptor, ad artificij præstantiam declarandam Alexandri Bucephalam domitis officium è marmore expressit.

Alterum verò hæc:

Praxitelis sculptor ad Phidiam imitationem sui monumenta ingenij posteris relinquere cupiens, eiusdem Alexandri Bucephalique felici contentione profecit.

Quamuis istæ statuæ sint certè singulares, & mirabilis artificij, non sunt tamen ex rarissimis, maximeque stupendis, quas horum artificum manus sculperunt. De Phidia namque legitur, eius opera maxime admiranda esse Iovem Olympium, quem ex ebore & auro fecit in Elide. voluit quidam opus hoc fuisse tale, vt nobilissimum & excellentius hic mundus nunquam viderit. sed & illa statua Mineræ Athenis, quæ ex puro ebore & auro erat elaborata, & cubitos alta: in cuius clypeo sculpta erat Amazonum quoddam prælium: in suppedaneo verò bella Centaurorum & Lapytharum, zliaque poemata spectatu iucundissima. in cuto seu clypeo illo (quia nomē suum adscribi voluit) suam expresserat imaginem, tali cum artificio, vt qui hanc partem tollere voluisset, rotam opus violasset. Fecit idem Phidias & alias Deorum statuas ex ære, & ex marmo, quarum plurimas. scribunt nonnulli virum tam celebrem in carceribus mortuum: erat enim accusatus à nonnullis, quod in statua quadam, quam ciuitas ex aereo publico fieri iusserat, aurum hoc modo collocasset, vt nemine animaduertente facile tolli posset. Felicior erat in Dijs, quam in hominibus formandis.

Inter alia multa rara & singularia opera, quæ fecit Praxitelis, laudatur potissimum statua illa Veneris, quam vt viderent multi, in Gnidium nauigauerunt. Duas Veneris statuas sculperat, nudam vnā, alteram velo tectam. Cuiusque vnā ex his sibi comparare decreuissent, velatam, vt honestiorem & magis pudicam, elegerunt.

Xenodochiū seu Nosocomium ab eo conditum insigne.

Columna Traiana.

Columna Antonina.

*Bucephalus
lucius
h. x. a.*

approbationem Pij quarti allegauit, cuius diploma hac de re ostendit. Respondit Pontifex, vtrum quidem esse, quod ad hunc gradum Procurator Ordinis solet assumi, ut oq; se ad illum promouere velle Montaltum: eum enim in Capitulo Florentino procuratorio munere non legitime, aut canonice priuatum esse. fuit itaque Pontifex expediri bullam, in qua Montaltum Vicarium generalem constituit, quam & illi misit. Accepit autem Montaltus eam in prouincia Pedemontana, in oppido Asti, cum iam ex Hispaniis reuertetetur. Paulò post ab eodem Pontifice creatur episcopus S. Agathæ: mox Cardinalis, deinde episcopus Firmanus: & tandem anno à partu Virgineo M. D. LXXV. Pontifex renūciatur. Eius electio hoc ordine processit.

Vodecimo Aprilis, anno Domini M. D. LXXV. ipso die Paschatis, seu Dominicæ Resurrectionis, triginta nouem Cardinales (neque enim per istos dies plures in Vrbe fuerunt) in conclauē sunt ingressi. Accessere paulò post tres alij, Austriacus, Madrutius, & Vercellensis; ita vt iam quadraginta duo simul numerarentur. In ingressu Austriaci duæ motæ sunt difficultates: prima erat, quia Austriacus ea ipsa hora, qua Cardinales in Sacello toti intenterant istius matutini temporis scrutinio, ingressum parabat. Cardinales itaque precabantur Austriacum; ingressum suum vsque in pomeridianum tempus differret: quia enim bullæ variæ necessariò legi debent, futuram erat, vt eo ingrediente scrutinium cum magno suo incommodo protraheretur. At ille scrutinium hoc non debere suum ingressum impedire protestatus est. Quare qui antea, ne ingrederetur, prohibuerant, decreuerunt illi esse gratificandum. Atque hoc modo prima difficultas sublata est. Sed confestim exorta est altera, Cardinalis enim Gambera dicebat considerandum esse, an Austriacus, cum sit Cardinalis Diaconus, iuxta præscriptum Bullæ Pij quarti esset ordinatus: cautum enim hac Bulla est, ne quis non ordinatus suffragium ferat, aut conclauē ingrediatur. Fuit hæc difficultas à Gambera proposita, vt obuiaretur in eo modo, que nasci poterant post electionem ab iis, qui creationem noui pontificis non esse validam fortasse caussarentur. Ad hanc diffi-

cultatem respondit Cardinalis S. Crucis: Non esse necessarium, vt Cardinales initiationis suæ fidem exhibeant; sed sufficere, vt quis in Cardinalem Diaconum canonizatus (vt illi vocant) iam antea sit. Respondsum hoc, licet per se debile, scrupulum tamen omnem iustulit, fecitque Cardinali Austriaco liberam accedendi potestatem: qui etiam litteras, quas à Gregorio impetrauerat, ostendit: in quibus illi facta erat dispensatio, & declarabitur, licet non ordinatus Diaconus, dignus qui conclauē ingrederetur, haberetque votum tam actiuum quam passiuum; vt alij omnes Cardinales. Lecta hac dispensatione, cum summo gaudio in sacrum Collegium admissis, & in Sacellum deductus est: vbi à Magistro ceremoniarum bullæ tres legebantur; duæ de rebus Ecclesiasticis non alienandis, & tertia contra Simoniacos. Sed ad propositum reuertamur, & telæ nostræ filum prosequamur.

Erant in conclauē (vt diximus) Cardinales quadraginta duo, iique in sex classes diuisi: quarum vni præerat Cardinalis Farnesius; alteri Estius; tertiæ Alexandrinus; quartæ Medicæus, quintæ Altempius; sextæ, quæ & omnibus alijs erat frequentior, Cardinalis sancti Sixti, Gregorij Papæ nepos præsidebat. Erant autem quatuordecim, qui vulgò Pontificatu digni censentur: Farnesius & Sauellius olim à Paulo tertio promoti; Serletus, sanctus Georgius, Paleottus, sanctæ Crucis, & Coenus à Pio quarto Cardinales creati. Montaltus, Celsus, Albanus, & sanctæ Severinæ à Pio quinto, & inter hæc, qui à Gregorio ad Cardinalitiam dignitatem erant euecti, vt l. Torre, Sacerdotum quattuor coronatorum, Mondouius & Castagneus. Ipso die, quo in conclauē conuenerunt à quibusdam clam laboratum est, vt Celsus pontifex designaretur, sed non fuit hoc consilium tam arcanum, quin Cardinali sancti Sixti innotum erit.

Istam hanc illorum machinationem ita impediuit, vt qui huius rei conscierant, Celsium proponere ausi non fuerint, neque illius aliquam facere mentionem, multò minus pro illo laborare; existimantes se (vt certè & cissent) oleum & operam perdituros. Eodem illo die Cardinales omnes, cō-

*Iuramen-
tū in con-
clavi se-
cū solitū.* muni consensu iurauerunt, Pontificem, qui-
cunque demum ex ipsis crearetur, observa-
turum & decreturum nonnulla, quæ ad v-
tilitatem Christianismi, dignitatem san-
ctæ sedis, & sacri Collegij splendorem per-
tinebant. Modus iste iurandi in certos
quosdam casus, qui expedire videntur, iam
à ducentis sexaginta annis est observatus.
Operæpretium nos facturos existimo, si
præcipua quædam eorum, quæ in hoc con-
clavi iurabantur, hoc loco commemora-
uerō.

Primò iuratum est ab omnibus, vt qui-
cunque Pontificiam dignitatem conseque-
retur, is (quantum in se est) procuraret, vt
pax & tranquillitas inter Principes popu-
losq; Christianos facta tecta conseruetur,
atq; pro viribus suis Christianos ipsos ad
oppugnandos Turcas, hæreticos, Schisma-
ticos, omnesq; Christianæ fidei hostes in-
iuriter: ne sanctam sedem ab vrbe Romana
in aliam civitatem aut provinciam, nisi vr
gente necessitate per legem comunē ap-
probata, & in Consistorio plurib' Cardi-
nalium votis confirmata, transferat. Man-
daret vt omnes stat' Ecclesiastici, Officia-
les, officio suo defuncti, in loco vbi illud
exercuerunt, administrationis suæ reddant
rationem: hoc est, (vt in foro Romano lo-
quuntur) syndacatui se sistant. Præterea, vt
in Cardinalibus creandis viros spectet ido-
neos, vitæ integræ atq; probatæ, famę bo-
næ, honestis moribus & eruditione non
contemnenda præditos, ante omnia verò
obseruet decretum Iulij III. quondam in
Consistorio approbatum, de non creandis
duobus Cardinalibus fratribus germanis,
seu carnalibus. Denique, neque bona Eccle-
siæ alienet, aut priuatos in vsus aliorum
transferat.

His, aliisque similibus rebus propo-
sitis, & de more communi iuramento con-
firmatis, alix quoque cæremonix, ab anti-
quis temporibus consueta, præmissæ sunt,
priusquam ad summam rei, ipsamq; ele-
ctionem pergeretur. Die Lunæ, illucescen-
te iam die, in sacello Paulino omnes con-
gregati sunt: Cardinalis autem Farnesius,
tanquam Decanus, sacrum celebrauit, om-
nesque Cardinales alij sacra sese Synaxi
munierunt. Deinde scrutinium auspiciati
sunt. Cardinalis Albanus tredecim habuit
vota, nec quisquam Cardinalium suffra-

giis fuit illo superior. Actum deinde in
multram lucem est, de Serleto Pontifice ren-
nuntiano: sed mox compertum est, nego-
tium non carere difficultate; tum, quia li-
cèt Serletus vir magnæ esset eruditionis,
minus tamen idoneus erat ad administratio-
ni Reipubl. rebusq; sæcularibus geren-
dis: tum etiam, quia causa eius in primo
impetu atque ingressu in conclavi venti-
lata est, in quo (dum quisque studet videre
quid Deus de se disposuerit) negotia faci-
lia redduntur ardua, atque difficilia verò
impossibilia. Quod si tamen in rebus ex-
ternis administrandis magis fuisset idone-
us, ita omnium in eum ferebantur animi,
vt nemo sese electioni opponere fuisset au-
sus: quod & Gregorio XIII. contigit, qui
in primo ingressu atque impetu fuit nomi-
natus, neque diu post ab aliis disceptatum
est: cõceptus enim, qui erat in animis quasi
omnium, talis fuit, vt omnem repulsam ex-
cluserit.

Simile quid etiam credebatur in con-
clavi de Cardinale de la Torre euenturum
fuisse, si ipse præsens ad fuisset; tantæ nam-
que authoritatis & opinionis erat apud
sacrum hoc Collegium, vt nulla repulsæ
inueniri potuisset ratio. Sed & quantum
uis absens erat, eò nihilominus negotium
illius direxerat, vt si ante electionem
aduenisset, extemplò Pontifex fuisset
absque vlla mora & difficultate procla-
matus: sed non comparuit. Quare de aliis
cõcepit cogitare, aliisque effectus subse-
cutus est.

Reiecta itaque causa Serleti, Cardina-
lis sancti Sixti missus est, vt Cardinalis Ca-
stagnæi alumni sui, & magnæ authoritatis, *guen*
atque existimationis præsulis causam pro-
moueret, sed quia is non ita nuper Cardi-
nalis factus erat, seniorum animi in illum
nequaquam propendebant. Alij itaque in
eo toti fuerunt, vt Sauellium propone-
rent: qui licèt vir erat magnæ opinionis,
qui in officio Vicariatus Pontificalis, &
cùm profectus erat congregationis sancti
Officij magna prudentiæ suæ dederat ar-
gumenta, tamen quia natura illius erat gra-
uissima & nimis plena maiestatis, omnibus
tam superioris quàm inferioris conditio-
nis hominibus erat terribilis. Farnesius
dignissimus erat qui eligeretur: neque va-
na quorundam erat persuasio, quod si fuisset

*Qui in-
k. ffione
proposi-
ti.*

*Cardina-
lis Alba-
nus.*

Serle-

*Card-
lis d.
Tor-*

*Card-
lis C.
guen*

*Farn-
sim.*

set.

set nominatus, rem non leuem habituram euentum, sed pluri mi videbantur illi refragari, minusque fauere: quare negotium illius videbatur difficillimum. E contrario Cardinales Estius, Medicus & Alexandrinus arbitrati sunt causam Montalti fore facillimam. Erat enim homo doctus, quietus, gratus omnibus, nulli obnoxius aut beneficio deuinctus, exiguam habens parentelam, proximi namque illius consanguinei duo erant ex sorore eius neptis filioli, ætatis adhuc teneræ, nullius adhuc officij vel dignitatis capaces. Præterea diuini cultus erat amantissimus, & Religionis zelator ardentissimus, natura benignus & amabilis. Huius illius benignitatis effectus in pontificatus sui cursu tales fuerunt, vt multos exhilarauerint, multos quoque afflixerint. Sed & negotium promouebatur, quod Montaltus summa semper eum dexteritate omnium Cardinalium sibi gratiam erat demeritus, eos honorando, laudando; eorum authoritatem amplificando, iis omnem prosperitatem optando. Vitam vixerat quietam, & ab omni strepitu mundano remotam, in vinea, quã iuxta sanctam Mariam maiorem cum summa humilitate, modestaque familia incolebat. Quod si aliquando in congregationem & consilium aliorum descenderet, ad consulendum de rebus arduis legatus, non erat contentiosus, neque multum pugnabat, vt sua vinceret opinio: sed potius ab aliis, si res ita ferret, se vinci placidè patiebatur. Iniurias & conuicia libenter dissimulabat, & æquo animo ferebat: adeo vt cum aliquoties in Consistorio à quibusdã Cardinalibus. *Asino d' I Marca*, hoc est, Asinus Anconitanus nominaretur, id se non audire fingeret, immò ostenderet se id vt ioco faceretque dictum, vt fauorem & gratiam acciperet Quin & postridie, cum præcedenti nocte Nepos illius esset occisus, in frequenti Consistorio nullam turbati animi significationem dedit: neque à Pontifice, aut à quoquam alio vindictã huius sceleris petiit.

Quinimò nisi cognitum fuisset, eum cognatos suos omnes, maxime verò nepotem hunc renerrimè dilexisse, credi à plerisque potuisset, eum nullam huius rei habuisse curam. Sed ne se redderet exosum, id patienter tulit, & ne fauorem amitte-

ret, libenter factum dissimulauit. Si quando de Principibus, aut eorum negotiis tractandum esset, semper eos ille defendit & excusauit: salua tamen semper dignitate sanctæ Sedis, eiusque iurisdictione, cuius se defensorem & protectorem profitebatur. Didicerat vti humanitate, non tantum in domesticos, sed & in externos, sæpè & publicè & privatim dicere solebat, idque summo cum affectu, se modis infinitis Cardinali Alexandrino esse obligatum; quod si mille mundorum esset Dominus, setamen non habiturum, quo vel minima parte debitum illi persolueret, propter honores & infinita beneficia sibi à Pio Quinto, pro eius benignitate, præstita.

His aliisque eius virtutibus non erat difficile viam illi ad Pontificatum sternere. sed & huic negotio conducebat, quod nemo Cardinalium ignoraret, eum à Rege Hispaniarum, vt Cardinalem magnis ingenij dotibus, multisque virtutibus ornatum, coli & diligi. Nec minus profuit, quod nullam ambitionis in illo appareret manifestum vestigium: sed quod semper honestis officiis gratiam & fauorem Cardinalium sibi conciliauerat. Vnum tantum occurrebat, quod negotium reddere posse videretur difficile, Cardinalem scilicet sancti Sixti, Gregorianorum Principem, ei minus fauere, immò nequaquam consentire vt eligeretur Montaltus pontifex: similtas enim inter illum & Gregorium eius auunculum olim orta fuerat, eò quod negauerat Gregorius, abstuleratque ab illo provisionem (vt vocant) ei vt Cardinali pauperi cõcessam. quod, Gregorij factum eò magis Montalto displicere posse videbatur, quia immensos suos in recognoscendis operibus sancti Ambrosij labores, typis excusos, Gregorio nuncupauerat. sed quia Cardinalis sancti Sixti non erat pertinax in suis propositis, Alexandrino & Riario facilè fuit probis rationibus illum in fauorem Montalti pertrahere.

Quatuor itaque huius electionis principes, Estius, Medicus, Alexandrinus, & Cardinalis S. Sixti, maiorem collegij numerum habentes secum consentientem, Montaltum pontificem creauerunt. Res admiratio-
ne digna, quod quidam diuinârunt iam antè, eum ad hanc dignitatem promotum iri,

Creatus
pontifex.

hac deſti coniectura: quia in diſtributio-
ne cubiculorum, quæ ſorte ſemper fieri cõ-
ſuevit, illud ei contigit, cui vicina, & qua-
ſi in circuitu omnium primariorum Pon-
tificum officialium cubacula adiacebant:
hoc eſt Farnesij, qui erat Vicecancellarius:
Cõtarelli, qui Dararius: & Guſtauillani,
qui cubicularius. Facta eſt hæc electio die
Mercurij, qui erat 24 Aprilis, anno M. D.
LXXV. hora decima quinta. Sumpt ſibi
nomen Sixti, tum vt gratificaretur Cardi-
nali ſancti Sixti, tum etiam, vt Sixti III.
qui eiudem etiam Ordinis fuerat, memo-
riam renouaret. Erant qui optaſſent eum,
niſi forſè Cardinalis ſancti Sixti id nomen
habuiſſet, Nicolauum dici, ob memoriã Ni-
colai quarti Pontificis, quauis commenda-
tione maioris, quem Montaltus ſemper
quam plurimum amauerat. etiam cum Car-
dinalis eſſet: cuius amoris teſtimonium eſt
magnificum illud ſepulchrum, quod Car-
dinalis adhuc illi in æde Mariæ maioris
magnis ſumptibus extruxit. Alij aſſerunt
ſe ex illo nõnunquam audiſſe, quòd ab Eu-
genij nomine non abhorrebat.

Corona-
tur.

Coronatus deinde eſt Sixtus primo
Maij, qui etiam in diem Mercurij incidit:
diem profecto illi feliciffimum. Eo namq;
die & natus eſt, & monachum induit: eodẽ
die Vicarius generalis, Cardinalis & Pon-
tiffex creatus eſt: eodem quoq; die ſub æra
D. Petri coronatus eſt, & Dominica in ſe-
quenti ad S. Ioannẽ Lateranenſem pro mo-
re ſe contulit, vt poſſeſſionem acceptaret.
Electus itaque & coronatus Pontifex, con-
ſiderans quã graue onus ſit, clauẽ D. Petri
gerere, & quã difficile ſit Pontificatũ be-
rè adminiſtrare, animaduertit magna ſibi
opus eſſe prouidentia magnaq; ſapientia.
quare publicas inſtituit ſupplicationes &
orationes, concedens in ſuper Iobilaũum,
vt rotus Chriſtianismus ſuis precibus Pon-
tifici fortitudinem & prudentiam, ad tam
arduam adminiſtrationẽ, ſufficientem im-
petraret. Per primos Pontificatus ſui dies
ad iuſtitiam adminiſtrandam animum ad-
iecit, & quodam die quattuor iuſſit in fur-
cam agi & ſtrangulari, qui ante triduum
cum ſelopetis prohibitis deprehẽſi, in car-
ceres detrufi erant: neq; vlla interceſſio, e-
ciam virorum ſummæ authoritatis apud il-
lum valuit, quo minus ſuſpenderẽtur, quæ
illiũs aucteritas tertuit, & in officio conti-

In admi-
niſtran-
da iuſti-
tia rigor.

nuit multos, multorumq; audaciam refrẽ-
nauit. Deinde cogitationes ſuas conuertit
ad extirpandum magnum Banditorum nu-
merum, qui ab omni parte ſtatim Ecceſia-
ſticum affligebant: quorum tanta erat licẽ-
tia & inſolentia, vt nuſquam locus inueni-
retur, vbi homo ſecurè viuere, & ſua tueri
poſſet. At Sixtus contracta cũ vicinis Prin-
cipibus amicitia, ab illis impetrauit, ne ſce-
leratiſtis iſtis receptacula præbeant: magna
quoque præmia ſtatuit his, qui aliquem ex
iis trucidaret, ex quibus ſuppliciis tollens
ẽ medio, ſi qui caperentur ex ijs, qui copijs
iſtis præerant. Graues quoque pœnas de-
nunciabat eorum parentibus, amicis, & a-
lijs quibuſcunq; ijs aut fauentibus, aut
ſuccurrentibus. Quo iuſtitia rigore id ef-
fecit, vt breui temporis ſpatio omnis van-
ditorum inſolentia reſtreſſa ſit, & radicibus
extirpata. Interim dum tanta vigeat iuſti-
tiæ ſeueritas, vnusquifque ſibi metuebat:
nec erat qui alium offendere audebat: cum
etiam ijs, qui manum gladio ad educẽdum
admouerent, capitis pœna eſſet irrogata.
Quo factum, vt lites ac diſcordiæ, quæ paſ-
ſim inter homines ſolent enaſci, aut pug-
nis, aut verbis dirimerentur. In ore enim
omnium erat: Nunc tempus Sixti eſt. quaſi
dicerent: Non eſt nunc tempus pugnæ, v-
tionis aut contentionis. Ob hanc cauſam
partim, partim etiam ob rerum neceſſaria-
rum abundantiam, quam & tunc, & toto
Pontificatus ſui tempore Romæ ſeruari
mandauit, vt multis Italiciæ locis inedia af-
ſiſtiſtis, Roma ſemper abundaret, Romani
primis Pontificatus illius annis Sixto in
Capitolio ſtatnam æream erexerunt, cum
hac inſcriptione.

Sixto P. Pont. Max. ob quietem publicam, compreſſa
Sicariorum, exſulũq; licentia, reſtitutam, amone in-
opiam ſubleuatum, vrbem edificijs, vijs, aqua cõdita il-
luſtratum. S. P. Q. R.

Primo huius Pontificatus anno incidit
calus inſrequentis & miſerabilis admodum,
iuuenis enim Florentinus ſuſpendio dam-
natus eſt, eò quòd in Tranſtyberina regio-
ne, in ædibus Domini ſui curiæ miſiſtris,
de aſino, quid neſcio, poſtulãtib; aut ex
qui volentibus, ſimpliciter reſtitulerat. Erra-
bant autem ſatellitres, quia aſinus non erat
eius, cuius illi eſſe arbitrabãtur. Credebãt
pleriq; & paſſim dicebãt Pontificẽ hac in-
re ſuũ malè inſtructũ: qui ſi rem exactius

runt. Altera deinde, quæ eiusdem erat præ-
tiji, à Guidijs empta, miris modis laudata,
& multò celebrior priore habita est. Qua-
re cum Rex Nicomedes hanc sibi redime-
re, & æs alienum, quod vrbs contraxerat,
maximum profectò reddere polliceretur,
Guidij nullo modo vendere statum volu-
erunt. solum enim marmor hoc patriam
illorum nobilitauit. Referunt quidam hi-
storici in hac vrbe olim fuisse iuuenem,
qui amore huius statuæ ita exarsit, vt no-
tæ quadam clam templum, in quo Venus
seruabatur, ingressus sit, & libidini suæ in
ea satisfecerit, in cuius sceleris testimoni-
um macula post in hac statua apparuit. Ce-
lebratur & huius sculptoris Cupido, cu-
ius spectandi gratia multi in Thelpiam
olim profecti sunt. Præter hunc Cupidi-
nem alius quidam eiusdem Praxitelis olim
ostendebatur, certè pulcherrimus, qui om-
nès spectatores in admirationem rapie-
bat. hunc parij Propontidis incolæ cole-
bant. Ferunt autem Archidam quendam
Rhodiensem eius amore inflammatum, hoc
eadem turpitudine, qua iuuenis ille Ve-
nere, abusum, similem in statua maculam
reliquisse.

Hæc sunt istorum artificum opera cele-
briora, qui etsi ætate Alexandri non vixe-
rint, neque ipsi cœtanei fuerint, sed post
Alexandrum vita functum nati, vnus post
aliud vixerit, has tamen statuas ad hone-
stam & laudabilem emulationem vnus ad
alterum facere potuerint. Aemulatio en-
nim (vt docti volunt) solet esse aliquando
viuorum de mortuis; cuius rei in historijs
plurima reperiuntur exempla. Sed & ex
varijs imaginibus, tam ipsius Alexandri,
quam Bucefali, quæ post mortem illius re-
manferunt, potuerunt sculptores isti simi-
litudinem eorum capere. Hæc placuit pau-
lò latius hoc loco annotare; quosdã enim
iuuenimus, qui hac in re non exiguam si-
bi fingebat difficultatem. quæ vt tollatur,
hoc modo illis respondendum putauimus.
sed ad Sixtum reuertamur.

Ampliauit quoque palatium in monte
Quirinali: sed & in eodem monte aliud
quoque cœpit ædificare, cum prius illud
non satis idoneum & spaciosum erat ad
talem Principem, eiusque familiam ex-
cipiendum. Præterea & habitacula qua-
dam inchoauit, pro ducentis Helueticis,

qui de cohorte prætoris Pontificis sunt.
Quinetiam in vinea sua iuxta sanctam
Mariam Maiorem multa, eaque amplissi-
ma, iucundissimaq; ædificia construxit.

In viis quòque aperiendis, restaurandis
ac dilatandis erat studiosus. Nouam fecit,
eamque omnium celeberrimam, cuius ini-
tiũ est ab Ecclesia sanctæ Crucis in Hieru-
salem, & ad Ecclesiã sanctæ Mariæ Maioris
extenditur: atque hinc vsque ad templum
sanctæ Trinitatis in Monte procurrit. Vn-
de produxisset vsque ad portam populi,
bis mille & quingentis passibus, eratque
tota via ad amulsiã & filum directã, tãta
lata, vt quinque simul iunctis carpentis
transitum prebeat. Viam hanc à priori
suo nomine Felicem nuncupauit. Fecit &
alias duas vias, quarum principium est
extra portam sancti Laurentij. Harum v-
na ducit ad sanctam Mariam Maiorem,
altera vineam Pontificis ab vno latere
claudens, vsque ad Hermas Diocletiani
procurrit. Quarta via incipit à Maria
Maiore, & ad palatium sancti Marci ex-
tenditur.

Similem viam aperuit à sancto Ioanne
in Laterano, vsque ad Colosseum. Sexta
incipit à porta salaria, & iuxta portam
piam terminatur. Fabricatus est & multa
in Vaticano palatio, vbi nouum, idque
splendidum palatium incepit, ambulacris
à Leone Pio & Gregorio depictis coniun-
ctum. Et in ipsa sancti Petri fabrica multa
construxit, ita vt dictæ Ecclesiæ navis, seu
moles ipsa, quasi absoluta sit. qua non ex-
celsior in tota Christianismo esse dicitur.
In hoc opere continuè sexcenti homines
desudarunt. Scalas deinde coelides no-
bilissimas in palatio Apostolico cõdidit,
per quas Pontifices secretò possunt descẽ-
dere in Ecclesiam s. Petri, ita vt à nemine
videantur. Ducunt autem scalæ istæ in sa-
cellum Gregorianum. Restaurauit & tur-
rim ædificij, quod ab ætate prospe-
ctus Belvedere dicitur, vnã cum Ecclesia s.
sabinæ. Condidit & pulcherrimam eccle-
siam s. Hieronymo, cui à Ripetta nomen,
cum adhuc Cardinalis esset, eamque non
contemnendis prouentibus dotauit. In his
omnibus fabricis magnam attulerunt cõ-
moditatẽ Põtifici præclara illa marmora,
quæ in sepulchro Seueri ex terræ visceri-
bus erui iusserat.

Vie à
Sixto
noues
sæculi
veteres
repara-
tæ.

Aliæ su-
brica.

Regiū
studiofo
rum Bo
nonie e
re hant.

Bononiæ Collegium studiofis ex Marchionatu Anconitano oriundis erexit, in quo præter miniftros triginta iuuenes aluntur, qui literis dant operam. Aquas etiam dulces in urbem veterem, vbi eorum ingens erat penuria, deduxit. Beatæ virginis Lauretanæ splendidiffimum templum erexit, atque illum Epifcopatus titulo nobilitauit, illum à Racanatenfibus transfrens, aliifque multis donariis & templum hoc ornauit. Ciuitatem in Monte Alto cœpit exedificare, quo in opere fine intermiffione laborabat, montemque maximū (vt aiunt) euerit, eandem quoque ciuitatē Epifcopatus titulo donauit. Tiberim quoque inter duo loca, quæ incolis Borgetto & Vtriculi dicuntur, in figni ponte conftituit.

Oppidum
in patria
condidit.

In ædificiorum, fabricarumque à Sixto conftroctarum catalogo vltimum locum nobiliffimæ illi Bibliothecæ, quam in Vaticano erexit, referuauimus. Quia namque de ea paulo copiofius dicturi fumus, putauimus hunc locum effe conuenientiffimum, fperamus autem hanc noftam prolixitatem lectori fastidium non allaturū.

Biblio
theca in
Vaticano
nona à
Sixto cō
dita.

Quæ enim in hac Bibliotheca picta funt, in quibus recensendis copiofiores erimus, huiufmodi profectò funt, quæ & vtilitem fimul & voluptatem legentibus adferent: iis præfertim, qui rerum antiquarum funt ftudiofi. Inter alia iucundiffima loca, quæ in Vaticano funt, is eft primarius, quem Belvedere nuncupant, in quo cernitur ampliffimum quoddam Theatrum, ad cuius introitum magnus erat numerus diftinctorum graduum, feu fcalarum ex marmore iuffu Pij Quinti factarum: vt cum in Theatro feftum celebraretur, à populo cuncta quàm commodiffimè fpectari poffent. Hunc locum Sixtus tanquam fuo inftituto aptiffimum elegit. Sublatis itaque grandibus, in eo loco cœpit ædificare, præter ædificia verò, quæ libris referuantur, alia confectim noua condidit, in vsum eorum qui hanc Bibliothecā cuftodiunt: quorundam etiam literatorum, qui ea incolerent, vt ipfius ProteCTORis, fi quando vale tudinis gratia fuum mutare velit habitaculum. Ipla autem Bibliotheca ædificium eft lôgum & vacuum, ad trecentos octidocim palmos in longitudine, & centum quatuordecim in latitudine

extenfum. Multas habet in medio columnas cœmentitias, optimo ordine difpofitas, ipfum autem ædificium occidentem fpectat, vnde & lumen intercipit: licet à Meridie quoque & ortu illuftratur. A latere molis huius: in vsum bibliothecæ publicæ conftituta, duo alia minora ædificia adiecta funt, quæ bibliothecæ feruiunt fecretiori. Torani hanc bibliothecam Sixtus foris & intus elegantiffimis picturis exornauit. Foris namque parietes calce nigra & cãdida iuffit incruftari, & in ijs multas virtutum, Scientiarum, aliarumque ad rem literariam pertinētium, imagines delineari. Intus verò præter alia multa, quæ cernuntur, pingi fecit Ecclefiæ Concilia fedecim, & fub vnoquoque propria fua legitur infcriptio, quæ infcriptiones cum funt lectu digniffimæ, contineantque res memorabiles, non piguit nos eas hoc loco recensere, fperantes alios eafdem non aliofque vtilitate lecturos.

Sub primo itaque Concilio Nicæno hæc verba defcripta funt. S. Silueftro Papa, Fl. Eccle Constantino Magno Imperat. Chrifto Dei Filium Patri f. c. Conftantialis declaratur. Arii impietas condemnatur. Ex decreto Confilij Cōftantinus Imp. libros Ariarum comburi iubet. Sub Cōcilio Constanti nopolitano, quod proximè fequitur, fic legitur: S. Damafio Papa & Theodofio Imp. Spiritus S. diuinitas propugnatur. Nefaria Macedonia hærefis exftinguitur. De Ephefino Cōcilio dicitur hæc: S. Caleftino Papa & Theodofio Sen. num Imperat. Neforius Chrifium diuidens damnatur. B. Chaldaea virgo Dei Genitrix prædicatur. Sequitur pictura primi Cōcilij Chalcedonenfis fub quo legitur: S. Leone pp. & Marciano Imp. Infelix Euyches vnā tantum in Chrifto naturam afferens, Confutatur. Secundo Concilio Constantino politano, quod proximum eft, hæc infcriptio fubiecta eft: Vigilio Papa, & Iuftiniano Imp. Conuentiones de tribus capitibus fedantur. Originis errores refelluntur. Iuxta concilium hoc aliud tertium Constantinopolitanū expreffum eft, cum hac infcriptione: S. Azathone Papa, Constantino Pagoneto Imp. Monothelice hæretici, vnā tantum in Chrifto voluntatem aicentes, exploduntur. De Concilio Nicæno fecondo, ibidem picto, fic dicitur: Adriano Secundo, Constantino Irenæo Imp. Impij Iconomachi reiiciuntur facrum imaginum veneratio confirmatur. Quarto Concilio Constantinopolitanorū adfcriptum eft: A

Con
Ecc
f. c
et e
inf
nes.
Nic
Con
nopa
Eph
num
Chal
nem
Con
tinop
Conf
tinop
Nic
Conf
tinop

ffacinop. in suam sedem, pulso Photio restituitur. Pone hoc spectatur primum Concilium Lateranense generale, cum hoc elogio, *Alexandro III. Pont. Federico II. I. p. V. Valdenses & Cathari heretici damnantur; Laicosum & Cl. ricorum mores ad veterem disciplinam restituntur. Torneamenta versantur. Sub secundo vniuersali, Concilio Lateranensi scriptum est; Innocentio III. Pont. Federico II. Imp. Abbatis Toachim errores damnantur, bellum sacrum de Hierosolyma recuperanda decernitur, Cruce signati instituntur.*

Ab vno latere huius picturæ imago S. Francisci Ecclesiam S. Ioannis ruinam minitantem, ne labatur sustinetis, cernitur id, quod Innocentius in somniis viderat; quare & hæc adiecta est inscriptio: *Innocentio III. Pont. per quietem S. Franciscus Ecclesiam Lateranensem sustinere visus est. Ab altero latere S. Dominicus deliniatus est, qui eiusdem Innocentij tempore hæresin in Aquitania Tolosæ natam restinxit, inscriptio illius hæc est: S. Dominico suadente contra Albing. hereticos Simon Comes Montifferten. pugnam suscepit, egregieque corfecit. Sequitur Concilium primum Lugduni celebratum, cum tali inscriptione: Innocentio IV. Pont. Max. Fredericus II. hostis Ecclesie declaratur, Imperioq; priuatur. De terra sanctæ recuperatione cõstituitur. Hierosolymitana expeditio. nis Dux Ludovicus designatur. Galero Rubro & purpura cardinales donantur. Suc Concilio Lugduni celebrato Sixtus etiã scribi mandauit: Gregorio X. Pont. Græci S. R. E. vniõne redeunt. In hoc concilio S. Bonaventura egregia virtutum officia Ecclesie Dei prestitit. Tartarorũ Rex à F. Hieronymo Ord. Minor. ad Concilium perducitur. Rex Tartarorum solèriter baptizatur. Post dicta Concilia cum sequenti scriptura spectatur Concilium primum Viennense: Clemente V. Pont. Clementinam Decretalium Cõstitutionum Codex promulgatur. Processio solemnitas corporis Domini instituitur. Hebraice, & Chaldaice lingua professio, fidei ergo, in nobilissimis quatuor Europe. Academijs instituitur. Picturæ de Concilio Florentino subscriptũ est: Eugenio IV. Pontifice Græci, Armeni, Æthiopes ad fidei unitatem redeunt. De Concilio Lateranensi vltimo sic dicitur: Iulio II. & Leone X. Pontif. Max. Bellum contra Turcam, qui Cypriam & Ægyptum proximè Sultano victo occupabat, decernitur. Maximilianus Cesar, & Franciscum Rex Gallie bello Turcico Duces præficiuntur. Inscripção deniq; Cõcilij Tridentini, quod vltimo loco depictum cernitur, hæc est: Paulo III. Papis III. Pio IV. Pontif. Lutherani & alij Heretici damnan-*

tur. Cleri populique disciplina ad pristinos mores restituitur.

Præter hæc Concilia, etiam hic celebrior est totius orbis terrarum, quæ ab Orbe condito fuere, depictæ spectantur Bibliothecæ, quas & nos hic quoque summa, quæ possumus breuitate cû suis inscriptionibus referemus. Prima itaque inter has est Hebræorum, cum his literis: *Moses librum legis Leuitis in Tabernaculo reponendum tradidit. Esdras Sacerdos & Scriba Bibliothecam sacram restituit. Sequitur bibliotheca Chaldæorum in Babytonia; Daniel & socij scientiam Chaldæorum addiscunt. Cyri Decretũ de templi institutione Darij iussu perquirunt. Græcorum, seu Atheniensium Bibliothecæ inscriptum erat: *Pysistratus primus apud Græcos publicam Bibliothecam instituit. Seleucus Bibliothecam à Xerxi asportatam, referendam curat. Sub Bibliotheca Ægyptiorum, quæ erat Alexandriæ, scriptum legebatur, Ptolemæus ingenti Bibliotheca instructa. Hebræorum libros concupiscit: Septuaginta duo interpretes ab Eleazarõ misit sacros libros Ptolomæo reddunt. Bibliotheca Romana huc habet titulum: *Tarquinius superbus libros Sybilinos tres, alijs à muliere incensis, tantundem emit. Augustus Cesar Palatina Bibliotheca magnificè ornata, viros literatos fouet. Hanc sequitur Bibliotheca Hierosolymitana, sub qua positum erat; *S. Alexander Episcopus & Mart. Decio Imper. in magna temporum acerbitate sacrorum scriptorum libros Hierosolymis congregat. Deinde Bibliotheca Cæsariensis, cum hac inscriptione; *S. Pamphilus presbyter et Mart. admiranda sanctitatis & doctrinæ Cesar. a sacram Bibliothecam cõfiscit: multos libros suam manu describit. Hanc iuxta depicta est Bibliotheca Apostolorum, de qua sic prædicatur; *S. Petrus sacrorum librorum thesaurum Romana Ecclesia asseruari iubet. Bibliotheca Pontificum vltimo loco cernitur effigiata, cuius hæc est inscriptio: *Romani Pontifices Apostolicam Bibliothecam magno studio amplificam & illustrant.*******

Quod si antea nobis constitisset, materiam hanc de Bibliothecis tam fore proflixã, forsã aut ab ea abstinuissemus, aut nõ ita exactè atq; singulariter eas descripsissemus. Nam & exiguũ illud, quod superest, silentio transire non possumus: tã vt opus sit absolutũ, postquam sit cõceptũ: tum etiã, quia nobis õnino persuasum est, eos, quibus iucundum est legere libros, etiam cum voluptate visuros res tã singulares, ad ipsos libros pertinentes. Dicemus igitur in sequenti

Celebrior
res totius
orbis Bi
bliothecæ.

ca.

Hebræorũ

Græcorũ

Inuentio-
nes lite-
rarum et
scientia-
rum.
Adam.
Filij.
Seth.
Abrahā.
Moyfes.
Ejras.
Mercuri-
us.
Mercuri-
us.
Ægypti-
us.
Memmo.
Isis.
Phœnix.
Cadmus.

quentibus, istis ostendi pictos omnis homines, qui ob literarum inuentionem toti mundo sunt celeberrimos. In prima columna spectatur Adamus cum hoc titulo: *Adamus diuinitus edoctus, primus scientiarum & literarum inuencor*. Secunda columna exhibet filios Seth, Adami Nepotes, cum hoc elogio: *Filij Seth columnis duabus rerum celestium disciplinam inscribunt*. Sequitur Abraham, sub quo notatum est: *Abraham Siras & Chaldaicas litteras inuenit*. Post illum expressæ sunt literæ, quas ille inuenit. Post Abrahamum cernitur Moyfes, Dux & Legislator populi Hebraici, cum hac scriptura: *Moyfes antiquas Hebraicas litteras inuenit*. De Esdra verò Sacerdote & scriba eiusdem populi Hebraici, qui proximè collocatus est, dicitur: *Esdras nouas Hebraicorum litteras inuenit*. In tertia columna prodit Mercurius Ægyptius, eius titulus est: *Mercurius Theot Ægyptijs sacras litteras conscripsit*. Adiunctum habet ille Herculum Ægyptium, de quo legitur: *Hercules Ægyptius Phrygijs litteras conscripsit*. De Memnone qui sequitur, hæc referuntur: *Memnon Phoroone æqualis, litteras in Ægypto inuenit*. Non procul hinc Isis regina Ægypti spectatur, cuius hæc est inscriptio: *Isis Regina Ægyptiarum litterarum inuenitrix*. In quarta columna imago Phœnicis, Phœnicie Regis delineata est, ei que subscriptum: *Phœnis litteras Phœnicibus tradidit*. Sequitur Cadmus, cui adscriptum est: *Cadmus Phœnicis frater litteras sexdecim in Græciam intulit*. Ipse autem literæ supra caput illius depictæ sunt. His literis dicitur Palamides adiunxisse quatuor alias, & totidem alias Simonides Melicus, quæ omnes simul iunctos faciunt vigintiquatuor. Aristoteles (vt scribit Plinius) dicit antiquas litteras Græcorum fuisse decem & octo, duos adiunxisse Epicharmum & non Palamedem. Ipsa autem rei veritas incerta est, & dubia, cum in obscurissimæ antiquitatis visceribus sepulta sit. Subsequitur Linus Thebanus, cum his verbis: *Linus Thebanus Græcarum litterarum inuencor*. Inde Cecrops Atheniensium Rex, cui adiectum; *Cecrops Dipies primus Atheniensium Rex, Græcarum litterarum author*. In quinta columna primo loco pictus est sapiens ille Philolophus Pythagoras, de quo dicitur: *Pythagoras litteram ad humane vitæ exemplum inuenit*. In alio columnæ lateræ effigies Epicharmi Siculi, cum hoc dicto: *Epicharmus Siculus duas Græcas addidit lit-*

teras. Simonidi Melio hæc verba subiuncta sunt: *Simonides Melius quatuor litterarum inuencor*. Palamidi verò hæc: *Palamides bello Troiano litteras quatuor adiecit*. In sexta columna posita est imago Nicostratæ Carmentæ, matris Euandri, hæc sub se habens inscriptionem: *Nicostrata Carmenta Latinarum litterarum inuencitrix*. Litteræ quas inuenit, ibidem quoque appositæ, sunt hæc: A, B, C, D, E, F, G, I, L, M, N, O, P, R, S, T, V. subsequitur Euander Rex Arcadiæ, cum hac inscriptione: *Euander Carmentæ F. Aborigines litteras docuit*. Iunctum habet ille sibi Demaratum Corinthium, cuius elogium est: *Demaratus Corinthius Hæbræicarum litterarum author*. Hic verò Claudium Cæsarem Romanorum Imperatorem, de quo legitur: *Claudius Imp. tres nouas litteras adinuenit*. Hæc verba sub illo scripta sunt, at supra caput illius additum est: *F. reliquæ duæ vsu obliteratæ sunt*. Hoc est, vna istarum litterarum est F. reliquæ duæ non amplius in vsu sunt, neque satis constat, quæ istæ fuerint. Mihi autem non sit verisimile literarum F. Claudio inuētam, cum ea apud Ciceronem, qui multis annis Claudij tempora æcecessit, inueniatur: immò is ipse nono libro Epistolarum ad Atticum prædium suum vocat Formianum. Digamma, quia incipiebat à littera F, quæ dicitur digamma, cum figuram duorum T, habere videatur. Dicendum itaque est: Claudium litteram hanc dilucidius explicasse, aut aliud quod circa illam egisse, vnde nomen inuētoris consecutus est. In septima columna imago s. Ioannis Chrysostomi visitur, cui subiecta est hæc inscriptio: *Ioannes Chrysost. litterarum Armenicarum inuencor*. Et effigies D. Hieronymi, cum hoc titulo: *s. Hieronymus litterarum Illicarum inuencor*. Post illum s. Cyrilli, de quo: *s. Cyrillus aliarum litterarum Illyricarum inuētor*. Illos sequitur Vlphias episcopus, cui subiecta est: *Vlphias episcopus Gotthorum litteras adinuenit*. In octaua & vltima columna effigies Domini nostri iesu Christi formata est, cui subscriptum: *Christus summus Magister, celestis doctrine auctor: deinde Pontificis Romani, cum titulo: Christi Domini Vicarius: tandem & Imperatoris, cuius inscriptio est: Eccl. sue defensor*.

Hæc sunt præcipua, quæ in hac Bibliotheca Vaticana publicè depicta spectantur, scriptaque leguntur. In secreta verò

Bibliotheca, Doctorum Ecclesiæ, multorumq; Sanctorum effigies, cum multis preclaris Sixti operibus & monumentis delineate sunt. Has omnes figuras ordine recensere non est nostri instituti: putauimus enim hic non omnia, sed ea tantum describenda, quæ in hac Bibliotheca videntur celebriora, magisq; singularia. Superest, ut coronidis loco huic quoque descriptioni addam⁹ duas illas tabulas inarmoreas, quæ in dicta Bibliotheca cernuntur, & quæ in iis scripta sūt, hoc loco referamus. In prior tabula leguntur hæc:

Sixti V. Pont. Max. Perpetuo hoc decreto de Libris Vaticanæ Bibliothecæ conferendis, quæ infra sunt scripta, hunc in modum sancta sunt, inuiolatæ, quæ obseruanto. Nemini libros, Codices, volumina huius Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi, cliens sportandi, uō Bibliothecario, neq; custodibus, Scribisq; neq; quibusuis alijs cuiusuis ordinis & dignitatis, nisi de licentia Summi Rom. Pont. scripta manu facultas esto. Si quis secus fecerit, libros, partemue aliquam abstrulerit, extraxerit, clepserit, raperitq; carpserit, corruperit dolo malo, ille à fidelium cōmuniōne eiectus, male dictus, anathematis vinculo colligatus esto. A quoquam præterquam Rom. Pont. ne absoluitur.

Secundæ verò tabulæ inscriptio ad perpetuam rei memoriã hæc est: *Sixtus Pont. Max. Bibliothecam Apostolicam, Sanctissimis prioribus illis pontificibus, qui beati Petri vocem audiuerunt, in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordijs inchoatam, parte Ecclesiæ reddita, Litteram institutam: à posterioribus deinde in Vaticano, ut ad vsus pontificios paratior esset, translata, ubiq; à Nicolao V. auctam, à Sixto IV. insigniter excultam, quo fidei nostræ & veteran Ecclesiasticæ discipline rituum documenta omnibus expressa, & aliorum multiplex sacrorum copia librorum conferuauerunt, ad puram & incorruptam fidei veritatē perpetua successione in nos deriuandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro & insalubri sita esset, aucta per ampla vestibulo, cubiculis circum & infra: scalis, porticibus, totoq; edificio à fundamentis extructo, sub illis, plateisq; directis, libris appositis, in hunc editum, perlucidum, salubrem, magisq; opportunum locum extulit. Picturis illisq; tribus vniq; exornauit, liberalibusq; doctrinis & publicè studiorum utilitati dicauit. Anno M. D. LXXXVIIII. Pont.*

*fficina
pogra-
hica à
ixto in
aticano
stituta.*

Non procul ab hac Bibliotheca in eodē loco typographiã Sixtus instituit, in qua libri ab hæreticis corrupti, profanati, variisq; erroribus aspersi, emendati, pristina candori restituti, & ad sinceram autorum veritatem reducti imprimerebantur. Varijs

quoque linguis, etiam barbaris, exoticisq; vera fidei nostræ dogmata, libri, miracula, & opera sanctorum patrum pulcherrimis typis excusa, ex eadem officina prodirent: ut hoc modo ad omniū utilitatem cultus Christianus propagaretur, & defenderetur. Huic tam difficili, sumptuoso, sed utilissimo negotio præfecit Pontifex Dominicum Bafan, virum rerum gerendarum experientia, magnitudine animi, aliisq; virtutibus laudabilem, ideoq; omnium iudicio ad hoc opus aptissimum. Quod & ille re ipsa testatus est: exiguo namq; tēporis spatio abundè sibi comparauit, & in ordinē redexit omnia, quæ ad Regiam & Pontificiam calcographiã possent desiderari, in operis quoque cursu singulari vigilantia, admiranda dexteritate, prudētia, & integritate vsus est. iussit pontifex eidem Bafæ ad huius operis executionē viginti ducatorum millia numerari, quam summam decem annorum spatio Reuerendæ Cameræ Apostolicæ restituere pollicebatur. Acta sunt hæc à pontifice xvj. Aprilis, anno post natum Christum M. D. LXXXVII.

Ut autē quæ lectori damus gratiora sint, & maiori cum voluptate legantur, tenaciusq; singula in memoria hæreant, placuit nobis vitam Sixti in ordinem quendã, quasi in certos locos communes redigere. Diximus hæctenus de iis quæ pontificatum illius præcesserūt, quo modo, & quando Pontifex est electus, quæque primis illius Pontificatus mensibus acta sunt. Quia verò de fabricis ab illo structis cœperamus scribere, eam materiã diuidere nolimus, ne fortè inconcinnè, & cum Lectoris fastidio ad eadem redire, si lumq; narrationis sæpè interrumperere cogemur. Cùm autem hæctenus de omnibus structuris & ædificiis, tempore pontificatus illius factis, egerimus, vnam quasi & continuam ex illis (si dicere liceat) fabricam conficientes, tempus nunc est, ut ad ea pergamus, quæ ad historiam, vitæ Sixti complendam faciunt. Dicemus itaque primò de rebus quibusdam inter illū & Principes actis: deinde de modo, quo populum suum in administratione publica tractauit, & qua moderatione in propria vita, affectibusq; suis temperandis vsus est: quibus subiiciemus alias etiam res ab illo tractatas, gestas, institutas, & in vsum Ecclesiæ Reipublicæq; ordinatas. Deniq; in

Trāsitio.

Ordo in reliqua Sixti vita seruandus.

firmitatem seu morbum, & mortem ipsam, qua extinctus est, commemorabimus: quibus omnibus enarratis, ope diuina adiuti institutum nostrum compleuimus.

Primò, Sixtus in pleno Consistorio Nauarræ Regem & Henricum Borboniũ, Condensem Principem, excommunicauit: hæreticos, & ad successionẽ Regni Gallici inidoneos declarauit: subditos quoq; omnes à iuramento fidelitatis, iisdem Principibus præstito, absoluit. Primis id Pontificatus sui menses peregit. Paulò post incidit quidam casus, qui Regi Fræciæ prætermodũ displicuit. Põtifex enim Goardo, summæ autoritatis viro, prædicti Regis Legato præcepit, vt breui termino præscripto vrberoma, totoq; territorio Ecclesiastico discederet. Causa huius interditi erat hæc. Pontifex Episcopũ Bergamensem, qui Nuncius erat in Francia, reuocauerat, eiusque loco Archiepiscopũ Nazaranum, prælatum præter doctrinã (diu enim in rerum administratione fuerat) prudentissimum, quiq; cõstitutiones & praxin Regni Gallici, in quo sæpe Nuncium egerat, optimè callebat, remisit. Rex noui huius Nütii aduētũ certior factus (multũ enim ei diffidebat) scripsit ad illũ, rogans, vt quocunq; in loco istas literas acciperet, in eo maneret, nec vterius in interiora Gallia proficisceretur, priusquã nouum madatũ à Põtifice accepisset. Oblatis, lectisq; his literis Archiepiscopus Lugduni, vbi tunc agebat, magna cum solenitate receptus, obstruxit, dicẽs, Dominum suũ nequaquam hæc iniuriarum laturum, se itaq; proposuisse postmodò istinc discedere, sibi sic à Põtifice præscriptũ, præsertim cum iã Pontifex Nuncium suũ, qui penes Regem erat, reuocasset, nec is iam quicquã amplius in mandatis haberet. Põtifex cũ intellexisset quid Nazareno ac in Galliis accidisset, vehementer indignatus, ex templo Legatum Regiũ (vt iam dictum est) à se reiecit. Rex Franciæ huius rei per literas certior factus, præterquã quòd animi ægritudinem non exiguã præferret, etiam dicebat, factum hoc omni carere exemplo; ab hominũ enim memoria auditum non esse, aut à Pontifice, aut à quoquam Principe, ne quidem tempore belli, hoc modo Legatum coronæ Gallicæ eiectum esse, se iam antea scripsisse Pontifici, quòd Nazarethano Archiepiscopo malè fideret: ne igit. e illi hæc legationem

daret. Cui respondit Pontifex, Legatũ Regiũ etiam post lectas istas literas, in legationem Nazarethani cõferuisse, sed & se admonuisse (inquit Pontifex) eundem Legatũ cum consensu illius prædictũ Nütium mitteret, quòd si non reciperetur, aut eiº legatio impediretur, se id agrè laturũ, ipsumq; Legatum Vrbi pulsurum. Ad hæc Rex, sibi hæc de re nihil à suo Legato perscriptum esse. Quare vterque princeps videri potest indignationis atque facti sui iustam habuisse causã. Sed & Legatus taciturnitatẽ suam excusauit, dicẽs: Se, ne Regẽ offenderet, aut dissidium inter hos Principes concitaret, tacuisse, sed & se existimasse, Pontificẽ seuerè quidẽ locutum, nõ tam rigidè tamen suas comminationes exsecutum fuisse. Pontifex cũ Regi scripsisset, & de legati repulsa, eiusque causis paulò ante à nobis commemoratis, prolixè satis disseruisset, petijt tandẽ, vt Rex nouũ Legatũ mitteret, addens, se cum hoc diutius res quæ agitantur tractare nolle. Has literas Pontifex Regi per Horatium Ruccellam, non infimæ dignitatis nobilem, gratum, & familiarẽ eidẽ Regi trãsmisit. Lectis literis Rex cussam suam rationibus superius à nobis relatis purgauit ac defedit: responsumq; Põtifici per eundem Ruccellam remisit. Rebus sic inter Regem & Pontificem constitutis, Cardinalis Estius cum quibusdã alijs Cardinalibus solliciti, ne res in peius dilaberetur, omni studio crescẽtem ignem extinguere conati sunt: nec conatus eorum fuit irritº, sed totum negotium hoc modo compositum est. Galliarum Rex Nazarethanum acceptare; & Pontifex eundẽ Legatum Regiũ reuocare: quod & factũ est.

Sequenti anno, qui fuit millesimus quingentesimus octuagesimus sextus, Sixtus Dominum Ioanbaptistam santoniũ Tricaricensẽ episcopum, & sui palatii Magistrum, Nuntium ad Catholicos Helueticorũ Cantones eorumq; ordines & cõfede-ratos amandauit. Prælatº iste, etsi multis iã annis in istis partibus Nütius nullus fuerat, negotia ecclesiastica multis difficultatib. inueniret implicata, multũq; inclinata, zelo tamẽ suo Christianissimo, prudentiaq; & prouidentia sua singulari tãtũ effecit, vt publica indicerentur comitia: Quinto enim Octobris eiusdẽ anni Ordines patris cõgregati sũt, de manu Nuntij sacrosanctam Synaxin perreperunt atque

Sixtus
Regem
Nauarræ
um &
Cõdem
emõm-
nicet.
Dissidio
inter Põ-
tificem
& Regẽ
Galli. rñ.

Te
Ho
ori
tbe
rnu

in utilitatem sanctæ Ecclesiæ denuò confederati sunt, promittentes se in defensionem Ecclesiæ seipfos, filios suos, & quicquid habebant expositoros. Huius foederis & promissionis solemne dictum est iuramentum, publicumque scriptum est instrumentum. Eo quoque instrumento data est Nuntio ijs in partibus Ecclesiastica iurisdictione, qua ei concessum est, clericos tam in civilibus, quàm in criminalibus causis in carcerem conijcere, & debitis eorum sceleribus supplicijs castigare: quam potestatem ipsi iudices seculares antea solebāt sibi usurpare. Continuit idem Nūtius hūc populam in diuino cultu, operibus pijs & disciplina Christiana. Vitam illorum reformauit, & variis in locis, potissimum vero in Abbatis cella, territorio (ut illi aut) Neutrali, Capucinatorum ædificauit monasteria. Cū n̄ autem in fauorem & auxilium Nauarræ Regis sexaginta millia Germanorum & Heluetiorum militum hæreticorum essent collecta, metuerunt Catholici, ne in suam suorumque perniciem hæc expeditio redundaret. In ædibus itaq; Nūtij, ipso præseente, cōgregati, cum summa animi demissione tēpore necessitatis ab omnibus opē & auxilium flagitauerūt. Nuntius liberaliter omnia pontificis nomine promisit, fecitque ut paucis post diebus pontifex missis literis populi petitionibus abundè satisfecerit.

Post nō multos dies quatuordecim millia Heluetiorum Catholicorū à rege Galliarum euocati, ad subsidium sancti foederis profecti sunt. sed priusquàm iter ingrederentur, omnes Eucharistia cōmuniti sunt, atq; in manu Nuntij iurauerūt: se tantūmodò pro defensione fidei Catholice pugnatos. Quod si Rex quicquā in fauorem Hæreticorū machinari deprehēderetur, promiserūt, se arma posituros, & in sua reuersuros.

Præter hæc aliud adhuc opus commēdatione dignum Nūtius in Heluetia præstitit. Cū n̄ territorium Lucernense missis tēpore magnam frumenti copiam à Canonicis Bronensibus, aut (ut illi vocant) Muster postularēt, quod certè nil aliud erat quàm tributum à Clericis exigere, aut laicos iurisdictionē ecclesiasticam velle exercere: quod ex diametro pugnat cum his, quæ ipsi initio promiserāt, Nuntius hoc factō quasi obstupefact⁹, ut par erat, aut bencas

literas in manu habēs Canonicis interdixit, ne ad citationes ipsis factas responderēt, sed nec corā iudice cōparent, nisi obediant, se eos excommunicaturum. Confestim Nuntius quosdā Lucernenses in Ecclesiam cōuocauit, & Venerabili Eucharistia in altari exposita, tribus Patribus ex Societate Iesu præsentibus, longā habuit orationem, in qua omnia capita foederis & promissionis sue, & præcipuè que cū hoc illorū instituto pugnabant, cum quadā Maiestate cōmemorauit, exposuit, eosque ad agnitionem sui erroris atq; ad resipiscētiā adduxit. Neque hæc Nuntij oratio vana fuit: sed ad scopum, ad quē ille collimabat, peruenit, effectumq; consecuta est. Lucernenses enim cognito delicto suo, nihil in posterum à Canonicis postularunt.

Anno deinde M. D. LXXXVII. Stephan⁹ *Mors Regis Polonie Stephani.* Battoræus Transyluanie Princeps & Polonie Rex, in Polonia diem suū obiit, postquam nouem circiter ānos ibidem regnasset: cuius mortē omnes doluerūt, deserunt multi. Cultus enim Christiani assertor erat strenuus, in rebus bellicis felix, in ciuili administratione prouidus & sapiēs. Hæreticorū audaciā refrenarat, ciuiles discordias sustulerat, Ducatum Surrinensem & Smolencensem, quos ante multos annos Moschus Polonis ademerat, armorum potentia recuperauit, & coronæ Polonie denuò subiecit. Aduersus Turcam quoque se imperterritum ostenderat; cum enim ille anno Domini M. D. LXXXIV. secundū antiquam consuetudinem certas à Polonis militum copias bellum, quod cum Persa gerebat, peteret; Rex Stephanus has illi negauit, dicens; Cādidam Polonorum Aquilam antea implu nem, & vitib⁹ suis destituta, nunc reiuuenescere, pennas recepisse, vngues & rostrum exacuisse. Sed & pleriq; existimabāt Turcam hac Stephani fortitudine cognita, nūquam illo viuente (quod antea solebat frequēter) Poloniam infestā redditurū, aut bello tentaturum fuisse. Immodò cum eodē anno M. D. LXXX. V. Polonorū præsidiarij, Cosacci vulgo dicti, in confinibus Turciæ Terignā munitionem Turcarum maximam intercepissent, & prædati essent, Turcarum Imperator ne mouere se bello tur similibus in casibus solet, ausus est, sed tantūm petijt aliquot capita huius factionis auctorum, & Poloniam

dasium Polonum, qui tunc temporis Constantinopoli agebat, ut equos nonnullos emeret, iussit trucidari.

Nova Regis in Polonia electio.

Hæc Stephani virtus & magnanimitas Polonos in electione noui Regis multum sollicitos reddidit, arbitrabatur enim ad conseruationem status & existimationis per Stephanum acquirere, necessariū esse, ut personam eligant, de qua similia sperari, quæq; de Regno quam optimè uideri posset. Multi existimabant Rudolphum Imp. electum

Competitores Rudolphus Imper.

iri, tanquam eum, qui Maximiliano patri, Poloniae Regi electo, si ad possessionem peruenisset, sine alia electione in hoc Regno successisset: dicunt enim nonnulli, quod cum Maximilianus pater eligeretur, determinatum fuerit, post mortem illius non fore in terregnum, sed Rudolphum filium mox successurum: & fortè, quia Maximilianum iniuriam illam iniquo tulisse animo cognouerat, quare & paulò post uita functus est.

Dux Parmensis.

Alij Ducem Parmensem ad hanc dignitatem uocandum credebant, eò quod esset prudētissimus, & vnus ex celebriorib; nostra hæc ætate belli ducibus: tum etiam, quia nepos erat Cardinalis Farnesij, qui dum protector huius regni fuerat, multa & magna beneficia populo præstiterat. Sed multi contrariam opinionem habebant: metuebant enim, ne, quia Italus erat, mores eius parum cum Polonorum moribus cõueniret, & cum illa fortitudine, quæ in eo erat, rigorem, austeritatem & superbiam dominandi non esse coniunctam. Sed & Turcarum pleriq; timebant, què facillè irritare potuissent, si principem ad eò ab Hispaniæ corona, quam Tyrannus ille tam capitaliter odit, dependentem sibi Regem crearet. Transiluanicæ Vauoda & Cardinalis Batorus illius cõsobrinus

Transiluanicæ Vauoda & Cardinalis Batorus.

similiter ad hoc regnum aspirabant. Prior horum aliquam habuit in electione partem, eò quod iuuenis esset magnanimus & imperterritus, Turcarum auxilio, propriisq; opibus satis munitus. Alij tamen putabant illi vehementer obfuturum, quod erat nepos & hæres Regis Stephani: qui etsi ob virtutes & res fortiter gestas (ut antea diximus) optimè merebatur de rebus. totoq; Regno Polonia: à Polonis tamen amplius metuebatur quam amabatur. In distributione namque honorum, modum publicè non obseruabat, quare regni quibusdã magnatibus erat exclusus, minimeq; satisfaciebatur. Hinc Polo-

ni non raro metuerunt regem suum, cum non sit princeps absolutæ autoritatis, sed caput tantum illius Reip. qui non nisi cum Senatu de belli pacisque rebus, deq; capitalibus Nobilium delictis deliberare, & nisi ex illius sententia quicquam potest cõstituere: metuerunt dico, ne Stephanus rex dextertate sua hanc eorum libertatem opprimeret, Regemq; cum absoluta potestate in posterum haberent. Idem oberat & Cardinali Batoro: erat enim cõsobrinus prædicti principis, & nepos regis Stephani, cum alioquin multa erant, quæ Cardinale cõmendabant, quæq; illum ad hanc electionem promouere potuissent. Neq; deerant rationes, his quæ

Dux variè

Ducem Ferrarientem ad hanc dignitatem promotum cupiebant, tum quia princeps erat Regia dignus maiestate, tum etiã, quia quocunq; tempore huic Polonicæ nationi plurima beneficia præstiterat: sed quæ Italus erat, & in præcedenti electione quoq; propositus, eius causam reddidit odiosam. Erat præter hos principes aliquot nobiles patriciæ, qui regnum affectabant, sed infructuosa atq; inanis erat omnis eorum spes & cogitatio. Notissimum enim est, Polonos eius esse naturæ, ut nulla ratione alicui ex Reip. sue corpore principi velint obedire, & sexcentis annis visum non est. quod ex seipsis regem elegerunt. Antea quidem id facere cõsueuerant, eò quod nōdum Respublica erat bene constituta, quod aliis utebantur legibus, quodq; ingenia eorum non erant tam sublimia, subtiliaq; quàm nunc sunt. Quod si interim quispiam ex ipso Reip. corpore (quem illi Præsum solent nominare) renūciari Rex debuisset, sperare certè potuisset Ioannes Samoscius, Magnus Cancellarius, & qui bonam regni partem in manu habebat: eò quod toto, quo Stephanus regnauerat, tempore, magnam totius regni partem administrasset, publica siquidem negotia, quæ alicuius erant ponderis, cõsultationes de rebus publicis, & gubernationem earum Rex Stephanus cum illo conferebat, iudicioq; & consilio huius Samosciij plurimum nitebatur, ad eò, ut tanta esset eius apud omnes autoritas & existimatio, ut maior esse non potuerit, nisi Rex esset, tanti omnes ei gratiæ & fauorem faciebant. Venerabatur eum omnes ut Regem, sub protestatione tamen, quod Generalis tantum exercitus erat. In omnib; actionib. suis maiestate, modoque

Nobilis patri

Ioan Samoscij.

doque Regali utebatur, & propter summam in gerendis rebus experientiam, consultandi dexteritatem, determinandi celeritatem & promptitudinem, propter fortitudinem & amorem, quo eum milites omnes complectebantur, tali Regno erat dignissimus, maximeque idoneus.

Ceterum in neminem eorum quos haecenus recensuimus, electio deriuata est. Erant autem duo alij, Sueciae Princeps, & Archidux Austriae Maximilianus, huius Imperatoris Rudolphi frater. Isti propositi sunt, istorum causam in deliberationem venerunt. Archiduci plurimi ex Senatoribus fauebant; tum, quia princeps erat generosus & affabilis, Polonorum voluntati & moribus accommodatus: tum etiam, quia familia Austriaca magnam habet parentelam, ideoque est potentissima, quare is ab una suffragantium parte electus est: Altera vero pars, aut quia oderat Germanos, et quod hi, quos ille non contemnendo numero secum adduxerat, potentes erant, superbe atque arroganter se gerebant: aut quia metuebant, ne cum esset Archidux ille frater Imperatoris, & ipse aliquando ad Imperium assumi posset, Regnum hoc faceret haereditarium, quomodo maiores eius Ungariae & Boemiam (quae regna quondam etiam non successione, sed electione suos solent sortiri Reges & principes) ad haereditatem suam pertraxerant: aut quod Turcarum Imperatorem offendere noluerint, cuius vires maxime metuunt Poloni, et familia hac Austriaca Regem sibi creare noluerint, cum ea sit Othomanae familiae inimicissima: aut denique alia quacunque causa in electione Archiducis nullo modo cõsente voluerunt: sed principis Sueciae, viginti circiter aonorum iuuenem, Regem renunciarunt, vel quia ille oriundus erat et familia Jagellonica, quam Poloni ob singularia beneficia, factaque fortia ab huius familiae Regibus accepta, gestaque, e quidem potens omnium, quia regno huic iunxerat Lithuaniam Ducatum amplissimum & nobilissimum, summo opere diligunt: vel propter immensam, quam Princeps ille dicebatur habere pecuniam, vel quia nonnulli credebant Regem Sueciae, patrem huius principis, id sibi posse, ut Regnum sibi Polonico sceptro aduiceret, idque in gratia filij sui, quem habet vocatum, & ioluisset. At mihi hoc non sit verisimile, nisi forte praedictas

Princeps aliquando moriens nullos relinquat haeredes, & de linea paterna nulli supersint consanguinei: sed his duobus casibus sublatis, neque naturalis est, neque credibile, eum suis regnum adempturum, & Polonis daturum. Credo itaque prudentiores Polonos hac ratione nihil motos esse, cur sceptrum in hunc principem contulerint: sed potius credo eos mouisse iuris actionem, quam idem princeps aliquando praetendere possit in Magnam Ducatum Lithuaniam, tanquam haereditariam matris suae provinciam, quae actio aliquando, turbas non leues dare posset, à quibus liberos se fore Poloni arbitrabantur, si hunc Regem haberent. Sed & hoc fortassis eos mouere potuit, quod cernerent regnum suum nunquam classem armare solitum, neque sufficiens esse ad eam instruendam, licet alioquin sit potentissimum, & in equitatu vix vili secundum. Regnum vero Sueciae naues bellicas instruere potest quae plurimas. Poloni itaque principem Sueciae regem suum habentes, terra marique essent potentissimi: paruoque negotio Moschum possent superare, quem nunc Draconem Septentrionalem nominant, & quo cum Polonis innata semper est inimicitia. Harum causarum aliquibus, vel forte omnibus, permoti Poloni Sueciae principem Regem elegerunt, atque duo simul electi sunt, Maximilianus Austriacus, & Sigismundus Suecus. Vterque de sua electione certior factus iter ingreditur, ut possessionem capiat, magnas secum ducens armorum copias, ad debellandos omnes, qui possessionem vellent impedire.

Pontifex per literas mandauerat Archiepiscopo Neapolitano, quem antea Nuntium in Polonia miserat, electioni ut interesset, & Maximiliani, quam occulte posset, partibus faueret. Sed cum ille animaduertetet negotium illud infeliciter succedere, ad illam se conuertit partem, quam feliciorum se videbat habiturum exitum. Persuasum multis fuit Polonis, Pontificem, postquam electionem Maximilianum intellexisset, misisse episcopo Neisensi in Silesia viginti ducatorum milia, quae petenti ea Maximiliano numeraret. Credunt multi, quod si Maximilianus maiori venisset cum celeritate, maioribusque cum copiis, Cracouiam Regalem urbem interceptisset, quia occupata, ceterae quoque regni ciuitates necessario in illius potentatem concedere debuissent.

Maximilianus cum exercitu suo venit in Poloniam.

Venit tandem cum si decim millibus equitum & pedum, die Veneris, qui erat xvj. Octobr: & in planitie quadam non procul ab vrbe Cracouienfi castrametatus est. Cofestim misit in vrbeni suam electionem, & vt se recipere, flagitauit. At ciues id recusarunt, Principemq; Suecia, vt quam celerimè posset, iter suum maturaret, orarunt: memor illius, quod iam antea ad illu scripserant, festum S. Luca coronationi illius esse destinatum. Interea vrbeni vndiq; munierunt, ades aliquot in suburbis exusserunt, aliquot propugnacula excitarunt, omniaq; fecerunt, quæ ad sui defensionem facere videbatur. Quotidie inter vtramque partem velitatum est: sed plerunq; succubuerunt Austriaci. Interim dum hæc aguntur, Legati principis Suecia aduenerunt, nunciantes principem Donzilcã (fortè Dantiscum) appulsum esse, quo classem ob tempestatem maris difficulter applicare potuerat, ideoq; aduentum eius præter spem tardio rem futurum, nam & ad suos non nihil ex illa longa navigatione debiles refocillandos, ibidem aliquandi cogi subsistere. Fieri itaq; non posse, vt dicto die S. Luca sacro Cracouia sit, vt coronetur: sed in festo S. Martini illu adfore vt coronam accipiat. Quibus responderunt Poloni: Patriam esse consuetudinem, vt coronatio non alio, quã Dominico die fiat, ideoq; se festum Luca, quod illo anno in diem Dominicu incidebat, constituisse. Vt igitur antiqua illa consuetudo inuiolata permaneat, consultius fore, vt coronatio in Dominicu, Martini festum sequentem, reiciatur, erat autem dies ille xv. Nouembris.

Dum Maximilianus vrbi Cracouienfi cum exercitu imminet, magnus Germanorum numerus in castris misera morte extinctus est. Cum enim pleriq; malè vestiti essent, ita vt intensum frigus perferre non possent, vni que, quod illorum natura magis, quàm aqua aut tenuis cereuisia cõuenit, magna in castris esset penuria, nata inter illos est grauis dysenteria: quæ breuissimo tẽporis spatio multos miserè susulit. Magna quoque eodem tẽpore lues erat Petricouia, quod cum Sueciae principis aduensisset, arte quadam egregio litera illi nomine Maximiliaui, à quodã iuuenẽ Polono ex familia Carsiaca porrecta seu tradita sunt. Iuuenis autem ille tunc partes Maximiliani sequebatur, ha-

bebat autem in comitatu & aula principis patrum, principi familiarẽ & dilectum: ad hunc cum summo affectu, magnaq; dexteritate conuersus est iuuenis, rogans eum vt apud principem pro se intercedat, & veniam delicti impetret: vehemẽter enim se poenitere, quod à Maximiliano hætenus stetit. Patrus apud principem effecit, vt ille de condonãdo ei delictõ iã cogitaret. Introductus itaq; ad principem vt eius manus exoscularetur, postquam debitã illi reuerentiã exhibuisset, Maximiliani literas è sinu depromit, & Sueco obtulit, rogans ne hoc factum admiretur, Maximilianu enim iam quinquies aut sexies ei⁹ Maiestati scripsisse, nec vnquam intelligere potuisse, an istarum literarũ vllã ad manus illius allata fuerint: ideoq; se hac arte vsum, vt ipse principi literas offerret. Princeps hoc factõ obstupuit, iuuenẽq; in carceres abduci iussit, in cui⁹ præsentia pri⁹ literas nõdum lectas igne absumpsit. Sunt qui negãt literas exustas: sed nõ resignatas à principe Secretario suo traditas, quo factõ significare voluit, se etiã has legere noluisse. Maximilianus interea exercitũ Cracouia abduxit, & cum omnib. copiis suis Petricouia profectus est, vt Sueciae principi occurreret, eiq; pugnandi copiam offerret. Cæterũ, vel quia ex speculatoribus didicerat, principis exercitũ suo multo esse maiorẽ: habebat enim triginta millia, & vltra sub signis: aut quia in velitatione paulõ antè inter suos & hostes facta, succubuerat, aut quacunque alia causa, pedẽ retulit, nouaq; impressione Cracouia frustra denud tentauit. Cum tandem Bellonã reuersus esset, Cancellarius eum cum duodecim armatorũ millibus infecutus est, quod cum ad aures Maximiliani allatum esset, 22. Ian. anno 1588. ex eo loco (erat enim sub imperio Polonorum) discessit, finesq; Silesia prætergressus, Pitscham, quod oppidum Duci Brigenfi parat, tandẽ peruenit. Inimicus eũ non segnus insequabatur. Facta sunt inter illos aliquot velitationes, in quibus Cancellarius semper victoriã obtinuit. Maximilianus tandẽ ibidem obfessus, cum locum nullo modo tueri posset, coactus est, se vnã cum oppido dedere. Captus itaq; 15. Ianuar. eodem anno, in manus Polonorum venit. Cancellarius actarũ rerum omnium quæ in exercitu Maximiliani erant, confecit catalogũ. Postquam autẽ Maximilianus

Maximilianus Poloni deserti
Maximilianus puer.

in honestū deductus esset hospitium, reddi-
tæ sunt illi duodecim ex argēto patinæ, lā-
cesq; minores octo, farculæ duæ, totidemq;
cochlearia, quod certè indignū huic prin-
cipi videbatur, cunctiq; ad quorum aures
illud perlatum est, eius miserabatur. Dein-
de oppidulum ipsum ab istis militibus cū
summo furore spoliatum est: non præter-
missa, quæ exerceri solet in huiusmodi di-
reptionibus insolentia. Hæc, quæ Maximili-
ano exhibebatur inhumanitas, omnibus
principibus Christianis displicuit. Nec il-
lis tantum, sed & multis nationibus, maxi-
mè aut Boëmis, qui hoc Polonorū factum
egerrimè tulerunt: quod duratè inter illos
pace, & de se mutuo non offendendo con-
uentionibus, hætenus sanctissimè obserua-
tis, hanc tantam iniuriā Maximiliano irro-
gassent in Silesia, quæ prouincia Boëmiæ,
vt membrum corpori, annexa est. Pontifex
anno infortuniatū hoc Maximiliani sequen-
te Legatum in Poloniam misit Cardinalē
Aldobrandinum, virum doctissimū, & in re-
bus gerendis exercitissimū, cum manda-
tis, vt de liberatiōe Maximiliani ageret, o-
mnemq; adhiberet diligentiam, vt inter hos
principes, interq; hos populos pax refarci-
retur. Dedit iidem & alia madata, cū pote-
state & autoritate magna variis in rebus,
quæ omnia in bulla continebantur, quæ de
hac illius legatione confecerat, cuius initiū
est, *Dilecto filio Hyppolito, &c.* Post multas cau-
sarū ventilationes, post plurimas difficul-
tates, tandem industria & prouidenti sapiē-
tia Legati, eò negotiū deductū est, vt 9. Mar-
tij anno 1589. pax inter Polonos, domumq;
Austriacā restituta sit. Sueciæ princeps, Si-
gismundus III. Poloniæ Rex dictus, in pos-
sessione regni permaneret. Maximilianus
polliceretur se nunquā ius in Regnū Polo-
niæ virtute præteritæ electionis prætentu-
rū, ne quidē Sigismundo mortuo, iurārent
igitur, & sacramento dicto confirmarūt oēs,
se obseruatos, quicquid in pacto conti-
neretur. Ex formula verò iuramēti, quod
præstitit Imp. Rudolphus, postquā partes
inter se cōuenisse per Legatū intellexisset,
aliorū facilè iuramenta colligantur. Est au-
tem ea huiusmodi: *In solita res. Rudolphus II. D.
G. el. etus Rom. Imp. semper Augustus, & Casiuo spō-
deoq; ac promitto per hæc sancta Dei Evangelia, quod
omnia ea, que S. D. N. & Legati eius de latere, Reue-
rendis Cardinalis Aldobrandini, interuentu, inter Com-*

*missarios meos, ceterosq; sereniss. Principum patruorū
& fratrum meorum ex una, & serenissimi Principis
DD Sigismundi III. Regis Poloniæ, Magni Ducis Li-
tuaniæ, &c. parte ex altera Bithomiæ, Redzonijsq; cōgre-
gatos, conuenimus in omnibus eorū clausulis firmiter,
inviolabiliterq; obseruando, iisq; satisfaciam pacem &
amicitiā cum eodem sereniss. Principe, Regnoq; Po-
loniæ, Magni Ducatu Lituaniæ, ceterisq; prouinciis &
ditionibus iuxta eandem transactionem, pacta perpetua
& fœdus, perpetuè constanterq; colim. Sic meſ Deus
adiuret, & hæc sancta Dei Evangelia. Paulò post,
Legatus Romam reuersus, in palatio, quod
antea diximus à Sixto in Laterano cōditū,
publicè auditus est, fuitq; hæc prima, quæ
in isto palatio facta est, cōgregatio, seu (vt
vocat) audientia, anno 1589.*

Eodem anno, quo Maximilianus Archi-
dux Austriae captus est, eadē dom^o Austria-
ca alio afflictæ est casu iniquissimo, & dāno
atritæ incomparabili. Hispaniarū rex Phi-
lippus iā dudum bellū Angliæ meditaba-
tur: induxit huc illum zelus religiōis, cum
Regina eiusq; subditi pessimis heresib. sint
obnoxij: tum etiā, quia ipsa bellū fouebat
Belgio: superata itaq; Angliā, necessariò in
fidem illius redire debebit & Belgiū, cum
sine Anglorum auxilio bellam cōtinuare
nō posset. Ex eadē quoq; victoriā illud cō-
modi promanaret, quòd Dracus Anglorū
archipirata classe ex Indiis venientes diue-
xare in futurum non posset. Cōfirmabat Re-
gis propositū, quòd expeditio hæc illi de-
pingeretur quasi facillima, ex qua latissimū
expectādus erat exitus. Facilitatis illi^o
multa fugebātur causæ. Primò, quia Regi-
na Angliæ tunc tēporis non habebat eum
nauigiorum numerū, qui ad defensionē in-
sulæ erat necessarius: & quem præcedentes
semper Reges habere consueverunt. Secun-
dò, quia Regina nō habebat exercitatos mi-
lites, nec fortes aut celebres belli duces.
Tertiò, quia Hispanis in insulā expositis,
omnium locorum facilis erat occupatio:
quia nō habet Angliā vel munitiōes, vel lo-
cā oportuna ad hostiū impetum retardan-
dū: equitatus illorū bello inutilis, milita-
ris disciplina aut nulla, aut nō admodum
laudabilis: Angli pleriq; oēs propter omni-
um rerū abundantiam, aërisq; suauitatem, labo-
ribus incōmoditatibusq; bellicis perferen-
dis minimè sufficiūt. huc accedit, quòd gēs
hæc (vt veteres testantur historiā) rerū mu-
tationib^o oblectatur. Sperari ergo potuit,

*Philipp^o
Hispaniarum Rex
Angliæ bellime-
ditatur,
& quas
ob cau-
sas.*

eam visus Catholicorum nauibus, in conspectu Insulæ velificantibus, aduersus Reginam aliquid temeraturam: imò plerosque ab ea ad horem defecturos.

*Hispanie
classis in
fluxu
cessus.*

Paratis omnibusque ad hanc expeditionem erant necessariis, Rex in Hippus Pontificem sui instituti fecit certiore: qui illud quam maximè laudauit, Regique animū addidit, cū promissione, se vbi classis in Insulam esset appulsa, certā pecunię summā ad bellum continuandum suppeditaturū. Collecta itaque classis cū iam in altū educeretur, inuentus in ea est ingens minorū nauium numerus, præter quas centū circiter & quinquaginta erant immensa magnitudinis nauigia, quibus viginti millia peditū vehēbatur, duo circiter machinā bellicarū insularia, omniaque ad bellum necessaria cum summa abundantia. Totius classis Generalis constitutus est Dux Medinæ Sidonię, cui omnibus optimè dispositis, classem omnem in Anglię litora direxit. Archipirata Dracus aliquando in conspectum classis veniebat, qui vt feliciter pugnaret, omnia sua inter milites distribuerat: ita vt etiā cimelia sua oppugnaverit. Leuib⁹ præliis aliquando cū Hispanis pugnauit: sed ad iustā pugnam ventum non est, vel quia Medina maris experientiam nō habuit, ideoque de euentu fuerit sollicitus: vel quia (vt ille dicebat) expressum à Rege mandatū pugnandi nō haberet: vel denique, quod commodam expectaret superandi hostes occasionē, quam dum caprat, omnem pugnandi occasionē amisit. Vt vt est, nunquam ad manus ventum est: sed horribili orta tempestate, Catholicorum classis disiecta est, ita vt Hispani maiore tã celebris classis parte amissa, ad sua rursus litora reuersi sint. Exactã huius classis descriptionē, circumstantias & euentus illius, latius (faventibus nobis superis) in libris nostris de historia nostrę ætatis referemus.

*Author
scribit
floriam
nostris
poris.*

*Guifloris
causes.*

Eodem anno M. D. LXXVIII. vicesimo tertio die Decembris, Galliarum Rex Henricus Valeſius, in cōuentu Blasenſi Ducem Guifloris principē fortissimū, primarium Catholicę religionis in illo Regno assertorem, secundo vocatū, vt Regi loqueretur, occidi mandauit, eodemque die Cardinalis Guifloris, prædicti Ducis fratrem, in carcerem detrusit: & sequenti die, qui erat Natalitiorum Christi profestus, confodit iussit, sed & Carolum Cardinalem Bor-

bonium Legatum Apostolicum Auenionensem, Petrum Archiepiscopum Lugdunensem, & interfecti Ducis Guifloris filium primogenitum in custodias abduci præcepit. Factum illud Regis cū nunciatorum esset, Pontifex grauissimè tulit, & in primo Consistorio prolixè, non absque ori dignationis significatione Cardinalibus sic inter alia locutus est.

Legatos Regios pro Rege absolutionē criminis flagitasse: iis autem à se respōsum, Absolutionem quidem peti, sed nulla adhuc commisiſi facinoris apparere pœnitentię vestigia, imò tantum abesse, vt regē pœnitent, quòd ne ipse quidē hætenus absolutionē petierit. Respondisse Legatum, se Regis personam repræsentare, fidem itaque sibi habendam esse. Cui nos iterum, inquit pontifex, respondimus, Legatum quidem Regis personam referre in negotiis publicis, ad quæ agenda missus est, sed nō vt peccata regis confiteretur, & pro illo pœnitentiã agat: hæc enim ab ipsius Regis persona expectari, cū oris cōfessio sit pars pœnitentię. Aliud itaque esse tractare negotia publica, aliud confiteri sua peccata, atque à Deo & nobis pœnitentiã petere: hoc epim ore proprio fieri debere. His dictis Legatū à nobis dimissimus, cū neque literas, neque mandatū vllum de absolutione impetranda, à Rege haberet Henricus VI. Rex Anglię quondam accusatus fuit, quòd beatū Thomam Archiepiscopum Cantuariensem trucidari iussit, cū tamen is iussa regis occisus non esset: sed cū inter illum & Thomam orta esset controuersia de iurisdictione Ecclesiastica, videbatur Rex in necem eius cōsensisse. itaque sicarij illi expressum mandatū regis, quòd Archiepiscopū occiderent, non habebant: sed singulare se Regi beneficiū præstituros, eique maximo per gratificaturos arbitrati, illū trucidarunt, vt in illius passionis descriptione legitur, & postea comprobatum est. Nihilominus pontifex tunc causam & processum iuris aduersus Regē multis Prælatiſ, inter quos nonnulli erant Cardinales, ad quos ille suos Legatos miserat, cōmendauit, & solemnis facta est litis intentio. Ventilata est causa Regis apud sedē Apostolicā: ostendit Rex nullum suum de morte B. Thomę extare mandatū, & verborumque locutus erat, quibus videbatur significasse mortem

*Oratio
pontif.
Carolin
liū con
fessu, c
barbar
Regis
Gallia
fio.*

illius sibi optatam esse, gratamq; fore, Regem poenitent, delictum suum confessus est, demisso animo constituta sibi, oenitentia suscepit, & peregrinatus tantum ille, sed & omnes, qui homicidium perpetrarant, eius erant conuicti, de illo confeserant, aut quocunq; modo eius erant participes. Hic tamē Cardinalis non erant, sed tantū Archiepiscopus. Quod si quis dixerit Thomam fuisse sanctum: huic respondemus, Eum quamdiu in terris, atq; e in his membris mortalibus viueret, sanctum appellatum non esse: sed post mortem ab Ecclesia in sanctorū numerū relatum esse, eiq; solempne festum inter Christianos dicatum. Theodos. Imper. à D. Ambrosio Mediolanensi ob egedē Thessalonicę factā aditu templi prohibitus est. Cui Theodosius cū omni humilitate paruit: q; tamē cōmunnis homo nō erat, sed Princeps singularis, & Imperator maximus, multis victorijs diuinitus illi concessis praeclarus, adeo vt de illo quondam dixerit Claudia.

*Omniū dil. est: Deo cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes: tibi militas aether,
Et conuerti veniunt ad classica venti.*

Erat Theodosius Imp. orbis vniuersi, nō vnus aut alterius regni, qualis est rex Franciæ: sed integrū, totumq; Imperiū Romanū obtinebat, nihilominus cū lacrymis, incredibilisq; animi dolore errore, peccatumq; sacrum cōfessus est, à D. Ambrosio humiliter poenitentiam accepit, seseque votati nō pontificis, sed eius, qui Archiepiscopus tantum erat, submisit: Si quis dixerit, Ambrosiū fuisse sanctum: huic respondemus, Eum quamdiu viueret inter sanctos numeratū non fuisse, sed Archiepiscopus erat, & fortē Episcopus tantū, quia Mediolanum tunc temporis forsitan Archiepiscopatus titulo nondum erat nobilitatum.

Sunt inter vos Cardinales, qui etiā corā nobis non sunt veriti, enorme hoc Regis factum excusare: quorum impudentiam nos maximo operē sumus admirati: videtur enim in id agentes, gradus & dignitatis suæ obliti, non animā lucentes, peccatum in hunc Cardinalem admissum, in suā omniū iniuriam & periculum redundare. Nos securos vos reddimus, imò quo possumus optimo modo pollicemur, quod Cardinalis fieri nolumus: neq; opus nobis est alicuius Principis commendatione, vt ad Cardinalitiam dignitatē promoueamur: ita vt hæc

iniuria nos parum aut nihil lædat: sed vestra interest, eā à capitibus vestris propulsare, in vestræ dignitatis & ordinis contemptum ea vergit. Cogitandū vobis relinquimus, an æquum sit nos priuare & spoliare vos auctoritate, immunitate, libertate, prerogatiua, præminētia, & alijs quib; donati & ornati estis priuilegijs? Faciemus itaq; nos (si sic volueritis) vt nemo Regum aut principū vos honoret, reuereatur: sed certatim oēs contēnant, vili pendāt, deprecētur & occidāt. Certē si cōdes Cardinalium dissimulētur, & sine vlcione poenarū preferātur, vnicuiq; Cardinali similis potest casus euenire: similiter omnes possunt periclitari. Nos itaq; secundū iustitiæ præscriptū, & quod diuino cultui profuturum spectamus, acturi sumus. Quod si quis obiecerit, si iure contra Regem procedatur, multa posse nasci incommoda, multa mala esse metuenda: imò faturum, vt Regnum hoc ipsum euerteret & corruat, hic nos respondemus: In administratione iustitiæ metuendum non esse, nihil enim timendū, nisi solū peccatum. Cū hæc aliq; dixisset pōtifex, subiecit parumper: deinde iterū sic orsus est: Præsumptio mētis & grauidine dicere plura non possumus, etsi plura dicenda sint. Decretis ius aliquot Cardinales constituitere qui factum hoc examinarent & dissentiret. Interea diuinā Maiestatem obsecrabimus, vt Ecclesiæ suę succurrat eiusq; necessitati opituletur, his moeritis & incredibili dolore afflictus sermonem abruptit.

Non diu post Guisiorum egedē cū rex, vt superius à nobis dictum est, Cardinalem Borbonum Legatum Auenionensem, & Petrum Archiepiscopum Lugdunensem comprehendisset, atque in diuersas custodias distribuisset, id ipsum quoque ad aures pontificis perlatus est. Quamobrē indignatio illius in regē creuit, atq; o magis quia (vt pontifex ipse asserbat) Rex pauld ante pro Archiepiscopo apud Pontificem intercesserat, petens vt Cardinalis crearetur. Sæpē itaq; multisq; modis & rationibus regē pontifex admonebat, vt captiuos hos duos libertati restitueret. Cui respōsum fuit: quantum ad liberationem Cardinalis Borbonij, eam nullo pacto fieri posse: eius enim libertatem tumultus in Francia aduersus Regem motu aucturā esse. Ad dimissionem Archiepiscopi Lugdunensis re-

*Pontifex
à Rege
postulat
libertati
nē Card
nalis Bor
bonij &
Archie
piscopi
Lugdun.*

spōndit Rex, eam non esse in sua potestate, cum Guastiū, cui cura arcis Amboisianæ vnà cum captiuis erat cōmendata, iam Dominus eiusdem arcis factus, cum captiuis Archiepiscopo Lugdunēsi, præside Niuelio & mercatorum Parisiensium Præposito, conuenerat, vt suo quisq; lytro reddito, dimitteretur. Quamuis autem pontifex vrgeret, vt Cardinalis Borbonius Cardinali Morosino, Legato suo custodiendus traderetur: nihil tamen apud regem impetrauit, qui dicebat, Legatū longius abesse, neq; illi Borbonij custodiam tutò credi posse.

Rebus in Gallia sic constitutis, exactis iā à cæde Guisiorum quinque mensibus, cum Pontifex Regem sepè frustra admonuisset, statuit: quod si Rex Cardinalem Borbonium & Archiepiscopum Lugdunensem certo tempore constituto non dimitteret, pristinaq; libertati nō restitueret, & triginta post dimissionem factam diebus idipsum Sedi Apostolicæ per literas ipsius Regis manu subscriptas & subsignatas, Regioq; sigillo munitas, aut alio publico & authentico instrumento significaret, Rex excommunicatum iri, anathematis fulmine feriendum, omnes censuras Ecclesiasticas, quæ in sacris Canonibus, in generalibus & particularibus cōstitutionibus, & in bulla Cœnæ Dominicæ legantur, incursum. Eandem quoq; sententiam declarauit Pontifex intelligendā de his, qui cōsilio, auxilio, aut quocunq; modo Regi in prædictis casibus adfuisse. Præterea pontifex Regē ipsum citauit, vt sexaginta dierū termino, cuius initium ab illo die sumeretur, quo citatio hæc Regi innotuisset, vel ipse in propria persona, vel per vnū aut alterum procuratorē cum authentico mandato Romā veniret, iudicioq; se sisteret, rationem, ob quam Cardinalem Guisium interfecerat, Borbonium & Archiepiscopum Lugdunensem captiuos deineret, redditurus: offensurusq; cur ob huiusmodi delicta censuris Ecclesiasticis implicari nō debeat. Qui autem in hoc flagitio Regi operam suam cōmodarant, illi ipsi infra idē sexaginta dierum spatium in iudicio, non per alios compararēt. Horum autē dierū viginti pro prima admonitione canonica sunt assignati, totidē pro secunda, reliqui pro tertia. His adiunxit pontifex, quod nemo illorum, ne Rex ipse, à quoquam, nisi à summo pontifi-

ce, ne quidem in casu conscientia, hora seu periculo mortis excepto, & ne tunc quidē posset absolui nisi præstita cautione se pariturum, & satisfacturum Ecclesiæ in omnibus, quæ esset illi iniunctura. Absque hac promissione nō posset absolui, ne quidem in pleno Iobilaō, aut sacra Crucis militia: exclusis omnibus indultis, facultatib; aut priuilegiis Regi aut eius maioribus quacūque forma, modoq; in contrariū concessit.

Duobus post mensibus & aliquot diebus, quàm pontifex hanc excommunicacionis sententiā tulerat, eamq; Regi miserat, cum Rex ad pontem S. Claudij, duobus ab vrbe Parisiensi miliaribus, seu leucis, numerosum exercitum colligeret, ipsi Kalēdis August. M.D. LXXXIX. à fratre Iacobo Clemente Senlisiano ordinis S. Dominici Monacho, iuvene viginti trium circiter annorum, dum genua flectit, Regiq; literas offert, incipiti cultro in ventre non procul ab inguine lethaliter vulneratur. nā quatuordecim post horis, intestinis venenum quo culter illitus erat cōtrahentibus, infelix Rex mortuus est. Monachus autē antea occubuit. Rex enim eodem cultro è vulnerere educto, grauitè illū in vultu vulnerauit: qui deinde ab accurrentibus ministris mox occisus est. Communis erat omnium opinio, eum à nemine ad hoc factum subornatū: sed à seipso, postquā duob; aut tribus mensibus in hoc animi cōceptu perseverauerat, ad hoc arduum opus permotū & instigatum esse: post ieiunia longa, post orationes ad Deum continuas sese certissimū hoc periculum adiisse, crudelissimāq; & presentissimā sese morti obiecisse. Ferūt ei tam certò persuasum fuisse, Regē nullius nisi suis manibus interficiendum, vt sepè inter concionandum par Lutetiæ, quæ tūc à Rege obsidebatur, Crucifixi effigiem manu tenens, dicere solitus sit: Illam esse manum, quæ Gallos Catholicos liberaret: bono itaq; essent animo. Mors hæc Regis tam insolens & admiranda, meo quidē iudicio, à posteris vix credetur: sed in fabulam fortè conuerteretur, quemadmodum olim res raræ, & quæ humanam fidem penè excedere videbantur, in fabulas transferunt.

Post mortem Galliarum Regis bellum inter confœderatos Catholicos & Regem Nauarræum, Henricum Vendomium, inchoatū antea recruduit, variis locis acriter inter

Secretia
excom-
municacionis in
Regem
eiusque
ministros
l.

Re.
lia
ter
tur

Bel-
ter
stas
Nau-
ren

ter illos pugnatam est: nunc his tunc illis victoribus. Tandem XIII. Martij, año 1589. summa cum contentione ad Harens dimicatur, quo in pralio cum diu vtrinq; fortiter pugnatum esset, Nauarræus victoriam obtinuit, maximo tamen Nobilium suorū numero desiderato. Dux Mœnius exercitū suum confestim reparauit. At Nauarræus hac victoria parta, totum mox exercitum suum in agrum parisiensem duxit, urbēque obsedit. Res admiranda fuit, & tamen vera potius quàm verisimilis, quæ per istos dies Romę cōrigit: fuit autem hæc: per tres cōtinuos menses, initio sumpto à primo die quo pugna hæc Romæ nunciata est, præter vulgus plebeiosque homines, à multis etiā magni iudicij & dignitatis viris creditum est, Regem Nauarræum ex vulnere in hoc pralio accepto mortuum fuisse, qua de re multæ maximæque factæ sunt spōsiones. Inchoata est hæc parisiensis obsidio duodecimo Maij, anno à nato Christo MDXC. continuataque est ad Kalend. Augusti anni eiusdem. Fuit autē ea crudelis, vt verè dici possit, à mille ānis vsq; huc in nullis historiis aut maiorem legi tam aut æqualē, neq; forsan ineptē posset cōparari magnę illi obsidioni Hierosolymitanæ à Tito factæ: nisi q̄ ea inter has obsidiones sit differētia, quod illa ciuitas defensa est à fidei hostibus, hæc verò ab amicis: illa pōt obsidionē infelicissimū habuit exitū, hæc vsq; huc multo feliciorē. Qua in re multum profuit prudentia Cardinalis Caietani, quē Sixtus aliquot ante obsidionē mensibus huc Legatum à latere miserat, dexteritasq; Bernardini Mendoza, vigilātia Nemourij & Aumalij, prudentia ac labor indefessus Ducis Mœnij, & opportuna subsidia Ducis parmensis, illuc Régis Hispaniarū nomine cū exercitu accelerātis. Sunt quī felicitis huius successus alias duas adserūt rationes, quarū vna est, q̄ Rex Nauarræus maluit obsidionē in multos dies protrahere, quā urbē virib. tētare, idq; duplici de causa: primò, vt tandē necessitate & penuria comeatus dōmici ciues, vltro deditiōē faceret, atq; hoc modo regalis ciuitas ruinis nō deformata, sed illęsa & integra in fidē suā deuineret: secundo, vt Dux Mœnius maiore haberet occasionem vrbi subueniendi quē si sic ad pugna elicere posset, sperebāt eū facile denicturū, quo vno victo, arbitrabatur

belli reliquias citò posse extirpari. Alia ratio est, q̄ circa vltimū obsidionis mensē mulieribus, puellis, infantibus, studio sis publicā exeundi vrbelicentiam dedit: certisq; principibus viris & fœminis, qui in vrbe erant, comeatum aduehi permisit. Sæpè obsidionis tēpore de deditiōe actū est, sed ea qualē sperebat hostis, effectū nō habuit. Tanta erat in vrbe fames, omniūq; rerum penuria, vt durante obsidione modius frumenti venditus sit centū quinquaginta circiter coronatis, II. barilę congius vini coronatis quatuor & dimidijs, veruex triginta sex libraiū quinquaginta quatuor coronatis. Reliquorum pretium & caritas, ex his quæ diximus, nō difficilē colligitur. Laxata est hæc annona primo die Augusti, victorioso & felici Ducis Parmensis aduentu, vt paulo ante commemorauimus.

Pontifex in omnibus istis morib⁹ & tuuultibus Franciæ Cōfœderatis non misit ea subsidia, quæ ipsi ab eo exspectabant & flagitabant: tum quòd metuebat, si aduersa pars armis Hispanicis, quæ à Cōfœderatis stabant, opprimeretur, eorum vires nimis crescerent, eorumque potentia præter modum augeretur. Quòd si enim Cōfœderati Régis Hispaniarum auxilio vincerēt, suspicio erat, eundem Regem nonos Principatus, nouamque potentiam adpeturum: rectè namque dictum est à Cicerone, *Bellorum civilium is semper exitus, vt nō ex solum fiant, quæ velit victor, sed etiam vt ipsi mos gerendus sit, quibus adiutoribus parata sit victoria.* Et quia omnīs Princeps ditionum suarum poteria semper cupit delatare & extendere, arbitrabatur fortassis Pontifex, Regem Hispaniarū, si in hoc bello victoriam Cōfœderatis pareret, etiam partem prædæ postulatū, & q̄ armis suis hosti extorserat, eius sibi portionem aliquam petiturum: consecuturum hinc, vt eius potentia vires sumat incomparabiles; aut saltem, quia Pontifex sibi persuasit, Nauarrę si Regno potiretur, effecturum, vt omnes qui à sancta Christi fide aberrauerant, ad eam postliminio reuerterētur: id quod Luxēburgus, Nobilitatis Franciæ Legatus qui Romæ erat, Pontifici promittere videbatur, & alij nonnulli istius Regni indigenæ, qui Nauarræum sequebantur, ex Francia Romam scribebant: aut quòd idem Legatus, & alij qui Nauarræi partes sequebantur, Pontifici per sua-

*Pontifex
Cōfœderatis
Gallis
subsidia
nō misit.*

persuadebant, tantas esse Nauarræ vires, ut impossibile esset illum Regno depellere, omnem itaque operam, omnesque expensas perituras, quæ in hoc bello gerendo fierent: nec quicquam istis sumptibus Pontificem effecturum, quàm quòd Nauarræ sibi Sediq̃ Apostolicæ redderet infensioem. Videri itaque potest prudentis esse Principis, vbi videt se proficere nõ posse, cauere, ne deficiat: aut ipse sibi obsit, si prodesse nõ possit, aut deniq̃ aliud quid illum mouerit, saltem nõ plus ad hoc bellum, quàm quinquaginta coronatorum milla contribuit, quæ Legatus confederatis numerauit, Pontifice vix ex animo consentiente.

Rex Hispaniarum vult protestari contra pontificem.
 Displicuit maximoperè Philippo Regi, Pontificem confœderatis opem non ferre neque Principes & Prælatos, qui Nauarræ castra sequebantur, excommunicare. Urgebat itaque idem Rex, ut aduersus Pontificem hac de re fieret protestatio. At pontifex eam præueniens, in concessu Cardinalium causam suam iustificauit: ostendens se semper in causa Gallica summa usum equitate, & optimis rationibus in ea progressum esse. Quare Cardinales quidam constituti sunt, qui vtriusque & Pontificis & Regis causam cognoscerent, ita ut nulla facta sit protestatio. Paucis ante diebus quædam orta erat dissensio inter pontificem & Oliuerium Comitem, Legatum Regium, virum prudentissimum. Eam ob causam Rex in negotiis Gallicis Legatum misit Ducem Sessanum, Principem singulari prudentia præditum: sed quo tempore Legatus hic Romam venit, pontifex aduersa affligebatur valetudine, ita ut Legatus cum illo parum de tam arduis negotiis conferre potuerit. Sed & quamtumuis Pontifex postea cõualuerit, ramen nõ diu potest in alium grauiorem morbum incidit, inde & mortuus est, ut in sequentibus dicemus.

Trāsitus.
 Hactenus iuxta propositum nostrum ea commemorauimus, quæ Sixtus cum variis Principibus tractauit. nũc ordo postulat, ut ea referamus, quæ ad politicam eius administrationem pertinent. Ante omnia iustitiam inter subditos coluit, nullius, cuiuscunque hominis crimina dissimulans: sed summo cum rigore delinquentes omnes puniens. si qui de suis gubernatoribus

quererentur, eos libenter audiuit, & summa cum diligentia in eorundem gubernatorum administrationem inquisiuit, ut sciret iustanè an iniustè traducerentur. Idem fecit cum aut populus, aut Clerus de suis querebatur Episcopis: at non libenter eos audiuit, cum ob intolerabiles exactiones, maximaque tributa, quæ illis indicebat, quærelas adferrebant: dicunt autem ea fuisse tâta, ut trigintaquinque impositiones superent, quæ Coactores ab illo constituti incredibili cû rigore exigebant. Quam ob causam populus affligebatur pecuniis exhaustus: quod eo etiam magis miserandum erat, quia, Roma exceptâ, in reliquis oppidis & pagis Ecclesiæ patrimonio subiectis toto ferè pontificatus Sixti tẽpore maior fuit rerum omnium penuria, quàm abundantia. Verum quidem est, eum hoc ultimo põtificatus sui anno, cum annonæ difficultas esset maxima, quingenta millia ducatorum in populum distribui præcepisse, quod eius mandatum Pontifex, qui illi mortuo successit, executus est, quæ profectò res miseri isto tam acerbo tempore populi summam leuauit inopiam. Permissit Sixtus populo Bacchanaliorum diebus ludos, comédias, spectacula, quæ istis temporibus solent exhiberi, ut iis sese oblectaret. Sed & Romæ, quæ loco in agone & stadio certatur & curritur, catastas, aliæque suppliciorum instrumenta iussit exstrui, quibus cruciarentur, qui isto tempore & loco insolentiam aliquam, aut aliud delictum perpetrarent. Quare aded plerique Sixtum metuebant, ut nunquam deinceps isto tempore, quo summa solet esse hominum licentia, quispiam ausus sit vel minimam petulantiam exercere.

Sequitur ut dicamus de modo illius viuendi, & quomodo in temperadis affectibus propriis sese gesserit. Prædebat, canabatque audissimè: multum vini, eiusque pretiosissimi sumebat: cum enim diuersis rebus grauibus, honestissimis & maximi momenti tractandis sese defatigaret, videbatur natura, quæ per se erat robusta, caloreque plena, continuis istis laboribus debilitari, & ultimumque alimenti, ut restauraretur requirere. Quod ipsum arguebat modus illius viuendi ante Pontificatum, quando tanta rerum gerendarum mole nõ premebatur, quo tempore parcè moderatèque

*Intol
 bilia
 buta
 p. lo
 diãa*

X

*Rigor
 stitia.*

eeque admodū vivebat. Quia eius consue-
 tudo erat in mensa variis de rebus sermo-
 cinari, differere, cum aliis conferre, sæpè
 duabus aut tribus horis mensæ affidebat.
 In cibis etiam quibus utebatur, tam fruga-
 lis erat, & modestus, quàm vllus ante illū
 Pontifex multis sæculis fuisse legitur. E-
 dulia missusque numero erant exigua, nō
 splendida, non sumptuosa, sed communia.
 Somnus illius erat breuissimus, labores ve-
 rō longi & assidui. In studiis, in audiendis
 publicis priuatisque negotiis erat dilige-
 ntissimus & frequentissimus: in rebus expe-
 diendis, in variis & arduis cogitationib⁹
 continuus, vt verè dici potuerit, nunquam
 eum fuisse otiosum, nec quidquā erat, aut
 gerebatur, quod ille ignorare voluit; nihil
 quod non disponere vel ordinare. Repre-
 hendebat & grauius increpabat omnes,
 qui ordinis sui limites transliebant, aut
 quocunq; modo præuaricabantur; lauda-
 bat nihilominus & amabat viros alicuius
 authoritatis, qui (si eos coram reprehende-
 ret) ita respondebant, vt nec viles se & ab-
 ctos, nec arrogātes nimis ostenderent. Mi-
 nistros suos sæpè obiurgabat: interim tam
 impense diligebat, vt quosdam ex illis ad
 supremam euexerit dignitatem, creans ex
 illis præter Castrucium, tres Cardinales,
 & aliquot Episcopos. Quemadmodum e-
 nim honestissima dabat illis stipendia, ita
 vicissim cum delinquerent, grauius illos
 puniebat. Vnde Belochium prægustatorē
 & dilectum ministrum suum ad triremes
 condemnauit, vbi cum multis mensibus
 vixisset, etiam miserè mortuus est, & quā-
 uis sæpè Pontifici supplicauit, nunquam
 tamen liberari potuit. Missus est ad trire-
 mes, vt manifestum fieret, quod clam ab-
 stulerat anulum piscatorium, & sub-
 signauerat eo Breue (vt vocant) Apostolicū,
 quo continebantur ea, quæ Pontifex ad-
 mittere nolebat: iniusta enim erant, quæ
 petebātur. Belochius enim cum in patria
 sua magnificum palatium constructū desti-
 nauerat, voluit à vicino suo splendidum
 ædificium emere: qui cum illud vendere
 nollet, Belochius Breue huiusmodi cōseri-
 bi fecit, quo Pontifex mādauit, vt vicinus
 ille absque vlla mora vel contradictione
 suo prædicto ministro ædes illas diuende-
 ret. Et quia Pontifici persuasum erat Domi-
 num Gualteruccium, Secretariū Collegij

Secretariorum Apostolicorum, culpa hac
 in re non vexare, etiam hunc ad triremes
 condemnauit, quæ etiam pœnam subiit
 alius quidam huius rei conscius.

Condemnatio Gualteruccij plerisque
 bonis displicuit, tum quia prælatus erat
 optimæ vitæ, multisque ornatus animi do-
 tibus: tum etiam, quia credebant eius de-
 lectum esse leuissimum, quare post mor-
 tem Sixti liberatus in magno honore fuit
 apud omnes, qui infortunium illius no-
 uerant.

Cognatos consanguineosque suos ama-
 bat Sixtus quàm tenerrimè. Inter cæteros
 Dominam Camillam sororem suam, simi-
 liter & duos ex eadē sorore neptis filios.
 Hoc amore motus alterum istorum filio-
 rum valde iuuenem adhuc primis Pon-
 tificatus sui mensibus creauit Cardina-
 lem, donans illi suum Sacellum: dictus
 que est Cardinalis Montaltus, qui in om-
 nibus actionibus suis sequentibus ma-
 nifestissimè ostendit, se cum iuuenili æta-
 te senilem habere coniunctam prudentiā:
 multaq; dat argumenta & specimina, se vi-
 tam suam cum gloria transacturum. Assig-
 nauit Sixtus eidem Cardinali centum cir-
 citer millium coronatorum prouentum.
 Alios quoque cognatos suos & donis & pos-
 sessionibus iocuplerauit. Duas proneptes,
 eiusdem Cardinalis sorores habuit, quarū
 vnam Domino Virginio Ursino, alteram
 Contestabili domus Columnæ despon-
 dit.

In cumulandis, corradendisque vndiq;
 pecuniis Sixtus erat assiduus, quare officia
 quadam vendidit, quæ antea nō vendi, sed
 gratis dari à pontificibus solebant, inter
 alia officium Commissarij (ignosce Lector
 quod barbaris vocabulis ytor, vbi latina
 nō habemus cōgrua) Cameræ, thesaurarij,
 vicariatū Cubicularij, vulgo Vicecamer-
 lengatū, & alia similia. In expendendis pe-
 cuniis tam fuit parcus, vt ferant nonnulli
 attritis illū resarcitisque vsum indulsis, etiā
 cum iam pontifex esset: Omnes istos the-
 sauros, & quicquid illi superfuit, id omne
 in castello ad vsum publicum recondidit.
 Neque postea quicquam suis amplius do-
 nauit consanguineis. Quæ adingeret ante
 Ducatorum illia, quæ Donis is Colum-
 ne sis, ad eas alienum ab illis contractum;
 dissoluendam numerauerat, mutudedit,

amor
 benefici-
 tia eius
 in consi-
 guinos.
 Pronepe-
 tem suā
 creat Car-
 dinalem.

Eius in
 cogendis
 thesauris
 studium.

r in
 ebeu-
 lo.

ofus,
 libe-
 s in
 ni
 so.

+

non donauit, post constitutum enim certū annorum numerum integram hanc summam restitutos Cameræ sese obligarūt. Partes, ut vocant, & prouisiones, quas palatium Pontificium dare consuevit, ad eum maiuit, ut diminitio facta septuaginta coronatorum millia quotannis excedat. Variis instituit Eleemosynas, quas illi Montes appellant, & Datariz prouentus auxit. Officium Cubicularij diuisit, uti & Auditoriatū Cameræ. Instituit, vēdiditque officium administrationis Archiui totius status Ecclesiastici.

Prius Pontificatus sui anno decies centena aureorū millia in Castro S. Angeli recondidit, cum decreto addito, ne minima huius thesauri partem expendi vnquam aut erogari posse, nisi in recuperatione Terræ sanctæ generali expeditione in Turcā suscepta, & ne tunc quidem, priusquam exercitus mare traiecerit, litoraq; Turcica tenuerit: aut tanta esset fames, annonæque difficultas, ut sine præfētissimo populi exitio ferri diutius miseriam nō possit, aut pestis contagio si sūma grassaretur, aut prouincia aliqua Christiana periclitaretur, ne in manū infidelium vel inimicorū Ecclesiæ incidat, cum iam hostilis exercitus ad finitima dictæ prouinciæ loca peruenerit, ipsiq; imminere videtur: aut deniq; ciuitas aliqua ab Ecclesia defecerit, quæ aut recuperari, aut cōseruari sine his nūmis nō possit. Iurauit Sixtus se hæc obseruaturum, voluitq; omnes successores suos idem iuramentum dicere. Tercio deinde Pontificatus sui anno in eadē arce, & in eundem vsū alia decies centena millia ducatorum, seu aureorū reposuit: declarans in super, inter casus, in quibus tam prior, quam posterior thesaurus posset expendi, etiā intelligendā esse recuperationē alicuius Regni, ab inimicis sanctæ Romanæ Ecclesiæ occupati. His duobus thesauris ter decies centena millia poltea adiecit, ita ut in arce hæc post obitū suū quinq; circiter milliones, ut vocant, hoc est, 5000000. coronatos reliquerit. Hinc liquet, etsi grauiā tributa populo imperauerit, officia quædā, quæ donari solent, vendiderit, atq; in erogandis nūmis parcissimus fuerit, omnē tamen pecuniam non sibi, sed utilitati publiæ, ministerio Ecclesiæ, & Reipub. Christianæ splendore esse reueratam: quibus finibus, qui

possunt esse honestiores & vtiliores? Sed etsi tam attentus ad rem Sixtus fuerit, & in congregandis nummis tam studiosus, nihilominus magnam auri vim in fabricis antea commemoratis, alijsque in rebus expendit. Ducenta aureorum millia perpetuō disposuit in vsū annonæ, ne quid ad victum necessarium in Vrbe deesset: sed copia semper rerum necessariarum suppetere, ut patet ex Bulla ipsius, quam hæc de re condidit, quæ ducenta aureorum millia ex illius parsimonia (ut in ea Bulla dicitur) colligebatur, successoresque suos ibidem hortatur, ne quid huic summæ detrahant, sed eam potius augeant. Tria aureorum millia quotannis assignauit Archifraternitati Confalonice ad redimendos ijs captiuos, aliaque opera charitatis fecit plurima, & quidem prompto animo. Inchoauit paludes pontinas & chianas alio diductis aquis exsiccare. Decem triremes iussit fabricari: sed sumptibus prouinciæ & vrbium ad ditionem Romanam pertinentium: constituitque ut eadē prouinciæ & ciuitates pecuniam ad istas triremes conseruandas necessarias quotannis penderent, septuaginta scilicet octo aureorum millia. Ad hanc summam conferret Marchionatus 12000. totidem Flaminia, totidem Umbria, totidem & Bononia. Eundem aureorum numerum Senatus, populisque Romanus solueret. Prouincia patrimonij S. Petri in Tuscia 5874. Latium 6126. Ancona 1800. eundem numerum ditio Firmana. Asculus 1200. tantundem & Faſtum. Omnes isti aurei, in vnum collecti, summam septuaginta octo millium conficiunt. Præter hanc etiam statuit, ut ad conseruationem earundem nauium duodecim millia contribueret clerus, & quinque millia, quæ quotannis ex prouentibus Beneuentanis colliguntur, octo in super millia ex duobus Apalti Italicæ monopolijs vrbis Romanæ. Ciuitas hæc initio diuisa fuit in tredecim regiones, at Sixtus in quatuordecim diuidi voluit, addēs prioribus regionē, quam Burgū appellant. Ad eundē quoq; numerum præfectos platearum constitui mādauit. Quindecim præterea Cardinalium congregationes ordinauit, ut in illius Bullis annotatur: in vna namq; suarum constitutionum omnes distinctè ac nominatim expressit, licet ali-

Ingenus
thesauri
us, quæ
in Castro
S. Angeli
ad cer
tos vsus
recondi
dit.

Constitu
tion su
ria Six
7.

quæ iam ante illum fuerint, quæ ab illo potius confirmatæ sunt, quàm recens institutæ. Decreuit, ne plus quàm septuaginta simul essent Cardinales; atque inter illos, ut minimum quatuor Doctores Theologiæ, qui ex ordinibus Regularium medicantiû assumentur: quodque Cardinales deinceps in ieiunio mensis Decembris creabuntur; à Clemente namque sexto hæc consuetudo creandi & ordinandi mense Decembri inchoata, ultra sexcentimum post Christum annum in Ecclesia perdurauit. Ipse nihilominus bis hanc suam constitutionem violauit: in promotionibus scilicet Alani & Morosini, quos alio quàm prædicto tempore Cardinales creauit. Instituit quoque ne duo simul essent Cardinales, qui certis quibusdâ cognationibus gradibus semetipsum attingerent, qua de re vide Bullam ab illo de Cardinalium creatione factam. Sed & hoc statuit, ne numerus ille septuagenarius vnquâ impleatur; sed semper aliquot loci vacant. Ipse promotionibus octo triginta tres Cardinales creauit: inter has tres fuerunt, in quarum singulis octo; tres aliæ in quarum vnaquaque tres; vna, in qua duos; & alia, in qua quatuor ordinauit. In Cardinalium quodam Consistorio decretum fecit, ne post hæc ab vllis Principibus missæ recipiantur literæ, quæ debitis titulis non sunt inscriptæ. Noluit sibi in publicum prodeunti à quoquam acclamari: *Viuat Papi Sixtus*. Decreuit etiam, ut quicumque pensionem haberet Ecclesiasticâ, sexaginta sex ducatorum pretium excedentem, clericali indutus habitu incedere iure teneretur. Ab hac tamen lege Equites Lauretani exciperentur. Ut autem lites non essent immortales in animum suum induxerat, primo quoque tempore Senatam aliquem supremum, hominum timentium Deum, & qui prudentes, sinceri, incorruptibiles, & munerum contemptores essent, constituit. Legem tulit contra adulteros, capitis poenam illis statuens. Astrologiam iudiciariâ prohibuit. Sanctum Bonauenturam inter Doctores Ecclesiæ voluit recenseri. Sacella pontificia, quæ antea in solo palatio Vaticano fieri consueuerant, ille primo Pontificatus sui anno per varias, easque primarias vrbes Ecclesias distribuit.

Multi quoque noua instituit Ecclesia Dei festa, qualia sunt Præsentationis gloriosa

virginis Matris Dei Mariæ; Sancti Francisci de Paula, sancti Nicolai Tollandini, Sancti Antonij de Padua, Sancti Ianuarij Episcopi & sociorum suorum martyrum, & sancti Petri Martyris, voluit quoque deinceps celebrari festum S. Placidij & sociorum Martyrum, Eutichij & Victorini fratrum illius Cardinalium, Flauicijq; sororis, quos & in Calendarium Romanum referri iussit. Horum sanctorum corpora tempore pontificatus Sixti reperta sunt in Sicilia, Messanæ in Ecclesia sancti Ioannis Baptistæ, dum in reparatione ab vno latere fundamenta eruuntur. Et si ex historicis notissimum erat, hæc corpora in ista Ecclesia fuisse recondita; locus tamen ubi quiescerent ignorabatur. Placidius hic regulam S. Benedicti, qui suo tempore vivebat, sequebatur, cum autem Messanæ habitaret, fratres & sorores eius, quorum paulò ante meminimus, quodâ die exierunt, ut eum inuiderent. Sed Abdala Sarracenorum Rex Christiani nominis persecutor crudelissimus, cum classe sua in Siciliam appulsus, viuos hos comprehendit, & grauissimis tormentis eos ad Christi nomen eiurandum cogere voluit, quæ omnia cum illi cõstanter tolerarent, coronis sui martyrij Christianorum tẽpla cõdecorarunt. Certas quoque indulgentias Pontifex concessit omnibus prædictum S. Ioannis templum, ubi hæc corpora inueta sunt, cum deuotione visitantibus.

Canonizauit etiam Sixtus in Ecclesia S. Petri, anno incarnationis Dominicæ M. D. LXXXVIII. S. Didacum ab Alcalá, Henaresium. Natus is est in arce S. Nicolai, in territorio Hispalensi, Prouincia Bætica; quæ nostris Andaluzia dicitur, Annus, mensis & dies natiuitatis eius ignoratur. Id saltè cõstat, paulò ante annu MCCCC. natum esse: valde namque senex obiit: anno scilicet M. CCCCLXIII. duodecimo die Novembris, in Sabbatho: cù ante annos duodecim Romæ in lobilæo anni Mille simi quadragesimesimi quinquagesimi fuisset. Vnde consequens est eum circa id temporis, quod diximus, fuisse natum. Parentes eius infimæ fuere conditionis, ipse autem à teneris vnguilis, & adhuc puer, in locis solitariis vitæ sese deuotit anachoreticæ: quæ in aspidis ieiuniis, summa abstinentiâ, sanctissimis & continuis orationibus traduxit. Postea placuit illi institutum S. Francisci de

S. Placidij sociorum corpora inueneruntur.

Canonizatio S. Didaci ab Alcalá.

Obferuantia: huius itaque ordinis vinculo ligatus, innocentiffimè, fanctiffimèque vixit, multisque miraculis claruit. Cùm autem in Hispaniis euidentiffima eius fanctitatis vndique collecta effent: testimonia, & processus formatus effet legitimus, Sixtus eum, multis id precibus contendente Rege Catholico, canonizauit, & in catalogù fanctorum retulit. Hoc antea idem Rex cum Principe Carolo filio suo, tunc viuentè, à Pio IIII. petierat, & postea Rex solus à Pio V. & Gregorio XII. lenixè flagitauerat: tandem omnibus cū fumma perfectione dispositis, Sixtus officium hoc peregit. In canonizatione autem Pontifex ipse hanc orationem in laudem Sancti huius composuit, & recitauit: *Omnipotens sempiternè Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, vt sortia quæque confundas: concede propitijs humilitati nostræ, vt pijs Beati Didaci Confessoris tui precibus ad perueniam in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum nostrum, &c.* Occasione huius canonizationis orta est inter Legatum Regis Hispaniarum, & Legatum Regis Galliarum magna contentio, dicente Hispano: in hoc actu canonizationis S. Didaci sibi deberi primum locum: cùm is potiffimum ad regnum Hispaniæ pertineret: præterea sibi principales quasdam operationes in hoc actu incubere. Respondit Legatus Franciæ, peractis iis quæ facienda Hispano erant, aut Sacello exiret, aut locum inferiorem occuparet. Hispanus iterum; vt saltem Francus illi hac vice, idque ex gratia, primum locum concederet, petiit. Cui Francus: Se quidem hunc locum illi concessurum hac lege, ne quid derogaret iuri præcedendi, quod Galli habebant, & quod absque vilo præiudicio, primo quod habiturus esset Pontifex Sacello, Legatus Hispanicus (qui ne se inferiorem Francico ostenderet, huc nunquàm solet accedere) præfens adesset, locumque inferiorem suo occuparet. Respondit Hispanus: se nullo modo id facturum: hoc enim factio fateretur, se illi cedere. Dum sic inter sese contendunt, subrepsit paulatim ira, incaluit sanguis, ad eò vt ad arma propemodum, & ad maximum tumultum ventum fuisset. nisi aliorum autoritas interposita esset. Tandem negotium hoc modo compositum est: Legatus Hispanicus ad Sacellum non veniret, sed Cardinalis Dezas eius auerere fangeretur, eaq; faceret, quæ

fecisset Legatus: Gallicus verò Legatus cõfuetum locum retineret. His ita pactis, Canonizatio cum fumma quiete & modestia peracta est.

Quòd si quis diligenter, distincteque legat & cõsideret, quæ nos antea de vita Sixti scripturos promissimus, & quæ postea scriptissimus, is facilè animaduertet, nos omnia quæ promissimus præstitisse, si de infirmitate & morte illius dixerimus, quæ nobis occurrunt. Quarto antequam moreretur mense, ad uelata cœpit affigi valetudine; omnis autem morbus in capite sedem habere videbatur, sicut ipse dicebat aliquando de illo differens: & quem admodum in omnibus sermonibus, quæ de rebus suis faciebat, exquisitus erat & admiratione dignus, ira etiam fuit in hoc de sua ægritudine: descripsit enim naturam & complexionem suã, qualitatemq; morbi allegans, vbi necesse erat autoritatem Hippocratis, Galeni & Auicennæ: & locum quendam Aristotelis ex libro Petri Hermenias, in eodè proposito prolixè satis explicauit, remedia suis medicis vñtata examinauit, similiaque alia in hac materia tractauit exactissimè. Totis quatuor istis mensibus, quibus tam malè dispositus erat, rarissimè decubuit, & si quando decumberet, paucis tamè horis quieuit, neque secundum præscriptum Medicorum vixit, licet sæpe illos ad se vocaret, eorumque de se opiniones audiret. Sæpè in publicum prodiit, negotia nunquam intermisit, frequens erat in ore illius dictum istud Flauij Vespasiani Cæsaris; principem stando mori oportere, significans, decere vt Princeps agendo operandoque moriatur. Frequenter bibebat vinum infusa niue, & quæ sanitati maximè conducunt, edebat, cœpitq; paulatim conualescere.

Tandem verò vicesimo die Augusti, año MDXC. grauis accessit febris. Erat autem dies Lunæ, cùm Sabatho ante pedes iuisset ad sanctam Mariam, quam Teutonicorum seu Germanorum vocant: vt Deo gratias ageret, ob conuersionem cuiusdam Principis illius nationis ad veram Catholicamq; fidem. Mercurij cœpit morbus ingrauescere, postridie fuit remissior, voluitque illo die interesse Congregationi inquisitionis. Sequentibus diebus subinde paucis horis decubuit, surgensque vt comederet, frugibus

Dissidiū
inter Le-
gatū Hi-
spanicum
& Galli-
cum.

Tra

Mo
SixFu
M
B
Ia
fg
tu

gibus

VRBANVS SEPTIMI'S.

Pontifex non nunquam vescebat. Dominico die
 sumpsit pharmacum, quod officinis Manna di-
 citur: sed parum operatum est, eò quòd inte-
 grum sumere non potuit. Die Luna præter mo-
 dum creuit morbus, adeò vt manè vix loqui
 poterit: sacrificio tamen Missæ interfuit, &
 extrema Vnctione procuratus, vesperi hora
 circiter vicesimaquarta ex hac vita decessit:
 postquam annos vixisset septuaginta, Pontifi-
 catum vero annos quinque, menses quatuor,
 & dies tres administrasset. Eius corpus nocte
 insequenti lectica in Ecclesiam S. Petri in Va-
 ticanum illatum est (in monte namque Ca-
 ballo, seu Quirinali mortuus erat) ibidemque
 sepultum. Vnde Cardinalis Montaltus, Prin-
 ceps singularis prudentiæ & magnanimus, an-
 no sequenti in Ecclesiam S. Mariæ Maioris cum
 splendidissimis exsequijs iussit transportari, &
 in sacello, quod ibidem Sixtus viuens extru-
 xerat, sepeliri.



Vacauit morte illius sedes diebus octode-
 cim. Sub illius Pontificatu, hoc est, anno M.D.
 LXXXIX. Tyberis alueum suum bis cum ta-
 ta aquarum abundantia egressus est, vt multis
 in locis Romæ scaphis & lembis per ipsas pla-
 teas nauigarent. Erant illo anno continuæ de-
 siccæque pluuia, ita vt non Tyberis tantum, sed
 & multa alia Italiæ flumina magno cum im-
 petu exundauerint. Pluuia verò agris tam fuê-
 re pernitiosæ, tantaque colonis intulêre pas-
 sim damna, vt multis locis bis, aliquibus ter,
 nonnullis quater terra rursus coli & conserui
 debuerit. Et quia multæ miscabantur nebulae
 tempestatesque & aëris corruptiones, magna
 subsecuta est annonæ caritas, quæ totam affli-
 xit Italiam: de qua nos, Deo nobis propitio, co-
 piofius alio loco dicturi sumus.

Dum sedes vacat, occasione quorûdam, qui
 Statuam Sixto in Capitolio erectam evertere
 voluerunt, Romani decreuerunt, nulli post
 hæc Pontifici viuenti statuam esse consecran-
 dam. Decretum autem hoc marmoris inscul-
 ptum, in quadam aula Capitolij erectum, in
 hæc sententiam legitur: *Si quis suæ priuatus, siue
 Magistratum gerens, de collocanda viuo Pontifici statuâ
 mensuensi facere ausit legitimo S. P. Q. R. decreto
 in perpetuum infamæ, & publicorum
 munerum expertus esto. M. D. XC.*
 Mens. Aug.

Lam Deo Honor & Gloria & Beatæ Ma-
 riæ semper Virgini.

VRbanus septimus, antea Ioannes Bapti-
 sta dictus, natus est Romæ, die sancto
 Dominico sacro quarto Augusti, anno à partu
 Virgineo M DXX I. è domo Castagnæ oriun-
 dus, quæ familia ob multorum annorum anti-
 quitatem Gemæ inter nobiliores recensetur.
 Cosmus Pater eius fuit Genuensis, mater Ro-
 mana, ex Ricciorum familia, filia sororis se-
 nioris Cardinalis Iacobaccij. Atque hinc ea
 erat cognatio, quæ fuit inter Vrbanum & Do-
 minos Paluccios, Albertonos, magnæ in vrbe
 authoritatis & existimationis Nobiles. Domi-
 na namque Tarquinia Iacobaccia, horum Pa-
 lucciorum mater, filia fuit nepotis ex fratre
 dicti Iacobaccij Cardinalis. Sed & ex eodem
 Cardinale deriuabatur etiam cognatio, qua
 Vrbanus Dominos Melinos & Verillos, ho-
 mines nobilissimos, Romæ celebres & hono-
 ratos atinebat. Educatus est Vrbanus mo-
 nobilium, nobilitati parentum suorum con-
 uenienter, bonarumque litterarum, quæ æta-
 tem decent iuuenilem, disciplina satis super-
 que imbutus. Complexione fuit melancholi-
 cus, quamuis in gestibus & moribus (quod se-
 re solent sapientes) sese lætum & hilarem
 ostenderet. Statura corporis eius procera ma-
 gis quàm humilis, proportionè laudabilis,
 vultus eius maiestate plenus. In cibo & potu
 omnique viuendi ratione temperatus erat &
 sobrius; quæ causa fuit, cur toto vitæ suæ cu-
 riculo admodum Ianus vixerit; adeò vt (id
 quod ipse fatebatur in vltima sua infirmitate,
 cum

Pont.
 cccxxxvii.
 Anni
 MDXC.
 Patria,
 natiuitas
 ex paren-
 tes.
 Educatio.
 Complexio.
 Statura
 corporis.
 Viuendi
 modus.

cum illi Medici mannam porrigere voluissent) quadragenarius nunquam medicamentum aliquot sumpisset. Ingenio fuit acri & prompto, ad res laudabiles & honestas propenso. Optimis itaque moribus erat præditus, & tam in conuersatione, quam in actione cunctis benivolus & prouidus. Deuotus fuit, & insignis Christianæ Religionis zelator. Variarum rerum habebat scientiam, non eam quidem exactam, sed supremam quasi labris degustatam: in iure verò & Ciuili & Canonico vix habuit se doctiorem, quia in facultate Bononiæ studuerat, summa familiaritate & amicitia Domini Lucij Sassi multo vsus tempore: qua in Academia Doctoratus quoque titulo insignitus est. Reuersus Romam habitauit in ædibus Archiepiscopi Rossanensis, qui postea beneficio Pauli Tertij Cardinalis factus, Cardinalis Verallus dictus est. Hic ad Conclauem, quod factum est, cum Paulo successor eligeretur, Urbanum secum adduxit: erat enim eius consuetudo, cognatos suos si quos aptos inueniret, ad huiusmodi loca secum ducere. Urbanus hic magni spiritus, magnæque prudentiæ dedit specimen.

Idem Cardinalis postea sub Iulio tertio, qui Paulo successus est, Legatus in Franciam profecturus, Urbanum comitem sibi sumpsit: cuius opera auunculus in multis, ipsæque arduis huius legationis negotijs vsus est: in quibus omnibus se promptum, sagacem, & ad res arduas gerendas idoneum ostendit. Reuerso postea Cardinale Romam. Urbanus factus est Referendarius iustitiæ. Nec multis post annis Cardinalis eius auunculus Urbano Archiepiscopatum Rossanensem resignauit, & Pontifex illum Fanum misit, ut eius urbis esset Gubernator. Cum tempus gubernationis illius exspirasset, ad suam Ecclesiæ residentiam profectus est, ubi & probitate vitæ, & insigni sua doctrina multos ad pietatem adduxit; concionabatur enim, prout Episcopi munus exigit. Cum summa laude populo suo præfuit, cultum diuinum docendo, & charitate Dei plebem inflammando. Postquam hic aliquot annis commoratus esset, Romam redijt: mox à Paulo quarto Perusiæ, Umbriæque Gubernator destinatus est. Quod cum venisset, confestim Dominum Nazarethanum ob causas quasdam Carasorum, iuxta mandatum, quod ei Roma datum erat, arduissimam custodiam tradidit. At ille causam suam iustissimè defendens, innocens declaratus est. Mori-

tur interea Paulus quartus, & successit ei Pius quartus: sub quo Romam reuersus, paulò post ab eodem Pio missus est, ut litem quandam de agrorum terminis, quæ ante multos annos orta erat inter Terracenos & Spoletanos decideret. Dicebat enim Pius, postquam hac de re cum Urbano egisset, atque is abiens illius pedes osculatus esset; sibi videri Prælatum istum virum esse ad hanc litem terminandam aptissimum. Nec cum sua sefellit opinio. Trium namque mensium spatio controuersiam hanc sustulit, utriusque parti, atque ad eum Pontifici abundè satisfecit.

Interea continuatio Concilii Tridentini indicitur, omnesque Episcopi conuocantur. Profectus itaque Tridentum Urbanus cum reliquis, ibidem ad finem vsque Concilij permansit. Constitutus hic cuiusdam Prælatorum congregationis caput, seu princeps, in materia: qua de agebatur, scripsit, & multa non sine laude annotauit præmonuitque. Peracto concilio, denuò Romam profectus est; atque inde ad Ecclesiam suam Rossanensem perrexit, ubi cum paucis mensibus hæssisset, à Pontifice Romam reuocatur, & Nuuius in Hispaniam, eodem illo tempore, quo in causa Archiepiscopi Toletani Cardinalis Sixti, qui postea Pontifex factus Gregorius XIII. dictus est, Legatus illuc proficiscebatur, mittitur.

Mortuo deinde Pio quarto, creatus est Pius V. qui Legationem eius confirmauit; ita ut septem circiter continuos annos in Hispanijs permaneret, quo tempore Philippi Regis factus est compater, primogenitam eius filiam de fonte baptismatis suscipiens. Omnia sua negotia summa cum sanctæ Sedis auctoritate, Pontificis voluptate, Regis satisfactione, & supis gloria consuebat. Inter aliam namque grauissimam & summi momenti negotia, cum magna dexteritate & prudentia tractauit, confecitque gloriosum inter Pontificem, Regem, & Rempubicam Venetam foedus: ex quo naualis illa aduersus Turcam expeditio secuta est tam celebris, tamque utilis toti Christianismo, ut ea sit omni maior commendatione. Subsecuta est paulò post mors Pij quinti, cui successit Gregorius XIII. qui eum in Hispanijs Romam reuocauit, Domino Vrmanetto Patauino episcopo viro optimo, & multis ingenij dotibus præclaro, in eius locum remisso Pontifex Vibaao reuerso administrationem Reipub.

Bono

Doctor
iuris.

Ad cō-
liā Tri-
cini pre-
ciscitur

Nuntius
in Hisp-
nijs mil-
itans

Dignita-
tes ante
Pontificem
ann.

Bononiensis decreuerat: sed cum intellexisset eum ab hoc gubernaculo planè abhorrere, propositum mutauit. Abhorrebat ab hoc officio, quia cum ibi multi essent Pontificis cōsanguinei, verebatur ne multa facere ad eorum libidinē cogere, quæ cum rectitudine iustitiæ parum conuenirent. Interea Archiepiscopatum suum liberè ad manus Pontificis, nulla sibi seruata pensione, resignauit: quemadmodum Dominus Paluccius mihi retulit, se sæpe ex ipso Urbano in familiari colloquio audiuisse. Non post multos dies Visitator in prouincia Patrimonij ablegatur, sed dum se le itinere parat, mutat sententiam Pontifex, & noluit illum istuc proficisci: sed Nuntium Venetias misit. Fuit autem Venetijs eo ipso tempore, quo Henricus tertius ex Polonia reuersus Galliam petebat, ut Regnum quod mortuo fratre hereditate ad illum venerat, susciperet. Venetijs discessit, quo tempore pestis ibidem grassabatur, veniensque Bononiam, accepit mandatum expressum, istic ut maneat, atque Rempub. gubernator administrat. Successit itaque Domino Nazarethano, cui sæpe in Gubernationibus succedere consuevit.

Postea Romam reuocatus, missus est Colonia Vbiorum, ut pacem, quæ ab Episcopo Leodiensi cœpta inter Regem Catholicum & ordines Belgicos, qui paulo ante à Rege defecerant, ventilabatur, cum auctoritate Sedis sanctæ, & absque vllō Religionis Catholicæ detrimento promoueret, quæ pax, uti in Gregorio XIII. diximus, etsi exitum, quem plerique optabant, non habuit, diligentia tamen, prudētia, dexteritasque, qua in hoc negotio vsus erat Urbanus, non tantum à Pontifice, sed ab ipso quoque Rege Philippo & imperatore Rodulpho, cuius auspicijs conuentus hic erat indictus, maximè operè commēdabatur. Tantus ei in hac patria honor est exhibitus, ut in processione publica, pro felici pacis euentu à Deo imperando Colonie instituta, duo præcipui Electores, Archiepiscopus Colonienſis & Treuirensis eum medium incedere voluerint, ipsi vtrinque eius latera clauserint, quod istis in oris vsitatum antea nunquam fuit.

Cum itaque in negotio pacis nihil amplius facere potuit, ad Romanam curiam reuersus est: & paulò post consilio rerum Status Ecclesiastici ad lectus, nec non & in numerum prælatorum congregationis sancti Officij cooptatus est. Denique anno MDLXXXIII.

duodecimo die Decembris à Gregorio Pontifice Cardinalis cum titulo sancti Marcelli, in promotione nouendecim Cardinalium, viro- rum sanè qui ista dignitate fuerūt dignissimi, creatur. Noctē, quæ diem, in quo Cardinalis creatus est, præcessit, Urbanus suauis, tranquilliusque dormiuit, quam multis retro annis dormierat, quod cum ipse quibusdam suis amicis referret, facete dixit, & quasi Urbanum locum narrationi addidit; Sibi videri hanc dignitatē naturæ Legum esse contrariam. *Ipsæ enim vigiliantibus, non dormientibus (ut vulgus perhibet) subueniunt.*

Cardinalis factus nihilominus inter Cardiales permansit, qui sacri Officij Congregationi assistunt, similiter & in Signatura quam Gratiæ vocant, relictus est, ad quam tanquam prælatus primus accedebat. Paucos post menses cum Cardinalis factus esset, Legatus missus Bononiam, ibidem vsque ad mortem Gregorij commoratus est: quo tempore Romam reuersus, in Conclauē cum alijs Cardinalibus intrauit, assulitque ei spes aliqua Pontificatus, ut in vita Sixti iam ante commemorauimus. Diligebat illum Sixtus semper, & magni faciebat eius iudicium: quare in varijs, iisque arduis negotijs eius consilio, operaque sæpe utebatur. Præter congregationem sancti Officij, etiam Congregationi Episcoporum & Congregationi grauaminum statūs illum præfecit. Ante biennium aut circiter audiui ex duobus primarijs huius aulæ Prælati, quod Sixtus aliquando præsentē Urbano, tunc sancti Marcelli Cardinalē, verba faciens de via, quam faciebat, incipiens eam à sancta Cruce, & perducens ad S. Mariam Maiorem primòs, deinde vterius ad sanctam Trinitatem in Monte, cum deliberaret, an eam vsque ad S. Mariam *Del Popolo* continuaret, conuersus ad Urbanum dixerit: Hanc viam tu, Domine mi, perficies: tacite insinuans, Cardinalem sancti Marcelli post se Pontificem electum iri. In qua opinione sese fuisse, etiam paucis antequam moreretur diebus ostendit: cum enim mensæ accumberet Sixtus, in fine cum pira essent in mensam illata vnum sibi sumpsit, mediumque secās, inuenit illud putrefactum: aliud igitur accipiens, eodemque modo corruptū cum cerneret, dixit (si vera sint, quæ mihi retulerunt is, qui præfentens aderant.) *Hi deinceps pira fastidium, oportet illis dare casti vices,* per pira se ipsum significans, ut qui oriūsus erat ex familia Piretorum, & in insignijs suis inter alia,

pira aliquot ostentabat: per castaneas verò dictum Cardinalem, qui è domo Castagna seu Castanea procreatus erat, Castaneamque in clypeo suo pictam habebat, insinuans. Neque tantum à Sixto Pontificatus Urbano omine quodam addicebatur; sed omnium penè iudicium erat, eum aliquando Pontificem eligendum. Mortuo verò Sixto, de nullo maior erat futuri Põtificis opinio, quàm de hoc Urbano, quem omnes vno ore profitebantur hac digni electione.

Peractis itaque solitis Sixti exsequijs, die Veneris, qui septimus erat Septembris, manè, celebrato pro more de sancto Spiritu Sacro, quinquaginta quatuor Cardinales ingressi sunt in Conclauem, quod in Palatio sancti Petri in Vaticano habebatur: etsi quibusdam videretur consultius fore, illud in Monasterio Fratrum della Minerva fieri, propter pestilentem aërem, qui tunc erat in Burgo: qui duorum mensium spatio multos mortales absumpserat, maior tamen Collegij pars locum mutari noluit; tum quia aër non nihil esset immutatus, cælo iam factò sereniori; tum etiam, quia cum locus ille plus habeat maiestatis ad huius electionis actum, cæteris magis est idoneus. Ingressi itaque, vt diximus, in Conclauem Cardinales, manum ad electionem Summi Pontificis apposuerunt. Cùm autem in huius Pontificis vita describenda pauca nobis occurrant, operæpretium nos facturos arbitramur, si nonnulla, quæ ad Pontificis electionem pertinent, hic referamus: existimamus enim, hæc nullam partitura nauseam his, qui vitas Pontificum legere delectantur. Dicemus itaque, electionem Põtificis fieri solere aut per Scrutinium, aut per Accessionem, aut per Adorationem. Est & quartus modus, qui per Compromissum dicitur, cuius mentio fit in capite de electione lib. 6. Fit autem, cum Cardinales inter sese sic dissident, vt nullo modo in electione vnus consentire possunt. Quare æquali omnium consensu duos, tres, aut plures Cardinales Compromissarios statuunt. Hi quem eligunt, ex ijs qui ipsis propositi sunt, is legitimus est Pontifex. At hic modus antiquatus, non amplius in vsu est. Sed de alijs tribus modis dicturi, à Scrutinio auspiciamus.

Scrutinium Vesperis itaque, cùm manè fiat electio, singuli Cardinales per suos Conclauistas voti seu suffragij sui scedulam præparant, quam manè tradiduri sunt. Conficitur illa modo &

forma sequenti. Folium chartæ in medio partibus vtrinque partibus, complicatur, & disscinditur, altera deinde harum partium sumitur, & extremitates eius iterum complantur, ad longitudinem circiter vnus digiti, deinde vna pars chartæ vsque ad illam plicaturam iterum in quinque rugas seu plicas conuoluitur, & in quinta plicatura secatur. Cardinalis deinde in vltima, seu iasima plica proprium nomen suum scribit ad hunc modum; *Scipio Cardinalis Gonzaga*, mox voluit chartam vsque ad tertiam plicaturam, donec nomen suum occultetur, quo factò vtrinque partes cera, seu simili viscosa materia clauduntur, cui sigilla duo, hunc in vsu à singulis Cardinalibus obiter sculpi iussa, impræmuntur, vacuis autem remanentibus duabus plicis superioribus, iubet Cardinalis in dicto spatio Conclauistam notare Cardinalis nomen, cui votum suum dare decreuit, vt exempli gratia; *Ego eligo in Summum Pontificem Reuerendissimum Dominum meum Cardinalem de Ruuere*. Non solet votum hoc Cardinalis sua manu scribere, ne fortè obseruetur: & cognoscat, & ne votum secretum (vt esse debet) diuulgetur, occasionemque odij aut dissidentia præbeat. Complicatur tandem dictum votum, & foris ei necessario egregium aliquod dictum, seu adagium inscribitur: hunc in finem, vt si fortè Accessione faciendæ sint, quæ ad eundem Cardinalem, cui datum est votum, fieri non possunt, ex adagio interiori facillimè inueniatur votum Cardinalis, qui vult accedere, aliòquin omnes separari deberent, quod fieri non posset absque præiudicio secreti, quod in simili actu requiritur. Idcirco Cardinalis, qui accedere vult, dicere consuevit; *Accedo ad Cardinalem, & possum accedere, vt patet ex voto meo, ex subscripto sic*. Vota hæc omnia manè cùm Scrutinium faciendum est, à Cardinalibus in aureum calicem, qui in altari Sacelli, in quo ad Scrutinium conueniunt, positus est, priusquam tres Cardinales, ordinis capita, ad cellas Cardinalium ægrotantium accedant, eorum vota postulantem, mittuntur. Deinde vota eadem è calice in mensam, quæ est ante altare, effunduntur, & proceditur ab vnoquoque Cardinali legendo, notandoque in suo folio, in quo ordine omnium Cardinalium nomina sunt expressa, & post nomina protracta est linea recta, in qua Cardinalis signis iteratis, aut per Abacum annotat, quot

vota singuli habeant in Scrutinio. Quòd si fortè contingat ex tribus Cardinalium, qui in Conclauì sunt classibus, duas in vno subiecto, seu in vnus electione conuenire, is sine vltiori inquisitione creatus est Pontifex per Scrutinium: & in tali casu aperiuntur vota, à parte inferiori, publicanturque nomina singulorum Cardinalium fautorú. Sed illud aut rarissimè, aut nunquam solet euenire; nisi quod electio Adriani per Scrutinium facta fuisse legitur: id quod miraculi loco tunc habitum est.

*adum eli
di per
cessu.* Est & alius modus eligendi Pontificem, à multis annis in Conclauì vsitatus, qui vocatur per Accessum: non multum differens ab illo, qui antiquitus à Romanis in Senatu solet vsurpari: Senatores enim illi, quibus in negotijs, quæ in Senatu agebantur, alterius iudicium placebat, surgentes de loco suo, accedebant ad illum; cuius sententiam probabant: aut dicebant; *Accedo ad talem*, qui modus propriè in Conclauì obseruatur. Hinc apud Latinos vsitatissima est phrasis illa; *Ire in sententiam*.

*adum eli
di per
ratio-
s.* Similis se: è huic modus eligendi est qui per Adorationem dicitur: Cardinalis enim suffragaturus accedit ad illum, qui Pontifex creandus est. & profundè sese ante illum inclinat. Quòd cum factum est à duobus è tribus Cardinalium classibus, iam tunc Pontifex electus censetur, quamuis & Accessus & Adoratio per Scrutinium semper debet confirmari; quod fieri solet sine præiudicio illius, quod in Accessu & Adoratione stabilitum est.

*Ratio
ani.* Sed ad electionem Urbani veniamus: ea hoc modo est instituta. Probabatur multis per sex continuos dies, vt Pontifex crearetur Marcus Antonius Columna; multi meriti, raræ eruditionis, magnæque experientie Cardinalis. Sed cum illud negotium magnâ habiturum videretur difficultatem, omnium quasi animi ad Cardinalem S. Marcelli conuersi sunt: vt quem Prælatum sciebant multis Principibus, Cardinalibus. & populo gratissimum. Quare eius causa facillima videbatur, quod & res ipsa statim declarauit: vix enim de illa tractari cœperat, cum statim effectus, quem plerique optabant, subsecutus est:

Etenim cum paulò ante hac de re actum esset, die Veneris, qui erat decimus quartus Septembr. sub vesperam, deprehensus est

à Cardinalibus, nõ tantum tot vota pro Urbano esse, quod ad talem electionem sunt necessaria, sed multò plura, tamè eo die negotium conclusum non est. at in sequentem diem vsque ad horam prandij dilatum. Quã rem multi mirabantur. Solet enim negotiũ illud subito perfici, maximè cum vota necessarium etiam numerum excedant, ne vnà cum tempore pereat occasio, mutantur opinioniones & animi, aut aliud quid interueniat. Sabbatho itaque hora iam dicta cum consensu omnium declaratus est Pontifex. Dum pontificali habitu indueretur, & anulum byssinum, quod ex lino subtilissimo factum est, dorso imponeretur, inquit: Quis rem tam leuem, virum tantoperè grauire posse credidisset? significans onus esse maximum, clauis Petri custodire. Dicitur voluit Urbanus; aut quia singulariter afficiebatur erga præcedentes illius nominis Pontifices; aut vt isto nomine significaret, se Romanum. Vrbs enim apud Latinos per Antoniniam Romam designat, propter excellentiam & prerogatiuam, quam habet adhuc, habuitque olim Roma super omnes ciuitates: aut denique, vt quibusdam placet, nomine hoc delectatus est, vt ostenderet, quòd benignè, urbanè, & ciuilibus moribus omnes tractare, & populum sibi subiectum regere decreuerat.

Ratio nominis Urbani.

Cum eius electio diuulgata esset, magna vbique fuit populi lætitia: omnes enim maximè illum diligebant, optimamque rerum administrationem sub illo sperabant. Eodem die, quo pontifex creatus est, donauit Cardinali Sans Senonensi duo ducatorum millia, & mille Cardinali Alano, tanquam pauperioribus. Post biduum cum Cardinalis Albanus illum rogaret, vt tempus solutionis trium millium & trecentorum ducatorum, quæ à Sixto acceperat mutuo, paululum prolongaret, responsum tulit; Sibi ea à nouo pontifice donari. Donauit & locis quibusdam pijs non contemnendas pecuniæ summas, quas eis cum Cardinalis esset, ad calendaria numerauerat. Statuit cognatis suis, ne ad maiores titulos aspirarent, quàm habuerant antea. Prohibuit ministris suis, etiam ijs, quos maximè diligebat, ne sericas vestes sumerent, quod facere solebat, qui Pontifici seruebant in pontificatus initio. Mandauit omnium pauperum per omnes paroccias nomina scribi, singulis iustas

Eius liberalitas.

Aff. Ann. in cognatione moderatio.

elemosynas decreturus. Annonæ rerumq; necessariorum abundantia continuandæ, ostendit se cupidissimum; dicēs, se nullis hac in re expensas parsurum. Christum enim Dominum nostrum præcepisse Vicario suo gregem suum ut pasceret. Consanguineis suis significauit, se eos ita tractare decreuisse, ut successoribus suis exemplum relinqueret, quantum affectibus esset indulgendum, & quo animo in consanguineos esse debeant, quid illis tribuendum esset. Quattuor Cardinales constituit, qui officium Datarie reformarent, Palæotum scilicet. Sanctorum quattuor Coronatorum, Ancillotum & Aldobrandinum. Præcepit omnes fabricas à Sixto inchoatas perfici, & in singulis insignia Sixti Pontificis erigi.

Secundo Pontificatus sui die cœpit ægrotare, quare proposuit sub vesperem in Montem Quirinalem, ut in locum salubriorem, aulam transferre. Multi itaque Cardinales, Prælati & Domini in Palatio conuenerunt, ut Pontificem comitarentur. Sed cum admonitus esset, præter morem eum facturum, si in publicum prodiret, priusquam esset, coronatus: non enim hoc vstitutum esse, nisi alibi quam in Vaticano creatus esset; ut Nicolaus Quintus, qui cum in Dormitorio Fratrum de Minerua esset electus, statim cum magnifico apparatu ad S. Petrum se recepit, ubi & coronatus fuit. Urbanus ita admonitus paruit, nec ad locum propositum accessit. Morbus verò postridie cœpit ingrauescere, febrisque sese magis magisque detexit, & in singulas horas aucta est, adeo, ut die Iouis, qui erat vice simus. septimus Septembris, decimustertius verò dies sui Pontificatus, ante meridiem, ætatis sui anno Lx x. vitam cum morte commutauerit, & in Ecclesia S. Petri paulò post sepultus fuerit. Accurrit ingens hominum multitudo, ut corpus illius videret: inter quos multi, qui ab illo nec acceperant nec expectarant illum beneficium vberissime visum lacrymari. Morbus & mors Urbani singulares sunt; tum quia primis illius Pontificatus diebus acciderunt, tum etiam, quia alia quedam rara simul coinciderunt. Primum admirandum vehementer est; quod cum omnibus Principibus innatum sit, consanguineos & amicos suos ad dignitates promouere, Urbanus tamen nullum ex ijs Cardinalem creauit: sed nec vlli prælaturam

aliquam, licet multæ vacarent, contulit. Neque dici potest id factum esse, quia nondum erat coronatus, & quod ante coronationem potestatem conferendi non habet. Dubitari namque non potest, quin Pontifex etiam ante coronationem verus sit Pontifex, omniaque poterit administrare, & facere. Distinctione namque 23. c. In nomini Domini, decretum legitur: *Vt is, qui electus est in Apostolatam, si iuxta consuetudinem intro-nizari non valeat, electus tamen sicut verus Papa obtinet auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius; quod Beatum Gregorium ante suam Coronationem fecisse legimus, &c.* Præterea, & Clemens V. excommunicauit eos, qui ausi sunt dicere; Pontificem priusquam coronatus est, non posse facere, quod verus potest Pontifex post coronationem; ut habetur in vltima Extrauagante communi, ubi sic legitur; *Quia nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apostoli sua prudentia, quin potius imprudentia innitentes, ac disceptare super his, de quibus eis non expedit satagentes, asserere non verentur, quod Summus Pontifex ante sua coronationis insignia se non debet intrmittere de prouisionibus, reservationibus, dispensationibus, & alijs gratijs faciendis, nec se in litteris Episcopum simpliciter, sed electum Episcopum scribere, nec etiam vti Bulla, in qua nomen exprimat ipsius,*

Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras super negotijs quibuscumque confectas, quæ à nobis ante coronationis nostra insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententia inmodamus. Datum ad Peseum Burdegalen. Diœces. Anno 11.

Et si Imperator (ut Docti volunt) priusquam à Pontifice coronatus est, omnia potest administrare, quæ veri sunt Imperatoris, non tamen absolute Imperator, sed electus Imperator dicitur, quamdiu à Pontifice non est coronatus. Papa verò absolute Papa dicitur, non electus Papa. etiam non coronatus, quod ex Clementis v. Extrauagante, à nobis iam recitato, manifestissimè demonstratur. Huius rei differentia, meo quidem iudicio, in eo cõsistit, quia Pontifex nullam præter Deum agnoscit superiorè;

Urbanus nullum consanguineis suis promouit

Pontifex etiam ante coronationem eorum habet administrationem.

Morbus Urbani.

Mors Urbani.

Imperator curte coronationem dicitur absolute Imperator, scilicet. Extra

Imperator verò post Deum etiam Pontificem agnoscit.

Vt itaque ad Vrbanum reuertamur; diximus illum nullam aut dignitatem, aut Prælaturam cuiquam contulisse, non quia potestatem non habuit; sed quia nõ habuit voluntatem, putans id non expedire. Cùm enim se malè dispositum sentiret, existimauit aliud esse cogitandum: quare frequens in ore illius fuit dictum illud; *Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis*; significans aliò mentem esse intēdendam, hoc est, de salute animæ consilia esse ineunda.

Aliud, idque admiratione dignissimum, quod in morbum Vrbanum incidit, summum fuit salutis incolumitatisque eius per vrbanum desiderium. Quare solēnis instituta est supplicatio, cui præter Clerum monachorum ordines, & cōfraternitates, etiam Populus, Conferuatores & Senatores alij, cum toto Magistratu Romano interfuerunt. Itum est ab Ecclesia, quæ dicitur Araceli, in Capitolio, vsque ad Ecclesiã D. Petri; qua in processione oēs incredibili cum deuotione summa supplicarunt Maieitati pro salute sanitateque Pontificis.

Qui cùm pium hoc Romanorum opus in se intellexisset, præter alia multa verba, quibus ostendit bonum hunc populi affectum sibi maximoperè fuisse gratum, etiam addidit; orationes istas faciliorem & beatiorē sibi ex hac vita præparaturas exitum; & certè obijte sanctissimè. Mortem enim cum summa animi patientia de manu Domini suscepit, à quò & vitam & mortem eadem cum animi hilaritate accipiendam asserēbat, magna cordis humilitate incitatus, dixit, Deum qui omnia admirabili gubernat sapientia, videre, se summo hoc Pontificatus gradu non esse dignum, cunquē tanquã vnus eorū, qui vinculis huius vitæ sunt implicati, facile possēt in peccata prolabi, Deum velle ista vincula soluere, & animam à se repetere. Deinde, cum summa deuotione (vt Christiano omnes decet) omnia sanctæ Ecclesiæ Sacramenta suscepit, & vsque ad horam illam, in qua solutis iam penè omnibus humanæ vitæ vinculis, anima quasi in extremis hēreret labijs, sanctum Missæ sacrificium audiuit, atque in eleuatione corporis Domini nostri IESU Christi sese in lecto erigebat, ab assistentibus non nihil aditus; supplices ad cælos tendens manus, &

caput sibi ipse dempto pileo cooperiēs. Sub finem Missæ ipse quoque ad finem mortalitatis huius vitæ properabat, interim ad vltimum vsque spiritum; quamuis grauissimis doloribus, tormentisque affligebatur (vt enim ipse testabatur. societas & vinculum animæ atque corporis sine summo & incredibili dolore & molestia nõ disrumpitur) sanctas admonitiones cum attentione audiebat, & pijs ipse orationibus vacabat, sæpissimè repetens diuina illa verba; *In manus tuas commendo spiritum meum*, & (vt mihi postea relatum est ab his, qui piæ illius dormitioni interfuerunt) in his verbis spiritum suū creatori suo reddidit.

Pridie quàm moreretur, dubitās an testamentū, quod ante pontificatum condiderat, per electionem subsecutam in irritum cadere potuisset, iussit ad se vocari Arrigoneū, clarissimum Iurisconsultum, & secundum illius consilium illud denuò confirmauit, hoc modo dubium omne auferens, quod post mortem moueri potuisset. Eius hæres fuit Societas Annunciationis, aut *Della Nunciata*, cuius ille aliquandiu protector fuerat. Existimant nonnulli hæreditatē hanc fuisse triginta circiter millium coronatorum. Cognatis suis nonnullis, vt Dominis Melinis & Verallis legata quædam ex testamento dari voluit; & Domine Tarquinie Iacobacicie, matri Domini Paluccij duo aurea pocula in Lusitania facta singularis artificij & venustatis, annulumque cum adamante, qui mille valebat coronatos, reliquit. Amabat Vrbanus hanc Dominam tenerrimè, tum quia sanguinea erat; tum etiã, quia singulari virtute & multis naturæ dotibus erat ornata; & iu ætate tenera simul in familia Iacobacciorum erant educati. haud aliter, quàm si eodem patre, eademque matre procreati fuisset; quæ beneuolentia vsque ad mortem inter illos fuit conseruata. Eius enim ingenij atque naturæ fuit Vrbanus, vt quo cū semel amicitiam contraxerat, eum semper coleret, & quo ad vixit, diligeret. Id in multis animaduersum est, maximè autē in Domino Lucio Sasso, hunc, cùm Bononiæ studeret, & iisdem in ædibus cum illo habitaret, ex corde sincerissimo amare coepit, què erga illum amorè quamdiu vixit, non deposuit. Hanc, ob causam cùm ad pontificatū assumptus esset, con festim eum Datarium constituit: qua in dignitate Gregorius XI v. optimus Pontifex,

Vrbanus, perpetuus amicitie cultor.

considerata huius prælati doctrina, & magnis in Ecclesiam meritis, cum renunciat, & confirmavit.

Sepulchrum
Vrbani.

Esti Vrbanus. cum adhuc Cardinalis erat, decreuerat post obitum in Ecclesia S. Augustini, in qua magnificum sacellum cum sepulchro sibi ipse construxerat, sepeliri, nihilominus (vt iam antea diximus) in Ecclesia S. Petri conditus est, vbi secundum consuetudinem omnes Pontifices sepeliuntur, & anno integro sepulti seruantur; quo transacto, licet cum Pontificis, qui tunc sedet, consensu corpus alio transferri. Vacauit sedes post obitum Vrbani duobus mensibus, & diebus nouem.

Interregnum.

GREGORIUS XIV.



Pontif.
ccxxxviii
A. no
1590.

Patri &
cognatio.
Lius p.
tris.

GREGORIUS Decimusquartus, antea Nicolaus dictus, fuit Mediolanensis: pater illius erat Franciscus Sfondratus, è familia antiqua, opulenta & honorata. Franciscus vir erat magni nominis, eruditione & rerum mundanarum experientia clarus, Senator Mediolanensis. Summo apud Carolum V. Imperatorè in pretio: qui eum Governatorè Senensem constituit. Deinde à Paulo III. cui volupe erat viros præstantiores ad maiores dignitates promouere, anno MDXLV. decimonono die Decembris creatus est Cardinalis, cum iam vxor illius paulò ante humanis excessisset. Non multos post annos à Julio III. factus est

Episcopus Cremonensis. Magna erat de illo hominum opinio fore vt aliquando Pontifex eligeretur, tanquam is, qui iam prudentia, sapientiaque sua magnam animis hominum sui existimationem ingenerauerat: add. vt in Conclau Julij omnibus penè Romanis persuasum fuerit, eum pontificem electum esse. Quamobrem (vt in tali rumore, licet incerto nonnunquam fieri consuevit) multi veredarij diuersas in oras ablegati sunt, qui electionem hanc nunciarent. Inter alios etiam Perusiam vnus aduenit, vbi tunc Gregorius hic Pontifex, cum Baronio fratre suo litteris operam dabat. Allata in Urbem hac fama, magnus fuit ad ædes horum fratrum concursus, & in illo tumultu ædes spoliatae sunt.

Mater huius Gregorij fuit Visontina. Natus est vndecimo die Februar. anno post millesimum, quingentesimum, trigesimo quinto, mense à conceptione septimo: quare cum partus erat debilis, & nondum ad iustam perfectionem venisset, cum magna industria tractari, & in vita conseruari debuit. adè vt cum admodum tener & pusillus esset, reposerint eum in cunis ad similitudinem scatola pyxidulae factis, in lana verò & gossypio falsarunt, hoc modo illum ab aëris iniuria defendentes, vt calor naturalis paulatim confortaretur, donec tandem ad maiorem perfectionem venit, quam consecutus fuisset in vtero materno, si non ante tempus prodijisset.

Partum septimi mensis esse imperfectum, & suo tempore simili diligentia foueri, & ad perfectionem adduci consueuisse scribit Aristoteles, in libris de natura animalium: in quibus cum dixisset omnibus animalibus certum parienti tempus esse constitutum, solis hominibus varia tempora partus esse; fieri enim posse, vt mulier mense septimo, octauo & nono pariat, & (quod sæpe accidit) mense decimo; rarius vndecimo: subiungit, factum ante mensem septimum in lucem editum nequaquam posse viuere, sed multis partibus imperfectum & debile esse: quare lanæ inuoluunt, ait & tenerioribus fascijs illigant. Scribunt nonnulli, quod quomodo partus isti septem mensium non habent organorum & instrumentorum eorum, qui intellectui in suis operibus subseruiant, integram perfectionem;

Quando
quo an
& qu
mense
tus.

Partum
septimi
sis imp
f. & m.

ita etiam operationes eorum intellectuales integræ perfectionis non sint maximè verò operationes intellectus practici : quæ cum magis respiciant particulares & materiales res, magis etiam organis egent corporeis, quare huiusmodi partus in actionibus mundi, arduisque negotijs rarè solènt excellere.

docteur Gregorius itaque paulatim nutritus, & secundum nobilitatem suam educatus, Perusiam primo, deinde Patavium mittitur, ubi iuris prudentiæ legibusque studuit, in quibus & Doctoratus titulo insignitus est. Mox à Pio I v. creatur Episcopus Cremorësis, anno post natum Christum M. D. L X. Sequenti anno ad consiliū profectus, feria III. hebdomadæ Maioris primus omnium Episcoporum Tridentum ingressus est, & triennio illo, quo in Concilio mansit, patribus vehementer placuit: tum quia comis erat & amabilis in conuersatione, tum etiam, quia præter legum facultatem, etiam multarum scientiarum valebat cognitione. Fuit ex eorum Patrum numero, qui defendebant resistentiam esse iuris diuini. Vivente Pio I v. magna de cardinalatu illius spes erat, quam tandem dignitatem anno M. D. L X I I I. duodecimo Decembris à Gregorio XIII. in illa nouendecim Cardinaliū electione, seu promotione consecutus est. Ex ea promotione vsq; huc tres Pontifices prodierunt, quorum vnus alterum immediatè subsecutus est. Venit paulè post Romam. vt Sacellum suum occuparet. Cremonæ namq; cum Cardinalis crearetur, habitabat. Cum Romam venisset, singulari sua humanitate & nobili sua conuersatione rotius aulæ oculos & animos in se conuertit. Commoratus est in Vrbe non diu, sed ad Episcopatum suū reuersus est. & quamuis nonnunquam Romam inuiseret, confestim tamen ad suos redire: cumque Romæ esset, quia valeròdinaris erat, rarè ad Consistorium, aliosque actus publicos accessit.

si fex Tandem verò mortuo Urbano v. II. quinto Decembris, die Martis, in Vigilia S. Nicolai, cum ille nomē sortitus erat manè Summus Pontifex electus est, atque ob memoriam Gregorij XIII. & vt significationem daret, se benignitatem optimi illius Pontificis imitari velle, Gregorius decimusquartus voluit appellari. Conclauē hoc in quo Gregorius ad tantam dignitatem promotus est

propter multitudinem eorum, qui in honore dignissimi censebantur (erant enim numero sexdecim qui pontificatus titulum merebantur) propter numerum etiam Capitum, seu primariorum totius congregationis, qui sex erant; propter diuturnitatem temporis, quo Conclauē hoc durauit, duobus enim ferè mensibus productum & continuatum est; etsi enim priusquam Conclauē clauderetur, vniuersalis penè omnium erat opinio, biduo terminandum fore, eò quòd credebantur Patres in electione Cardinalis S. Seuerinæ consentire, vt qui vir erat raræ eruditionis, qui in aula multis artibus versatus, multa dederat sinceritatis & prudentiæ suæ argumenta, seseque dignitatis Sedis Apostolicæ protectorem semper ostenderat, & libertatis Ecclesiasticæ propugnatores, tamen multi, eò quòd hominem austerum, & in propositis suis pertinacem existimabant, induci non potuerunt, vt crederent eius electionem tam fore certam & facilem. Propter has dico causas, Conclauē hoc singulare fuit & celebre: vt & propter subitam & inexpectatam mortem Urbani, qua factum, vt nullus cardinalium de nouo Pontifice creando vel semel deliberauerat, ne dicam cogitauerat; denique propter maximum Cardinalium numerum, qui in Cōclauē erant: erant enim in eo quinquagintaquattuor, quorum quinquaginta duo ingressi erant octauo Octobris, die huic electioni constituto; quibus postea duo alij Austriaci & Caietanus accesserunt. Horum Cardinalium quidam creati erant à Pio v. nonnulli à Gregorio decimotertio, alij à Sixto v. & vnus à Iulio tertio, Cardinalis scilicet Simoncellinus. Fuit & Conclauē hoc famosius, quam vllum fuerat aliud à multis decennijs vsque huc, tum ob causas iam dictas, tum etiam propter varia accidentia, quæ occurrerunt, varasque difficultates. quæ in ijs, qui electione digni censebantur, apparuerunt. Cōclauē hoc octauo die Octobris clausum est, hora circiter quinea noctis. Claudi illud de nocte communis est consuetudo. Eam licet manè celebrato Sacro de Spiritu sancto, Cardinales bini & bini tanquam in publica processione ingrediantur, tamen toto illo die Conclauē pater, & vnicuique licet ingredi. Prælati, & alicuius gradus dignitatisque viri, qui volunt, Cardinales in suis cellulis visitant. Sub noctem exire iubentur

*Candidati
in hoc Cō-
clauio Mar-
cus Anto-
nius co-
lumna.*

tur omnes, qui huic officio non sunt destinati. & conclaue obseratur. Manè primo diluculo quod noctem illam sequebatur, Cardinales per varios prælatos, (vt illi loquuntur) papabiles experiri cœperunt, si qui ex illis Pontifex eligi posset. Sed feria sexta sequenti, quæ dies erat Octobris duodecima, cœpit ventilari causa Marci Antonij, Cardinalis Columnæ, principis moribus nobilissimi, magni meriti, & singularis prudentiæ: negotiumque illius eò productum est, vt in Conclauio, & per urbem ipsam eius electio nullâ habitura difficultatem putaretur. Sed cum Adoratio vsque in sequentem diem protraheretur, comperitum est aliquot vota desiderari eorum, qui prius ab illo steterant. Obseruatum est sæpè in Conclauio vsu venire, vt cum debitas votorum numerus est, vel duo aut tria istum numerum superant, & continuò non procedatur ad executionem, numerum postea inueniri minorem quàm requiritur: tempus enim semper aliqua consumit. Sed si reperitur numerus multo maior, quàm necessarius est; tum, etiam si pronuntiatio differatur; nihilominus negotium suum speratum sortitur effectum: tempus enim tot vota non consumit, quin numerus semper sufficiens remaneat electioni, seu creationi; id quod videre licuit in Urbano VII. cui procrastinatio ista nihil obsuit in Adoratione, erat enim votorum numerus multo maior quàm requirebatur. Verum quidem est, in electione Pontificis (vt aliàs diximus) manifestissimè videri operationem Spiritus sancti: ita vt cum de persona agitur, quam ille pontificatui destinauit, & iam tempus adest, in quo diuina prouidentia eundem ad hanc dignitatem vult extollere, causæ difficiles fiunt faciles, & tempore vota non consumi, sed augeri. Interim tamen præter hoc diligentia & bonus zelus semper Deo placuit vt accedant.

*Mondouij-
no.*

Postridie agitata est à Cardinalibus Sfortio & Montalio causa Mondouij, Cardinalis certè incredibilis doctrinæ, integræ vitæ, morum suauitate, & rara prudentia celebris, in Romana curia exercitissimè: sed quia vota quædam numero exiguo desiderabuntur, negotium hoc in irritum cecidit. Non deerant, qui cum summo ardore Cardinalem Aldobrandinum, prælatum do-

*Aldobrã-
nius.*

ctissimum, & in rebus mūdānis exercitissimum, qui que in legatione Polonica magnam suæ prudentiæ specimen dederat, nominarunt: Eratque multorum opinio, quòd si negotium paulò celerius processisset, & alij, qui huic fauere putabantur, negotio nõ defuissent, eum Pontificem renūciatum iri. Quamuis Cardinalis ille, qui Aldobrandinum proponebat, tam senilis sit prudentiæ, vt mihi persuaderi non possit, eum celeritate vsu non esse, aut aliqua iure negligentem fuisse: quo minus negotium hoc ad lætum finem peruenerit. Vt vt est, frustra in Aldobrandini causa laboratum fuit.

Tanta erat laus, tantaque merita Marci Antonij Cardinalis Columnæ, tanta etiam sollicitudo & dexteritas, qua Cardinalis Ascanius Columna in obsequio illius utebatur, vt secundò de illius persona cogitatum sit: sed priores istæ difficultates iterum occurrerunt, operæque & cogitationes istæ deudò perierunt.

Cardinalis Albanus, nisi senio confectus fuisset (erat enim iam annorum octogintaquattuor) ob quam senectutem (quæ, vt Aristotelis ait, ipsa morbus est, debilis iam & inidoneus erat) is fuit, qui dignitatem hanc merebatur, & cui ob cæteras animi dotes Petri claus tute credi potuissent.

Sanctæ Seuerinæ Cardinalis mentio hætenus nulla fuerat: cuius causam Hispani & Florentini, qui illi fauebant, eò quòd aliorum difficiles animaduertissent, faciliorem fere iudicabant: sed postquam res in deliberationem venit, difficultatibus suis non caruit. Qui tamen illi fauebant, nec spem nec animum remiserunt, sed negotium constanter vsque ad noui Pontificis creationem promouerunt.

Postea de Cardinalè Rouerio deliberari cœptum est, qui propter doctrinæ excellentiam, propter bonitatem & integritatem vitæ, propter gerendarum rerum experientiã, morumque facilitatem, maiestate Pontificia dignus censebatur: sed hi, qui in omnibus prioribus difficultatem mouere cōsueuerant, etiam in hoc tam nobili & idoneo prælato aliquid obstaculi inuenerunt.

Vt itaque omnis discordia tolleretur, & omnia ad pristinam quietem redirentur, septem propositi sunt, quasi extertia classe sumpti neutri parti suspecti, à neutra parte desiderati, erant autem illi Cardinales sancti.

*De Co-
na ite-
delibe-
tur.*

*Cardi-
Alba*

*Cardi-
lis Sa-
Seuer*

*Cardi-
lis Ro-
rius.*

Alij

sancti Gregorij, Senonensis, Rusticuccijs, Aragona, Cananus, Lancilottus & Alanus: sed paucis post horis compertum est horum promotiones non minores habere difficultates, quam cuiuscunque aliorum precedentium. Ad primas itaque cogitationes, primaque consilia reuersi sunt, postquam secunda viderentur impossibilia. Hispani initio, & quidem cum magna dexteritate & vehementia urgebant electionem Paleotti, Cardinalis egregijs præditi virtutibus, strenui & magni meriti: in quo omnes erant qualitates, quæ in ijs requiri solent, qui Petri pallio vestiendi sunt. Sed causa illius videbatur ardua, eò quòd Cardinales quosdam habebat minus sibi propitios, nihilominus parum aberrat, quin die quodam electus fuisset: imò tam certi quidam huius electionis in Conclauis esse videbantur, vt nonnulli Conclauis aurum, argentumque, & alia bona magni pretij suorum Dominorum in tutum reposerint. Sed & per Urbem tam constans erat fama, Paleottum Pontificem creatum, vt multis locis eius insignia cum clauibus & Regno Pontificio erigerentur. In omnem quoque plagam veredarij mittebantur, qui nouam hanc electionem nunciarent. Erat maximus populi concursus ad S. Petrum, vt nouum Pontificem viderent. Quid multis? In Ecclesia S. Petri, in quam nouus Pontifex mox à creatione descendit, omnia iam erant præparata, quæ ad huius actus solemnitatem requirebantur. Canonici & reliquus clerus stabant in ordine, expectantes vt nouum Pontificem honorificè exciperent. Cùm itaque mane Sacrum esset peractum, Cardinales cœperunt Scrutinium facere, & Paleottus habuit in Scrutinio vota septemdecim, deinde peruentum est ad Accessus, quibus hætenus nondum vsi erant. Primus qui accessit, fuit Gesualdus, quem mox alij & alij subsequuti sunt, ita vt Accedentium numerus ad quatuordecim peruenerit. Interesset quædam morula, nec iam plures accessuros plerique arbitrabantur: sed mox decimumquintum Accessum dedit Simoncellius. Erant itaque vota triginta duo. Ferunt nonnulli, quòd si adhuc vnum additum esset, in tuto fuisset eius electio, alios enim duos aiunt fuisse, qui trigessimumquartum & quintum dedissent, quibus si propius accessisset, iam numerus, qui ad

electionem Pontificis requiritur, plenus fuisset. Expectabatur aliquamdiu nouus Accessus, sed cùm nullus fieret, surrexerunt quidem Cardinales, & ianuam Sacelli, in quo Scrutinium fiebat, aperiri mandarunt. Hoc modo actus ille terminatus est. Non obstantibus his, sub vesperem Paleotti causa ventilabatur, si fortè in sequenti diei Scrutinio duo ista vota quæ deerant, accederent.

Sed & sæpè cogitatum iam erat de Cardinale Sanctorum Quattuor Coronatorum, viro profecto singulari, diuini humanique iuris scientia excellentissimo, rerum quoque Theologicarum, aliarumque facultatum, & Romanæ Curie (in qua quinquaginta circiter annos versatus erat, omnibusque penè congregationibus interfuerat) praxios peritissimo: de quo communis ferè omnium erat opinio, tantam in eo esse rerum ad Statum Romanum pertinentium cognitionem, quanta in nullo erat alio. Erat præterea admirabilis intellectus, vitæ, morumque sanctimonia clarus, ita vt omnium animi tam plebis quam Cardinalium in illum propenderent: nec alijs audiebatur, qui negaret hanc optimam fore electionem. Sed & plerique in Conclauis existimabant, eum sine controuersa Pontificem electum iri: atque eò magis, quòd plurimi ex his, de quibus hætenus deliberatum erat, exclusi videbantur. At Deus, qui iusto suo iudicio, & arcano quodam consilio, hanc dignitatem illi alio tempore decreuerat, fecit, vt iam non ille, sed Cardinalis Cremonensis, vir doctus, placidis moribus, & sancta vita Pontifex crearetur.

Cardinalis itaque Montaltus, quem multi sequebantur (habebat enim vigintifex circiter vota eorum, quos auunculus promouerat) huius Cremonensis causam præcæteris maximè urgebat, & die Martis sub vesperem, qui quartus erat Decembris, accessit cubiculum Cardinalis Cremonensis, eumque genibus flexis Deum inuocantem inuenit, & dixit: Cras Pontifex eligendus es. Præparans deinde Montaltus omnia, quæ ad tantam electionem erant necessaria, manè summo exiit, vt eum conueniret, iubensque vt surgeret, celeriterque vestiretur, assumpsit Sfortium, virum summæ dexteritatis, & in actionibus suis strenuum, cum alijs septem Cardinalibus, qui

Cardinalis
Sanctorum
Quattuor
Coronatorum

Cardinalis
Cremonensis
fit Pontifex.

in Sacello conuenerant. Vbi cum factum esset Scrutinium, votis iam apertis Cremonensis ab omnibus fuit renunciatus Pōtifex: ipse autem votum suum dedit Decano. Postea facta est Adoratio, cū alijs consuetis cæremonijs.

Liberalitas illius.

Cū electus esset confestim ad liberalissimas largitiones animam conuertit. Donauit maiori Cardinalium parti magnam pecuniæ vim, singulis mille coronatis. dicens, se id facere, vt quodammodo refarciret expensas in Conclau factas. Sed & locis pijs multa largitus est. Familiam suam nobiliū more, sumptuoseque vestiuit. Restituit Romanis quædam officia, quæ Sixtus illis ademerat. Postridie quàm ad Pontificatum assumptus esset, cœpit nonnihil ægrotare, aut (vt melius dicam) antiquus & consuetus. illi morbus continuabatur; quare neque Cardinales, neque Legatos Principum ad Audientiam admisit. Sabbatho deinde sequenti, hoc est, octauo die Decembris, festo B. Mariæ Conceptionis sacro, coronatus est: quo in actu sæpè videre visus est, erat enim hoc illi familiare, perpetuisque gestibus ijs applaudebat, qui alta voce illum orabant, vt rerum necessarium abundantiam in Vrbe conseruaret. Post coronationem cū ad locum suum reuersus esset, ante imaginem Crucifixi orationem effudit: qua absoluta, ad circumstantes cōuersus dixit; Gratias agimus Deo, qui in tantis honoribus & reuerentijs nostræ personæ hodie exhibitis, nos à superbia, inanique mundi huius gloria conseruauit. Sequenti die, qui erat Dominicus, Sacellum erat, propter Aduentum Domini, quod celebrauit in sancto Petro; ipse autem præsens non aderat, præcedentis diei laboribus fatigatus: solent enim cæremoniæ, quæ in coronatione vsurpantur ad quattuor aut quinque horas non raro durare. Die decimotertio, B. Lucia festo tempore pomeridiano ad S. Ioannem Lateranum se recepit, vt possessionem acciperet. Erant plateæ omnes splendide exornatæ; ipse autem ridenti læroque vultu omnes intuebatur, omnibusque satis faciebat: sed mirabantur multi, cū hæcenus visitatum non fuisset, talem vsum in graui Pontificis vultu conspici. Mandauit illo die augeri panem, & vt per totam Urbem esset copia.

Morbui eius renatur & crescit.

Coronatur.

Romani in Capiteolo magnificum illi arcum triumphalem crexerant, qui, quia

Pontifex citius quàm putabatur ad possessionem festinabat, nondum omnibus suis partibus erat absolutus. Varijs in arcus illius partibus varia, eaque ingeniosè excogitata legebantur, spectabaturque emblemata. Ab illa parte, quæ prospectus est in aream Degli Altieri. Scriptum erat:

Gregorio XIII. ob egregia & felicia Pontificatus auspicia, pristina munera & beneficia Capitolio restituta, ciuitatem egestate atque annonæ laborantem opportuna liberalitate subleuatam, insignibus eius virtutibus S. P. Q. R.

Qua Capitolium respiciebat, hæc inscriptio legebatur:

Optimo Principi Gregorio XIV. Pontifici Maximo, ab incunte atate per gradus veræ sapientia, pietatis, beneficentiæ, certarumque virtutum ad Apostolici fastigij gloriam & Maiestatem euecto: ob fausta sacri Augustij, Principatus initia, & non dubiam spem rerum maximarum Reipublicæ Christianæ oblatam, S. P. Q. R. Fornicem triumphalem pro tempore excitauit.

Alijs in locis & partibus huius arcus alia legebantur diuina ex sacris Scripturis desumpta; quæ insinuabant bonam administrationem Reipub. quam desiderabant, & à Gregorio exspectabant. Decimonono eiusdem mensis primum habuit Consistorium, quod dici solet Consistorium pacis: in quo pro more Pontificum gratias egit Cardinalibus, idque diserta concinnaque oratione, pro dignitate sibi ab illis collata. Cardinalemque creauit suum ex fratre Nepotem. Non erat ille tunc Romæ, sed paucis post diebus aduenit: neque Pontifex quicquam serij agere voluit, priusquam illi præsens adesset.

Octauo die Ianuarij, anno M D X C I. Pontifex instituit Iubilæum, idque publicari iussit: in quo voluit omnes Christianos pro se apud Deum intercedere, vt sapientiam & fortitudinē consequeretur, quarum beneficio Pontificatū feliciter, laudabiliterque posset administrare. Sequenti die iuit ad S. Mariam Maiorem, vbi ipse Iubilæum celebrauit. Sexto Martij, qui dies erat Mercurij, quattuor creauit Cardinales, Parauicinum Nuncium apud Heluetios, Aquinum Magistrum Palatii, Plattum Auditorem Rotæ, & Odoardum Farnesium, Ducis Parmensis filium.

Non

Gregorius Non multo post tempore constituit Generalem S. Ecclesie Comitem Sfondratum; Nepotem suum, eumque cum exercitu in Galliam misit, ad quod bellum Gregorius dicitur quinque centena aureorum millia contribuisse, præter alia quadraginta millia, è proprio suo peculio desumpta. Sed antequam nepotem suum in Franciam mitteret, dedit illi vxorè, filiam Principis Massæ, quo de matrimonio agi ceperat, priusquam ad Pontificatus fastigium erat assumptus: nunc autem continuatum est conclusum est. Creauit etiam illum Ducem Montis Marciani, qui status, eò quod magnus Dux Florentinus Alphonsus Piccolominæum, sibi & Ecclesie rebellem, captum supplicio sceleribus suis digno è medio abstulerat, per confiscationem vacabat: ideoque Pontifex dicebatur posse illum conferre, cuiuscumque vellet. Alphonsus hic iam à tempore Gregorij XIII. ditiones Ecclesiasticas miseris modis afflixerat: habebat enim sub suo imperio magnum Banditorum, seu Exsulum numerum: qui omnia deuastabant, omnia depulabantur. Cum autem Principes nonnulli pro Alphonso hoc intercederent, Papa pro sua clementia culpam illi, omnem condonauit. Tandem anno Sixti v. ultimo Alphonsus iterum nouas inimicitias cum magno Duce Florentie suscepit iterumque in exilium eiectus est. Qui contra ita rursus Banditorum nõ exigua manu plurima damna vicinis locis hominibusque intulit. Cum autem Sede vacante Dux cum missis aliquot copijs persequeretur, fugit in agrum Romanum, omnia diripiens, flamma, ferroque deuastans, mittens ad rusticorum Dominos magnam auri argentiq; vim postulabat: si negarent, omnia in cineres & fauillas redigebat. His modis vni ducentos ateri quadringentos, nonnullis octingentos, mille & plures coronatos extorsit. Quidam enim metu nimio dederunt quidquid exigebat, alij partem; alij nihil, & horum nonnulli plus ceteris dederunt; damnũ enim, quod bonis illorum inferebat, multo maius erat, quam summa quæ ab ipsis exigebatur. Creatus itaque, Pontifex Gregorius eum cum auxilio Ducis Florentini dominijs Ecclesie expulit; & tandem mense Ianuario, anno MDXCI. à militibus Ducis Florentini, captus, & ad supplicium deditus est. Erat Alphonsus hic iuuenis robustus, ferus, sitis & famis, ætus & frigoris, omniumque arumarum patientissimus. Mirificè suis à complices diligebatur, omnium

viarum, ambagum, compendiorumque per omnes ditiones Ecclesie, aliorumque Principum tam erat gnarus, vt difficillimum fuerit, eum circumuenire, circumuentumque capere:quare nonnunquam circumseptus, præter omnium opinionem hostium manibus elapsus est; illi autem alios intercipere & comprehendere, res minimè erat negotij. Fortissimus erat in pugna, vt plerumque Banditi omnes: ipsi enim pro seipsis pugnant; aduersarij verò eorum ferè semper pro alijs. Dicit autem non potest, quantæ sint vires homini pro se, suisque fortassis decertanti: quantos nervos suorumque salus addat; timidiores autem ij sunt; qui pro alijs dimicant. Præterea, Banditi metuunt deteriorem fortunam, quam in prælio cadere: ideoque cum summo ardore pugnant, mortem ipsam & grauissima vulnera metu illius peioris, quod captos manet, facile negligentes. Aduersarij verò cum nihil peius spectent, quam præliari cum illis, aut vulnerari; aut occidi, sæpissimè vtriusque vel alterius mali metu ignauiores facti fugiunt. Sed ad Gregorium reuertamur.

Nono die Maij, quo augustum Sanctissimæ Trinitatis festum celebratur, Gregorius in Sacello; quod in Ecclesia sanctorum Apostolorum faciebat, Cardinales Religiosos rubro galero donauit; in primis Cardinalem Alexandrinum Dominicanum, Sarnanum Ordinis sancti Francisci conuentualium, Ascolum similiter Dominicanum, & Montelberum professione Augustinianum: vsus ille rubri geleri Cardinalibus monachis ad quorundam petitiones concessus est à Pio v. Gregorio XIII. & Sixto v. quamuis quibusdam Cardinalibus magis placeret, eos gestare galeros, colore in suo cuiusque ordine vsitato. Decimo Augusti eiusdem anni Pontifex Ducem Ferrariensem in S. Marco honorificentissimè excepit, qui eo die Romam venerat, & quanto tempore in Vrbe mansit (mansit autem quadraginta circiter diebus) Pontifex illi, eiusque familie, omnia que ad tanti Principis mensam requirebantur, liberalissimè laudatissimeque procurauit. Ipso die Assumptionis B. Mariæ Virginis Dux præfens in Sacello, quod fiebat in Araceli, adfuit, atque ipsis Cardinalium subsellijs ante Cardinalem Pepoli, qui Diaconorum erat vltimus, sedere iussus est. Venerat autem Dux Romam, pro impetranda inuestitura Ferrariensi: cui cum Bulla Pij v. De non alie-

Cur Banditi fortes in pugna.

Cardinales Monachos rubro galero donat.

Dux Ferrariensis in Romam venit.

mandis bonis Ecclesiæ, videretur refragari. Pontifex congregationem indixit tredecim Cardinalium: inter quos tres erant Episcopi, septem Prælati, & tres Diaconi, quibus negotium hoc cognoscendum mandauit. Cardinales isti Aduocatos Ducis in plenam congregationem ad se vocarunt, eorumque rationes audierunt: qui dixerunt: Bullam Pij v. intelligendam esse de bonis, quæ iam ad Ecclesiam erant deuoluta, non autem de ijs, quæ adhuc deuoluerentur, inter quæ Ferraria erat numeranda. Cardinales verò post maturam rei deliberationem, determinarunt: Bullam per omnia Duci esse cõrariam, & quod videretur ea intelligenda, non tantum de deuolutis, sed etiã de deuoluendis. Idem in Ræta quoq; cum sententia illuc esset missa, Auditorumq; censura requirebatur, iudicatum est. Pontifex quidem hac Ducis causa, particularia quædam in Cõsistorio recensuit: sed negotium planè decisum non est. Paulò post Pontifex in grauem morbum incidit, & post tres circiter dies Dux istinc Caprarolam decessit: vbi cum aliquamdiu commoratus esset, Ferrariam reuersus est. Cœpit Pontifex ægrotare vigesimosecundo Septembr. erat autem morbus eius febris continua cum fluxu, qui nascebatur ex cõtinuis & vehementibus pressuris, ad quas difficultate expellendi urinã incitabatur, ob calculi malum, quo miserè torquebatur. Crescebat malum illud quosidiè, adèd vt trigesimò die Septembris iam iam mori putaretur. Vocatus est Cardinalis Caietanus, vt annulum piscatoriũ pro more frangeret. Quo in palatio stante, & nuncium mortis Gregorij expectantè ex improviso nunciatum est. Pontificem meliusculè habere. Postea verò de die in diem, immò de hora in horam morb. ingrauatius est, adèd, vt singulis penè momentis expiraturus crederetur, potissimũ autem vndecimo, decimoquarto, alijsque similibus diebus. Quia, verò eorum, qui Sede vacante Conseruatores sunt (Caporiones vocant) vsq; ad electionem noui Pontificis magna est in Vrbe autoritas, nec minus emolumentum, veteres conseruatores nouis, qui kalendis Octobris magistratũ hunc ineunt, cedere, & signa sua ponere noluerunt; magna igitur inter illos orta est controuersia: tandem tamen vexilla cum magistratu deposuerunt.

Die Veneris, qui erat quartus Octobris, omnes Cardinales ad se vocauit, & primò gratias illis egit, quòd Pontificatus dignitatem in

se contulissent, excusauitque se & purgauit, orans vt si in administratione sui Pontificatus alicubi negligentior, quàm par erat, fuisset, id cõtinuè suæ infirmitati & multitudini suorum negotiorum adscriberent, atque imputarent. Precabatur insuper, vt statim post obitum suum, bonum, & ista Sede dignum Pontificem eligant; commendans tandem illi Cardinalem Sfondratum, aliosque suos Nepotes. Eoderx etiam die Bullam promulgauit, qua voluntatem Pij v. confirmauit, de non alienandis bonis Ecclesiæ: quæ Bulla (vt ex eadem patet) ante mensis aliquot ab illo fuit condita Dominico die, Octobris sexto tantoperè moribus inualuit, adeoque iam mortì proximus ab omnibus existimabatur, vt indicta sic congregatio Cardinalium, quæ mortuo Pontifice exemplò indici consuevit, sed & omnes qui in S. Marco erant, migrarunt, quod iam ante aliquot dies inceperant: tam certa erat omnium opinio, quòd Pontifex breue moreretur. Sed & Romani armati per Urbem discurrebant, haud aliter, quàm si Sedes vacasset. Inter hæc Pontifex præter omnium Medicorum opinionem rursus paululùm conualuit. Nihilominus paulatim morbo hoc maligno & sæuo consumebatur adèd, vt miserimum erat spectaculum videre labores & dolores, quibus affigebatur. Omnia tamen Christiana cum patientia tolerabat; tandem verò post tantos & tam lógos cruciatus, die Martis, qui erat decimus quintus Octobr. nocte inter sextam & septimam horam, ex huius miseræ vitæ incolatu digressus est, cum iam sexies tam exiguo temporis spatio in ipsam quasi mortis agoniam raptus esset. Apertum est deinde corpus, & vesica inuentus calculus duarum vnciarum & quadratis. Eadem nocte in lætica positum corpus in Ecclesiam S. Petri deportatum, & in Sacello Gregoriano sepultum est. Pontifex fuit decem mensium, & totidem dierum, post cuius obitum Sedes vacauit diebus 15.

Fuit Gregorius vir sanctis moribus, animum habens benignissimum, hospitalis semper, si quis alter. Nam & donec Cremonensis fuit Episcopus, peregrinos semper hospitio excipiebat, & liberaliter illis necessaria procurabat. Idem fecit & illo triennio, cum Tridenti Concilio interesset. Paucis istis mensibus, quibus fuit Pontifex, rei frumentariæ, omnibusque necessarijs abundè prouidit, liberaliterque pauperes sustentauit. Cremona

Crescit
Pontificis
infirmi-
tas.

Species
morbi.

Moritur
Gregorius
xlv.

Interreg-
num.

Laus Gre-
gorij.

Liberalt-
tas in pa-
perum.

nē quamdiu fuit Episcopus in Ecclesia Cathedra-
 liali, singulis sextis ferijs *somam* (genus men-
 suræ est, quantum asinus portare potest) & di-
 midiam frumenti è suo peculio in pauperes
 distribuit. Romæ Pōtificatus sui tempore va-
 rijs locis pijs, singulis mensibus 155 aureos,
 præter alias plurimas eleemosynas extraor-
 dinarios, donauit. Ultra centum millia cor-
 ronatorum expendit in augmentum annonæ.
 Singulis ferijs sextis ieiunabat, & ferijs quartis
 à carnibus abstinerebat: nisi fortè aduersa
 valetudine impediretur. Precum horaria-
 rum pensum tam ordinariarum, quàm de Do-
 mina (vt vocant) flexis semper genibus persol-
 uebat. A somno manè surgens, mox septem
 Psalmos pœnitentiales incipiebat, & dum se-
 se vestiret, prosequeretur. Meditabatur manè
 hora integra, legens opera mellifui Bernardi,
 & si quos exijs bonos erueret mentis con-
 ceptus, eos diligenter annotabat, concinne-
 que scribebat. Quamdiu Sacerdos fuit, nullo
 die sacrum dicere intermisit: nullo non die
 confessus est, nisi infirmitas impediret, quo
 minus id facere posset. Cùm autem infirma-
 batur, quotidie ab alterius manibus Eucharis-
 tiam suscipiebat. Quòd si infirmitas lethalis
 fore videretur, cum multa quoque deuotio-
 nē extrema se Vnctione procurari mandauit.
 Ferunt, quòd quater in vita oleo infirmorum
 inunctus est. Communis erat opinio, eum
 cum nulla muliere vnquam consortium ha-
 buisse, sed virginitatem suam illibatam in sep-
 pulchrum inulisse. Non erat in Romanæ curi-
 æ praxi magnoperè versatus, neq; ad res ar-
 duas gerendas valdè idoneus: sed bona, san-
 ctaque mente præditus, & vitæ innocentia in-
 tegritateque clarus. Parum comedebat, & so-
 briè bibebat, adeò vt medicè sæpè consulere-
 rent, liberalius paulò propter sanitatem bibe-
 ret. Rarò utebatur vino, & vsque ad deci-
 mum octauum ætatis annum nihil præter a-
 quem puram biberat: atque hinc calculum
 primò natum afferebant nonnulli, nunquam
 enim aqua tam pura & munda est, vt non ha-
 beat aliquid terrestris excrementi admix-
 tum: vnde facile in quorundam corporibus,
 maximè ijs, quæ huc inclinantur, calculus ge-
 neratur.

Tempore Pontificatus sui aliquot Bullas
 condidit, inter quas ea potissimum laudatur,
 qua prehæbentur & rescinduntur omnes spon-
 siones. Gregorio Pontificatum administran-

te duo grauissima malo exorta sunt, quæ ma-
 iorem Italix partem aliasque Christiani or-
 bis prouincias, miserrimè afflixerunt. Qui au-
 tem hæc legent, non poterunt non dolere, &
 qui futuris erunt sæculis, etiam tantas calamita-
 tates digna animi sympathia lugebunt. Vnum
 istorum malorū fuit incredibilis annonæ car-
 ritas, quæ tanta fuit, vt Romæ, & in multis alijs
 ciuitatibus, mensura frumenti, quam *rabium* no-
 minant, triginta coronatis & pluris etiā ven-
 deretur, sed & quot multo peius est, etiam in
 tanto pretio sæpe frumentum nullū potuit in-
 ueniri: ita vt infiniti homines, ij potissimū qui
 in agris extra mœnia habitabant, fame inte-
 rierint, inq; vijs & agris adhuc herbam in ora
 habentes mortui inuenti fuerint, neq; aliquid
 erat tam noxium, neq; saporis tam tetri, quòd
 pauperes non comedebant, si modò aliquid
 ijs inesset nutrimenti. Romæ vbi populi con-
 cursus erat maximus, Pontifex liberales fecit
 eleemosynas. Eum imitati sunt Cardinales,
 prælati & multi nobiles. Religiosi quoq; am-
 babus (quòd aiunt) manibus largiebantur, vt
 proximis succurrerent, & Patres societatis
 Iesu locum constituerant, vbi quotidie mul-
 tos homines tam corporaliter, quàm spiritua-
 liter cibant, omniaque ad vitam conseruaan-
 dam necessaria suppeditarunt. In tanta nihil-
 omnius prouisione, & magna tenuitatis ho-
 minum cura, nonnulli Romæ mortui sunt, eò
 quòd non haberent quo vescerentur, confe-
 ctus est panis ex fabis, milio, hordeo, alijsque
 similibus rebus. In principio Quadragesimæ
 cœpit à platearum præfectis panis per capita
 distribui: quòd hunc in modum factum est. In
 singulis ædibus numerus domesticorum de-
 scribatur, & unicuique familiæ data fuit sua
 sœdula, in qua nomen & cognomen Nobilis,
 præfecti istius plateæ notatum erat: ad cuius
 ædes venire debebant, qui in ea familia er-
 rant, ad panem sibi comparandum. Vendeba-
 tur enim ibi singulis hominibus panis trium
 nammorum, quos illi *baioechos* vocant, erat au-
 tem panis iste septendecim circiter vnciarum
 & plerunque malus, corruptus & noxius.

Post paucos dies malum creuit, ita vt duobus
 tantum nummis vnciuque venderetur, panis
 vnus circiter libræ, neque in hoc statu cala-
 mitas ista diu permansit: sed paschatis festo-
 tribus nummis, vendi cœpit, quòd antea duo-
 bus emebatur. Duodecimo Iulij præfecti pla-
 tearum distribuerunt panem hordeaceum, cuius

Annonæ
 summa
 difficul-
 tas.

testina
 ius.

ius in
 eum.

ista.

ista.

o gr-
 lima
 la tem
 pe Gre-
 gij xiv.

ius

ius vna pars erat triticum, tres aliz corruptū ac computrescens hordeum; eodem nihilominus vendebatur pretio. Tandem verò Deus populo misertus sua adfuit gratia, & noua adueniente messe, annona laxata est, horribilisque fames cessauit. Pontifex in solatium pauperum Quadragesimali tēpore populo esum carniū indulserat, hinc propter paupertatē multæ boues mactabantur, quorum carni- bus plerique vescēbantur. In hac memora- bili penuria à pistoribus clam panis sincerus & bonus vendebatur carissimè, libra scilicet vna pretio carolini.

*morbus
lethalis.*

Secunda calamitas, quæ priori paululum decrescēti successit, fuit maxima mortalitas. Moriebantur enim infiniti homines gra- uissimis febribus, ventris flatibus & continuis fluxibus; mali autem sedes communiter erat in capite, quare omnes ferè quos morbus hic inijs, tandem in phrenesin inciderunt, & octo, decem aut paulò pluribus diebus con- sumpti è vita excesserunt. Erant nonnulli, qui huic malo medebantur phlebotomia, ve- na capitis, quæ in brachio est, alijsque venis, è capite defluentibus, sanguinem extrahentes. Id boni in hoc morbo erat, quod non fuit ma- nifestè contagiosus. Communis erat Medico- rum opinio causas huius mali fuisse conti- nuas pluuias, & insolitas anni præcedentis inundationes, quas mox ardentissimi cęstus ex- ceperant: pessimam etiam qualitatē nutri- menti, è penuria & fame, de qua dictum est antea, in humanis corporibus natam. Grassa- batur morbus iste potissimū in Vmbria, Thuf- cia, Flaminia, Lombardia, alijsque pluribus Italiz prouincijs. Obierunt hoc mala cuius- uis ætates homines, maximè autem qui triginta erant annorum, & quinquagesimum non- dum excesserant. Obseruatum quoque est, pau- cissimas mulieres hoc morbo extinctas esse. In quibusdam Vmbrię castris ad vnum omnes penè occubuerunt, & in multis ciuitatibus in- tegræ familiæ consumptæ sunt. Affirmant nō- nulli, in vrbe Romana ab Augusto anni M. D. XC. vsque ad finem Augusti sequentis anni 1591. sexaginta plus hominum millia morti succubuisse. Coepit tandem hæc lethalis ca- lamitas Iulio mense paululum conquiescere, & quotidiè remissior facta, tandem mense Se- ptembri penitus sublata est, ita vt paucissimi iam morerentur, beneficioq; diuino factū est, vt status Italiz indies è bono in melius pro- gredereetur, ita vt hoc Nouembri, anno M. D.

XCI. salus & incolumitas populi optimè se- te habeant.

INNOCENTIUS NONVS



QUOD si vnquam præteritis tot sæculis Pontif. quispiam ad Pontificatus Romani fasti- cccxxxix. gium ascendit ab omnib. desideratus, Anno MDXCI is certè fuit Innocentius Nonus, ante Pontifi- catum Ioannes Antonius Fachinettus appel- larus; Sanctorum Quattuor Coronatorū Cardinalis. Omnibus cognita erat, quæ & à mag- ni nominis viris commēdabatur, eius doctri- na, tam in humanis Legibus, quàm in diuina Theologia, alijsq; laudabilib. facultatibus; tam publica erat eius bonitas, vitæq; integritas; tā manifesta eius in reb. Romanis experientia; tam nota arduorum huius mundi negotiorū intelligentia, quid multæ tam perspicui, ma- gni & sancti eius animi conceptus, vt meritò sperare, immò securè sibi quisq; promittere poterit, eum maximè strenuum, optimūq; principem futurum, qualem horum temporū calamitas requirit, sed inscrutabili iudicio Dei, quod ne minima quidem parte oculis hu- manis potest penetrari, placuit eum nobis tā- tum ostendere, & confestim auferre.

*Laus In-
nocentij.*

Natus erat hic Pontifex Bononiz, vigesi- Natiū- mosecundo Iulij M. D. X I X. patre Antonio cas. & matre Francisca Grauegni, qui locus est in ditione Nouariz, sub principatu pedemonta- no procreatis. In pueritia atque adolescentia ijs studijs animum applicuit, quæ istam decēt ætatem, quorum cursu absoluto, iuris pruden- tiæ dedit operam; qua in facultate laudabiles fecit progressus, donec tandè xi. Martij, anno qua-

quadragesimo quarto, post millesimum quingentesimum Doctoratus insignia suscepit. Paulò post Romam venit, & se totum obsequio, ministerioque Cardinalis Farnesij tradidit, à quo postea missus est Vicarius Auenionem, vbi quattuor circiter annos commoratus est: post, Romam redijt. Inde iterum Parmam profectus, eiusdem Domini Farnesij negotia fideliter administravit. Non multo post tempore Pius quartus eum Neocastrensem episcopum in Calabria constituit. fuit autem is primus Episcoporum, quos iste Pontifex creauit. Anno MDLXI. ad Concilium Tridentinum vocatus venit. vbi doctrinæ prudentiæque suæ singularis, & Religionis zelus maxima dedit specimina. Anno M. D. LXXVI. à Pio V. missus est Nuntius Venetias, vbi aliquot mensibus habitauit, & in gloriosi illius fœderis, inter Pontificem, Regem Catholicum & Venetos contra Turcam, strenuè & cum laude laborauit. Primo deinde anno Pontificatus Gregorij XIII. Romam reuersus est, atque inde ad Ecclesiam suam Neocastrensem se recepit: vbi aliquam moram fecit, gregem suum in officio & pietate retinens. Hinc à Gregorio Romam reuocatus, anno M. D. LXXVI. creatus est patriarcha Hierosolymitanus, cum paulò antè ad manus Pontificis episcopatum Neocastrensem liberè resignasset. Adlectus etiam est numero Prælatorum Senatus, quem sacram Consultam nominant, sed & sancto Inquisitionis officio præfectus est, quæ officia non nisi in primos Romanæ Curie prælatos solent conferri. Vfus est & Gregorius sæpè illius opera in Signatura, alijsq; arduis quæ pontifici incumbunt negotijs. Denique, in promotione nouèdecim Cardinalium à Gregorio XII. Decembris, anno M. D. LXXXIII. facta. Cardinalis cum titulo SS. Quattuor Coronatorum creatus est. In prædictis congregationibus mansit, quamdiu vixit Gregorius. Sed succedens ei Sixtus, hunc vnà cum Cardinale S. Marcelli, qui postea fuit Gregorius XV. Signaturæ collegio mouit. Sixto autem mortuo parum absuit quin ad Pontificatum assumptus fuisset. Pontifice Gregorio XIV. omnes penè causas, quæ in Signatura solent agitari, ipse administravit. Gregorius enim cum esset valetudinarius non potuit (vt solet) isti congregationi interesse: quare omnem curam in Cardinalem sanctorum Quattuor Coronatorum reiecit. Denique mortuo Gregorio decimoquarto sine vlla difficultate, & cum vniuersali totius sacri

Collegij suffragio, altero die postquam Conclauè obseruatum esset, Pontifex renunciatus est. Eius electio fuit facillima, & sine vilo impedimento: cum enim, quo tempore Gregorius crearetur, in eum multorum suffragantium animi propenderent, eiusque electio cum magna spe ventilaretur, non fuit difficile postea toto illo, quod intercessit, tempore difficultates, quæ tunc mouebantur tollere, atque colligere, & in vniuersum consensum adducere duas præcipuas eligentium partes, quæ tunc in Collegio quasi dissentiebant, Hispanorum vnâ, quæ viginti nouem Cardinales habere putabatur, & Montalti, qui sectatores plures quàm viginti habere creditur. His duabus partibus consentientibus, exit vtorum numerus non tantum sufficiens, sed longè superans eum, qui ad Pontificis electionem est necessarius. Hinc est, vt licet in hoc Conclauè Candidati, quot subiecta vocant papalia, fuerint circiter sexdecim, de nullo tamè vel mota est quæstio, vel vlla facta est mentio vt crearetur: sed statim vbi in conclauè ventum est, non tantum Cardinalium, sed & aliorum vniuersalis erat opinio, quòd Cardinalis sanctorum Quattuor coronatorum ad hanc dignitatem capeffendam eligeretur. Opinio hæc primo animis hominum ingererata est eo die, quo Gregorius creatus est: cum enim Cardinalis SS. Quattuor Coronatorum Gregorio pro more inter alios Cardinales in S. Petro præstaret obedientiam, in aula de capite Gregorij in caput huius incidit: quod multi vt omen acciperent. Cõfirmavit hanc opinionem, quòd in distributione cubiculorum in Conclauè, quæ fortè semper fieri cõsuevit, Cardinali SS. Quattuor Coronatorum suum euenit eo ipso loco, vbi cum Consistoria fiunt, Sedes Pontificia soler collocari.

Fuit itaque electus Pontifex XXIX. Octobris anno reparatæ salutis MDXCI. feria tertia occumbente iam Sole, cumque extemplo (vt in consuetudine est) multa beneficia à Cardinalibus peterentur, ille nulli tunc quippiam indulgere voluit, dicens se mature omnia paulatim & præmeditatè facere decreuisse. Dum Pontificis vestibus indueretur. Bullam de nouo alijs bonis Ecclesiæ confirmavit. Sed & efficacissimis verbis, quæ ex intimo corde procedere facile videbantur, testatus est, se omnem suam cogitationem eo conuersurum, vt anno næ foret in vrbe & copia & laxitas; miserique populi subueniretur. Quamobrem po-

Eligitur
Pontifex.

Omen futurum Pontificatus.

Aliud omen.

is Do-
or Iu-
6.

is Epif-
opus Neo-
castrensis.

reatus
patriar-
cha Hiero-
solymita-
ni.

cardina-
lis crea-
tur.

tridie Senatum purpuratum congregauit, quod omnes Barones, qui Romæ habitabant, frumentum suum in Urbem transportarent. Domino aut Vitellio annonæ Præfecto mandauit, vt decretum hoc cum summo rigore exsequeretur.

Corona-
tus.

Dominica sequenti, quæ secunda fuit Nouembris, coronatus est. Noluit autem hunc actum fieri in Scalis D. Petri, vbi fieri antiquitus cõsuevit: sed in alio loco, vnde prospectus est in istas Scalas, sumptus quæ mille coronatis minores, quàm solent esse, fuerunt. Postridie primum fecit Consistorium, in quo Cardinalibus pro collata in se tanta dignitate gratias egit, & nonnulla commemorauit, ad Reipub. conseruationem pertinentia, quæ successu temporis facere proposuerat. Significauit, n. inter alia mentem suam esse, vt semper bona auri summa in Castro reseruetur, cuius vsus esse possit in certis sanctæ Sedis aut populi periculis & necessitatibus. Hæc eius cogitatio maxime operè cõmendanda est. Omnia enim Regna & Imperia, omnes benè constitutæ Respub. sua semper habuerunt arcana, & reb. necessarijs propria æraria. Sed & Respub. Romana, quæ exemplar fuit & idea omnis laudabilis Democratiæ, in ærario suo (vt testatur Titus Liuius) thesaurum habuit cæteris magis arcanum & secretum, cui adieciatur omnium prouentuum totius Reipub. pars 20. Ex hoc ærario nullo modo, nisi afflictissimis & calamitosissimis Reipub. temporib. vel vnus depromi potuit denarius. Innocentius igitur, vt thesaurus qui in Castro erat, quantum fieri potuit, cõseruaretur, cum in re domestica & palatij sustentatione bona pecuniæ summa egeret, quadraginta circiter coronatorum (vt fama est) mutuo

Ærarij
curam ha-
buit.

petijt & accepit. Si quid comparandum aut emendandum esset, voluit id non nisi argento præsentato fieri, ne qua debita contraheret, dicebat. n. se, cum simplex esset prælatus, & postea cum factus esset Cardinalis, nihil emere consueuisse, nisi numerata pecunia: eundem morem se quoq; pontificem velle obseruare.

Abhorret
de debitis.

Cum Cardinales nonnulli eum veteris admonuissent consuetudinis scribendi ad Patriarchas, Archiepiscopos & Primates, eos noui Pontificatus certos faciendo, admonendoq; vt continuis apud Deum precib. pro Pontifice intercedant, vt prudentia illi & fortitudinem administrationi S. Ecclesiæ sufficentem concedat, admonitionem hanc benigno accepit animo, & Cardinali Veronensi hu-

iusmodi litteras scribendi curam delegauit.

Eodem mense Nouembri cum Põtifex has litteras conscribi mandasset, nuntiatum est, magnum Poloniæ Cancellarium arma aduersus Regem cepisse, & triginta circiter militum millia sub signis habere. Quia verò Rex ipse Pontificem horum omnium certiore faceret, eiusque opem & auxilium aduersus crescens malum imploraret, Pontifex congrega-

Tumultus
in Polonia.

tionem Cardinalium iadixit. Dicebantur hi Poloni tumultuari propter priuata quædam commoda. Vicesimonono eiusdem mensis Dux Mantuæ Romam aduenit, vt Pontifici obedientiam præstaret. Hospitio exceptus est liberalissimè & designata sunt illi in Palatio Nepotum Pontificis habitacula. Dominicis autem Aduentus qui sequebantur, Sacellis omnibus interfuit, atque ante vltimum Cardinalem Diaconum sedere iussus est. Postridie kalendarum Decembris Pontifex iussit promulgari decretum de moderatis rerum omnium ad victum humanum necessarium pretijs; propter annonæ namque difficultatem & scæuitiam, quæ ano præcedenti grassabatur, omnium rerum eum in modum aucta erant pretia, vt omnia carissimè & præter modum, præter omnium temporum præcedentiũ consuetudinem, & rerum ipsarum naturam venderentur, cui malo remedium adhibere vtilissimum fuit & maximè laudabile. Mense Decembri Innocentius suos certos dies designauit Audientijs. Cardinalibus dedit Consistoria, quæ propterea voluit esse & longiora & frequentiora, vt minus esset necesse eos audire in Camera. Archiepiscopis & Episcopis decreuit diem Martis: Principum Legatis diem Veneris & Sabbathum, alios dies Prælati & Officialibus; quos etiam, si quæ occurrerent magni ponderis negotia, singulis diebus audiebat.

Dux Mantuæ Romam venit.

Annorum
cura.

Decimo octauo Decembris, feria quarta duos creauit Cardinales, Dominum Segam Episcopum Placentinum, Vicelegatum in Gallijs, prælatum singulari doctrina præditum, strenuum, & magni menti: qui pro Sede Apostolica multos hactenus labores exantlauerat, & Antonium Fachinetum suum pronepotem, iuuenem magni ingenij & indultriæ, qui multa iam dedit argumenta, se, vti & Sacelli & Tituli Inocentij successor est, ita quoque eiusdem virtutum fore imitatore. Hunc suum Nepotem Pontifex Signaturæ vtriusque Referendarium constituit, & die Sabbathi iussit

Duos creauit Cardinales.

iussit eum in Signatura casus omnes proponere, qui ibidem presente Pontifice à Referendarijs proponi consueuerunt.

Vicesimo primo Decembris Innocentius, quamuis debilis & æger, septem tamen Ecclesias visitauit. Vicesimo tertio die qui erat Dominicus, moribus sese magis manifestauit, ita ut febris subesse agnosceretur, cui fluxus aliquis iunctus esse videbatur, qua infirmitate octiduo consumptus. Dominico sequenti xxix. Decembris nocte, Luna deficiente, circa horam decimam tertiam nocturnam ex hoc sæculo placidus migravit, & in Christo obdormiuit. Sacramenta Ecclesiæ paulò antè eum magna deuotione susceperat, & sanctè mortuus est, nec affectu, quo erat erga consanguineos, ductus quidquam fecit vnquam, quod non iustum, æquum & laudabile fuit, quod ab vlllo posset reprehendi. Durauit eius Pontificatus in duos menses integros, quo tempore nulla nec Curix, nec Reipub. officia mutauit: curam illam omnem in initium anni LDXCII. reijciens. Nuntios tantummodo ad varios principes legauit. Proposuerat portum Anconitanum purgare, vt maior esset mercatorum commoditas, & naues minori cum difficultate possent ad urbem applicari. Constitutum quoque illi erat iuxta Santangelum, in regione Transpontinæ veteris, alueum, seu receptaculum facere, vt cum Tyberis exundaret, non per Urbem, sed per istud receptaculum aquas suas effunderet. Deceuerat insuper quinquaginta ducatorum millia singulis mensibus ad electionem Regis Catholici in Francia: initio sumpto ab illo tempore, quo Parmensis Dux exercitum suum ad hanc expeditionem in Galliam induxisset. Denique & animo conceperat, vt in posterum maior haberetur ratio, ne Ecclesiastica beneficia hominibus indignis; sed benemeritis & dignis conferrètur, & publica iam constitutione decretum erat, vt omnes prætendentes, seu competitores in Daturia scriberentur.

Fuit hic Pontifex in victu & potu sobrius, & semel tantum in die, idque post Solis occasum comedens. Delectabatur mirum in modum aëris alteratione, cæli aspiratione & camporum venustate: quare frequenter obambulabat in *Deluedere*, in pratis & locis apricis & iucundioribus. Studebat assidue, sed in lecto fere semper, vbi ad se venientes cum mandatis aut petitionibus audire solebat. Quasi clynicus lecto plerunque adhærebat, quia inferior corporis

eius medietas semper fere frigebat. Erat macilentus, quasi vmbra hominis, procerus tamen & natura melancholicus; ad specus eius maiestate plenus, in moribus & sermonibus grauis, quæ grauitas etiam cum simplex adhuc prælatus esset, in illo spectabatur. In conuersatione sua nihilominus valde fuit affabilis, & colloquijs, maximè de litteris & de rebus politicis, plurimùm delectabatur. Quare quotquot de administranda Reipub. deque rebus politicis scripserunt, diligentissimè legerat. Respublica Platonis & politica Aristotelis perpetuò in eius manibus versabantur. Scribebat & componebat multa; quare opera sua nonnulla, quæ ad tempora vsque Sixti V. conscripserat, prælo subijcere constituerat. In omnibus suis actionibus erat tardus, quæ tarditas originem suam trahebat ex complexionem illius melancholica, quæ natura sua inclinabat ad retinendum & conseruandum quod possidet, tum etiam ex eo, quòd multis annos vixerat, longuitas fortè. Longinquitas enim, ait Aristoteles, & spatium vitæ vniuersi cuiusque animum reprimat, animus autè remissus tardum facit, cautum & circumspectum.

Mortuo Innocentio vacauit Sedes mense *Interregni* vno, & die vno. Cuius inter regni tempore, *tranquill-* vt & sub Interregno Gregorij XIII. Vrba- *lum.* ni VI. & Sixti V. Urbis status fuit quietissimus, nullo tumultu exagitatus, nullus effusus sanguis, inamunis ab omni solita insolentia. Huius tranquillitatis rationes esse credimus; primò, quia vivebat adhuc in multorum cordibus certus aliquis timor ex eo natus, quòd viderant tempore Sixti etiam eos, qui præteritis annis aliorum sæpe sanguinem fuderant, puniri, trucidari, & eorum sanguinem vicissim effundi. præterea nihil est, quod homines tranquilliores, tractabilioresque effecit inopia panis: quare annonæ difficultas quæ fuerat, quæque adhuc erat in Vrbe, omnes discordiarum & tumultuum cogitationes sustulit. Hi accedebat mortiferum illud malum, quòd toto plus anno in Vrbe grassatum multos extinxerat, qui eò quòd se uore furoreque iuuentutis adhuc agitabantur, & in otio vivebant, facillè nouis tumultibus concitandis facè prætulissent, multorumque malorum occasionem præbuisse potuissent. Sed & eadem calamitates, hos qui residui erant, eum in modum afflixerant, tum quia morbum pestiferum viderant partim, partim senserant, tum etiam quia multos suos consanguineos amiserat, vt nulla

*Incendia
Romæ &
per Itali-
am.*

cos contentionis aut pugne inceseret cogitatio. Sub pontificatu Innocentij Romæ magnificentissima ædes S. Saluatoris in Lauro incendio consumpta est; nauis Ecclesiæ, quæ inter duas est media, in qua artificiosissima totius Italiæ erant organa, tota exarsit. Alias duas naues ignis non absumpsit, sed deformauit. Eodem illo anno MDCI. Romæ aliæ duæ priuatorum hominum ædes incendio perierunt: & multis alij Italiæ locis similia incendia facta sunt.

ELOGIUM CLEMENTIS VIII.

*Pont.
ccxxx.
Anno
M. D.
XCII.*

Singulare profectò beneficium est, & maxima gratia, quam summis ille Deus hodie Reipublicæ Christianæ, toti que gregi sancto exhibuit: Principem illi & Pastorem, omni virtutum genere ornatissimum, strenuū, & cunctis ijs dotibus, quæ ad Pontificatum bene administrandum, ad populum pascendum, & à circumstantibus, imminetibusque calamitatibus, liberandum, denique ad tranquilli-

tatem, pietatemque postliminiò reducendam, necessarijs præditum, donando. Talis enim profectò est Clemens Octauus, Hyppolitus Aldobrandinus dictus. Qui cum prius Auditor Rotæ, & Datarius sub Sixto V. fuisset; deinde Cardinalis factus, Legationem in Polonia obiisset, hodie tandem, qui tricesimus dies est Ianuarij, ab orbe redempto MDCII. à diuina Maiestate summus electus est Pontifex. In eo arcem posuerunt vitæ integritas & iudicij bonitas: in eo certat magnitudo doctrinæ cū rerum gerendarum felicitate & experientia. Quæ res Sapientum omnium calculo singularem & optimum Principem constituunt, gratum Deo, dilectum populo & mundo reddunt gloriosum. Nostrum nunc est cum deuoto pij cordis affectu diuinæ Maiestati supplicare, vt hunc Pontificem nobis quàm diutissimè seruet incolumem, vt sanctissimos animi sui conceptus, optimaque proposita ad honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ feliciter exsequatur.

FINIS.

I
ONVPHRII
PANVINII VERO-
NENSIS, FRATRIS EREMITAE
AVGVSTINIANI, PONTIFICVM
ROMANORVM CHRO-
nicon.

Anni Christi. Numerus Pontificu.

Anni. Menses. Dies.

44

1

SANCTVS SIMON PETRVS Cephæ, Iohannis filius Bethsaidensis, Capharnaitani agri, Galilæus, D. N. Iesu Christi discipulus, atque ab eo princeps Apostolorum constitutus. primus Romanam ecclesiam fundavit, erexitque, ac in ea episcopus primus, Ti. Claudio Cæsare Augusto Germanico, & Imp. Nerone Claudio Cæsare Augusto Germanico, sedit annos

A die x v. Kal. Februarij Ti. Claudio Drusi F. Cæsare Augusto Germanico III. & L. Vicellio P. F. iterum consulibus, qui annus erat post Christi natale 44. Quo primum Urbem ingressus est. vsque ad diem III. Kal. Iulij L. Fonteio L. F. Capitone. C. Iulio C. F. Rûso Consulibus: is annus post Christum natum erat 68. Quo Imp. Nerone Claudio Cæsare Augusto, Romæ capite deorsum verso crucifixus est, atque in Vaticano secundum viam Triumphalem sepultus.

24

5

12

57

Beatus Petrus Apostolus Urbis Romæ episcopus, quum vnus pascendæ plebi non sufficeret, duos Chorepiscopos sive coadiutores ordinavit, Linum, & Cletum, quibus sacramenta Christianis exhibentibus, ipse orationi, & prædicationi, populum erudiens, vacaret.

68

Sanctus episcopus Petrus, paulò ante obitum suum, quum martyrij sui tempus appropinquare cognovisset, B. Clementem S. R. E. veterem presbyterum, episcopum Romanum designatum in successorem suum, per manuum impositionem delegit, ei que cathedram episcopalem, & Romanam catholicam ecclesiam, post se ab eo regendam commendans: Ego (inquit) eandem tibi potestatem ligandi, atque soluendi trado, quam mihi dominus meus Iesus Christus reliquit, in qua speretis, ac contemptis rebus omnibus, tum corporis, tum fortunæ, oratione & prædicatione, salutem hominum (vt bonum pastorem decet) consule.

His itaque sic dispositis, quum ordinationes aliquot Romæ mense Decembri fecisset, quibus episcopos VI. presbyteros X. & diaconos VII. creavit, non longè post cum doctore gentium sancto Paulo apostolo martyrio coronatus, migravit ad cælum, anno post passionem Domini XXXIII. mense III. die IIII.

AAA

San

Anni Christi	Numerus Pontificū	PONTIFICES	Anni	Menses.	Dies.
57	2	<p>Sanctus Linus Herculani filius, Volaterranus Thufcus, Petri apostoli discipulus, & ab eo viuentē cum sancto Cleto Chorepiscopus, siue coadiutor Romanæ ecclesiæ ordinatus, sedit Romæ, absente vt plurimum Petro annos</p> <p>Creatus Imp. Nerone Claudio Cæsare Augusto Germanico, Q. Volusio, L. F. Saturnino, P. Cornelio P. F. Scipione Cof. anno Christi nati 57. pridie Idus Iunij, & sedit vsque ad annum salutis 68. & 1x. Kal. Octobris diem, quo Imp. Nerone Cæsare Augusto, L. Fonteio, L. F. Capitone & C. Iulio C. F. Rufo consulibus, quum esset etiam S. Clementis primi post S. Petrum apostolum episcopi Romani Chorepiscopus, siue coadiutor, altero mense, & die xxvi. à beati Petri morte capite cæsus est, & iuxta eiusdem apostoli corpus, propè Caij, & Neronis circum in Vaticano sepultus, ordinationibus duabus, B. Petri apostoli mandato celebratis, quibus episcopos xv. presbyteros xviii. & diaconos . . . creat</p>	11	3	12
68	3	<p>Sanctus Clemens Faustini filius, Romanus de regione II. Cælimontium, ex S. R. E. presbytero, primus post sancti Petri apostoli mortem Romanus Episcopus paulo ante ipsius obitum ab eodem designatus, Imp. Nerone Claudio Cæsare Augusto Germanico, Ser. Sulpicio, C. F. Galba Imp. Cæsare Augusto, Imp. M. Saluio Othone Cæsare Augusto, A. Vitellio, L. F. Germanico Imperatore Augusto, & Imp. Cæsare. T. Flauio Vespasiano Augusto, Romæ sedit annos</p> <p>A die III. Kal. Iul. anni eiusdem 68. vsque ad annum Christi 77. diem que 1x. Kal. Decemb. quo Imp. Cæsare Vespasiano Augusto vii. & Tito Cæsare Augusti filio V. Cof. quum in Ponto, vbi in exilium actus fuerat, in mare missus fuisset, ibidem sepultus iacuit. vsque ad Nicolai papæ tempora, quibus Romam transfatus in basilica suo nomini dicata conditus est. Ordinationes porro duas mense Decemb. fecerat, quibus episcopos xv. presbyteros x. & diaconos 2. creauit.</p>	9	4	16
77	4	<p>Sanctus Cletus Aemiliani filius, Romanus, de regione V. Esquilina quartus in ordine episcoporum Romanorum addito Lino, secundus verò post Petrum apostolum papa. Imp. Cæsare T. Flauio T. F. Vespasiano Augusto, Imp. Tito. Cæsare Vespasiano Augusto, & Imp. Cæsare Flauio Domitiano Augusto Germanico, sedit annos</p> <p>Qui cum Chorepiscopus, siue coadiutor Clementis, quemadmodum etiam antè & Petri fuerat, remansisset, Clemente legato Romanam ecclesiam rexit, atque post eius obitum, vt antiquior in religione christiana discipulus, & de ea præ cæteris bene meritus episcopus Romanus confirmatus fuit, audita Clementis morte, omnium presbyterorum, & reliquorum clerici ordinum,</p>	6	5	3

Anni Christi.	Numerus Pontifici.	ROMANI.	Anni.	Menfes.	Dies.
		<p>dinum, plebiſque ſuffragijs, quum antea ſub SS. Petro & Clemente. Chorepiſcopus ſiue coadiutor fuiſſet annos 20. menſ. 5. dies 12.</p> <p>Sedit igitur à die obitus ſancti Clementis, id eſt, 1x. Kal. Decemb. vſque ad annum Chriſti 84. quo vi. Kal. Maij Imp. Cæſare Flauio Domitiano, Aug. Germanico 1x. & T. Virginio Rufo 2. conſulibus, quum ordinationem vnã xxv. preſbyterorum feciſſet, occiſus eſt, & in Vaticano iuxta ſanctum Petrum, prope Apollinis templum ſepultus. Sedit autem omnino Romę, tam in Chorepiſcopatu, quã in pontificatu annos 26. menſes 10. dies 15. Quo mortuo paſtore, tunc primũ vacauit Romana ſedes per dies</p>			
84	5	<p>Sanctus Anacleus Antiochi filius, Athenienſis Græcus, S. R. E. preſbyter à beato Petro apoſtolo ordinatus, quintus pontifex Romanus, Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Aug. Germanico Romę, ſedit annos</p> <p>Creatus 4. Nonas Maij, occiſus 4. Idus Iulij, anno Chriſti 96. Imp. Cæſare Domitiano Aug. Germanico 17. & T. Flauio Clemente conſulibus, & iuxta ſanctum Petrum in Vaticano ſepultus, quum ordinationes duas epiſcoporum 6 preſbyterorum 5 & diaconorum 3 menſe Decemb. feciſſet. Quo mortuo paſtore, Romana ſed. vac. dies</p>	0	0	7
96	6	<p>Sanctus Euaristus Iudæ filius Berhleemites Syrus, Græcus, Imp. Cæſ. T. Flauio. Domitiano Auguſto Germanico Imp. M. Cœccio Nerua Cæſare Auguſto, & Imp. Cæſ. Nerua Traiano optimo Auguſto Germanico Dacico, ſedit annos</p> <p>Creatus 6. Kalend. Auguſti. Et quum ordinationes tres menſe Decembri feciſſet, quibus epiſcopos 5. preſbyteros 6: & diaconos duos creauit, 7. Kalend. Nouembriſ anno Chriſti 109. occiſus eſt, & iuxta ſancti Petri corpus in Vaticano ſepultus Ap. Annio Trebonie Gallo, & M. Atilio Metilio Bardua Coſ. Eo mortuo, vacauit ſedes dies</p>	12	2	10
109	7	<p>Sanctus Alexander Alexandri filius, Romanus, de vico caput Tauri, Imp. Cæſare Nerua Traiano optimo Auguſto Germanico Dacico Parthico, ſedit annos</p> <p>Creatus 17. Kalend. Decemb. Et quum ordinationes tres menſe Decemb feciſſet, quibus epiſcopos quinque, preſbyteros ſex, & diaconos duos legit, V. Nonas Maij anno ſalutis 117. cum Euentio, & Theodulo diaconis occiſus eſt, & via Nomentana ſeptimo ab Vrbe lapide ſepultus L. Aemilio Aeliano, & L. Antiftio Vetere conſulibus. Quo mortuo, vacauit ſedes dies</p>	0	0	13
117	8	<p>Sanctus Xystus Paſtoris filius, Romanus de regione 7. via Lata. ex preſbytero S. R. E. Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto, & Imp. Cæſare Traiano Hadriano Auguſto, ſedit annos</p>	13	3	0
			0	0	19
			7	5	19
			0	9	25
			9	19	9

Annus Christi.	Numero Pontificis.	PONTIFICES			Annus.	Menses.	Dies.
	4						
		Creatus IIII. Kalendas Iunij. Et quum ordinationes tres mense Decembri episcoporum IIII. presbyterorum XI. & diaconorum III. fecisset, v III. Idus Aprilis, anno salutis 127. occisus est, & in Vaticano sepultus, M. Lollio Pedio Vero, & Q. Iunio Lepido Bibulo Cofs. Vacavit sedes Romana dies			0	0	2
127	9.	Sanctus Telephorus Anachoretę filius, Gręcus, presbyter S. R. E. Imp. Cęsare Traiano Hadriano Augusto, sedit annos.			10	8	23
		Creatus v. Idus Aprilis. Ordinationibusque quatuor episcoporum XII. presbyterorum XI. & diaconorum VIII. mense Decembri factis, Nonis Ianuarij, anno Christi 138. occisus est, ac in Vaticano iuxta sanctum Petrum sepultus, L. Aelio Hadriano Augusti filio Vero Cęsare I I. & P. Coelio P. F. Balbino Vibullio Pio. Cofs. Vacavit sedes dies			0	0	7
138	10.	Sanctus Hygeinus Philosophi filius Atheniensis, Gręcus, presbyter S. R. E. Imp. Cęsare Traiano Hadriano Aug. Imp. Cęsare T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio, sedit annos			4	0	0
		Creatus Idibus Ianuarij Qui quum ordinationes tres mense Decembri fecisset, quibus episcopos sex, presbyteros XV. & diaconos V. ordinavit, III. Idus Ianuarij, anno Christi 124. mortuus est, & in Vaticano sepultus, M. Peducaeo Syloga Priscino, & T. Hoenio Seuero Cofs. Vacavit sedes dies			0	0	3
142	11.	Sanctus Pius Rufini filius Aquileiensis, presbyter S. R. E. Imp. Cęsare T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio, sedit annos			11	5	27
		Creatus XXIIX. Kal. Februarij. Et quum ordinationes quinque mense Decembri episcoporum XII. presbyterorum XXIIX. & diaconorum XI. fecisset, v. Idus Iulij, anno Domini 153. mortuus est, & in Vaticano sepultus, Sex. Acilio Manio F. Glabrigone, & C. Valerio G. F. Omollo Veriano Cofs. Vacavit sedes dies			0	0	13
153	12.	Sanctus Anicetus Ioannis filius de vico Humisfa, Syrus, S. R. E. presbyter, Imp. Cęsare T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio, Imp. Cęsare M. Aurelio Antonino Aug. & Imp. Cęsare L. Aelio Aurelio Vero Antonino Aug. sedit annos.			9	8	24
		Creatus VII. Kalendas Augusti. Ordinationes quinque episcoporum IX. presbyterorum XV. & diaconorum I V. mense Decembri fecit, Martyrio coronatus XV. Kal. Maij, anno salutis 163, & via Appia in coemeterio. quod postea Calisti appellatum est, tertio ab Vrbe lapide sepultus. Q. Iunio Rustico I I. & Vettio Aquilino Cofs. Vacavit sedes dies			0	0	17
163	13.	Sanctus Concordius Soter Concordij filius, Fundanus. Imp. Cęsare M. Aurelio Antonino Augusto, & Imp. Cęsare L. Aelio Aurelio Vero Antonino Augusto, sedit annos.					

Anni Christi.	Numerus Pontificū.	ROMANI.	Anni	Menfes	Dies.
		annos	7	11	18
		Creatus I I I. Nonas Maij. Et quum ordinationes v I. mense Decembri fecisset, quibus episcopos x I. presbyteros x v I I I. & diaconos I x. creauit, x. Kal. Maij. anno 171. mortuus est, ac via Appia ad Catacumbas in cœmeterio, quod postea Calisti nomen tulit, sepelitur, M. Aurelio Seuero Cethego, & L. Iunio Clare Cofs. Vacauit sedes dies	0	0	21
171	14	Sanctus Habundius Elenitherus Habundij filius Nicopolitanus, Græcus S. R. E. diaconus, Imp. Cæsare M. Aurelio Antonino Augusto, & L. Aelio Aurelio Commodo Augusto, sedit annos	15	0	13
		Creatus pridie Idus Maij. Ordinationes tres mense Decembri habuit, episcoporum xv. presbyterorum xii. & diaconorum v I I I. Mortuus est v I I. Kal. Iunij, anno Christi 186. & in Vaticano sepultus: Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua Cofs. Quo mortuo, sedes Romana vacauit dies	0	0	5
186	15	Sanctus Victor Felicis filius, Afer, Imp. Cæsare M. Aurelio Commodo Antonino Pio Felice Aug. Imp. Cæsare P. Heluio Pertinace Augusto, Imp. Cæsare M. Didio Iuliano Augusto, & Imp. Cæsare L. Septimio Seuero Pio Pertinace Augusto, sedit in cathedra sancti Petri Romæ annos	12	3	28
		Creatus Kalendis Iunijs. Qui quum ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus episcopos x I I. presbyteros I v. diaconosque v I I. legit. v. Kal. Augusti, anno Christi 198. obiit, & in Vaticano sepelitur, Ap. Claudio Laterano, & M. Mario, M. F. Titio Rufino consulibus. Quo mortuo pastore, sancta Romana sedes vacauit dies	0	0	13
198	16	Sanctus Habundius Zephyrinus Habundij filius, Romanus, Imp. Cæsare L. Septimio Seuero Pio Pertinace Augusto, Imp. Cæsare M. Aurelio Antonino Caracalopio Felice Aug. & Imp. Cæsare M. Opelio Seuero Marcinio Felice Augusto, sedit annos	20	0	17
		Creatus I v. Idus Augusti. Ordinationes I v. mense Decembri fecit, quibus episcopos x I I I. presbyteros x I I I. & diaconos v I I. creauit. Obiit v I I. Kal. Sept. anno Domini 218. & in cœmeterio suo iuxta Catacumbas, via Appia sepultus est Bruttio præsentē, & Extricato consulibus. Vacauit sedes dies	0	10	6
218	17	Sanctus Domitius Calistus Domitij filius, Romanus, de vico Castrorum Rauennatium, Imp. Cæsare M. Opelio Macrino Felice Augusto, Imp. Cæsare M. Aurelio Antonino Pio Felice Aug. Elagabalo, & Imp. Cæs. M. Aurelio Seuero Alexandro Pio Felice Augusto, sedit annos	5	1	13
		Creatus I v. Nonas Septembris. Et quum ordinationes v. mense Decembri, episcoporum v I I I. presbyterorum			

Annus Christi	Numerus officii	6	PONTIFICES	Annus	Menfes	Dies
			rorum xvi. & diaconorum iv. feciffet, pridie Idus Octobris, anno Chrifti 223. occifus est, ac in cœmeterio Calepodij via Aurelia, tertio ab Vrbe lapide feptus, Imp. Cæfare M. Aurelio Antonino Elagabalo P. F. Augusto iv. & M. Aurelio Seuero Alexandro nobiliffimo Cæfare confulibus. Vacauit fedes dies	0	0	6
223	18		Sanctus Vrbanus Pontiani filius Romanus, Imp. Cæfare M. Aurelio Seuero Alexandro Pio Felice Augusto, fedit annos	7	7	5
			Creatus xvii. Kal Nouemb Ordinationes v. de mense Decembri fecit, epifcoporum viii. presbyterorum ix. & diaconorum v. Martyrio coronatus v. i. i. Kalend. Iunij, anno Chrifti 231. feptus est via Appia, in cœmeterio Prætextati, Agricola & Clementino Cof. Vacauit fedes dies	0	0	23
231	19		Sanctus Calpurnius Pontianus Calpurnij filius, Romanus, Imperatore Cæfare M. Aurelio Seuero Alexandro P. F. Augusto, fedit annos	5	5	2
			Creatus xiiii. Kal. Iulij. Qui quum ordinationes duas mense Decembri feciffet, quibus epifcopos sex, presbyteros sex, diaconos quinque creauit, anno 236. in exilium actus est in Insulam Sardiniam, vbi xiii. Kal. Decembris obiit. Cadauer Romam relatum, in cœmeterio Calisti via Appia feptum est, L. Catilio Seuero, & L. Ragonio Vriatio. Tufconio Quinctiano Cof. Vacauit fedes diem	0	0	1
236	20		Sanctus Anterus Romuli filius, Græcus, Imp. Cæfare C. Iulio Maximino Germanico, Pio Felice Augusto, fedit mensem	0	1	14
			Creatus in Sardinia, die post mortem Pontiani, xi. Kal. Decembris; & quum Romæ mense Decembri epifcopum tantum vnum creaffet. I. i. Nonas Ianuar. anno 237. occifus est, ac via Appia in cœmeterio Calisti feptus. Imp. Cæfare C. Iulio Maximino P. F. Aug. Germanico, C. Iulio Africano viro clariffimo Cof. Vacauit fedes Romana dies	0	0	6
237	21		Sanctus Fabius Fabianus Fabij filius, Romanus, Imp. Cæfaribus Maximino, Augusto, D. Cœlio Balbino, M. Clodio Pupieno Maximo, M. Antonio Gordiano, M. Iulio Philippo, C. Messio Quinto Traiano Decio, Pij Felicibus Augustis, fedit annos	14	0	11
			Creatus iv. Idus Ianuarij. Ordinationibusque v. mense Decembri epifcoporum xi. presbyterorum xii. & diaconorum v. i. i. factis, xiii. Kalendis Februarij, anno Chrifti 251. occifus est, & in cœmeterio Calisti via Appia feptus, Imp. Cæfare Cn. Messio Quinto Traiano Decio P. F. Aug. I. I. & I. Annio Gato viro clariffimo Cof. Vacauit fedes propter temporum difficultatem menses	0	5	21
251	22		Sanctus Cornelius Casti ni filius, Romanus, ex presbytero			

Anni Christi	Numerus Pontificu	ROMANI.	Anni	Menfes	Dies
		bytero S.R.E. Imperatoribus Cætaribus Cn. Melfio Traiano Decio C. Vibio Treboniano Gallo, & C. Vibio Volufiano, Pijf Felicibus Auguftis, fedit annos			
252	1	Creatus I v. Idus Iulij. Et quum ordinationes duas mense Decembri feciffet, epifcoporum v i i. presbyterorum I v. & diaconorum I v. die xviii. Kalendas Octobris capite cæfus est, ac iuxta cœmeterium Califti via Appia, in prædiolo Luciniæ, prope harenarium, in crypta feptultus, anno Chrifti 253. Imp. Cæff. C. Vibio Treboniano Gallo I I. & C. Vibio Volufiano, Pijf Felicibus Augg. Conft. Vacat fedes menf.	2	2	3
		<i>Novatiani Romanus, S. R. E. presbyter, in schifmate contra S. Cornelium papam a chore Novato presbytero Carthaginensis eccl. sue creatus fedit annos plus minus</i>	0	2	5
		<i>Occifus Romæ tempore Xysti II. papæ, in persecutione Valeriani Imperatoris.</i>	6		
		<i>Schifma primam in Romana ecclesia, inter S. Cornelium Papam, & Novatum Antipapam.</i>			
253	23	Sanctus Lucius Porphyrij filius, Romanus, Imp. Cæfaribus, Gallo, Treboiano, C. Iulio, Aemiliano, Valeriano, & Gallieno, Pijf Felicibus Auguftis, fedit annum	1	3	13
		Creatus xii. Kalend. Decembris. Ordinationes duas mense Decembri fecit, quibus epifcopos vii. presbyteros iv. & diaconos totidem ordinavit. Martyrio coronatus iv. Nonas Martij, anno Chrifti 255. & in cœmeterio Califti, via Appia feptultus, Imp. Cæff. Valeriano I I. & Gallieno Augg. Cofl. Vacavit fedes mensem	0	5	5
255	24	Sanctus Iulius Stephanus Iulij filius, Romanus, S. R. E. archidiaconus à Cornelio papa factus. Imp. Cæff. P. Licinio Valeriano, & P. Licinio Gallieno, Pijf Felicibus Auguftis, fedit annos	2	3	25
		Creatus v. Idus Aprilis. Ordinationes duas mense Decembri fecit, epifcoporum 4. presbyterorum 6. & diaconorum 5. Capite cæfus 4. Nonas Augufti, & in cœmeterio Califti, via Appia feptultus, anno Chrifti 257. M. Valerio Maximo 2. & Manio Acilio Glabrione viris clariffimis Cofl. Vacavit fedes mensem	0	1	12
257	25	Sanctus Xystus 2. iunior, Philofophi filius Athenienfis. Græcus, Imp. Cæff. Valeriano, & Gallieno Auguftis, fedit annum	1	10	23
		Creatus 17. Kalend. Octobris. Et quum ordinationes duas mense Decembri feciffet, epifcoporum 2. presbyterorum 4. & diaconorum 7. capite cælus est 8. Idus Augufti, atque in cœmeterio Califti feptultus, anno Dom. 259. M. Aurelio Memmio Fulco, & P. Pomponio Baffio viris clariffimis Cofl. Vacavit eo occifo fedes Romana menses	0	11	15
		Quo tempore presbyteri S. R. E. præfuerunt, immantiffima perfecutione comitia pontificalia Romæ prohibente.			

Anni Christi.	Numeri Pōtificū.	8	PONTIFICES:	Anni.	Menses.	Dies.
260.	26		Sanctus Dionysius Monachus, Imp. Cæsaribus Valeriano, Gallieno, & M. Aurelio Claudio, Pij Felicibus Augustis, sedit annos.	10	5	5
			Creatus xi. Kal. Augusti Fulvio Aemiliano, & Pomponio Basso I. L. viris clarissimis Coss. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum vii. presbyterorum xii. & diaconorum vi. Obijt vii. Kal. Ianuarij, & in cœmeterio Calisti sepultus, anno Christi 270. Imp. Cæs. M. Aurelio Claudio P. F. Aug. I. L. & ::: Ouinio Paterno viro clarissimo Coss. Vac. sed. dies.	•	•	5
271.	27		Sanctus Felix Constantij filius, Romanus, Imperatoribus Cæsaribus M. Aurelio Claudio, & M. Valerio Aureliano, Pij Felicibus Augustis, sed. annos.	4	5	
			Creatus Kal. Ianuarij ineunte anno Domini 271. Flauio Antiochiano, & ::: Furio Orfito V. CC. Cons. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum v. presbyterorum ix. & diaconorum v. Occisus est I I I. Kal. Iunij, anno Christi 275. & via Aurelia, in cœmeterio suo, secundo ab Vrbe lapide sepultus, Imp. Cæsare Aureliano Augusto I I. & C. Capitolino V. C. Coss. Vacauit sedes dies.	•	•	5
275	28		Sanctus Eutyechianus Maximi filius Lunensis, Tuscus, Imp. Cæsaribus Aureliano, M. Claudio Tacito, M. Anno Floriano, M. Aurelio Valerio Probo, M. Aurelio Caro, & filijs Carino & Numeriano, Pij Felicibus Augustis, sedit annos.	8	6	4
			Creatus Nonis Iunij. Et quum ordinationibus quinque mense Decembri habitis, episcopos ix. presbyteros xiv. & diaconos v. fecisset, vi. Idus Decembris, anno 283. occisus est, & in cœmeterio Calisti sepultus, Imp. Cæs. M. Aurelio Caro I I. & M. Aurelio Carino Augustis Coss. Vacauit sedes dies.	•	•	8
283	29		Sanctus Caius Caij filius, Salonitanus Delmata, ex genere Imperatoris Diocletiani, Imp. cæsaribus M. Aurelio Carino, M. Aurelio Numeriano, c. Valerio Diocletiano, & M. Valerio Maximiano, Pij Felicibus Augustis, sedit annos.	12	4	6
			Creatus xvi. Kalend. Ianuarij. Ordinationibusque quattuor mense Decembri factis, episcoporum v. presbyterorum xxv. & diaconorum. v I I I. die x. Kalend. Maij anno 296. capite cæsus est, & in cœmeterio Calisti sepultus, Imp. Cæsare Diocleriano Aug. v I. & Fl. Valerio Constantio nobilissimo, cæsare iterum Coss. Vac. sed. menses.	•	•	8
296	30		Sanctus Marcellinus Proiecti filius, Romanus, Imp. Cæs. Diocleriano, Iouio, & Maximiano Herculeo, Pij Felicibus Augustis, sedit annos.	7	9	27
			Creatus Kal. Iulij. Qui quum ordinationes duas mense Decembri fecisset, episcoporum v. presbyterorum iv. & diaconorum I I. capite cæsus est vi. Kalend. Maij, anno			

Anni Chr. sti.	Numerus Pontificis	ROMANI.	9	Anni.	Menfes.	Dies.
		anno Christi 304. ac via Salaria in cœmeterio Priscillæ, loco qui dicebatur Cubiculus clarus, in Crypta, iuxta corpus sancti Crescentionis sepultus, Imp. Cæs. Diocletiano IX. & Maximiano. V. I. I. Augg. Conf. Vacauit sedes eo octo menses.		0	2	0
311	31	Sanctus Marcellus Benedicti filius, Romanus, de regione V. I. I. Via lata. S. R. E. presbyter Cardinalis, Imp. Cæsaribus Fl. Valerio Constantio Chloro, C. Galerio Valerio Maximiano, Fl. Valerio Constantino Magno & M. Aurelio Maxentio, Pij Felicitibus Augustis, sedit annos.		5	6	21
		Creatus v. Kalend. Iulij. Ordinationes aliquot mense Decembri fecit, episcoporum XXI. presbyterorum XXV. & diaconorum II. Obijt XVII. Kalend. Februarij. damnatus in equorum stabulo anno Christi 310. & in cœmeterio Priscillæ via Salaria sepultus est, II. post consulatum Maximiani Augusti. V. I. I. & Diocletiani Iouij x. Vacauit sedes dies.		0	0	20
310	32	Sanctus Eusebius Medici filius, alias Medicus, Græcus, Imp. Cæsaribus C. Galerio Valerio Maximiano, C. Valerio Aurelio Constantino Magno, & M. Aurelio Maxentio, Pij Felicitibus Augustis, sedit annum.		11	7	27
		Creatus v. I. I. Idus Febr. Ordinationem vnam mense Decembri fecit, episcoporum XIV. presbyterorum XIII. & diaconorum III. Excessit I v. Nonas Octobris, anno Christi 311. & via Appia, in crypta iuxta cœmeterium Calisti sepultus, Imp. Cæs. Maximiano V. I. I. & Licinio Augg. Conf. Vac. sed. dies.		21	0	7
311	33	Sanctus Miltiades Afer, S. R. E. presbyter cardinalis, Imp. Cæs. Constantino Maximo, & Licinio Aug. sedit annos.		3	2	0
		Creatus VI. Idus Octobris. Ordinationem vnam mense Decembri fecit, episcoporum XIII. presbyterorum VII. & diaconorum V. Mortuus est I v. Idus Decembris, anno 314. & in cœmeterio Calisti sepultus, C. Ceionio Rufio Volusiano, & Anniano VV. CC. Coss. Vacauit sedes dies.		0	0	17
341	34	Sanctus Siluester Rufini filius, Romanus, S. R. E. presbyter Cardinalis, à Marcellino papa factus, Imp. Cæsare Constantino Maximo Augusto, sedit annos.		20	0	4
		Creatus v. Kal. Decembris ineunte anno Christi 315. Ordinationes sex mense Decembri fecit, episcoporum LXV. presbyterorum XLII. & diaconorum XXVI. Obijt pridie Kal. Ianuarij finito anno Domini 335. sepultus in cœmeterio Priscillæ via Salaria, tertio ab Vrbe lapide, Fl. Valerio Constantio & C. Ceionio Rufio Albino VV. CC. Coss. Vacauit sedes dies.		0	0	15
325	I.	Sancta, & vniuersalis prima synodus Nicæna cccxix. episcoporum contra Arium presbyterum Alexandrinum, christum creaturam esse affirmantem collecta,				

Anni Christi.	Numer ⁹ Pōtificū.	10	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
			lecta, mense Aprilis, M. Iunio Cæsonio Nicomacho Anicio Fausto Paulino, & P. Ceionio Iuliano Camænio VV. CC. Conff.			
336	35		Sanctus Marcus Prisci filius, Romanus, S. R. E. diaconus cardinalis à sancto Miltiade papa factus, Imp. Cæf. Fl. Constantino Maximo Augusto, sedit menses Creatus xviii. Kal. Febr. Fl. Popillio Nepotiano & Faundo VV. CC. Conff. Ordinationem vnam fecit, episcoporum v. I. presbyterorum v. & diaconorum v. I. Obijt eodem anno Nonis Octobris, & in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina sepultus. Vacauit sedes dies	0	8	22
336	36		Sanctus Iulius Rustici filius, Romanus, S. R. E. diaconus, cardinalis à sancto Siluestro factus, Imp. Cæsaribus Constantino Maximo Augusto, & filijs eius Constantino & Constantio iunioribus, Constanteque, Pij Felicibus Augustis, sedit annos Creatus v. Kal. Nouembris. Ordinationes tres mense Decembri fecit, episcoporum ix. presbyterorum xix. diaconorum I v. Obijt pridie Idus Aprilis, anno 353. & in cœmeterio Calepodij via Aurelia, tertio ab Vrbe lapide sepultus Constantio Aug. v. I. & Gallo Nob. Cæfare I I. Conff. Vacauit sedes dies	0	0	20
333	37		Sanctus Liberius Augusti filius, Romanus, S. R. E. diaconus, cardinalis à sancto Siluestro papa factus, Imp. Cæsaribus Fl. Iulio Constantio, Fl. Claudio Iuliano, Fl. Iouiniano, Fl. Valentiniano, & Fl. Valente, Augustis, sedit annos Et primùm ante schisma, & eius relegationem in pace sedit annos 2. menses 3. dies 7. Creatus v. I. I. Idus Maij, pontificatu ab Imp. Cæfare Constantio Augusto exactus, & in exilium in Beroëam Thraciæ missus, pridie Idus Augusti, anno Christi 357. Mauortio Lolliano & Arberione VV. CC. Conff. Absuit ann. 2. mens. 3. dies 3.	16	5	16
357			De exilio reuocatus xvii. Kalend Decemb. Romam reuersus, in Suburbio ad sanctam Hagnetem permansit vsque ad I v. Nonas Augusti sequentis anni 358. quo die Romam ingressus, pontificatum Romanum administravit, illumque in schismate iterum tenuit: annos 8. menses 10. dies 10. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum xix. presbyterorum xix. & diaconorum v. Obijt v. I. I. Kalend. Octobris, anno Christi 366. sepultus via Salaria in cœmeterio Priscillæ, Fl. Gratiano nobilissimo puero, & Dagalaifo V. C. Coss. Vacauit sedes dies	0	0	25
355	2		Felix II. Iunior Anastasij filius, Romanus, S. R. E. archidiaconus, vel diaconus, Cardinalis à sancto Iulio papa factus, Imp. Cæf. Fl. Constantio Aug. sedit in schismate contra Li. papam ann. Et primùm solus pulso Liberio, annos 2. mens. 3. dies 3. Creatus pridie Idus Augusti viuentis Liberio papa, pontificatus iura	13	4	17
				0	0	6
				10		

Anni Christi.	N. Pontificis	ROMANI.	Anni.	Menſs.	Dies.
		<i>intra ei abrogata ſunt, reſtituto Liberio XV III. Kal. Decemb. anno Chriſti 325. Conſtanzo Aug. IX. & Fl. Claudio Iuliano nob. Cæſ. II. Conſſ. Quæ ordinationem unam meſe Decemb. epiſcoporum XIX. preſbyterorum XXI. & diaconorum V. ſciſſ. t. Felix obiit anno 365, X. Kalend. Decembris, ſepultus via Ar. libri baſilica ſua, Imp. Cæſſ. Valentiniano, & Valente Augg. Conſſ.</i>			
355		<i>Schifina ſecundum in eccleſia Romana inter Liberiam & Felicem.</i>			
366	38	Sanctus Damasus Antonij filius ex oppido Vimarenſi, diocæſis Bracarenſis, Luſitanus Hispanus, S. R. E. diaconus. Imp. Cæſaribus Valentiniano, Valente, Gratiano, Valentiniano iuniore, Theodoſio, & Arcadio Auguſtis, fedit annos	18	2	11
		Creatus, & conſecratus Kal. Octobris. Ordinationes quinque meſe Decembri fecit, epiſcoporum lxxij. preſbyterorum xxxj. & diaconorum jx. Obijt Romæ 3. Idus Decembris, anno Chriſti 384. & via Ardeatina in baſilica ſua ſepultus, Fl. Ricimere, & Fl. Clearco VV. CC. Conſſ. Vac. ſed. dies			
366	3	<i>Vrſicinus Romanus, S. R. E. diaconus Cardinalis in ſchiſmate creatus contra Damasum diaconum, conſecratur à Paulo epiſcopo Tiburtino VII. Kal. Octobris, die poſt obitum Liberij, qui Imp. Cæſſ. Valentiniano, & Valente Auguſtis, fedit annum.</i>	0	0	17
366		<i>Anno ſequenti 367. XVI. Kal. Decembris ſpontè abdicauit, & factus eſt epiſcopus Neapolitanus, Lupicino & Iouino VV. CC. Conſſ. Schiſma tertium in eccleſia Romana, inter Damasum & Vrſicinum.</i>	1	1	23
		Præcedentium pontificum idem eſt dies creationis & conſecrationis, quod ſequenti tempore obſeruatum non eſt.			
388	11	Sancta & vniuerſalis ſynodus ſecunda Conſtantinopolitana, epiſcoporum CL. contra Macedonium epiſcopum Conſtantinopolitanum, ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicentem, congregata, Flauio Annio Eucherio, & Poſthumo Syagrius VV. CC. Conſſ.			
384	39	Sanctus Siricus Tiburrij filius, Romanus, S. R. E. diaconus Cardinalis, Imp. Cæſaribus Flauijs Valentiniano iuniore, Theodoſio Arcadio, & Honorio Auguſtis, fedit annos	13	2	25
		Creatus, & conſecratus I v. Kalend. Ianuarij ineunte anno Chriſti 388. Ordinationes quinque meſe Decembri fecit, epiſcoporum xxxii. preſbyterorum xxxi. & & diaconorum xvi. Obijt v. Idus Martij anno Chriſti 398 ſepultus in cœmeterio Prifcille via Salaria, Imp. Cæſa. & Fl. Honorio Auguſto I v. & Fl. Eutychiano V. C. Conſſ. Vac ſed. meſ.	0	0	15
398	40	Sanctus Anaſtaſius Maximi filius, Romanus, S. R. E. preſbyter Cardinalis, Imp. Cæſ. Arcadio & Honorio Auguſtis fedit annos	3	0	21
		Creatus, & conſecratus vii. Idus Aprilis. Ordinationes			

Anni Christi.	Numerus Pötificü.	12	PONTIFICES	Anni.	Menſes.	Dies.
			nes duas menſe Decembri fecit, epiſcoporum x. preſbyterorum I x. & diaconorum v. Obijt v. Kal. Maij, anno Chriſti 401. ſepultus in cœmeterio ſuo iuxta vicum Vrſi pileati intra Vrbeſ, prope locum, vbi nunc eſt baſilica ſanctæ Vibianæ, Ragonio Vincentio Celſo, & Fl. Frauita VV. CC. Conſſ. Vacauit ſedes dies	0	0	10
401	41		Sanctus Innocentius Innocentij filius, Albanus, S. R. E. diaconus Cardinalis, Imp. Cęſſ. Arcadio, Honorio, & Theodoſio iuniore Auguſtus, ſedit annos Creatus, & conſecratus v I I I. Idus Maij. Quum Ordinationes quattuor menſe Decembri, epiſcoporum L I I I I. preſbyterorum x x x. & diaconorum x v I I. feciſſet v Kal. Auguſti anno Chriſti 416. mortuus eſt, & in cœmeterio ad Vrſum pileatum ſepultus. Imp. Cęſare Fl. Theodoſio iuniore Aug. v I I. & Iunio I v. Palladio V. C. Conſulibus. Vac. ſedes dies	15	2	44
416	42		Sanctus Zoſimus Habrahami filius Cęſarienſis, Cappadox Græcus, S. R. E. preſbyter Cardinalis ab Innocentio papa factus, Imp. Cęſſ. Honorio, & Theodoſio iuniore Auguſtis, ſedit annos Creatus, & conſecratus XIII. Kal. Sept. Ordinationem vnam menſe Decembri fecit, epiſcoporum viii. preſbyterorum x. & diaconorum I I I. Obijt vii. Kal. Ianuar. ſepultus via Tiburtina, in baſilica ſanctorum Laurentij & Stephani extra muros, iuxta cryptam prope corpus ſancti martyris Laurentij. anno 419. ſinito, Fl. Monaxio, & Fl. Plinta VV. CC. Conſſ. Vacauit ſedes diem	0	0	32
419	43		Sanctus Bonifacius Iucundi preſbyteri filius, Romanus, S. R. E. preſbyter Cardinalis, Imp. Cęſſ. Honorio, & Theodoſio iuniore Augg. ſedit annos Creatus in ſchiſmate, & conſecratus v. Kal. Ianuar. ineunte anno Domini 420. Ordinationem vnam menſe Decembri fecit, epiſcoporum x x x v I. preſbyterorum xiii. & diaconorum I I I. Obijt v I I I. Kal. Nonembris, anno Domini 423. ſepultus via Salaria in baſilica ſanctę Felicitatis martyris, iuxta corpus eius, Ruſio Prętextato Mariniano & M. Aurelio Aſclepiodoto VV. CC. Conſſ. Vacauit ſedes dies	3	4	7
420	4		<i>Eulalius Romanus, S. R. E. archidiaconus, in ſchiſmate electus contra Bonifacium, ſedit menſes</i> Creatus, & conſecratus v. Kalend. Ianuarij in ſine anni 419. coactus abdicauit anno 420. III. Non. Aprilis, & factus eſt epiſcopus in Campania, Theodoſio Aug. Ix. & Fl. Conſtantio nobiliſſ. Cęſare III. Conſſ.	0	0	9
420			<i>Schiſma IV. in eccleſia Romana, inter Bonifacium & Eulalium.</i>	0	3	7
423	44		Sanctus Cęleſtinus Prifci filius, Romanus, S. R. E. diaconus, Imp. Cęſaribus Flauijs Honorio Theodoſio iuniore, & Placidio Valentiniano Auguſtis, ſed. ann. Creatus, & conſecratus pridie Nonas Nouembris fecit	8	5	3

Anni Christi	Numerus Pontificatus	ROMANI.	33	Anni.	Menses.	Dies.
		cit ordinationes tres mense Decembri, episcoporum XLVI. presbyterorum xxxii. & diaconorum xii. obiit v. Idus Aprilis, anno Christi 432. sepultus via Salaria in cœmeterio Priscillæ, Fl. Aëtio & Fl. Valerio VV. CC. Conss. Vacauit sedes dies		0	0	21
430	III.	Sancta & vniuersalis synodus III. Ephesina CC. episcoporum contra Nestorium patriarcham Constantinopolitanum, diuinam in Christo naturam negantem coacta, Theodosio iuniore xiii. & Placidio Valentiniano III. Aug. Conss.				
432	45	Sanctus Xystus III. Xysti filius Romanus, S. R. E. presbyter, Imp. Cæsaribus Theodosio iuniore, & Plac. Valentiniano Augg sedit annos Creatus & consecratus I v. Kal. Maij. Ordinationes quattuor mense Decembri fecit, episcoporum LII. presbyterorum xxix. & diaconorum xii. Obijt v. Kal. Aprilis, anno 440. sepultus via Tiburtina ad sanctum Laurentium extra muros, in crypta iuxta corpus eius, Imp. Cæs. Plac. Valentiniano Aug. V. & Anatolio V. C. Conss. Vacat sed. mens.		7	II	0
440	46	Sanctus Leo Magnus Quinctiani filius, Romanus, S. R. E. Archidiaconus, Imp. Cæsaribus Theodosio iuniore, Plac. Valentiniano, Fl. Marciano, Fl. Anicio Maximo, Fl. Mæcilio Auito, Fl. Iulio Maioriano, & Fl. Leone Augustis, sed. ann. Creatus & consecratus I v. Idus Maij, die Dominico. Ordinationes quattuor mense Decembri fecit, episcoporum cxxcvi. presbyterorum xxci. & diaconorum xxxi. Obijt III. Idus Aprilis, anno 461. & primus omnium Romanorum Pontificum sepultus est in porticu ante basilicam sancti Petri. Seuerino, & Dagaloiso VV. CC. Conss. Vacauit sedes dies		0	I	13
				20	II	0
451	III.	Sancta & vniuersalis synodus I v. Chalcedonenfis Dcxxx. episcoporum contra Dioscorum patriarcham Alexandrinum, & Eutychem Abbatem Constantinopolitanum, corpus Christi fantasticum fuisse dicentes coacta Marciano Aug. & Clodio Adelfio V. C. Conss.		0	0	7
461	47	Sanctus Hilarius Crispini filius, Sardus, S. R. E. diaconus, Imp. Cæsare Fl. Leone, Fl. Vibio Seuero, & Fl. Antemio Augustis, sed. ann. Creatus & consecratus xiii. Kal. Maij. Ordinationes tres mense Decembri fecit, episcoporum xxii. presbyterorum xxv. & diaconorum, v. Obijt v. Kalendas Augusti, anno 467. sepultus ad sanctum Laurentium extra muros, in crypta iuxta corpus Xysti III. papæ. Ioanne & Pufæo VV. CC. Conss. Vacauit sed. dies.		6	3	10
467	48	Sanctus Simplicius Castini, alias Castorij filius Tiburtinus, Latinus. Imp. Cæsaribus Leone seniore, Leone iuniore, Zenone Fl. Antemio, Fl. Anicio Olybrio, Fl. Glicerio, Fl. Iulio Nepote, Fl. Momylo Augusto		0	0	10

Añni Christi.	Numer ⁹ Pōifici.	14	PONTIFICES	Anni.	Men ^{es} .	Dies.
			Augustus, & Rege Gotthorum in Italia Odoacre, sedit ann.	15	6	23
483	49		<p>Creatus, & consecratus 6 Idus Augusti. Ordinationes tres mense Februar. & Decemb. fecit, episcoporum xxix. presbyterorum LVIII. diaconorum XI. Obijt VI. Nonas Martij, anno 483. sepultus in porticu ante Basilicam sancti Petri apostoli in Vaticano, Anicio Fauſto V. C. sine collega Conf. Vacauit sedes dies</p> <p>Sanctus Felix 2. dictus 3. Iunior Felicis presbyteri Cardinalis sanctorum Nerei & Archillei tt. Falcio- la filius, Romanus, Imp. Cæs. Flauijs, Zenone, & Anastasio Augg. & Odoacre Gotthorum in Italia rege, sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus 7. Idus Martij. Ordinationes duas mense Decemb. fecit, episcoporum xxxi. presbyterorum xxix. & diaconorum vi. Obijt v. Kal. Martij, sepultus in basilica sancti Pauli Apostoli, via Ostiensis, anno 492 Imp. Cæs. Fl. Anastasio. Aug. & Fl. Rufino V. C. Conf. Vacauit sedes dies</p>	0	0	6
492	50		<p>Sanctus Gelasius Valerij episcopi filius, Afer, Imp. Cæs. Fl. Anastasio, Dicozo Augusto, & Fl. Theodorico Amalo Gotthorum in Italia rege, sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus V. Nonas Martij. Ordinationes duas mensibus Februar. & Decemb. fecit, episcoporum LXVII. presbyterorum xxxii. & diaconorum II. Obijt XI. Kalend. Decemb. anno Christi 496. sepultus ad sanctum Petrum Apostolum, Paulo V. C. sine collega Conf. Vacauit sedes dies</p>	0	0	5
496	51		<p>Anastasio 2. iunior Petri filius, Romanus de regione Esquilina, Imp. Cæs. Fl. Anastasio Aug. & Theodorico Italia rege, sedit annum</p> <p>Creatus, & consecratus V. Kal. Decemb. Ordinationem vnā mense Decembri fecit, episcoporum xvi. presbyterorum xii. & diaconorum :::: Obijt xiii. Kal. Decembris, anno 498. sepultus ad sanctum Petrum, Decio Paulino & Ioanne Scytha VV. CC. Conf. Vacauit sedes eo mortuo, dies</p>	4	8	19
498	52		<p>Sanctus Cælius Symmachus Fortunati filius, Sardus, Imp. Cæs. Fl. Anastasio Augusto, & Theodorico Gotthorum rege, sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus x. Kal. Decemb. Ordinationes quattuor mense Decembri, episcoporum cxvii. presbyterorum xcii. & diaconorum xvi. fecit. Obijt xv. Kal. Augusti, anno Christi 514. sepultus ad sanctum Petrum in Vaticano, M. Aurelio Cassiodoro Senatore sine collega Conf. Vacauit sed. diem</p>	0	0	2
	5		<p>Laurentius Romanus S. R. E. presbyter Cardinalis, in schismate contra Symmachum papam electus, sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus x. Kalend. Decembris, & anno sequenti pontificatus Romano quum se abdicasset, factus est episcopus Nerusi-</p>	0	0	1
				1

Anni Chr.	Numer ⁹ Pōtificū.	ROMANI.	15	Anni.	Menfes.	Dies.
498 514	53	<p><i>nus, Afclapio, & Ioanne Gibbo VV. CC. Conff.</i> <i>Schifma V. in S. R. E. inter Symmachum & Laurentium.</i> Sanctus Cælius Hormifda Iufti filius, Frufinas Campanus, vel Latinus, Imp. Cæff. Anaftafio, & Iuftino Auguftis, ac Theodorico Italiæ rege, fedit annos</p>		9	0	18
523	54	<p>Creatus, & confecratus xiii. Kal. Augufti: Ordinationem vnā mēfe Decemb. fecit, epifcoporum lv. presbyterorum xxi. & diaconorum ::: Obijt viii. Idus Augufti, anno 523. feptus in bafilica fancti Petri Fl. Anicio Maximo V. C. fine collega Conff. Vacauit fedes dies</p> <p>Sanctus Ioannes Conftantij filius Tufcus, S. R. E. presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachij, Imp. Iuftino Aug: & Theodorico Gotthorum in Italia rege, fedit annos</p>		0	0	1
26	55	<p>Creatus, & confecratus prid. Idus Augufti. Ordinationes aliquot epifcoporum x v. fecit. Exceffit Rauennæ in carcere à Rege Gotthorum Theodorico coniectus vj. Kal. Iunij. Cadauer Romam ilico tranflatum, ad S. Petrum apoftolum feptum est anno Chrifti 526. Anicio Olybrio iuniore V. C. fine collega Conff. Vac. fed. mēf.</p> <p>Sanctus Felix 3. dictus 4. Caftorij filius, Beneuentanus Samnis, S. R. E. presbyter Cardinalis S. Silueftri tt. Equitij, Imp. Cæff. Flauijs Iuftino, & Iuftiniano Magno Auguftis, & Atalarico Gotthorum in Italia rege, fed. annos</p>		0	1	27
530	56	<p>Creatus, & confecratus 8. Kalend. Augufti. Ordinationes duas mēfibus Februario, & Martio, epifcoporum xxix. presbyterorum lv. & diaconorum iv. fecit. Obijt iv. Idus Octob. anno 530. feptus ad fanctum Petrum, Pofthumo Lampadio, & Fl. Orefte VV. CC. Conff. Vacauit fed. dies</p> <p>Bonifacius 2. iunior Sigeuultes filius, Romanus, S. R. E. presbyter Cardinalis tt. fanctæ Cæciliæ, Imp. Cæf. Fl. Iuftiniano Aug. & Atalarico Italiæ rege, fedit annum</p>		4	2	18
530	6	<p>Creatus, & confecratus Romæ 17. Kal. Nouemb. Ordinationeque vna facta obijt 16. Kal. Nouemb. anno 531. feptus ad fanctum Petrum. Post confulatam Lampadij, & Oreftis VV. CC. Vac. fed. mēf.</p> <p><i>Diofcorus Romanus, S. R. E. presbyter Cardinalis, in schifmate contra Bonifacium 17. Kal. Nouemb. creatus, fed. dies</i> <i>Obijt eodem anno, pridie Idus Octobris, feptus ad fanctum Petrum.</i></p>		0	0	3
530 532	57	<p><i>Schifma VI. inter Bonifacium, & Dioforum.</i> Ioannes 2. iunior cognomine Mercurius, Proiecti filius, Romanus de regione Cælio monte, S. R. E. presbyter Cardinalis tt. fancti Clementis, Imp. Cæf. Fl. Iuftiniano Aug. & Atalarico Gotthorum rege, fed. ann.</p>		1	0	2
		<p>Creatus, & confecratus xi. Kal. Februarij, 2. P. C. Lampadij, & Oreftis VV. CC. Ordinationem vnā mēfe Decembri fecit, epifcoporum xxi. presbyterorum xv.</p>		0	3	5
		<p>& dia</p>		0	0	28
				2	4	6

Anni Christi.	Numer ^o Pōtificū.	16	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.														
534	85		& diaconorum: Obijt v I. Kalend Iunij, anno Christi 534. sepultus ad sanctum Petrum, Fl. Iustiniano Aug. 3 & Decio Theodoro Paulino V. C. Confl. Vacauit sedes Romana dies	o	o	6														
			Sanctus Rusticus Agapetus Gordiani presbyteri cardinalis sanctorum Iohannis & Pauli tt. Pammachij filius, Romanus; S. R. E. archidiaconus, Imp. Cæsar. 2. Iustiniano Aug. & Theodahato Amalo Italix rege, sedit menfes	o	11	19														
535	59		Creatus, & consecratus 3. Nonas Iunij. Ordinationem vnā episcoporum x I. & diaconorum I v. fecit. Obijt Constantinopoli, quo à Theodahato Gotthorum Tyranno legatus fuerat, x I I. Kalend. Iunij, anno 535. Romam translatus, sepultus est ad sanctum Petrum xii. Kal. Octob. eiusdem anni, F. Belifario V. C. sine conlega consule. Vacauit sedes menfes																	
			<table style="width: 100%; border: none;"> <tr> <td style="text-align: right;">} ad electionem</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">1</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">28</td> </tr> <tr> <td style="text-align: right;">} ad ordinationem</td> <td></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td></td> <td style="text-align: center;">6</td> <td></td> <td style="text-align: center;">24</td> </tr> </table>	} ad electionem		o		1		28	} ad ordinationem		o		6		24			
			} ad electionem		o		1		28											
			} ad ordinationem		o		6		24											
Sanctus Cælius Siluerius Hormidæ papæ filius, Frusinas, Hernicus, vel Latinus, aut Campanus, S. R. E. subdiaconus regionarius, Imp. Cæsar. Iustiniano Augusto Tehodahato, & Vitige Gotthorum in Italia regibus, sedit annum																				
<table style="width: 100%; border: none;"> <tr> <td style="text-align: right;">} ab electione</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">1</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">10</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">7</td> </tr> <tr> <td style="text-align: right;">} ab ordinatione</td> <td></td> <td style="text-align: center;">1</td> <td></td> <td style="text-align: center;">5</td> <td></td> <td style="text-align: center;">11</td> </tr> </table>	} ab electione		1		10		7	} ab ordinatione		1		5		11						
} ab electione		1		10		7														
} ab ordinatione		1		5		11														
537	60		Creatus xiii. Kalend. Augusti, consecratus verò die Dominico xvii. Kalend. Ianuarij. Ordinationem vnā mense Decembri fecit, episcoporum xix. presbyterorum x I I I I. & diaconorum V. Pontificatu exactus est 7. Kal. Iunij, anno 537. I I. P. C. Fl. Belifarij V. C. & in insulam Pontiam relegatus, vbi anno sequenti 538. xii. Kal. Iulij mortuus est ibique sepultus, Ioanne, & Fl. Volusiano VV. CC. Consulibus. Quo deportato vacauit sedes																	
			<table style="width: 100%; border: none;"> <tr> <td style="text-align: right;">} vsque ad creationem</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">1</td> </tr> <tr> <td style="text-align: right;">} vsque ad consecrationem</td> <td></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td></td> <td style="text-align: center;">o</td> <td></td> <td style="text-align: center;">19</td> </tr> </table>	} vsque ad creationem		o		o		1	} vsque ad consecrationem		o		o		19			
			} vsque ad creationem		o		o		1											
} vsque ad consecrationem		o		o		19														
Vigilius Ioannis consularis viri filius Romanus. S. R. E. archidiaconus, Imp. Cæsare Flauio Anicio Iustiniano Aug. Vitige, Ildoualdo Ararico, Tutila & Teio Gotthorum in Italia regibus, sedit ann.																				
			<table style="width: 100%; border: none;"> <tr> <td style="text-align: right;">} à creatione</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">18</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">7</td> <td style="width: 20px;"></td> <td style="text-align: center;">15</td> </tr> <tr> <td style="text-align: right;">} à consecratione</td> <td></td> <td style="text-align: center;">18</td> <td></td> <td style="text-align: center;">6</td> <td></td> <td style="text-align: center;">28</td> </tr> </table>	} à creatione		18		7		15	} à consecratione		18		6		28			
} à creatione		18		7		15														
} à consecratione		18		6		28														
			Creatus v I. Kal. Iunij, & consecratus die Dominico, xviii. Kal. Iulij, viuento prædecessore suo Siluerio. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum xxci. presbyterorum xlvi. & diaconorum xvi. Obijt Syracusis in Sicilia, Constantinopoli ab Imperatore rediens Romam 4. Idus Ianuarij, anno 536. xv. post consulum Fl. Basilij iunioris V. C. Cadauer Romam relatum																	

Anni Christi.	Numer ⁹ Pōificū.	ROMANI.	17	Anni.	Menfes.	Dies.
537		tum, sepultum est via Salaria in Basilica sancti Marcelli. Quo mortuo vacauit sedes menses		0	3	5
533	V.	<i>Schisma VII. inter Silacrium, & Vigiliam.</i> Sancta, & vniuersalis synodus v. Constantinopolitana secunda, episcoporum clxv. contra hæreticos Origenianistas collecta xlii. post consulatum Flauij Basilij iunioris V. C.				
556	61	Sanctus Pelagius Ioannis Vicariani filius, Romanus, S. R. E. archidiaconus, Imp. Cæs. Iustiniano Augusto, sedit ab ordinatione ann.		4	10	18
		Creatus . . . ordinatus 16. Kalend. Maij, die Dominico pasche xv. post consulatum Fl. Basilij iunioris V. C. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum xlix. presbyterorum xxvi. & diaconorum ix. Obijt 1111. Nonas Martij, anno 565. sepultus ad sanctum Petrum post consulatum Fl. Basilij iunioris V. C. anno xx. Vacauit eo mortuo sedes Romana				
				0	2	24
561	62	Sanctus Ioannes 111. Catellinus Anastasij filius Romanus, Imp. Cæs. Flauijs Iustiniano, & Iustino iuniore Augg. sedit annis		0	4	12
				13	0	16
				12	11	27
		Creatus 111. Kal. Iunij. Consecratus die Dominico 16. Kal. Augusti. Ordinationibus duabus mense Decembri habitis, episcopos lxi. presbyteros xxix. & diaconos xiii. fecit. Obijt 111. Idus Iulij, anno 574. post consulatum Iustini Augusti anno v 111. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes mens.				
				0	10	3
575	63	Sanctus Benedictus Bonofus, Bonifacij filius, Romanus, Imp. Cæs. Iustino iuniore, & Tiberio Constantino Augg. sedit annos		0	10	19
				4	2	15
				4	1	29
		Creatus 16. Kalend. Iun. consecratus die Dominico 1 v. Nonas Iun. v 111. P. C. Iustini Aug. Ordinationem vnam mense Decembri fecit, episcoporum xxi. presbyterorum xv. & diaconorum 111. Obijt 111. Kalend. Augusti, anno 579. xii. P. C. Diui Iustini, sepultus in secretario beati Petri Apostoli. Vacauit sed Rom.				
				0	3	10
579	64	Sanctus Pelagius 11. iunior, Vinigildi filius, Romanus, Imp. Cæs. Tiberio, & Mauricio Augustis, sedit annos		0	4	0
				10	2	29
				10	2	10

Anni Christi.	Numerus Pontificis.	18	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
			<p>Creatus III. Idus Nouembris, consecratus die sancti Andreae pridie Kalend. Decembris. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum XLVIII. presbyterorum XXVIIII. & diaconorum VIIII. Obijt VI. Idus Februar. ex peste, anno 590. v. I. P. C. P. Tiberij Flauij Mauricij Augusti, Indictione v. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes mens.</p>			
			<p style="text-align: right;">} ad creationem } ad ordinationem</p>	o o 6 25
590	65		<p>Sanctus Gregorius, magnus ecclesie doctor, Gordiani senatoris & Siluiae sanctissimae matronae filius, Romanus monachus, S. R. E. archidiaconus, & apocrisarius Constantinopoli apud Imperatorem, & Anglorum apostolus, Imp. Cess. Tiberio Flauio Mauritio, & Flauio Phoca Augustis, sedit annos</p>			
			<p style="text-align: right;">} ab electione } ab ordinatione</p>	14 13 6 10
			<p>Creatus... Ordinatus die Dominico 3. Non. Sept. Ordinationes duas, vnam in Quadragesima, aliam mense Sept. fecit, episcoporum LXII. presbyterorum xxxix. & diaconorum v. Obijt 4. Idus Martij, anno Christi 604. sepultus in porticu ante basilicam S. Petri, prope secretarium, hodie sancta Maria de febre vocatum, Imp. Caesare Flauio Phoca sine collega Augusto & consule, Indict. 7. Vacauit sedes Romana eo mortuo menses</p>			
			<p style="text-align: right;">} ad electionem } ad ordinationem</p>	o o	5 6	19 o
604	66		<p>Sabinianus Boni filius Bleranus, Tuscus, diaconus, Cardinalis & apocrisarius apostolicae sedis Constantinopoli apud Imperatorem a S. Gregorio papa creatus, Imp. Caesare Fl. Phoca Aug. sedit menses</p>			
			<p style="text-align: right;">} a creatione } ab ordinatione</p>	o o	5 5	19 7
			<p>Creatus Kal. Septembris, consecratus die Dominico, Idibus Septembris. Ordinationem vnam episcoporum xxvi. fecit. Obijt xi. Kal. Martij, anno Christi 605. & ad sanctum Petrum sepultus, P. C. Fl. Phocae Aug. Vac. sed. diem</p>			
605	67		<p>Sanctus Bonifacius III. Ioannis Catadiosis filius, Romanus, S. R. E. presbyter Cardinalis, Imp. Caes. Fl. Phoca Augusto sedit mens.</p>			
			<p>Creatus, & ordinatus 9. Kal. Martij, die Dominico. Ordinauit episcopos xxi. aliis xi. Obijt prid. Idus Nouemb. anno Christi 605. sepultus ad sanctum Petrum. P. C. Imp. Caes. Fl. Phocae Aug. Vacauit sedes</p>			
			<p style="text-align: right;">} ad electionem } ad consecrationem</p>	o o 9 15
605	68		<p>Sanctus Bonifacius IIII. Ioannis Medici filius, Valerianensis Marfus, S. R. E. presbyter Cardinalis, Imp. Caes. Flauij Phoca & Heraclio Augustis, sedit ann.</p>			
			ab e.			

Anni Christi.	Numerus Pöificü.	ROMANI.	19	Anni.	Mentes.	Dies.
			
				6	8	12
		<p>ab electione à consecratione</p> <p>Creatus . . . consecratus die Dominico, v. Kalend. Septembris, 2. post consulatum Fl. Phocæ Augusti. Ordinationes duas mense Decembri fecit, episcoporum 36. presbyterorum ::: & diaconorum ix. Obijt v III. Idus Maij, anno 613 sepultus ad sanctum Petrum, 2. post consulatum Imperatoris Cæsaris Fl. Heraclij Augusti. Vacauit sedes Romana menses</p>		0
613	69	<p>ad electionem ad consecrationem</p> <p>Sanctus Deusdedit Stephani subdiaconi filius, Romanus, S. R. E. presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachij à S. Gregorio papa factus, Imp. Cæsare Fl. Heraclio Augusto, sedit ab ordinatione annos</p> <p>Consecratus die Dominico, 12. Kal. Nouembris. Ordinationes tres episcoporum xxix. presbyterorum xiiii. & diaconorum v. fecit. Obijt v I. Idus Nouembris, anno Christi 616 indict. v. & ad sanctum Petrum sepultus, post consulatum Fl. Heraclij Augusti anno v. Vacauit sedes vsque ad consecrationem mens.</p>		0	5	12
				3	0	19
617	70	<p>Bonifacius v. Neapolitanus Ioannis filius, Imp. Cæs. Flauio Heraclio Augusto, sedit ab ordinatione annos</p> <p>Consecratus 7. Kal. Ianuarij ineunte anno Dominicæ natiuitatis 617. Ordinationes duas mense Decembri episcoporum xxix. presbyterorum xxvi & diaconorum I v. fecit. Obijt 8. Kal. Nouembris, anno 622. sepultus ad S. Petrum x I. P. C. Imp. Cæs. Flauij Heraclij Augusti. Vacauit sedes</p>		0	1	16
				5	10	0
622	71	<p>Honorius Petronij viri consularis filius Campanus, Imperatore Cæsare Flauio Heraclio Augusto, sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus die Dominico, vii. Idus Nouembris. Ordinationes tres mense Decembri, episcoporum xxci. presbyterorum x I I I. & diaconorum xi. Obijt I I I. Idus Octobris, anno Christi 635. sepultus ad S. Petrum, xxiiii. post conf. Fl. Heraclij Aug. Vac. Rom. sed vsque ad consecrationem ann.</p>		0	0	12
				12	11	7
637	72	<p>Seuerinus Labieni filius, Romanus, Imperatore Cæs. Flauio Heraclio Augusto, sedit ab ordinatione annum</p> <p>Creatus . . . consecratus Kal. Iunij, die Dominice. Fecit ordinationem vnã, qua episcopos nouem creauit. Moritur I v. Non. Augusti, sepultus ad S. Petrum, anno Christi 638. post consulatum Imp. Cæsaris Flauij Heraclij Augusti anno x x v I I. Vacauit sedes vsque ad nouam consecrationem mens.</p>		1	7	18
				1	2	4
639	73	<p>Ioannes I v. Venantij Scholastici filius Dalmata, S. R. E. diaconus Cardinalis, Imperat. Cæs. Fl. Heraclio Augusto, sedit ann.</p> <p>Consecratus 8. Kalend. Ianuarij, die Natalis Domini</p>		0	4	22
				1	9	18

Anni Christi.	Numerus Pontificis.	PONTIFICES	Anni.	Menſes.	Dies.
	20				
640	74	ineunte, anno 639. Ordinationes duas menſe Decembri fecit, epiſcoporum xix. preſbyterorum xix. & diaconorum v. Obijt I v. Idus Octobris, anno 640. ſepultus ad ſanctum Petrum xxx. poſt Conſulatum Imp. Caſaris Flauij Heraclij Auguſti. Vacauit ſedes menſem Theodorus Theodori epiſcopi filius Hieroſolymita, Græcus, Imp. Cæſaribus Flauijs Heraclijs Conſtantino, Herocleone, & Conſtante Auguſtis, ſedit annos Conſecratus v I. Kalend. Decembris die Dominico. Ordinationem vnam menſe Decembri epiſcoporum XLVI. preſbyterorum xxxi. & diaconorum I v. fecit. Obijt pridie Idus Maij, anno 647. & ad ſanctum Petrum ſepelitur, V. P. C. Imp. Cæſ. Flauij Conſtantis Auguſti. Vacauit ſedes menſes	0	1	13
647	75	Sanctus Martinus Fabritij filius, Tudertinus Tuſcus, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Conſtante Auguſto, ſed. annos ad electionem ad conſecrationem	0	1	21
		ab electione à conſecratione	0	4	1
		Creatus prid. Nonas Iulij, conſecratus die Dominico, xvi. Kalend. Ordinationes duas menſe Decembri fecit, epiſcoporum xxxiii. preſbyterorum xi. & diaconorum v. Obijt Cerſonæ in Ponto, vbi in exilium pro tuenda catholicæ fidei veritate ab Imperatore Conſtante actus fuerat prid. Idus Nouembris, anno 653. ibique ſepultus P. C. Fl. Conſtantis Auguſti, anno xi. Vacauit ſedes menſes	6	4	7
			6	1	28
654	76	Eugenius Rufiniani filius, Romanus de regione prima Auenticenſi, Imp. Cæſ. Fl. Conſtante Auguſto, ſedit annos Creatus, & conſecratus die Dominico, I v. Idus Auguſti, anno xii. P. C. Conſtantis Imp. Ordinationes duas epiſcoporum xxi. fecit. Obijt I v. Nonas Iunij, ſepultus ad S. Petrum, anno 657. xv P. C. Conſtantis Imperatoris. Vacauit ſedes Romana menſem	0	3	28
			2	9	24
657	77	Vitalianus Anaſtaſij filius, Signinus Latinus, Imp. Cæſ. Flauijs Heraclijs Conſtante & Conſtantino Auguſtis, ſedit annos Conſecratus die Dominico, 3. Kal. Auguſti. Ordinationes quattuor, epiſcoporum xcvi. preſbyterorum xxii. & diaconorum xi. fecit. Obijt 6. Kal. Februarij, ann. 672. ſepultus ad S. Petrum P. C. Conſtantini Aug. anno v. Vacauit ſedes menſes	0	1	27
			14	5	29
672	78	Adeodatus Iouiani filius, Romanus, monachus preſbyter Cardinalis, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Conſtantino Auguſto, ſedit annos Conſecratus 3. Idus Aprilis die Dominico. Ordinationem vnam menſe Decembri, epiſcoporum xlvi. preſbyterorum xiiii. & diaconorum I I. fecit. Obijt 6. Kal.	0	2	14
			4	2	16

Anni Christi.	Numerus Pōtifici.	ROMANI.	Anni.	Menses.	Dies.
676	79	Kal. Iulij, anno 676. sepultus ad sanctum Petrum I X. P. C. Constantini Aug. Vacauit sedes menses Domnio. aliàs Donus, aliàs Dominus, Mauricij filius, Romanus. Imp. Constantino Augusto. sedit annos Creatus die Dominico, 4. Nonas Nouembris. Ordinationem vnā, episcoporum v l. presbyterorum x. & diaconorum v. fecit. Obijt 3. Idus Aprilis, anno 679. sepultus ad sanctum Petrum P. C. Constantini Aug. anno X I I. Vacauit sedes menses	0	4	6
679	30	Agatho Pannonij filius, Panormitanus Siculus monachus, S R. E. presbyter Cardinalis, Imp. Constantino Aug. sedit annos Consecratus 6. Idus Iulij die Dominico. Ordinationem vnā fecit, episcoporum X I I X. presbyterorum x. & diaconorum I I I. Obijt 4. Idus Ianuarij, anno 682. P. C. Imp. Constantini Augusti anno xv. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes mens.	0	2	28
681	VI.	Sancta, & vniuersalis synodus v l. Constantinopolitana 3. ccxxcix. episcoporum, contra Monothelitas hereticos congregata, P. C. Constantini Augusti annis 13. 14. & 15.	0	7	0
682	81	Sanctus Leo I I. iunior Pauli filius, Aidonensis dioc. Catinensis, Siculus, S R. E. presbyter cardinalis, Imp. Cæs. Constantino Augusto, sedit mens. Creatus I v. Idus Augusti die Dominico. Ordinationem vnā die 26. Iunij fecit, qua episcopos 23. presbyteros 9. & diaconos 3. creauit. Obijt 4. Kal. Iulij, anno 683. sepultus ad sanctum Petrum, P. C. Imp. Constantini Augusti, anno 16. Indictione xi. Vac. sed. mens.	0	10	19
684	82	Sanctus Benedictus I I. iunior Ioannis filius, Romanus, S. R. E. presbyter cardinalis, Imp. Cæsare Heraclio Constantino Augusto, sedit mens. Consecratus 13. Kal. Iul. die Domino. Ordinationem vnā, episcoporum 12. fecit. Obijt Idibus Maij, anno Christi 685. Imp. Cæs. Fl. Iustiniano iuniore Augusto, sine collega Conf. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes { vsque ad consecrationem { vsque ad creationem	0	11	21
685	83	Pontifices, qui deinde fuerunt, creati & consecrati sunt sine Constantinopolitani Imperatoris iussione. Anastasius Bibliothecarius Ioannes v. Cyriaci filius, Antiochenus Syrus, S. R. E. archidiaconus Cardinalis, Imp. Cæsaribus Flauijs Heraclijs Constantino, & Iustiniano Augustis, sedit à creatione annuum Creatus 8. Kal. Augusti, consecratus 3. Kal. Augusti Ordinationem vnā fecit, episcoporum X I I I. Obijt I v. Nonas Augusti anno 686. sepultus ad sanctum Petrum post consulatum Fl. Iustiniani iunioris Aug. Vac. sed. mens.	0	10	27
			0	2	9
			0	2	15
			1	0	9
			0	2	18

Anni Christi	Numerus Pontificū.	22	PONTIFICES.	Anni.	Menses.	Dies.
686	7 8		<p><i>Petrus Romanus, S. R. E. archipresbyter</i> } <i>in schismate,</i> <i>Theodorus, S. R. E. presbyter. & Cardinalis</i> } <i>quod V I I I.</i> <i>fuit, creati.</i></p> <p><i>Quibus pulsus, pontifex Romæ renunciatus est</i></p>			
686	24		<p>Cuno Trax Benedicti filius, S. R. E. presbyter cardina- lis, qui sedit menses</p> <p>Creatus, & consecratus 12. Kal. Nouemb: die Domini- co. Fecit ordinationem vnā, episcoporum x v i. Obijt xii. Kal. Octobris, anno 687. sepultus ad sanctum Petrum, iterum P. C. Iustiniani. Aug. Vac. sed.</p>	0	11	0
687	9 10		<p><i>Theodorus, presbyter, S. R. E.</i> } <i>in schismate, quod</i> <i>Paschalis, Archiepiscopus S. R. E.</i> } <i>IX. fuit, creati.</i> <i>Virisque pulsus, papa factus est</i></p>	0	2	25
687	85		<p>Sergius Tiberij filius, Antiochenus Syrus, Panormi in Sicilia ortus, S. R. E. presbyter Cardinalis et sanctæ Su- fannæ ad duas domos à Leone II. papa factus. Imp. Cæ- saribus Fl. Iustiniano, Leontio, & Liberio Habismaro Augustis, sedit annos</p> <p>Creatus 16. Kal. consecratus 8 Kal. Ianuarij die natalis Domini. Ordinationes duas mense Martio fecit, episco- porum x c v i. presbyterorum x v I I I. & diaconorum I v. Obijt v i. Idus Septembris, anno 701. Indictione xiv. sepultus ad sanctum Petrum, post consulatum Tiberij Habismari Augusti. Vacauit sedes mensem</p>	13	3	23
701	86		<p>Ioannes v i. Græcus Paterni, aliàs Petronij filius, Imp. Tiberio Habismaro Aug. sed ann.</p> <p>Creatus I v. Kal. consecratus I I I. Kal. Nouembris. Fecit ordinationem vnā, episcoporum x v. presbyte- rorum I x. & diaconorum I I. Obijt 7. Idus Ianuarij, an- no 705. Indict. 3. sepultus ad sanctum Petrum, V. P. C. Ti- berij Habismari Aug. Vacauit sedes mensem.</p>	0	1	20
705	87		<p>Ioannes v I I. Platonis filius, Græcus, diaconus Car- dinalis sanctæ Mariæ Nouæ, Imp. Cæss. Tiberio Hab- ismaro, & Fl. Iustiniano iterum Aug. sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus die Dominico kalend. Martij. Fecit ordinationem vnā, qua episcopos xix. presbyte- ros x. & diaconos I I. creauit. Obijt Romæ iuxta eccle- siam sanctæ Mariæ Nouæ quam renouauerat xvi. kalend. Nouembris, sepultus in basilica sancti Petri, ante altare sanctæ Dei genitricis Virginis, quod nunc Sudarij dicitur anno Christi 707. Indictione v i. Imp. Cæsare Fl. He- raelio Iustiniano Augusto I I. sine collega consule. Non vacauit sedes.</p>	0	1	18
707	88		<p>Sifinnius Ioannis filius, Syrus, Iustiniano Augusto, se- dit dies</p> <p>Creatus xv. kal. Consecratus x. kal. Nouembris. Ordi- nationem vnus episcopi. in Insula Corsica fecit. Obijt v I I. Idus Nouembris, sepultus ad sanctum Petrum. Vac. sed. mens.</p>	0	0	20
707	89		<p>Constantinus Ioannis filius, Syrus, Imp. Cæss. Iusti- nia</p>	0	1	16

Anni Christi.	Numer ^o Pontificū.	ROMANI.	23	Anni.	Menfes.	Dies.
		niano, & Philippico Bardane Augustis, sedit annos Creatus x. Kalend. Ianuarij, consecratus v i i i. Kal. die natalis Domini. Ordinationem vnam episcoporum L x i i i. presbyterorum x. & diaconorum i i. fecit. Obijt 3. Idus Februarij, ann. 716. Indictione xiv. sepultus ad sanctum Petrum, Fl. Arthemio Anastasio Aug. Cof. Vacauit sedes mensem		8	1	20
716	90	Gregorius I I. iunior Romanus Marcelli filius, S. R. E. diaconus Cardinalis à Constantino papa factus, Imp. Cæsarius Flauijs Anastasio Arthemio, Theodosio Ad- tramiteno, & Leone Isauro Augustis, sedit annos		0	1	10
		Creatus xii. Kal. consecratus xi. Kal. Aprilis. Ordina- tiones ix. mense Septembri fecit, & vnam mense Iunio, quibus episcopos cxlix. presbyteros xxxv. & diaconos I v. creauit. Obijt 3. Idus Februarij, Indictione xiv. anno Christi 731. P. C. Leonis Augusti anno xiv. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies		14	10	32
731	91	Gregorius I I I. Ioannis filius, Syrus, S. R. E. presbyter Cardinalis, Imp. Cæs. Flauio Leone Isauro Augusto, sedit annos		0	0	21
		Creatus I I I. Non. Martij, consecratus xv. Kal. Apri- lis. Ordinationes tres mense Decembri fecit, episco- porum xxc. presbyterorum xxiv. & diaconorum I I I. Ob- ijt iv. Kal. Decembris, anno 741. Indictione x. sepultus in basilica sancti Petri apostoli, post consulatum Leonis I- sauri Augusti anno xxiv. Vacauit sedes dies		10	8	24
		Italia ab Imp. Constantinopolitano Leone hæretico Iconomacho, auctor Gregorio I I I. papa defecit.		0	0	2
741	92	Zacharias Polycronij filius, Græcus monachus, S. R. E. presbyter cardinalis à Gregorio I I I. creatus, Imp. Cæs. Fl. Constantino Copronymo Augusto, sedit annos		10	3	15
		Creatus Kal. Decembris, consecratus I I I. Non. De- cembris. Ordinationes tres mense Martio fecit, episco- porum lxxxv. presbyterorum xxx. & diaconorum v. Ob- ijt Idibus Martij, anno Christi 752. Indictione v. sepultus ad sanctum Petrum, P. C. Constantini Copronymi Au- gusti anno x. Vacauit sedes dies		0	0	8
752	93	Stephanus I I. iunior, S. R. E. presbyter Cardinalis, se- dit dies		0	0	4
		Creatus ix. Kal. Aprilis. Obijt v i. Kal. Aprilis, sepul- tus ad sanctum Petrum. Vacauit sed. diem		0	0	1
752	94	Stephanus I I I. dictus I I. iunior Constantini filius, Romanus, S. R. E. diaconus cardinalis à Zacharia papa fa- ctus, Imp. Cæs. Flauijs Constantino Copronymo & Leone Augustis, sedit annos		5	0	32
		Creatus 4. Kalend. Aprilis, consecratus I I I I. Nonas Aprilis. Ordinationem vnam mense Martio, episco- porum I I I I. presbyterorum I I. & diaconorum I I. fecit. Obijt 6. kal. Maij, anno Christi 757. Indictione x. sepultus ad sanctum Petrum, P. C. Constantini Copronymi Au- gusti				

Anni Christi.	Numerus. Olf. ū.	PONTIFICES	Anni.	Menſes.	Dies.
757	95	<p>guſti anno xv. Vacauit ſedes dies</p> <p>Paulus Conſtantini filius Stephani iunioris papæ frater. Germanus, S. R. E. diaconus cardinalis à Zacharia papa factus, Imp. Cæſ. Conſtantino, & Leone Augg. ſedit annos</p> <p>Creatus. & conſecratus 4. Kal. Iunij. Ordinationem vnam menſe Decembri fecit, epiſcoporum 3 preſbyterorum 12. & diaconorum 2. Obijt in monaſterio S. Pauli via Oſtienſi 4. Kal. Iulij. anno Chriſti 767. Indictione v. ſepultus ad ſanctum Petrum, P. C. Conſtantini Copronymi. Aug. anno xxv. Vacauit ſedes annu</p>	0	0	32
757	11	<p>Theophylactus Romanus, S. R. E. archidiaconus Cardinalis, in ſchiſmate X. contra Paulum papam creatus, ſedit.</p> <p>Coſtum abdicauit.</p>	10	1	0
767	12	<p>Conſtantinus N. p. ſuus, Ducis Neprſini filius, quem laicus eſt, contra canones Totanis & Paſſini fratrum ſuorum vi, à laicis pontifex creatus, prætor Cardinalium ſententiam, ſedit annum</p> <p>Creatus die Dominico, quo mortuus eſt Paulus papa 4. Kalend. I. Iij poſtridie diaconus, & preſbyter à Georgio Preneſtino epiſcopo factus, Pontifex vero die Dominico ſequenti 3. Non. Iulij apud ſanctam Petrum à Georgio Preneſtino, Eustratio Albano, & Cironato Portuenſi conſecratus. Ordinationes fecit, epiſcoporum VIII. preſbyterorum VIII. & diaconorum IIII. Anno ſequenti 768. coactus à Chriſtophoro Primicerio, & conſilio apoſtolice ſedis, & Sergio eius filio ſcellario, abdicauit, Laterani in concilio Epiſcoporum, & Cardinalium die ſabbati, ante ordinationem Stephani papæ VIII. Idus Auguſti, & in monaſterio Cella noua eſſoſis oculis, relegatus, monachus factus eſt.</p>	1	1	2
768	13	<p>Philippus Romanus, monachus abbas monaſterij ſancti Viſi, S. R. E. preſbyter Cardinalis, in ſchiſmate contra Conſtantinum à quibusdam clericis auctore Valdeperto preſbytero Longobardo papa factus, ſedit dies</p> <p>Creatus, & conſecratus prid. Kal. Auguſti die Dominico, & quinto die poſt conſecutus ab eodem Chriſtophoro Primicerio, pontificatu ſe abdicauit pridie Nonas Auguſti, et iue ad ſuum monaſterium reuerſus. Et, & poſtridie Stephanus electus.</p>	0	0	5
767	96	<p>Schiſma XI. in eccl. ſi. Romana maxime turbulentum.</p> <p>Stephanus IIII. dictus III. Olibrij filius, Siculus, monachus monaſterij S. Chryſogoni Romæ ſub Gregorio III. papa cubicularius Lateranenſis, demum S. R. E. preſbyter Cardinalis et ſanctæ Cecilie à Zacharia papa factus, Imp. Cæſaribus Conſtantino Copronymo, & Leone Augg. ſedit annos</p> <p>Creatus Nonis Auguſti & conſecratus v. Idus Auguſti xxvi. P. C. Conſtantini Copronymi Auguſti Ordinationem vnam menſe Decembri fecit, epiſcoporum . . . preſbyterorum v. & diaconorum I v. Obijt marè prid. Kal. Februarij anno 772. Indictione x. ſepultus ad ſanctam Petrum, 3 poſt conſultatam Leonis I v. Auguſti. Vacauit Romana ſedes dies</p>	3	5	27

Anni Christi.	Numer ⁹ Pontific ⁹ .	ROMANI.	25	Anni.	Menfes.	Dieb.
772	97	Hadrianus Theodori filius, Romanus de regione via Lata prope sanctum Marcum, nobilissimo genere ortus, clericus, notarius regionarius, & subdiaconus à Paulo papa factus, post S.R.E. diaconus Cardinalis à Stephano III. creatus. Imp. Cass. Leone I v. & Constantino eius filio Augustis, sedit annos.		23	10	17
		Creatus, & consecratus v. Idus Februarij die Dominico. Ordinationes duas mense Martio fecit, episcoporum CXXCV. presbyterorum XXI III. & diaconorum VII. Obijt manè v III. Kalend. Ianuarij anno 795. si niente, Indictione I v. sepultus ad sanctum Petrum, P. C. Constantini Octavi Irenes filij Augusti, anno XVI. Non vacauit sedes.		0	0	0
789	VII.	Sancta, & vniuersalis synodus septima Nicæna secunda C C C L. Episcoporum; contra Iconomachos collecta, P. C. Constantini v III. Aug. anno X.				
796	98	Leo III. Azzupij filius, Romanus, S. R. E. presbyter cardinalis tt. S. Susannæ, Constantino v III. & Nicephoro Augustis sedit annos.		20	5	18
		Creatus 7. Kal. Ianuarij, postridie consecratus. Ordinationes tres mense Martio fecit, episcoporum CXXVI: presbyterorum xxx. & diaconorum xi. Obijt prid. Idus Iunij, anno 816. Indictione IX. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies.		0	0	20
800		Hic pontifex Carolum Magnum Francorum regem Imperatorem creauit.				
816	99	Stephanus v. dictus I v. Iulij Marini filius, Romanus, S. R. E. diaconus, aliàs presbyter Cardinalis à Leone III. p. p. factus, Ludouico Pio Augusto, sedit menses.		0	6	23
		Creatus v. Nonas Iulij, consecratus prid. Non. Iulij. Ordinationem vnã mense Decembri fecit, episcoporum v. presbyterorum IX. & diaconorum I v. Obijt 8. Kal. Febr. anno 817. sepultus in basilica sancti Petri apostoli. Vacauit sedes dies.		0	0	2
817	100	Paschalis Maximi Bonosi filius, Romanus monachus & abbas sancti Stephani prope S. Petrum, S. R. E. presbyter cardinalis tituli sanctæ Praxedis à Leone III. papa factus Ludouico Pio, & Hlothario Augusto, sedit annos.		7	3	17
		Creatus 5. Kal. Februarij, consecratus Kal. Februarij. Ordinationes duas mensibus Decemb. & Martio fecit, episcoporum presbyterorum v III. & diaconorum VII. Obijt prid. Idus Maij, anno Christi 824. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies.		0	0	4
824	101	Eugenius II. Iunior Boëmundi filius, Romanus, S. R. E. archipresbyter cardinalis tt. sanctæ Sabinae à Leone III. papa factus, Imp. Caesaribus Ludouico Pio, & Hlothario Augg. sedit ann.		3	6	24
		Creatus 14. Kal. & consecratus XI. Kalend. Iunij Obijt prid. Idus Decembris, anno 827. sepultus ad sanctum Petrum. Vac. sed. diem		0	0	1

Anni Christi.	Numer ⁹ Pōtificū.	26	PONTIFICES	Anni.	Menses.	Dies.
827	14		<i>Zinzius Romanus, S.R.E. presbyter Cardinalis in schismate contra Eugenium electus à minori parte, sedit Coactus non longè post abdicauit.</i>	0
827	102		<i>Schisma in ecclesia Romana XII.</i> Valentinus Leontij filius, Romanus, S.R.E. archidiaconus Cardinalis à Paschale papa factus, sedit mensem Creatus xix. Kal. Ianuarij, consecratus postridie, obiit xi. Kal. Februarij, anno Christi 828. sepultus in basilica sancti Petri. Vacauit sedes dies	0	1	10
828	103		Gregorius I. v. Ioannis filius, Romanus, S.R.E. presbyter Cardinalis tr. sancti Marci à Paschali factus, Hludouico Pio, & Hlothario eius filio Augustis, sedit annos Creatus 7. Kal. Februar. Ordinationes quinque mensibus Martio, Septembri & Decembri fecit, episcoporum, presbyterorum, & diaconorum CXXCV. Obijt 8. Kal. Febr. anno Christi 844. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	3
844	104		Sergius II. iunior Sergij filius, Romanus, de regione I v. S. R. E. archipresbyter Cardinalis SS. Siluestri & Martini tr. Equitij à Paschali papa factus, Hlothario Augusto, sedit annos	0	0	15
			Creatus, & consecratus 4. Idus Februarij. Ordinationem vnā mense Martio fecit, episcoporum xxii. presbyterorum v III. & diaconorum III. Obijt prid. Idus Aprilis, anno 847. sepultus in basilica sancti Petri. Non vacauit sedes, nisi vsque ad consecrationem	3	2	3
847	105		Leo I v. Rodulfi filius, Romanus, monachus monasterij sanctorum Siluestri & Martini prope sanctum Petrum, S.R.E. presbyter Cardinalis tr. SS. quattuor coronatorum à Sergio II. papa factus, Hlothario, & Hludouico iuniore Augustis, sed. ann.	0	2	15
			Creatus die obitus papæ Sergij prid. Idus Aprilis, consecratus 6. kalend. Iulij die Dominico. Ordinationes duas mensibus Martio & Decembri fecit, episcoporum LXIII. presbyterorum xix. & diaconorum v III. Obijt xvi. kalend. Augusti, anno 855. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes	0	2	6
				0	0	6
				0	2	11
855	106		Benedictus III. Petri filius, Romanus, S.R.E. presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim tr. Calisti à Leone I v. factus, Imp. Cæs. Hludouico Augusto iuniore, sedit	2	8	16
				2	6	10
			Electus in schismate ix. kal. Augusti, res turbata fuerunt vsque ad 3. kal. Octobris, quo sedato schismate consecratus est. Ordinationem vnā mense Decembri fecit, episcoporum xx. presbyterorum v I. & diaconi vnus. Obijt matè v I. Idus Aprilis, anno 858. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	15

Anni Christi.	Numerus Pōificatus	ROMANI.	27	Anni.	Menfes.	Dies.
855	15	<i>Anastafius III. Romanus S. R. E. presbyter Cardinalis ut. sancti Marcelli, in schismate contra Benedictum III. . . . Kalend. Augusti creatus, sed. mens.</i> <i>Et non longè post coactus abdicauit.</i> <i>Schisma XIII. in eclesia Romana.</i>		
858	107	Nicolaus Magnus Theodori filius; Romanus, S. R. E. diaconus Cardinalis à Leone I v. factus, Imp. Cæs. Hludouico iuniore Augusto, sedit annos Creatus, & consecratus 8 Kalend. Maij. Ordinationes plures mense Martio & Decembri, episcoporum LXV. presbyterorum V I I. & diaconorum I I I I. fecit. Obijt manè Idibus Nouembris, anno Christi 867. Indictione prima, sepultus ante fores basilicæ sancti Petri. Vacauit sedes Romana dies		9	6	20
867	108	Hadrianus I L. iunior, Romanus, Talaris episcopi filius, S. R. E. presbyter Cardinalis ut. sancti Marci à Sergio I I. papa factus, Imp. Cæsare Hludouico iuniore Augusto, sedit annos Creatus XI. Kal. Decembris, consecratus IX. Kal. Decembris. Obijt Kal. Nouembris, anno 872. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes mensum		0	0	7
896		Sancta, & vniuersalis synodus octaua, Constantinopolitana quarta C C C. episcoporum, contra Photium patriarcham Constantinopolitanum coacta.		4	II	12
842	109	Ioannes V I I I. Gundi filius Romanus, S. R. E. archidiaconus Cardinalis, Impp. Cæsaribus Hludouico iuniore Carolo iuniore Caluo, Hludouico I I I. Balbo, & Carolo I I I. Crasso Augustis, sed. ann. Creatus, & consecratus XIX. Kal. Ianuarij. Obijt XIX. Kalend. Ianuarij, anno 882. Indictione prima, sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sed. dies		0	I	12
877		Sancta, & vniuersalis synodi octaua Constantinopolitana; I V. CCCXCIII. episcoporum; pro Photij patriarchatu coacta, posterior pars.		10	0	2
882	110	Marinus Palumbi presbyteri filius, Gallesianus Faliscus, S. R. E. diaconus cardinalis, Carolo 3. Augusto, sedit annum Creatus 14. Kal. Ianuarij, consecratus die natalis Domini. Obijt 15. Kal. Februarij, anno 884. sepultus ad sanctum Petrum. Vac. sedes dies		0	0	3
884	111	Hadrianus 3. Romanus (quem alij Agapitum vocant) Benedicti filius, de regione via lata, Carolo 3. Imperatore, sedit annum Creatus 12. Kal. Februarij, consecratus 7. Kal. Februarij. Obijt 7. Idus Maij, anno Christi 885. sepultus in basilica sancti Petri. Vacauit sedes Romana dies		0	0	2
885	112	Stephanus V I. dictus V. Romanus (quem alij Basilium vocant) Hadriani filius, de regione via lata, Impp. Cæs. Carolo tertio Crasso, & Arnulfo Augustis, sedit annos		1	3	21
		Crea-		0	0	0
				6	0	0

Anni Christi	Numerus Pontificum	28 PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
891	113	<p>Creatus 3. Idus Maij. Obijt 12. Kal. Junij, anno 891. sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes dies Formosus Portuensis, Leonis filius, episcopus Portuensis à Nicolao papa factus, Arnulfo Imperatore, sedit annos</p> <p>Creatus 6. Kal. Junij, Indictione 9. Obijt 19. Kal. Ianuarij, anno 895. sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes dies</p> <p><i>Formosus fuit primus ex Episcopof etus p. p. a.</i> <i>Sergius III. Benedicti filius, Romanus ex comitibus Tusculanis, S. R. E. diaconus Cardinalis, in schismate contra Formosum papam creatus, sedit</i></p>	0	0	5
891		<p><i>Co. etus abdicavit, & in exsilium actus est.</i> <i>Schisma in eccl. sia Romana XIII.</i></p>	4	6	18
891		<p><i>Co. etus abdicavit, & in exsilium actus est.</i> <i>Schisma in eccl. sia Romana XIII.</i></p>	0	0	2
891		<p><i>Co. etus abdicavit, & in exsilium actus est.</i> <i>Schisma in eccl. sia Romana XIII.</i></p>	•	••••	••••
895	114	<p>Bonifacius v I. Hadriani episcopi filius, Romanus, Imp. Cæsare Arnulfo Aug. sed dies</p> <p>Creatus 16. Kal. Ianuarij. Obijt prid. Kal. Ianuarij, anno 896. ineunte, sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes dies</p>	0	0	15
896	115	<p>Stephanus v I I. di. etus v I. Ioannis presbyteri filius, Romanus, episcopus Anagninus à Stephano v. papa factus, sedit Arnulfo Imperatore annum</p> <p>Creatus 8. Idus Ianuarij. Obijt 9. kal. Aprilis, sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes dies</p>	•	•	5
897	116	<p>Romanus Constantini Marini papæ fratris filius, Gallesianus Faliscus, Arnulfo Imperatore sedit menses</p> <p>Creatus v. kalend. April. Obijt 14. kalend. Septemb. anno 897. sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes diem</p>	1	2	19
897	117	<p>Theodorus 2. iunior Photij filius, Romanus, sedit dies</p> <p>Creatus 13. kal. Septemb. Obijt 6. Idus Septembris, sepultus ad sanctum Petrum. Vac. sedes diem</p>	0	0	1
897	118	<p>Ioannes ix. Rampoaldi filius, Tiburtinus monachus, diaconus S. R. E. Imp. Cæsare, Arnulfo Augusto, sedit annos</p> <p>Creatus 5. Idus Sept. Obijt 9. kal. Octob. anno Christi 899. sepultus ad sanctum Petrum. Vac. sed. diem</p>	0	0	10
897		<p><i>Sergius III. Benedicti filius, Romanus, ex Comitibus Tusculanis, presbyter in schismate iterum contra Ioannem IX. creatus, sedit</i> <i>Co. etus iterum abdicavit, & in exsilium actus est.</i></p>	•	•	1
899	119	<p>Benedictus IIII. Mammoli filius, Romanus, Inapp. Hludouico I v. Arnulfi filio. sedit ann.</p> <p>Creatus v I I I. kalend. Octobris. Obijt v I. Idus Aprilis, anno 903 sepultus ad sanctum Petrum. Vacavit sedes dies</p>	0	••••	••••
903	120	<p>Leo v. è villa Priapi agri Ardeatini in Latio, sedit mensem</p> <p>Creatus 17. kal. Maij. Coactus à Christophoro presbytero Cardinale abdicavit 9. kal. Junij, & monachus factus est. Non vacavit sedes</p>	3	6	15
		Obijt	0	0	0

Anni Chr. sti.	Numer ⁹ Pōt. sicū.	ROMANI.	29	Anni.	Menses.	Dies.
		Obijt paulò pōst, Laterani in basilica Constantiniana sepultus.				
903	121	Christophorus Leonis filius Romanus, presbyter Cardinalis et. SS. Laurentij & Damasi, Cæsare Hludouico I v. fedit menses. Creatus 7. Kal. Iunij. coactus à Sergio presbytero abdicauit 9. Kal. Ianuarij, & monachus factus est anno 303. Et moriens ad S. Petrum sepultus est. <i>Schisma in Romana ecclesia xv. inter Leonem V. Christophorum, & Sergium III.</i>		0	7	0
903	122	Sergius III. Benedicti filius, Romanus, ex comitibus Tusculanis, S. R. E. presbyter Cardinalis, Hludouico I v. Cæsare, fedit ann. Creatus 8. Kal. Ianuarij, die natalis Domini ineunte anno 904. Obijt v. Idus Aprilis, anno 911. ad S. Petrum sepultus. Vacauit sedes dies		7	3	16
911	123	Anastasius III. Luciani filius, Romanus, Cæsare Chunrado, fedit annos Creatus 17. Kal. Maij. Obijt pridie Non. Iunij, anno 913. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies		0	0	4
913	124	Lando Tami filius, Sabinus, Chunrado Franco Cæsare, fedit menses Creatus v. Idus Iunij. Obijt v. Kalend. Ianuarij ineunte anno 914. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies		0	6	22
914	125	Ioannes X. Ioannis filius, Rauennas; ex episcopo Bononiensi archiepiscopus Rauennas, Chunrado Franco, & Henrico Aucipe Saxone Cæsaribus, fedit annos Creatus 9. Kal. Febr. Occisus suffocatus cernicali super os coniecto, in patriarchio Lateranensi v. Idus Aprilis, anno 928. sepultus Laterani. Vacauit sedes dies		14	2	15
928	126	Leo v. Christophori Primicerij S. R. E. filius, Romanus, Henrico Aucipe Saxone Cæsare, fedit menses Creatus v. Idus Aprilis. Obijt 10. Kal. Nouemb. anno 928. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes diem		0	6	15
928	127	Stephanus VII. dictus VII. Tendemundi filius, Romanus, fedit annos Creatus 9. Kal. Nouemb. Obijt v. Idus Decemb. anno 930. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies		0	0	1
930	128	Ioannis XI. Sergij III. papę filius nothus, Romanus, ex comitibus Tusculanis; Henrico Aucipe Saxone Aug. fedit annos Creatus 3. Idus Decemb. Obijt 8. Kal. Nouemb. anno 935. Laterani sepultus. Vacauit sedes diem		4	10	15
935	129	Leo VII. Romanus, Othone magno Cæs. fedit annos Creatus 6. Kal. Nouembris. Obijt pridie. Non. Maij, anno 939. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes menses		0	0	1
939	130	Stephanus IX. dictus VIII. Romanus; Othone Cæsare, fedit annos		3	6	10
				0	1	0
				3	4	15

Anni Christi.	Numero Pontificu.	30	PONTIFICES	Anni	Menfes	Dies.
			Creatus 7. Idus Iunij. Obijt 12. Kal. Nouemb. anno 942. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	10
942	131		Marinus II. iunior, Romanus, Othone Imperatore, sedit annos	3	6	14
			Creatus Kalend. Nouemb. Obijt prid. Idus Maij, anno 946 sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	3
946	132		Agapetus II. iunior, Romanus, Othone Cæsare, sedit annos	9	7	10
			Creatus 15. Kal. Iunij. Obijt 6. Kal. Ianuarij, anno 956. sepultus in basilica Lateranensi. Vacauit sedes dies	0	0	12
956	133		Ioannes XI. Romanus. Octauianus ex comitibus Tusculanis, Alberici Romani principis filius, de regione viz latæ, S. R. E. diaconus Cardinalis, Imp. Cæsare Othone Aug. sedit annos	8	4	6
			Creatus 5. Idus Ianuarij, pontificatus ei abrogatus est à Concilio Romano 8. Idus Decembris, anno 863. anno sacerdotij sui 7. mense 10. die 27. Non vacauit sedes			
			Pontificatum fugato Leone VIII. 16. Kal. Februarij, anni 964. recepit. tenuitque mens. 3 dies 28. Obijt eodem anno pridie Idus Maij, Laterani sepultus. Non vacauit sedes			
963	134		Leo VIII. Romanus, Ioannis protoscriniarij filius, de regione Cliui argentarij, summæ apostolicæ sedis protoscriniarius, Imp. Cæs. Othone Aug. sedit annum	1	3	21
			Creatus à Synhodo Romana abrogato Ioanne XII. & consecratus die Dominico 8. Idus Decembris. Obijt 16. Kal. April. anno 965. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes mens.	0	8	22
963			<i>Schisma in Eccl. s. Romanæ XVI.</i>			
964	16		<i>Benedictus V. Romanus, S. R. E. diaconus Cardinalis, in schismate post Ioannem XII. contra Leonem VIII. creatus. sed. mens.</i>	0	1	10
			<i>Consecratus die obitus Ioannis, pridie Idus Maij. Coactus abdicauit eodem anno, 9. Kalend. Iulij. & in exsilium in Saxonie oppido Hamburgo actus est, vbi anno 865. obiit.</i>			
965	135		Ioannes XIII. Romanus, Ioannis episcopi filius, episcopus Narniensis, Imp. Cæs. Othone Magno Augusto, sedit annos	6	11	5
			Creatus 6. Non. Octob. Obijt 8. Idus Septembris, anno 972. sepultus in basilica S. Pauli apostoli. Vacauit sedes dies	0	0	13
972	136		Donus, aliàs Domnus, aliàs Domnio II. iunior, Romanus, Imperatore Cæsare Othone magno Augusto, sedit menses	0	3	0
			Creatus 12. Kal. Octobris. Obijt 14. Kal. Ianuarij, anno 972. Non vacauit sedes			
972	137		Benedictus V. dictus v. I. Hildebrandi filius, Romanus. Imp. Cæsare Othone iuniore Aug. sedit annum	1	3	0
			Creatus 13. Kalend. Ianuarij, coactus abdicauit 14. Kal. Aprilis. anno 974. & in molem Hadriani conclusus, vbi à Cintio Stephani filio iussu Bonifacij VIII. successoris			

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	ROMANI.	3 ^a	Anni.	Menses.	Dies.
		fui strangulatus est, & ad S. Petrum sepultus. Vacauit sedes dies		o	o	10
974	138	<i>Schisma in ecclesia Romana XVII. inter Bonifacium VII. & Benedictum VI. dictum VII.</i> Bonifacius V. I. Romanus, Franco Ferrutij filius, S. R. E. diaconus Cardinalis, Imp. Cæsare Othone 2. Aug. sed. annum Creatus 8. Kal. Aprilis, coactus abdicauit, & ex Vrbe fugatus est 5. Idus Maij, anno 975. Vacauit sedes dies		1	1	12
975	139	Benedictus VI. dictus VII. ex comitibus Tusculanis, Deus dedit filius Romanus, episcopus Sutrinus, Othone II. Imp. sedit annos Creatus Kal. Iunij, fugato Bonifacio VII. Obijt 6. Idus Iulij, anno 984. sepultus ad sanctam Crucem in Hierusalem. Vacauit sedes dies		o	o	20
984	140	Ioannes 14. Papiensis, Petrus antea vocatus, episcopus Papiensis, Imp. Cæsare Othone 3. Aug. sed. menses Creatus 17. Kal. Augusti, pontificatu exactus est à Bonifacio VI. in Urbem reuerso, 17. Kal. Aprilis. Obijt eodem anno 985. in carcere, 13. Kal. Septembris, sepultus ad sanctum Petrum. Non vacauit sedes		9	1	10
985		Bonifacius VI. Romanus, Franco Ferrutij filius, factione quorundam nobilium Romam reuersus, capto Ioanne XIII. Romanum pontificatum Imp. Othone 3. Augusto, tenuit iterum menses Ex ante diem 17. Kal. Aprilis, vsque ad 12. Kal. Augusti, anno 985. Quo mortuus est, & Laterani sepultus. Vacauit sedes dies		o	o	5
985	141	Ioannes XV. Romanus, Leonis presbyteri filius, de vico Gallinæ albæ. Imp. Cæs. Othone 3. Augusto, sedit annos Creatus Kal. Augusti. Obijt 4. Idus Februar. anno 995. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes diem		o	8	o
995	142	Ioannes XV. I. Romanus, Roberti filius, sedit menses Creatus 4. Idus Februarij. Obijt v. Idus Iunij, anno 995. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies		o	8	o
995	143	Gregorius V. Saxo Germanus, Bruno Othonis filius, ex vrbe Vangia presbyter, & capellanus Imperatoris, Othone 3. Augusto, sedit annos Creatus; & consecratus 16. Kal. Iul. die Dominico. Obijt 12. Kal. Martij anno 998. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes menses		o	4	6
996		<i>Ioannes XVII. Græcus, episcopus Placentinus, in schismate contra Gregorium V. creatus, sedit menses</i>		o	o	10
998	144	<i>Coactus ab Imperatore Othone III. abdicauit, & in Germaniam, offosis oculis relegatus est.</i> <i>Schisma in ecclesia Romana XVIII.</i> Siluester 2. iunior, Aquitanus Gallus Gerebertus monachus Floriacensis coenobij in Gallis, abbas Bobriensis ex archiepiscopo Remensi Rauenas philosophus eximius, Imp.		o	10

Anni Christi.	Numerus Pontificū.	32	PONTIFICES	Anni	Menfes.	Dies.
			Imp. Cæf. Othone 3. Augusto, fed. annos	4	6	12
1003	145		Creatus Kalend. Nouembris. Obijt 4. Idus Maij, anno 1003. Indictione 1. fepultus Laterani. Vac. fed. dies	0	0	25
			Ioannes x v II. Sicco, Romanus ignobilis de vico Biberatica, Imp. Cæf. Henrico II. Iunioire Aug. fedit menfes	0	4	25
1009	146		Creatus 7. Idus Iunij. Obijt pridie Kal. Nouembris, anno 1003. fepultus in ecclesia monafterij S. Sabbæ in cella noua. Vacauit fedes dies	0	0	19
			Ioannes x I I X. Fafanus, aliàs Fanaffus, Romanus de vico portæ Methodij. Imp. Cæf. Henrico iunioire Augusto, fedit annos	5	7	21
1009	147		Creatus 12. Kal. Decemb. Obijt 15 Kal. Augufti, anno 1006. fepultus Laterani. Vacauit fed. dies	0	0	30
			Sergius I v. Petrus Martini filius, Romanus, fed. ann.	2	9	12
1012	148		Creatus 15. Kal. Septemb. Obijt 4. Kal. Iunij, anno 1012. fepultus Laterani. Vac. fed. dies	0	0	8
			Benedictus v II. dictus v I I I. Romanus, ex comitibus Tufculanis Gregorij filius, Henrico iunioire Augufto, fedit annos	11	8	21
1012			Creatus 7. Idus Iunij. Obijt 3. Kal. Martij, anno 1024. fepultus ad S. Petrum. Vacauit fed. diem	0	0	1
1024	149		<i>Schifma XIX. in ecclesia Romana, inter Benedictum VIII. & alium quendam, cuius nomen inuenire non potui.</i>			
			Ioannes XIX. Romanus, ex comitibus Tufculanis Gregorij filius, Benedicti v I I I. frater, epifcopus Portuenfis, Imp. Cæf. Henrico, & Chunrado iunioribus Auguftis, fedit annos	8	9	9
1032	150		Creatus pridie Kalend. Martij. Obijt 6. Idus Nouembris, anno 1032. fepultus ad fanctum Petrum. Vacauit fedes dies	0	0	2
			Benedictus v I I I. dictus I X. Romanus, ex comitibus Tufculanis, Theophylactus antea vocatus, Alberici Benedicti v I I I. & Ioannis X I X. fratris filius, diaconus Cardinalis, Imp. Cæf. Chunrado Saliquo, & Henrico I I I. Augg. fed. annos	12	4	20
1045	19		Creatus 3. Idus Nouembris. Pontificatu exactus 11. Kalend. Februar. anno 1045. fepultus fui anno X I I. menfe I. die X I I. In eius locum factus eft.	0	1	19
1045			<i>Siluefter III. Romanus, Ioannes Laurentij filius, epifcopus Sabinnus, in fchifmate contra Benedictum IX. creatus, fedit menfem</i>			
			<i>Creatus XI. Kal. Febr. Pontificatu à Benedicto IX. exactus eft V. Idus Martij, ann. 1045.</i>			
1045			Benedictus v I I I. dictus I X. Romanus, pulfo Silueftro I I I. iterum fedit menfem	0	1	21
1045	151		Ex ante diem v I. Idus Martij, vsque ad Kal. Maij eius anni, quo die quum fponde abdicaffet, in eius locum factus eft.			
			Gregorius v I. Romanus, Ioannes Gratianus Petri Leonis, archipresbyter S. Ioanis ante portam Latinam, qui			

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	ROMANI.	33	Anni.	Menfes.	Dies.
		qui Imp. Cæfare Henrico III. Augusto, fedit annum Creatus Kal. Maij. Cōactus in concilio Sutrij, ab Imperatore Henrico III. Aug. congregato, abdicauit 13. Kalend. Ianuarij, anno 1046 & ad monasterium Cluniacense relegatus, ibidem paulò post obiit, & sepultus est. Vacauit sedes Romana dies		1	7	20
1045		<i>Schisma in ecclesia Romanâ XX.</i>		0	0	4
1047	152	Clemens II. iunior, Saxo Germanus, Suidegerus Bambergenfis episcopus, Henrico III. Augusto, ledit menses Creatus Sutrij in Concilio ab Imp. Henrico III. congregato 12. Kalend. Ianuarij, consecratus, & coronatus Romæ die Natalis Domini, 8. Kalend. Ianuarij. Obijt Romæ 7. Idus Octob. anno 1047. sepultus Bambergæ in cathedrali ecclesia, cuius episcopus fuerat. Vacauit sedes menses		0	9	15
1047		Benedictus IX. Romanus, pontificatu iam priuatus, mortuo Clemente II. iterum papatum tenuit menses Ex ante diem 6. Idus Nouemb. vsque ad 16. Kal. Augusti, quo die cessit, & papa factus est.		0	9	7
1048	153	Damasus II. iunior, Bauarus Germanus, Poppo Bagniarius episcopus Brixinensis, Imp. Cæs. Henrico 3. fedit dies Creatus Poletix in Germania ab Imperatore Henrico 3. consecratus, & coronatus Romæ 16. kalend. Augusti die Dominico. Obijt Præneste 6. Idus Augusti, Romam relatus in basilica sancti Laurentij extra muros Urbis via Tiburtina sepultus est. Vacauit sedes menses		0	0	23
1048		Benedictus IX. Romanus, hoc etiam interregno Pontificatum Romanum tertio administrauit menses		0	6	3
1049	154	Leo IX. Francus, Gallus Bruno Comes Dagspurg, aliàs Egghisein Hugonis filius, Tullensis in Leucis episcopus, Imperat. Cæfare Henrico 3. Augusto, fedit annos Creatus Frisingæ in Baioria, consecratus & coronatus Romæ prid. Idus Februarij. Dominica prima Quadragesimæ. Indictione 2. Cardinales, quorum memoria exitat 22. creauit, episcopos V. I. presbyteros X. & diaconos V. I. Obijt Romæ 13. kalend. Maij, anno 1054. sepultus ad sanctum Petrum prope aram sanctorum Andree & Gregorij. Vacauit sedes menses		0	6	0
1055	155	Victor II. iunior, Sueuus Germanus. Gebohardus comes Calbensis Arduigi filius, episcopus Bistatenfis, Henrici 3. Imp. Consiliarius, & propinquus, ipso & eius filio Henrico 4. Augustis, fedit annos Creatus ab Imperat. Henrico tertio Moguntix, consecratus, & coronatus Romæ Idibus Aprilis, feria quinta in cœna Domini. Cardinales episcopos 2. creauit, & presbyterum vnum ex antiquo diacono, Ordinatione vna mense Iunio facta. Obijt Florentix 5. kalend. Augusti.		5	2	8
				0	11	24
				2	3	16

Anni Christi.	Numerus Pōtificū	34 PONTIFICES	Anni.	Menses.	Dies.
1057	156	<p>gusti, anno 1057. ibique in cathedrali sepultus. Vac. sed. dies</p> <p>Stephanus x. dictus I x. Hlotharingus Gallus, Fride ricus Gozzelonis ducis Hlotharingæ filius, S.R.E. archidiaconus, sanctæ Marię in Dominica Cardinalis, Bibliothecarius, & Cancellarius à Leone ix. factus, monachus abbas Casinas, & presbyter Cardinalis et. sancti Cryso goni à Victore II. consecratus, Imp. Cæsare Henrico iv. Augusto, sedit menses</p> <p>Creatus Romæ 4. Nonas Augusti, postriedie die Domi nico consecratus. Cardinalem episcopum vnum fecit mense Martio. Obijt Florentiæ 4. Kalend. Aprilis, anno 1058. sepultus ibidem in ecclesia cathedrali Vac. sed. dies</p>	•	•	4
1058	20	<p><i>Benedictus IX. dictus X. Romanus, Thomas Mincius ex comitibus Tusculanis Guidonis filius, episcopus Veliternus à Leone IX. papa factus, Henrico IV. Imp. sedit menses</i></p> <p><i>Creatus, & coronatus Rome Laterani à Loicis contra canones, Nonis Aprilis die Dominico, co. ctus abdicavit 9. Kal. Februarij, anno 1059. & paulo post 5. Idus Aprilis moriens, ad sanctam Mariam ma iorem sepultus est. In eius locum factus fuit.</i></p>	•	•	8
1058	157	<p>Nicolaus II. iunior, Allobrox. Gerardus Burgundio episcopus Florentinus, Imp. Cæsare Henrico II. Rege 4. Augusto, sedit annos</p> <p>Creatus Senis, consecratus, & coronatus Romæ die Dominico 3. Nonas Ianuarij, anno 1059. Cardinales fecit v II. episcopos II. presbyteros II. diaconos 3. mense Martio. Obijt Florentiæ v. Non. Iulij. anno 1061. ibique sepultus Vacavit sedes menses</p>	•	7	28
1058 1061	158	<p><i>Schisma in ecclesia Romana XXI.</i></p> <p>Alexander II. iunior Mediolanensis, Anselmus de Badagio Anselmi filius, canonicus regularis, episcopus Lucensis in Tuscia, Imp. Cæsare Henrico I v. Aug. sedit annos</p> <p>Creatus, & consecratus Romæ die Dominico, prid. Kal. Octobris. Cardinales fecit xxx. episcopos 8. presby teros xvi. & diaconos v I. Obijt Romæ x. Kal. Maij. nocte præcedente, anno 1073. & Laterani in basilica Constanti niana sepultus. Non vacavit sedes</p>	•	9	20
1061	21	<p><i>Honorius II. iunior, Parmensis Cadolus Pallavicinus, episcopus Parmensis, in schismate contra Alexandrum II. ab Imp. & episcopis Longobardis creatus, sedit annos</i></p> <p><i>Creatus B. filia 5. Kal. Nouembrijs, consecratus. . . Pontificatus ei in Concilio Mantuano abrogatus est 6. Kal. Nouembrijs, anno 1064. & non longè post Parme mortuus est, & sepultus est.</i></p> <p><i>Schisma in ecclesia Romana xxii.</i></p>	•	2	16
1073	159	<p>Gregorius VII. Soanenſis Tuscus Hildebrandus, ex comitibus Pitiliani, & Soanæ Bonicij filius, monachus, & Prior olim Cluniacensis, Abbas sancti Pauli Romæ, ex S.R.E. œconomo, & subdiacono, archidiaconus Car dina</p>	•	6	1
			•	6	22
			5

Anni Christi.	Numer ⁹ Pōtificū	ROMANI.	35	Anni.	Menfes.	Dies.
		dinalis sanctæ Maræ in Dominica à Nicolao I I. factus, Imp. Cæf. Henrico I v. Augusto, sedit annos		12	1	3
		Creatus feria 2. x. Kal. Maij. Romæ in basilica sancti Petri ad vincula, die obitus Alexandri I I. consecratus 3. Kal. Iulij apud sanctum Petrum. Cardinales fecit xx. episcopos I I I. presbyteros x I I. diaconos v. Obijt Salerni 8. Kalend. Iunij die Dominico, anno 1085. sepultus ibidem in ecclesia Cathedrali sancti Matthæi. Vacauit sedes annum		1	0	0
1080	32	<i>Clemens III. Parmensis, Gibertus de Corrigha, archiepiscopus Rauenas ab Alexandro II. filius, olim Imp. Henrici IV. cancellarius, & auctoritate in schismate Romanus pontifex creatus, contra Gregorium VII. & eius successores, Viforem III. Urbanum II. & Pascha-</i> <i>lem II. eo Imp. fecit annos</i>		21
		<i>Creatus Brixini in Noricis à xxx. episcopis, auctoritate Henrico IV. Imp. 7. Kal. Iulij, feria 5. Indictione III. consecratus Romæ ad sanctum Petrum 9. Kal. Aprilis, dominica palmarum, anno 1084. Cardinalis fecit xix. episcopos v. presbyteros x. & diaconos xv. Obijt Romæ in arce sancti Angeli, post Kal. Septemb. anno 1101. sepultus Raenense in cathedrali ecclesia, & non longè post corpus eius exhumatum, in festo Paschalis II. combustum est.</i>				
1080		<i>Schisma in ecclesia Romana pestimum XXIII.</i>				
1086	160	Victor I I I. Beneuentanus, Dauserius post Desiderius Beneuentani principis filius, monachus Casinas, diaconus Cardinalis à Leone IX. factus, abbas Casinas, & presbyter Cardinalis tt. S. Cæcilie à Nicolao I I. consecratus, in schismate contra Clementem I I I. Imp. Cæf. Henrico I v. Augusto, sedit annum		1	3	24
		Creatus Romæ die Pentecostes in diaconia sancte Lucie, 9. Kal. Iunij, consensit Capuæ 12. Kal. Aprilis, Dominica palmarum, anni 1087. Consecratus Capuæ 7. Idus Maij, die Dominico. Obijt in monasterio montis Casini 16. Kalend. Octobris, anno 1087. ibique in capitulo monasterij sepultus. Vacauit sedes menses		0	5	23
1088	161	Vrbanus I I. iunior Gallus, Otho Milonis filius, ex oppido Castillonis, Remensis diocesis, canonicus regularis Lateranensis, post monachus Cluniacensis, episcopus Ostiensis à Gregorio V I I. factus in schismate contra Clementem I I I. sedit Imp Henrico I v. annos		11	4	18
		Creatus, & coronatus Tarracinæ 4. Idus Martij, die Dominico. Cardinales fecit xxxvi. episcopos ix. presbyteros xiv. diaconos 13. mensibus Martio & alijs. Obijt Romæ in ædibus Petri Leonis ad sanctum Nicolaum in carcere 3. Kal. Augusti, anno 1099. sepultus ad sanctam Petrum. Vacauit sedes dies		0	0	14
1099	162	Paschalis I I. Bledensis Tuscus, aliàs ex vico prouincie Flaminie Galliatæ, Rainerius Crescentij filius, monachus Cluniacensis, abbas sanctorum Laurentij & Stephanij extra muros Vrbs, via Tiburtina, presbyter Cardinalis tt. S. Clementis à Gregorio V I I. factus in schismate				

Anni Christi.	Numer ^o Pontificū.	36 PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
		mate contra Clementem III. & eius successores, Imp. Cæs. Henricis I v. & v. Augustis, sedit annos	18	5	9
		Creatus Romæ apud sanctum Clementem, Idibus Augusti, à Cardinalibus L. præter ipsum, consecratus post tridie die Dominico. Pluribus ordinationibus per diuersos menses habitis, episcopos C. in his 13. Cardinales creauit presbyteros verò L. & diaconos xxx. Obijt Romæ apud sanctam Mariam Transpontinam nocte, quæ diem 12. Kal. Februarij secuta est, anno 1118. Laterani sepultus. Vacauit sedes dies	o	o	3
1101	23	Albertus Attilianus in schismate post Clementem III. contra Paschalem II. Ricardo Capuano Comite auctore, creatus, sed. mens.	o	4
		Captus à militibus Paschalis II. & coactus, quum abdicasset, in monasterio sancti Laurentij Auerse perpetuo carceri relegatur.			
1102	24	Theodoricus Romanus, in schismate post Albertum contra Paschalem II. Cauensium opera creatus, sedit mens. 5	o	3	15
		Captus à Paschalis II. præstij, & sacerdotio priuatus, in monasterium sancte Trinitatis Cauensis traditur, ibi monachus factus, anacoreticam vitam diu duxit.			
1102	25	Siluester III. Romanus, Maginulfus monachus, & abbas Farfensis, in schismate post Theodoricum contra Paschalem II. auctore Veronero Imperatoris Henrici IV. in Italia Duce creatus, sedit menses alij. 10.	o
		Fugatus Latio, & monasterio suo expulsus, animi dolore haud ita multo post mortuus est.			
1118	163	Gelasius I Iunior Caietanus, Ioannes Crescentij filius, monachus Cassinas, S. R. E. diaconorum primus, sancte Mariæ in Cosmedin, & cancellarius ab Urbano II. factus, Imp. Cæsare Henrico v. Augusto, sed. annum	1	o	5
		Creatus Romæ in monasterio Palladij à XLVII. Cardinalibus, 8. Kal. Febr. Consecratus Caietæ Kal. Martij. Cardinalem vnum creauit diaconum, ordinatione mense Martio facta. Obijt 4. Kal. Febr. anno 1119. Cluniaci in Gallia, ibique in monasterij ecclesia sepultus. Vacauit sedes dies	o	o	2
1118	26	Gregorius VII. Hispanus, Mauritius Burdinus Archiepiscopus Bracarum, in schismate contra Gelasium II. ab Imperatore Henrico V. Augusto mense Aprilis creatus, sedit eo imperante annos	3
		Coactus abdicauit sub Calisto II. & in Turri monasterij Casinat primùm, deinde in monasterio Cauensi sancte Trinitatis ab Honorio II. relegatus, ibidem vitam finiuit.			
1118		Schisma XXIV. in ecclesia Romano.			
1119	168	Calistus II. Burgundus, Milo, aliàs Guido. Guillelmi Burgundiæ comitis filius, archiepiscopus Viennensis, & apostolicæ sedis Transalpes legatus, Henrico v. Augusto, sedit ann.	5	10	13
		Creatus kalend Februarij Cluniaci in Gallijs à 12. Cardinalibus, ibique consecratus prid. Idus Octobris. Ordinationibus tribus mense Martio, & Decembri factis,			

Anni Christi. Numerus Pontificum.

ROMANI.

37

Anni. Menses. Dies.

ctis, Cardinales creauit XIII. episcopos I. presbyteros V I I I. & diaconos V I I. Obijt Romę Idibus Decembris anno 1124. Laterani sepultus. Vacauit eo mortuo sedes diem tantum

1123
1124

165

Synodus vniuersalis Lateranensis praelatorum circiter mille.

Honorius II. Bononiensis, Lambertus de Fagnano ex archidiacono Bononiensi canonicus regularis Lateranensis, episcopus Cardinalis Ostiensis à Paschali II. factus, Imp. Cæs. Henrico, & Hlothario Saxone Augustis, sedit annos

Creatus Romę Laterani 19. Kal. Ianuarij à L. Cardinalibus, coronatus die Dominico 12. Kal. Ianuarij. Ordinationibus tribus mense Decembri factis, Cardinales fecit 31. episcopos I I I. presbyteros 16. & diaconos XI. Obijt Romę 14. Kal. Martij in monasterio sancti Gregorij, Laterani sepultus. Vacauit sedes diem

1124

27

Calixtus II. Romanus, Theobaldus Buccapeccus, presbyter Cardinalis et. sanctę Anast. się à Paschali II. factus, in schismate contra Honorium II. creatus, sedit diem

Creatus 19. Kal. Ianuarij, & eo die abdicauit, anno 1124.

Schisma in eccl. ssa Romana xxx.

1124
1130

166

Innocentius II. Romanus, Gregorius Ioannis Guidonis filius de papa, de regione Translyberim canonicus regularis Lateranensis, Prior diaconorum Cardinalium sancti Angeli ab Urbano II. factus, Lothario II. Saxone, & Chunrado Sueuo Augustis, sedit annos

Creatus in schismate à xvii. Cardinalibus, 13. Kal. Martij, consecratus die Dominico proximo Romę. Ordinationibus vi. mense Decembri factis, Cardinales creauit XLV I I. episcopos IX. presbyteros XX. & diaconos XVIII. Obijt Romę 8. kal. Octob. anno 1143. sepultus Laterani in concha porphyrite, quę in mausoleo Hadriani fuerat. Vacauit sedes dies

1130

28

Anacletus II. Romanus, Petrus Petri Leonis filius, ex diacono Cardinale sanctorum Cosine, & Damiani à Paschali II. factus, presbyter Cardinalis et. S. Marię Translyberim à Calisto II. ordinatus, Imp. Cæs. Lothario II. Saxone Augusto, sedit in schismate ann.

Creatus in schismate contra Innocentium II. à XXI. Cardinalibus 13. Kal. Martij Romę, consecratus die Dominico proximo. Ordinationibus aliquot mense Aprili, & Decembri factis, Cardinales creauit X. presbyteros V. & diaconos V. Obijt Romę initio ann. 1138. sepultus Laterani. In eius locum factus est.

1138.

29

Victor IV. Romanus, Gregorius presbyter Cardinalis basilica sanctorum xii. apostolorum à Calisto II. factus, post Anacleci obitum in schismate contra Innocentium II. creatus, sedit mens.

Abdicauit 4. Kal. Iunij in octaua Pentecostes anno 1138. & remarsit vt antę presbyter Cardinalis basilica apostolorum.

1130
1139

Schisma in Romana eccl. ssa xxvi.
Synodus vniuersalis Lateranensis episcoporum plus minus mille.

Anni Christi.	Numerus Pontificum	38	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
1143	167		Cælestinus II. Tifernas Tufcus, M. Guido de Castello, ex diacono sanctæ Mariæ in via Lata ab Honorio II. factus, presbyter Cardinalis tt. sancti Marci ab Innocentio II. ordinatus, Chunrado Sueuo Imp. fedit menses	0	5	13
			Creatus Romæ à xxix. Cardinalibus, 7. Kal. Octob. ibique 6. Kal. die Dominico consecratus. Ordinatione vna mense Februar. facta. Cardinales creauit x i v. presbyteros x i i. & diaconos x i i. Obijt vii. Idus Martij in palatio Lateranensi, anno 1144. in basilica Constantiniana sepultus. Vac. sedes dies	0	0	2
1144	168		Lucius II. Bononiensis, D. Gerardi Cæcianimicus Alberti filius, canonicus regularis ex congregatione sancti Fridiani Lucensis, primus presbyterorum Cardinalium tt. sanctæ Crucis in Hierusalem à Calisto II. factus, cancellarius apostolicæ sedis ab Innocentio II. creatus, Imp. Chunrado III. Sueuo Aug. sed. menses	0	11	14
			Creatus Romæ à x l i. Cardinalibus I v. Idus Martij, consecratus die Dominico proximo. Ordinationibus duabus mensibus Maio, & Decembri factis, Cardinales creauit x i i. episcopum I. presbyteros 3. & diaconos 3. Obijt Romæ in monasterio S. Gregorij 5. Kal. Martij, anno 1145. Laterani sepultus. Vacauit sed. diem	0	0	1
1145	169		Eugenius III. Pisanus, D. Petrus Bernardus ex oppido Montis magni diocesis Pisanæ, ex vicedomino Pisanæ ecclesiæ, monachus Cistertiensis, & sancti Bernardi magni Chareuallensis abbatis discipulus, abbas monasterij sanctorum Vincentij, & Anastasij ad aquas saluias Romæ, Chunrado, & Friderico Barbarussa Sueuis Cæsaribus, fedit annos	8	4	12
			Creatus Romæ extra collegium Cardinalium, in ecclesia sancti Cæsarij in patriarchio Lateranensi à x l i i. Cardinalibus, 3. Kalend. Martij. Ordinatus in monasterio Farfensi, 4. Non. Martij, dominica proxima. Ordinationibus 3. mense Decembri, & alijs factis. Cardinales creauit 23. episcopos 2. presbyteros xi. & diaconos 10. Obijt Tibure 8. Idus Iulij, anno 1153 sepultus Romæ ad sanctum Petrum prope altare maius. Vacauit sedes diem	0	0	1
1153	170		Anastasius I v. Romanus, Chunradus de Subura Benedicti filius, canonicus regularis, & abbas sancti Rufi Valentini dioceseos in Gallijs, episcopus Cardinalis Sabinus ab Honorio II. factus, & Vicarius papæ in vrbe, Imp. Cæs. Friderico Ahenobarbo Aug. sed. annum	1	4	24
			Creatus Romæ à xxxvii. Cardinalibus v i. Idus Iulij, consecratus I v. Idus Iulij, episcopum Cardinalem vnum creauit. Obijt Romæ III. Nonas Decemb. anno 1154. sepultus Laterani mausoleo prophytico. Vacauit sedes diem	0	0	1
1154	171		Hadrianus I v. Anglus, D. Nicolaus Brekspere, ex villa Maluesbiria oppidi Virulamij, aliàs sancti Albani, Batonienfis diocesis, Roberti monachi filius, canoni-			

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	ROMANI.	39	Anni.	Menfes.	Dies.
		cus regularis. & abbas sancti Rufi Valentia in Gallijs episcopus Cardinalis Albanus ab Eugenio III. factus, Friderico Imperatore sedit annos		4	8	28
1159	172	<p>Creatus Romae Nonis Decembris, die Dominico à 30. Cardinalibus. Ordinationibus duabus Martio, & Decembri factis, Cardinales creauit 13. episcopum 1. presbyteros v. & diaconos v. Obijt Anagninae in Herculis prima vigilia Kal. Septemb. anno 1159. sepultus ad sanctum Petrum iuxta Eugenium III. Vacauit fides dies</p> <p>Alexander III. Senensis Tuscus, Rolandus Bandinellus Ranutij filius, ex canonico Pisano diaconus Cardinalis sanctorum Cosmae & Damiani, post presbyter et. sancti Marci, & cancellarius S. R. E. ab Eugenio III. factus, Imp. Caesare Friderico Henobardo Augusto, sedit annos</p> <p>Creatus Romae in basilica sancti Petri in schismate, à xxi. Cardinalibus Nonis Septembris, consecratus apud Treftabernas, alias apud Nympham xxi. Kalend. Octobris. Ordinationibus aliquot mense Decembris, & alijs mensibus factis, Cardinales creauit xxxiv. episcopos ix. presbyteros xvi. & diaconos ix. Obijt Romae 6. Kal. Septembris, anno 1181. Laterani sepultus. Vacauit fedes diem</p>		0	0	3
1180		Sancta Synodus vniuersalis Lateranensis pro restitutione ecclesiae habita, episcoporum ccxxc.		0	0	1
1159	30	<p>Victor IV. Romanus, Ottavianus de monticello, ex diacono sancti Nicolai in carcere Tulliano ab Innocentio II. facto, presbyter Cardinalis et. sanctae Ceciliae ab Eugenio III. ordinatus, Imp. Friderico Aug. in schismate contra Alexandrum III. sedit annos</p> <p>Creatus in basilica sancti Petri in schismate, Nonis Septembris à 7. Cardinalibus, ibidem IV. Nonas Octobris coronatus. Obijt Luce in Tuscia circa Idus Aprilis, anni 1164. ibique sepultus. In eius locum factus est</p>		4	7
1164	31	<p>Paschalis III. Cremonensis, Guido ex diacono sancti Eustachij, presbyter Cardinalis et. sanctae Mariae Transiberim ab Hadriano IV. factus, Friderico Imp. in schismate sedit annos</p> <p>Creatus in schismate Luce in Tuscia . . . Kal. Maij, ibique consecratus. Obijt Romae . . . anno 1169. sepultus ad sanctum Petrum. In eius locum factus est.</p>		5
1169	32	<p>Calixtus III. Hungarus, Ioannes Monachus, & abbas Strumiensis episcopus Cardinalis Tusculanus à Victore IV. factus in schismate, contra Alexandrum III. Imp. Friderico sedit annos</p> <p>Creatus in schismate Romae, ibique consecratus. Abdicauit V. Kalend. Augusti, anno 1176. & factus est archiepiscopus Beneuentanus.</p>		7	5
1177	33	<p>Innocentius III. Lando autem vocatus, in schismate contra Alexandrum III. creatus, sedit mens. aliquot</p> <p>Coactus abdicauit.</p>		0
1159		Schisma maximum in ecclesia Romana XXVII.				
1181	173	Lucius III. Lucensis Tuscus, Vbaldus Allucingolus				

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	40	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
			Bonagiunta filius, ex canonico Lucensi presbyter Cardinalis t. sanctæ Prædix ab Innocentio I I. & episcopus Ostiensis & Veliternus, ab Hadriano I v. factus, tunc prior episcoporum, Imp. Friderico Barbaruffa sed. ann.	4	8	28
1185	174		Creatus Romæ 4. Kal. Septemb. à xxv. Cardinalibus, ibidem post die coronatus. Ordinationibus tribus Decembri, & Februario factis, Cardinales creauit 14. episcopum vnum, presbyteros 6. & diaconos 7. Obijt Veronæ 7. Kal. Decembris, nocte præcedenti, anno 1185. sepultus ibidem in cathedrali. Non vacauit sedes.			
			Vrbannus I I. Mediolanensis, Lambertus Cribellus Ioannis filius, ex presbytero Cardinale S. R. E. ab Alexandro I I I. factus Archiepiscopus Mediolanensis, Imp. Friderico Anhenobarbo Augusto, sedit annum.	1	10	25
			Creatus Veronæ à xxiv. Cardinalibus 7. Kal. Decembris die obitus Lucij I I I. ibique 3. Kal. coronatus. Obijt Ferrariæ 14. Kal. Nouembris, sepultus in cathedrali, anno 1187. Vacauit sed. diem.	0	0	8
1187	175		Gregorius v. I. I. Beneuentanus, Albertus Spanachionius, aliàs de Mora, ex diacono Cardinale S. Hadriani presbyter Cardinalis t. S. Laurentij in Lucina ab Hadriano I v. & cancellarius apostolicæ sedis ab Alexandro I I I. factus, tunc primus presbyterorum, sed. mens.	1	1	27
			Creatus Ferrariæ à xix. Cardinalibus, 13. Kal. Nouembris, 8. Kal. ibidem consecratus. Obijt Pisis 17. Kal. Ianuarij, sepultus in cathedrali Pisana, anno 1187. Vacauit sedes dies.	0	0	20
1188	176		Clemens I I I. Romanus, Paulus scholaris Ioannis filius de regione Pinæ, episcopus Cardinalis Prænestinus ab Alexandro I I I. factus, sedit Imp. Cæs. Friderico Barbaruffa Augusto annos.	3	3	20
			Creatus & coronatus Pisis à xix. Cardinalibus 8. Idus Ianuarij die Epiphaniæ. Ordinationibus 4. Februario, Martio, Aprili, & Septembri factis, Cardinales creauit xxii. episcopi vnus, presbyteros x. diaconos xi. Obijt Romæ 8. Kal. Aprilis, anno 1191. Laterani sepultus. Vacauit sedes dies.	0	0	3
1191	177		Cælestinus I I I. Romanus, Hiacyntus Bobo Petri filius de regione Harenulæ, sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconus Cardinalis à Cælestino I I. factus, Prior eius ordinis, Henrico v I. Imperat. sedit annos.	6	9	11
			Creatus Romæ à 27. Cardinalibus 4. Kal. Aprilis, consecratus die Paschæ 18. Kal. Martij, apud sanctum Petrum. Ordinationibus duabus mense Decembri factis, Cardinales creauit ix. presbyteros 6. & diaconos 3. Obijt Romæ Idus Ianuarij nocte præcedente, anno 1198. sepultus in basilica Lateranensi. Non vacauit sedes.			
1198	178		Innocentius I I I. Anagninus Hlotharius, ex comitibus Signæ Transmundi filius, diaconus Cardinalis sanctorum Sergij & Bacchi à Clemente I I I. factus, Imp. Cæs.			

Anni Christi	Numerus Pontificū.	ROMANI.	41	Anni.	Menfes.	Dies.
		Cæf. Henrico 6. Othone 4. & Friderico II. Aug. fed. ann. Creatus Romæ à XXIII. Cardinalibus die obitus Cælestini III. papæ, 6. Idus Ianuarij, coronatus die Cathedralæ S. Petri 8. Kal. Martij. Ordinationibus multis per diuerfos menses factis, Cardinales creauit 33. epifcopos 8. presbyteros XII. & diaconos XIII. Obijt Perufiæ 17. Augufti, anno 1216. ibique in cathedrali ecclefia fancti Laurentij feptultus. Vacauit fed. diem		18	6	9
1215		Sancta, magna, & vniuerfalís fynodus Lateranenfis pro reformatione Ecclefie celebrata prælatorum circiter mille.		o	o	1
1210	179	Honorius III. Romanus, Cencius Sabellus Aimerici filius ex canonico fanctæ Mariæ maioris, diaconus Cardinalis fanctæ Lucie in Orthea, & camerarius S. R. E. à Cælestino III. factus. pofit presbyter et fanctorum Ioannis & Pauli ab Innocentio III. ordinatus, Imp. Cæf. Friderico II. Augufto, fedit annos		10	8	o
		Creatus Perufiæ à XIX. Cardinalibus, 15. Kalend. Augufti, ibidem 9. Kalend. die Dominico coronatus. Ordinationibus quinque menfibus Decembri, & alijs factis, Cardinales creauit 12. epifcopos v. presbyteros v. & diaconos I. Obijt Romæ 15. Kalend. Aprilis nocte fequenti, feria v. hebdomadæ quintæ quadragesimæ, anno 1227. feptultus ante aram Præsepis in bafilica fanctæ Mariæ maioris. Vacauit fedes diem		o	o	1
1127	180	Gregorius IX. Anagninus, Vgolinus ex Comitibus Sigina, ex diacono Cardinale fancti Eustathij epifcopus Oftienfis, & Veliternus, ab Innocentio III. factus, Imp. Friderico II. Cæf. fedit annos		14	5	3
		Creatus Romæ prope Septizonium in diaconia S. Lucie in Septifolio ab ab XIX. Cardinalibus, 13. Kalend. Aprilis die fabbati, consecratus ibidem die Dominico poft die die fancti Benedicti, coronatus ad fanctum Petrum 5. Kalend. Aprilis die Pasche. Ordinationibus quatuor menfibus Decembri, & Septembri factis, Cardinales XI. creauit, epifcopos v. presbyteros II. & diaconos I v. Obijt Romæ XI. Kal. Sept. anno 1241. feptultus ad fanctum Petrum. Vacauit fedes dies		o	o	30
1241	181	Cælestinus IV. Mediolanenfis, Gaufridus Castellio ex presbytero et fancti Marci epifcopus Cardinalis Sabinus à Gregorio IX. factus; fedit dies		o	o	17
		Creatus Romæ ab XI. Cardinalibus, X. Kal. Octobris non coronatus. Obijt Romæ 8. Idus. Octobris, anno 1241. feptultus ad fanctum Petrum. Vacauit eodem anno fedes annum		o	o	15
1243	182	Innocentius IV. Genuenfis Ligur, Imibaldus de Flicco ex Lauanæ comitibus, Othoboni filius, ex Vicecellario S. R. E. & auditore litterarum contradictarius presbyter Cardinalis et fancti Laurentij in Lucina Gregorio IX. factus, primus presbyterorum, Imp. Frid.		1	8	15

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	42	PONTIFICES	Anni.	Menses.	Dies.
			rico 2. Augusto, Chunrado I v. Henrico V I I. & Guillelmo, Cæsaribus, sedit annos.	11	5	14
1244			Creatus Anagninæ à IX. Cardinalibus, 8. Kal. Iulij, ibique consecratus I v. Kal. Iulij Ordinationibus quattuor mense Decembri factis, Cardinales creauit xx. episcopos 7. presbyteros 7. & diaconos 6. Obijt Neapoli 7. Idus Decembris, anno 1254. ibidem in cathedrali ecclesia sepultus. Vacauit sedes dies.	•	•	13
1254	183		Sancta & vniuersalis Synodus Lugdunensis contra Imp. Fridericum 2. congregata.			
			Alexander I v. Anagninus, Rainaldus ex comitibus Signie Gerardi Retraentis, aliàs Philippi filius, ex diacono sancti Eustathij episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus à Gregorio Ix. factus, prior episcoporum, sedit Guillelmo Ricardo & Alfonso Cæsaribus annos.	6	5	5
1261	184		Creatus Neapoli ab XI. Cardinalibus, x I I. Kal. Ianu. Coronatus 8. Kal. Ianua. die natalis Domini. Obijt Viterbij 8. kal. Iunij, ibidem in cathedrali ecclesia sancti Laurentij sepultus, anno 1261. Vac. sed. mens.	•	3	3
			Vrbanus 4. Trecensis Campanus Gallus, Iacobus Pantaleo Patriarcha Hierosolymitanus sedit in interregno, Ricardo & Alfonso Cæsaribus, annos.	3	1	4
			Creatus extra collegium Cardinalium Viterbij, 4. kal. Septembris ab v I I I. Cardinalibus, coronatus prid. Non. Septembris. Ordinationibus duabus mense Decembri factis, creauit Cardinales 14. episcopos I I I. presbyteros v I. & diaconos v. Obijt Perusæ v I. Nonas Octobris, anno domini 1264. sepultus ibidem in cathedrali. Vacauit sedes menses.	•	4	2
1265	185		Clemens I v. Narbonensis Gallus, Guido Grossus Fulcodij filius de villa sancti Aegidij, ex episcopo Podiense, archiepiscopus Narbonensis, & deinde episcopus Cardinalis Labinus ab Vrbanò I v. factus, sedit Ricardo & Alfonso Cæsaribus ann.	3	9	25
			Creatus absens Perusæ per compromissum presentibus x x. Cardinalibus Nonis Februarij; erat enim legatus in Anglia; coronatus Viterbij die cathedræ sancti Petri, v I I I. Kal. Martij, anno 1266. Obijt Viterbij I I I. Kal. Decemb. anno 1268. sepultus in ecclesia Prædicatorum sanctæ Mariæ ad gradus. Vacauit sedes annos.	2	9	2
1271	186		Gregorius x. Placentinus Thealdus Vicecomes, archidiaconus Leodiensis, Cæfare Rodulfo, sedit annos.	4	4	10
			Creatus Viterbij absens trans mare in Syria extra collegium Cardinalium, Kal. Septembris per compromissum in sex Cardinales factum, presentibus Cardinalibus xvii. consecratus Romæ vi. kal. Aprilis, anno 1272. Ordinationem vnam mense Iunio v. episcoporum Cardinalium fecit. Obijt Arretij in Tuscia I v. Idus Ianuarij, anno 1276. ibidem in cathedrali ecclesia sepultus. Vacauit sedes dies.	•	•	10

Ani Christi.	Numer ⁹ Pōificū.	ROMANI.	43	Anni.	Menfes.	Dies.
1374		Sancta & vniuersalis synodus Lugdunensis, secunda, pro recuperatione terræ sanctæ coacta.				
1376	187	Innocentius v. Burgundus Magister, frater Petrus Tarentasiensis ordinis Prædicatorum ex archiepiscopo Lugdunense, episcopus Cardinalis Ostiensis, & Teliternus, S. R. E. maior pœnitentiarius à Gregorio x. factus, Cæsare Rodulfo, sedit menses Creatus Arretij x i i. kal. Februarij à Cardinalib. x i. coronatus Romæ die cathedræ sancti Petri, 8. Kal. Martij. Obijt Romæ x. kalen. Iulij, anno 1276. Laterani sepultus. Vacauit sedes dies		0	5	2
1276	188	Hadrianus v. Genuensis Ligur, Othobonus Fliscus ex Lauania comitibus, Thedisi Innocentij I v. fratris filius diaconus Cardinalis sancti Hadriani à patruo factus, sedit mens. Creatus Romæ à x. Cardinalibus in Palatio Lateranensi 4. Idus Iulij, non consecratus. Obijt Viterbij xv. kal. Septemb. sepultus ibidem ad Minorum ecclesiam S. Franciscei. Vacauit sedes dies		0	0	19
1276	189	Ioannes xx. dictus xxi. Vlyxiponensis Lusitanus, Hispanus, Magister Ioannes Petrus Iuliani episcopus Cardinalis Tusculanus à Gregorio x. factus, Cæsare Rodulfo sed. mens. Creatus Viterbij à ix. Cardinalibus, Idib. Septembris, coronatus ibidem 12. Kal. Octobris. Obijt Viterbij 13. Kal. Iunij, anno 1277. ibidem in cathedrali ecclesia sepultus. Vacauit sedes menses		0	1	7
1377	190	Nicolaus 3. Romanus, Ioannes Caietanus Vrsinus primus diaconus Cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ab Innocetio 4. factus, sedit Cæsare Rodulfo annos Creatus Viterbij à 6. Cardinalibus, 7. Kal. Decemb. coronatus Romæ 8. Kalend. Ianuarij. Ordinatione vna mense Martio facta, 9. Cardinales creauit, episcopus v. presbyteros 2. & diaconos 2. Obijt in castello Sariano Viterbiensis diocesis, xi. Kal. Septemb. anno 1280. sepultus Romæ ad sanctum Petrum. Vacauit sedes menses		0	0	25
1821	191	Martinus I I. dictus I v. Turonensis, Gallus, Simon de Bria Campaniæ Turonensis diocesis, presbyter Cardinalis et. sanctæ Cæcilie ab Urbano 4. factus. Cæsare Rodulfo sedit annos Creatus Viterbij à x. Cardinalibus 8. Kal. Martij, coronatus Vrbeueteri x. Kalen. Aprilis. Ordinationem vnam mense Martio fecit, Cardinalium 7. episcopi vnus, presbyterorum v. & diaconi vnus. Obijt Perusiæ iv. Kalen. April. anno 1285. sepultus in ecclesia cathedrali Perusina. Vacauit sedes dies		0	8	8
1285	192	Honorius 4. Romanus, Iacobus Sabellus Lucæ filius primus, diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin ab Urbano 4. factus, Cæsare Rodulfo sedit annos Creatus Perusiæ à xvii. Cardinalibus 4. Nonas Aprilis,		2	6	4
				2	8	29
				4	3	7
				0	0	4
				2	0	2

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	44	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
			lis, coronatus Romæ apud sanctum Petrum 17. Kal. Maij, episcopum Cardinalem vnum creauit mense Decemb. Obijt Romæ 111. Nonas Aprilis apud sanctam Sabina, anno 1287. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes menses	0	10	18
1288	193		Nicolaus I v. Asculanus, M. Frater Hieronymus ex ministro generali ordinis Minorum presbyter Cardinalis tit. sanctæ Pudentianæ à Nicolao 111. & episcopus Prænestinus à Martino I v. factus, Rodulfo & Adolfo Cæsaribus sedit annos	4	1	14
			Creatus Romæ ab 8. Cardinalibus 8. Kal. Martij, coronatus 6. kal. Martij. Ordinatione vna mense Maio facta, Cardinales 6. creauit, episcopos duos, presbyteros duos, & diaconos duos. Obijt Romæ prid. Nonas Aprilis, anno 1292. sepultus ad sanctam Mariam maiorem. Vacauit sedes annos	2	3	2
1294	194		Cælestinus v. Eserniensis, frater Petrus de Murone Anglerij filius Sulmonensis diocesis, abbas sui monasterij, Cæsare Adolfo sedit mens.	0	5	7
			Creatus Perusæ ab XI. Cardinalibus Nonis Iulij absens extra collegium, consecratus Aquilæ 4. Kal. Septembris. Ordinatione vna mense Septembri facta, 12. Cardinales creauit, episcopos 2. presbyteros 7. & diaconos 3. sponte abdicauit eodem anno Neapoli, Idibus Decembris. Obijt biennio post in custodia in arce Fumonis 14. Kal. Iunij, anno 1296. sepultus in monasterio sancti Antonij de Ferentino ante aram maximam. Inter sanctos relatus est 3. Non. Maij Auenione à Clemente v. Vac. e. abdicante sedes Rom. dies	0	0	10
1294	195		Bonifacius VIII. Anagninus Hernicus Benedictus Caietanus Liutfredi filius ex Hispania oriundus, ex diacono Cardinale sancti Nicolai in carcere Tulliano à Martino I v. facto, presbyter tituli sanctorum Siluestri, & Martini à Nicolao I v. ordinatus, Adolfo & Alberto Cæsaribus, sedit annos	8	9	18
			Creatus Neapoli in arce noua à XXI. Cardinalibus 9. Kal. Ianuarij, coronatus Romæ 17. Kal. Februarij. Ordinationibus 4. mensibus Martio, & Decembri factis, Cardinales creauit xv. episcopos 6. presbyteros 3. & diaconos 6. Obijt Romæ v. Idus Octobris, sepultus ad sanctum Petrum anno Domini 1303. Vacauit sedes dies	0	0	10
1300			Hic pontifex solemnem annum Iobileum centesimum instituit primumque celebrauit.			
1303	196		Benedictus IX. dictus XI. Taruisinus, Magister frater Nicolaus Bocasinus ordinis Prædicatorum ex magistro generali, presbyter Cardinalis tit. sanctæ Sabina, post episcopus Ostiensis, & Veliternus à Bonifacio VIII. factus, Cæsare Alberto, sedit menses	0	8	6
			Creatus Romæ à XXI. Cardinalibus, XI. Kal. Nouembris, coronatus v. I. Kalend. Nouembris. Ordinationibus duabus			

Anni Christi.	Numerus Pontificum.	ROMANI.	45	Anni.	Menſus.	Dieſ.
1305	197	<p>duabus menſibus Decembri & Martio factis, tres Cardinales creauit, epiſcopum vnum, preſbyteros 11. Obijt Peruſiæ die Martis hora ix. Nonis Iulij, anno 1304. ſepultus ibidem ad Prædicatores. Vacauit ſed. menſ.</p> <p>Clemens v. Burdegalenſis Vaſco Gallus, Raimundus Gothus Bertrandi, filius ex oppido Mihandrau dioceſis Burdegalenſis, ex epiſcopo Conuennarum archiepiſcopus eiufdem Vrbiſ à Bonifacio v I I I. factus, Cæſaribus Alberto & Henrico v I I. ſedit annos</p> <p>Creatus Peruſiæ abſens à XXI. Cardinalibus extra collegium Nonis Iunij, coronatus Lugduni in eccleſia ſancti Iuſti 3. Idus Nouembris. Ordinationibus 3. menſe Decembri factis. creauit Cardinales 24. epiſcopos 8. preſbyteros x. & diaconos v I. Obijt in Roca Maula ſupra amnem Rhodanum oppido ſito in Prouincia, 12. Kalendas Maij, anno 1314. ſepultus in Vaſconia in eccleſia beatae Mariæ de Vreſta Vaſconenſis dioceſis vil lula ignobili, ob deuotionem, quam ad eum locum habuerat. Vacauit ſedes annos</p>	0	10	23	
1311		<p>Sancta vniuerſalis ſynodus Viennenſis pro reformatione eccleſiæ habita.</p>	2	3	17	
1316	198	<p>Ioannes XXI. dictus XXI. Caturcenſis Gallus, Iacobus de Oſſa Arnaldi filius Forudienſis Caturcenſis dioceſis, epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & ſanctę Ruſinæ à Clemente v. factus, ſedit Hludouico I v. Bauaro Cæſ. ann.</p> <p>Creatus Lugduni in monaſterio Prædicatorum 7. Idus Augulti à 22. Cardinalibus, coronatus ibidem Nonis Septembris. Ordinationibus quinque menſibus Decembri, & Iunio factis, Cardinales creauit 27. epiſcopos 8. preſbyteros 14. diaconos 5. Obijt Auenione pridie Nonas Decembris, anno 1334. ſepultus ibidem in cathedrali ſanctę Mariæ de Donis. Vacauit ſedes dies</p>	18	3	28	
1327	34	<p><i>Nicolaus V. Reatinus, Frater Petrus Reinaluti de Corbario, Reatine dioceſis, ordinis fratrum Minorum, in ſchiſmate contra Ioannem XXII. auctore Ludouico Bauaro, creatus, ſedit annos</i></p> <p><i>Creatus, & coronatus Romæ I I I I. Idus Maij. Ordinationibus duabus menſibus Maio, & Ianuario factis, Cardinales VIIII. creauit, epiſcopum vnum, preſbyteros V. diaconos II. Coenatus abdicauit Auenione 8. Kalend. Septemb. anno 1330. Ibidem obijt, ad Minorum ſepultus.</i></p>	0	0	15	
1327		<p><i>Schiſma in Romana eccl ſia XXVIII.</i></p>	3	3	14	
1334	199	<p>Benedictus x. dictus XII. Tolofanus Gallus, Frater Iacobus Fornenus de Sauarduno, Appamiarum dioceſis, prouinciæ Tolofanæ monachus Ciſtertienſis, Theologus, abbas Fontisfrigidi, epiſcopus Mirapiſienſis, preſbyter Cardinalis tt. ſanctę Prileæ à Ioanne XXII. factus, Ludouico Bauaro Imp. ſedit annos</p> <p>Creatus Auenione apud Prædicatores à 23. Cardinalibus 13. Kalend. Ianuarij coronatus ibidem die Dominico, 3. Nonas Ianuarij. Ordinatione vna menſe Decembri facta,</p>	7	4	6	

Anni Christi.	Numer ^o Pontificū.	46	PONTIFICES	Anni.	Me. es.	Dies.
			facta, v I. presbyteros Cardinales creauit. Obijt Auenione 7. Kal. Maij, anno 1342. sepultus in cathedrali. Vacauit sedes dies	o	o	11
1324	200		Clemens v I. Lemouienſis Gallus, Frater Petrus Monſtrius Rogerij filius Malmonte, Lemouicenſis diœceſis, monachus monaſterij Caſſædei Elmomontanæ diœceſis, Theologus, abbas Fiſcanenſis, ex archiepiſcopo Arelatenſe, Senonenſis, pōſt Rothomagenſis. presbyter Cardinalis tt. ſanctorum Nerei & Archilei à Bened. cto x I I. factus, Imp. Caſſ. Ludouico Bauaro, & Carolo I v. Auguſtis, ſedit annos	10	o	7
			Creatus Auenione in monaſterio Predicatorum à XXI. Cardinalibus Non. Maij. coronatus ibidem 14. Kal. Iunij die Pentecoſtes. Ordinationibus quattuor menſibus Septembri, Maio, & Decembri factis, Cardinales xxv. creauit, epiſcopos I I. presbyteros x v I. & diaconos v I I. Obijt Auenione 8. Idus Decemb. anno 1352. ſepultus in monaſterio Caſſædei. Vac. ſed dies	o	o	11
1350			Hic pont. ſex annum Iobileum quinquageſimum iterum celebrauit.			
1352	201		Innocentius v I. Lemonicenſis Gallus, Stephanus Alberti, epiſcopus Claromontanus, ex presbytero tt. ſanctorum Ioannis, & Pauli epiſcopus Cardinalis Oſtienſis & Veliternus, & maior poenitentarius à Clemente v I. factus, Carolo I v. Auguſto, ſedit annos	9	8	26
			Creatus Auenione 15. Kal. Ianuarij à 24. Cardinalibus, coronatus ibidem in cathedrali 3. Kal. Ianuar. Ordinationibus tribus, menſibus Martio, Septemb. & Decemb. factis, Cardinales creauit xv. epiſcopum vnum, presbyteros xi. & diaconos 3. Obijt Auenione pridie Idus Septemb. hora 9. id eſt, ſexta noctis ſequentis, anno 1362. ſepultus in cathedrali Auenionenſi. Vac. ſed dies	o	o	14
1362	202		Vibanus v. Mimmatenſis Gallus, frater Guillelmus de Griſaco, Grimaldi filius, Mimmatenſis diœceſis monachus, & abbas ſancti Victoris Maſſilia, Carolo I I I. Auguſto, ſed. annos	8	2	23
			Creatus Auenione 5. Kal. Octobris à xx. Cardinalibus abſens extra collegium nuncius apoſtolicæ ſedis in Italia ad Vicecomites. Coronatus Auenione in Cathedrali 8. Idus Nouembris. Ordinationibus quattuor menſibus Maio, Iunio, & Septembri factis, Cardinales creauit 14. epiſcopos 3. & presbyteros x I. Obijt Auenione ætatis anno 61. Chriſti 1370. 14. Kal. Ianuarij, circa horam 9. ſepultus Auenione in cathedrali deinde anno 1372. tranſlatus ad eccleſias ſancti Victoris Maſſilienſis Nonis Iunij. Vac. ſedes dies	o	o	10
170	203		Gregorius x I. Lemouicenſis Gallus, Petrus comes Belliſortis, primus diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ nouæ à Clemente v I. patruo ſuo factus, Carolo I v. Auguſto, ſedit annos	7	2	29
			Cre-			

Anni Christi.	Numerus Pontificum.		Anni.	Menses.	Dies.
		<p>Creatus Auenione 3. Kal. Ianuarij à 17. Cardinalibus, coronatus in cathedrali, Epiphaniæ anno 1371. die 8. Idus Ianuarij. Ordinationibus duabus, mensibus Iunio, & Decembri factis, Cardinales creauit 22. episcopum vnum, presbyteros xvi. & diaconos v. Obijt Romæ circa horam secundam noctis 6. Kal. April. anno 1378. sepultus in diaconia sanctæ Mariæ nouæ. Vac. sedes Dies Menses</p>	•	0	12
1378	35	<p>Clemens VII. Gebennensis Gallus Robertus, ex comitibus Gebennensibus . . . filius, episcopus Cameracensis, presbyter Cardinalis Basilicæ sanctorum 12. apostolorum à Gregorio XI. factus, sedit Auenione in schismate contra Vrbanum VI. Venceslao Cesare annos</p> <p>Creatus Fundis in Campania, in schismate à xv. Cardinalibus xiii. Kalend. Octobris meridiè, postridie publicatus, ibidem coronatus pridie Kalend. Nouembris. Ordinationibus xiii. mensibus Ianuario, Aprili, Maio, Iulio, Octobri, Nouembri, & Decembri factis, Cardinales xxiiii. creauit, episcopos 19. presbyteros xxvii. diaconos III. Obijt Auenione 16. Kal. Octobris, hora inter nonam & decimam manè, anno 1394. sepultus in ecclesia Calistinorum ad pontem Sorgie. Vac. sedes dies</p>	0	5	22
		<p>Benedictus XI. dictus XIII. Arrago Hispanus, Petrus de Luna, diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin à Gregorio XI. factus Venceslao, Roberto, & Sigismundo Cesaribus post Clementem VII. in schismate, sedit annos plus minus.</p> <p>Creatus in schismate Auenione à xx. Cardinalibus 4. Kal. Octobris, ibidem coronatus v. Idus Octobris. Ordinationibus vi. mensibus Septembri, & Decembri factis, Cardinales creauit xxvii. episcopum 1. presbyteros x. & diaconos xvi.</p> <p>His pontificatu priuatus, primùm in Concilio Pisano die Mercurij Nonis Iunij, anno 1409. pontificatus 14. mens: 8. die 1x. Iterum in concilio Constantiensi, sessione xxxvii. die vii. Kalend. Augusti, anno 1417. pontificatus xxii. mense 1x. die xxix. Non paruit. Obijt Paniscole in Hispania . . . Kalend. Octobris, anno 1424. ibique sepultus. In eius locum in schismate auctore Rege Arragonum Alfonso, factus est contra Martinum v.</p>	15	11	28
1394	36	<p>Clemens VIII. Hispanus, Egidius Munionis, canonicus Barcehiuonensis, qui in schismate sedit annos plus minus</p> <p>Creatus Paniscole in Arragonia co. electus, abdicauit anno 1428. factusque est à Martino v. episcopus Maioricensis.</p> <p>Schisma omnium pessimum, & diuturnius in ecclesia Romana 29. quod quinquaginta annos perdurauit.</p>	0	0	11
		<p>Vrbanus v I. Neapolitanus, Bartholomæus Prignanus, regens cancellariæ apostolicæ in absentia Vicecancellarij. ex archiepiscopo Acheruntino, Barensis à Gregorio XI. factus, Venceslao Aug. sedit in schismate annos</p> <p>Creatus extra collegium cardinalium annorum LX. à xv I. Cardinalibus die Veneris v. Idus Aprilis Romæ, coronatus ante gradus S. Petri die Paschæ xiv. Kal. Maij. Ordinationibus quattuor mensibus Ianua. io, Septemb. & Decemb. factis, Cardinales creauit 54. episcopos 1 v. presby.</p>	30	0	0
1424	37		4
1378					
1378	204		11	6	7

Anni Christi	Numero Pontifici.	PONTIFICES	Anni	Menses	Dies.
	48	presbyteros xxxvi. diaconos xiiii. Obijt Romæ die Veneris, Idibus Octobris, anno 1339. vixit annos 72. sepultus in basilica sancti Petri. Vacauit sedes dies			
1339		Hic pontifex annum Iubileum xxxvi. instituit.	0	0	17
1339	105	Bonifacius I X. Neapolitanus, Petrus vel Perinus Tomacellus, ex diacono sancti Georgij in Velabro presbyter Cardinalis tr. sanctæ Anastasiæ ab Urbano VI. factus Venceslao, & Roberto Cass. sedit annos	14	11	0
		Creatus Romæ die Martis, IV. Nonas Nouembris à XIII. Cardinalibus, annorum XLV. coronatus apud sanctum Petram 3. Idus Nouembris. Ordinationibus duabus mensibus Ianuario & Decembri factis, Cardinales 6. nouos creauit, episcopum I. presbyteros IV. & diaconum I. Obijt Romæ Kalend. Octobris, anno 1404. ætatis LX. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	15
1390		Hic pontifex annum Iubileum tertio celebrauit ab Urbano VI. indictum.			
1400		Hic pontifex annum Iubileum quarto more veteri celebrauit.			
1404	206	Innocentius VII. Sulmonensis Pelignus, Cosmatus Melioratus, diocesis Valuentis in Aprutio ex archiepiscopo Rauennate, & episcopo Bononiense presbyter Cardinalis tr. sanctæ Crucis in Hierusalem, & S. R. E. Camerarius à Bonifacio IX. factus. Roberto Cass. sed. annos	2	0	21
1406	207	Creatus Romæ à 7. Cardinalibus 16. Kalend. Nouembris, coronatus apud sanctum Petrum, 4. Nonas Nouembris. Ordinatione vna mensis lunio facta, XI. creauit Cardinales, presbyteros 8. & diaconos 3. Obijt Romæ 8. Idus Nouembris, anno 1406. ætatis :::: sepultus in basilica sancti Petri. Vacauit sedes dies	0	0	23
		Gregorius XII. Venetus, Angelus Corratio, ex patriarcha Constantinopolitano presbyter Cardinalis tr. sancti Marci ab Innocentio VII. factus, Roberto & Sigismundo Augustis, sedit annos	8	7	5
		Creatus Romæ à 13. Cardinalibus pridie Kalend. Decemb. annorum xx. coronatus ad S. Petrum Nonis Decembris. Ordinationibus duabus mensibus Iunio & Septembri factis, Cardinales creauit 13. episcopum I. presbyteros x. & diaconos II. Pontificatu priuatus in concilio Pisano cum Benedicto 13. die Mercurij Non. Iunij, anno 1409. papatus vero 2. mense VI. die 6. Non paruit. Spontè abdicauit in Concilio Constantiensi abiens per legatos suos die Iouis sessione 14. IV. Non. Iunij, anno 1415. Obijt Cardinalis episcopus biennio post anno 1417. paulo ante Martini V. electionem annorum xc. in Piceano, sepultus Recaneti in ecclesia cathedrali. Vacauit sedes post eius in concilio Pisano depositionem dies	0	0	20
1408		Sancta synodus Pisana pro tollendo schismate congregata			

Anni Christi.	Num̄er ⁹ Pōtifi. cū.	ROMANI.	49	Anni.	Menſes.	Dies.
1409	208	Alexander v. Cretenſis, Frater Petrus Philargi ordinis Minorum, Theologus, ex archiepiſcopo Mediolanenſe presbyter Cardinalis Baſilicæ ſanctorum 12. Apoſtolorum ab Innocentio 7. factus, Roberto Cæſare, ſed. menſ.		0	10	8
		Creatus in concilio Piſano à 23. Cardinalibus vtriuſque obedientiæ, Gregorio 12. & Benediſto 13. priuatis, 6. Kal. Iul. annorum lxx. coronatus ibidem in eccleſia cathedrali Nonis Iul. die Dominico. Presbyterum vnum Cardinale ex diacono fecit. Obijt Bononiæ v. Nonas Maij, die Sabbati nocte ſequenti, hora v Janno 1410. ætatis lxxj. ſepultus ibidem ad Minorum eccleſiam. Vacauit ſedes dies				
1410	209	Ioannes XXI. dictus 23. Neapolitanus, Baltazar Coſſa, diaconus Cardinalis S. Euſtachij, & Bononiæ legatus à Bonifacio ix. factus, Sigifmundo Auguſto, ſedit annos		0	0	13
		Creatus Bononiæ die Sabbati xvi. Kal. Iunij, hora xi. à xvi. Cardinalibus, ibidem in cathedrali coronatus viii. Kalend. Iunij. Ordinationibus tribus menſibus Aprili, Iunio, & Septembri factis, Cardinales fecit xvi. presbyteros 13. diaconos 3. In Concilio Conſtantiensi 4. Kalend. Iunij, die Mercurij, ſeſſione 12. deſiſtus. Ipſe prid. Kal. Iunij die Veneris in oppido Schafuſia conſenſit. Vac. ſed. ann.	5	0	15	
		Obijt Florentiæ epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, & diaconus xi. Kal. Ianuar. anno 1419. ſepultus in baptiſterio S. Ioannis.	2	5	10	
1414		Sancta & vniuerſalis ſynodus Conſtantiensis, pro tollendo ſchiſmate congregata, triennio durauit.				
1417	210	Martinus 3. dictus v. Romanus, Oddo Columna, Agapeti filius, Domicellus Romanus, diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro ab Innocentio v i i. factus, Sigifmundo Cæſare ſedit, ſublato ſchiſmate, ann.				
		Natus anno 1368. creatus in Concilio generali Conſtantiensi à Cardinalibus 22. & xxx. electoribus, ex ordinatione ſelectis, manè diei 3. Idus Nouembris, coronatus ibidem ante cathedralem eccleſiam xi. Kalend. Decemb. Ordinationibus tribus menſibus Iunio, & Nouembri factis, Cardinales creauit 17. epiſcopum 1. presbyteros xi. diaconos v. Obijt ex apoplexia Romæ x. Kal. Martij, manè crepuſculo diei, anno 1431. ætatis LXII. ſepultus in Baſilica Lateranensi ante capita apoſtolorum. Vacauit ſedes dies	13	3	10	
1423		Hic pontifex annum Iobileum quintò celebrauit.				
1431	211	Eugenius I v. Venetus, D. Gabriel Condelmerius Angeli filius, canonicus, Cæſtini coloris ordinis S. Georgij in alga Venetiæ, epiſcopus Senenſis, presbyter Cardinalis tt. S. Clementis à Gregorio 12. factus, Sigifmundo, Alberto, & Frederico 3. Auguſtis, ſedit annos	0	0	10	
		Natus Venetijs, anno 1383. Creatus Romæ in monaſte				
		DDD	15	11	21	

Anni Christi.	Numero Pontificis.	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
	50	rio Prædicatorum ad Mineruam à XIII. Cardinalibus, die Sabbati, v. Nonas Martij hora 21. coronatus ad sanctum Petrum v. Idus Martij à Cardinale sanctorum quattuor. Ordinationibus v I. mensibus Iulio, Augusto, Septembri, & Decembri factis, Cardinales creauit xxvii episcopos 11. presbyteros xxi. & diaconos 111. Obijt Romæ 7. Kal. Martij, die Iouis hora 8. noctis præcedentis, aliàs duabus ante lucem horis, anno 1447. ætatis LXIII. sepultus ad S. Petrum ante ostium sacrarij. Vacauit sedes dies	0	0	10
1431		Sancta synodus Basileensis pro reformatione ecclesiastica congregata, durauit annos 12.			
1438		Sancta & vniuersalis synodus Ferrariæ congregata, Florentiæ finita, pro erroribus Græcorum tollendis, durauit annum.			
1439	38	<i>Felix IV. dictus V. Allobroz, Amadeus olim dux Sabaudie, tunc verò Decanus militum Iesu Monasterij S. Mauritij, ordinis S. Augustini, in solitudine Rip. lica Gebennensis ciuitatis, Friderico III. Augusti. in schismate sedet annos</i>	9	9
		<i>Creatus abiens ad suum Monasterium Nonis Nouenbris in consilio Basileensi, Cardinale vno electoribus XXXII. eligentibus, electione XXXIX. 15. Kal. Decembris confirmata. Coronatus anno sequenti MCDXL. Basileæ 9. Kal. Augusti. Ordinationibus quattuor mensibus Aprilis, Septembri, & Decembri factis, Cardinales XXIII. creauit, presbyteros XXII. & diaconum vnum. Abdicauit Kal. Maij, anno 1449. Eius abdicatio Romæ audita est XXIII. Aprilis die. Obijt episcopus Cardinalis Sabianæ, Lauf. ne aliquot annis post, ibique sepultus.</i>			
1439		<i>Schisma in ecclesia Romana xxx.</i>			
1447	212	Nicolaus v. Sergianensis Lunensis dioecesis, Thomas Lucanus Bartholomæi medici filius, artium, & Theologiæ doctor, ex episcopo Bononiensi presbyter Cardinalis et S. Sufanæ, ab Eugenio I v. factus, Imp. Cæsare Friderico III. Augusto, sedit annos	8	0	19
		Creatus Romæ à xvii. Cardinalibus prid. Non. Martij die Lunæ hora tertiarum in monasterio Prædicatorum ad Mineruam, coronatus ad sanctum Petrum 14. Kalend. Aprilis. Ordinationibus tribus mensibus Martio, & Decembri factis, Cardinales creauit xi. episcopum I. presbyteros x. Obijt Romæ 1 x. Kal. Aprilis hora inter 5. & 6. noctis sequentis, ann. 1455. sepultus in basilica S. Petri. Vacauit sedes dies	0	0	14
1550		Hic pontifex annum lobileum sextò celebrauit.			
1455	213	Callistus III. Valentinus Hispanus, Alfonsus Borgia, ex castello Satiua Valentini dioeceseos Ioannis filius, ex episcopo Valentino presbyter Cardinalis et sanctorum I v. coronatorum, ab Eugenio I v. factus, Imp. Cæsare Friderico III. Augusto, sedit annos	3	4	0
		Natus anno 1378. creatus Romæ à xlii. Cardinalibus. v. I. Idus April. die Martis Paschalis hora diei 6. co-			

Anni Christi.	Numer ⁹ Pontificiū.	ROMANI.	5	Anni.	Menfes	Dies.
1458	214	ronatus ad S. Petrum 2. Kal. Maij. Ordinationibus duabus mensibus Septembri, & Decembri factis, creauit Cardinales IX. presbyteros v. & diaconos II. Obijt Romæ 1458. 8. Idus Augusti, sepultus in sacrario S. Petri. Vixit annos XC. Vacauit sedes dies	0	0	12	
		Pius II. Senensis, Aeneas Siluius Picolhomineus Siluij filius, ex episcopo Senensi, diaconus Cardinalis S. Eustathij, post presbyter tt. S. Sabina à Calisto III. factus, Imp. Friderico III. fedit annos	5	11	27	
		Natus Corsiniani in Tuscia 14. Kal. Nouembris, anno 1405. creatus Romæ 14. Kal. Septembris hora tertiarum, die sabbati à xv. Cardinalibus, coronatus III. Nonas Septembris ad S. Petrum. Ordinationibus tribus, mensibus Martio, Maio, & Decembri factis, Cardinales XIII. creauit, presbyteros XI. diaconos II. Obijt Anconæ in Piceno XIX. Kal. Septembris, hora inter secundam & tertiam noctis sequentis, die assumptionis, anno 1464. Vixit annos 58. menses 9. & dies 27. Cadauer sepultum Romæ in Basilica S. Petri prope aram diuorum Andree, & Gregorij. Vacauit sedes dies	0	0	16	
1464	215	Paulus II. Venerus Petrus Barbus Nicolai filius ex electo episcopo Vicetino, diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ, post presbyter Cardinalis tt. S. Marci ab Eugenio IV. factus, Imperatore Cæsare Friderico III. Augusto, fedit annos	6	10	26	
		Natus Venetijs 7. Kal. Martij anno 1418. creatus Romæ à XIX. Cardinalibus sero diei Iouis 3. Kal. Septembris, & posttridie manè publicatus. Coronatus ad S. Petrum 16. Kal. Octobris. Ordinationibus 3. mensibus Septembri, & Nouembri factis, Cardinales creauit XI. presbyteros VIII. diaconos III. Obijt Romæ 8. Kal. Aug. die Veneris hora tertia noctis sequentis morte repentina, anno 1471. Vixit annos LIII. menses v. dies III. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	14	
1471	216	Xystus IV. Saouonensis Ligur, frater Franciscus de Ruuere, Leonardi filius, ex ordinis Minorum generali ministro, presbyter Cardinalis tt. S. Petri ad Vincula à Paulo II. factus, Friderico III. Imp. fedit annos	13	0	4	
		Natus Cellis Liguræ, in agri Saouonensis pago, 12. Kalend. Augusti hora XIX. anno 1414. creatus Romæ à XVII. Cardinalibus v. Idus Augusti, coronatus ad sanctum Petrum 8. Kalendas Septembris. Ordinationibus 8. mensibus Februario, Martio, Maio, Nouembri, & Decembri factis, Cardinales creauit XXXIII. episcopum I. presbyteros XXVII. & diaconos VI. Obijt Romæ die Veneris prid Idus Augusti, inter quartam, & quintam horam noctis sequentis, anno 1484. Vixit annos LXX. dies XXII. horas XII. sepultus ad sanctum Petrum. Vacauit sedes dies	0	0	16	
1475		Hic pontifex annum Iubileum septimò celebravit.				

Christi.	Numer ^o Pōtificū.	52	PONTIFICES	Anni.	Menfes.	Dies.
1484	217		Innocentius 8. Genuensis Ligur, Ioannes Baptista Cybo, Aaronis filius, ex Melitenſe epifcopo Datarius presbyter Cardinalis r. S. Balbinæ, pōſt S. Cæcilie, deinde r. S. Laurentij in Lucina à Xyſto I v. factus, Friderico III. Imp. ſedit annos.	7	10	27
			Natus Genuæ anno 1432. creatus Romæ die Dominico, 4. Kalend. Septembris, à XXIIII. Cardinalibus hora 13. Coronatus ad ſanctum Petrum pridie Idus. Septembris. Ordinatione vna menſe Martio facta, creauit Cardinales VII. presbyteros V. diaconos III. Obijt Romæ 8. Kalend. Auguſti, die Mercurij. hora noctis ſequentis v. Vixit annos LX. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies.	0	0	16
1492	218		Alexander v I. Valentinus, Hispanus, Rodericus Bergia Ioffredi filius, electus epifcopus Valentinus, ex diacono Cardinale S. Nicolai in carcere Tullia à Calisto III. factus epifcopus Cardinalis Albanus, demùm Portuenſis & S. Rufinæ à Xyſto I v. creatus, Vicecancellarius S. R. E. & decanus, Imperatore Cæſare Maximiliano Auguſto, ſedit annos.	11	0	8
			Creatus Romæ 3. Idus Aug. à XXI. Cardinalibus. coronatus ad S. Petrum 7. Kal. Septemb. Ordinationibus x. menſibus Ianuario, Februario, Martio, Maio, Auguſto, Septembri, & Decembri factis, Cardinales creauit XLIII. presbyteros XXXI. diaconos XII. Obijt Romæ die Veneris 15. Kalend. Sept. hora XXI. anno 1503. ſepultus in ſacrario S. Petri. Vac. ſed. menſ.	0	1	3
1500			Hic pontifex annum Iobileum octauò celebrauit.			
1503	219		Pius III. Senenſis Tuſcus, Franciſcus Todeſchinus Picolihominicus Nannis & Laodomæ Pij I I. ſororis filius, ex electo archiepifcopo Senenſi, primus diaconus Cardinalis S. Euſtathij à Pio I I. auunculo factus, Cæſare Maximiliano, ſedit dies	0	0	26
			Natus Senis 7. Idus Maij, anno 1439. creatus Romæ die Veneris 10. Kalend. Octob. hora 15. à XXXVI. Cardinalibus. Coronatus die Dominico 8. Idus Octob. hora 20. Obijt Romæ 15. Kalend. Nouembris media nocte præcedenti, id eſt, hora inter 6. & 8. diei Mereurij, anno 1503. Vixit annos LXIII. menſes v. dies x. ſepultus ad ſanctum Petrum prope auunculum Pium I I. Vacauit ſed. dies	0	0	14
1503	220		Iulius II. Sauonenſis Ligur, Iulianus de Ruere Raphaëlis Xyſti I v. fratris filius, ex presbytero Cardinale r. S. Petri ad Vincula epifcopus Albanus, pōſt Oſtienſis, & maior pœnitentiarius à Xyſto I v. factus, Imperatore Cæſare Maximiliano Auguſto, ſed. annos	9	3	21
			Natus in villa Albiciola, Sauonenſis d'occeſis, anno 1443. creatus Romæ à XXXVII. Cardinalibus Kalend. Nouembris, die Mercurij hora 10. coronatus 6. Kalend. Decembris die Dominico hora 22. Ordinationibus ſex,			

1512

menſibus Martio, Maio, Septembri, Nouembri, & Decembri factis, Cardinales creauit xxvii. episcopum i. presbyteros xxiii. & diaconos iii. Obijt Romæ 9. Kalend. Mart. die Lunæ hora inter x. & xi. præcedentis noctis, anno 1513. Vixit annos Lxx. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies

0

0

18

1513

221

Sancta & vniuerſalis ſynhodus Lateranenſis Romæ, pro diſſidio eccleſiaſtico tollendo & reformatione eccleſiaſtica congregata, durauit annos v.

Leo x. Florentinus, Ioannes Medices Laurentij filius i. diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica ab Innocentio vii. factus, Imperatoribus Cæſaribus Maximiliano & Carolo v. Auguſtis, ſedit annos

8

8

20

Natus Florentiæ 3. Idus Decembris, anno 1475. Creatus Romæ à xxiii. Cardinalibus, v. Idus Martij, die Veneris, prima noctis ſequentis hora: Coronatus ad S. Petrum 14. Kal. Aprilis. Lateranum ſolemni pompa profectus eſt 3. Idus Aprilis. Ordinationibus octo, menſibus Martio, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, & Decemb. factis, Cardinales creauit xlii. presbyteros xxxix. & diaconos xiiii. Obijt Romæ die Lunæ. 4. Nonas Decembris, noctis præcedentis, hora 7. anno 1521. Vixit annos xlv. menſes xi. dies xx. ſepultus ad S. Petrum, poſt ad Mineruam tranſlatus. Vacauit ſedes menſem

0

1

7

1522

222

Hadrianus vi. Traiectenſis Flander, vel Brabantinus, Florentij filius, ex episcopo Derthæſenſe presbyter Cardinalis tt. ſanctorum Ioannis, & Pauli à Leone x. factus, Carolo v. Auguſto, ſedit annum

8

8

6

Natus Traiecti inferioris Germaniæ vrbe, 6. Nonas Martij, anno 1459. Creatus abſens à xxxix. Cardinalibus, Prorex enim Hiſpaniarum erat, die Iouis 5. Idus Ianuar. Vrberem ingreſſus 3. Kal. Septemb. die Dominico pridie Kal. Septemb. ad S. Petrum coronatus. Ordinatione vna menſe Septemb. facta, Cardinalem vnum creauit presbyterum. Obijt Romæ die Lunæ 18. Kal. Octob. hora inter 18. & 19. anno 1523. Vixit annos lxxiiii. menſes vi. dies xiii. ſepultus ad S. Mariam de anima Teutonicorum. Vacauit ſedes menſes

0

2

4

1523

223

Clemens vi. Florentinus Tuſcus Frater Iulius Medices, Iuliani filius, ordinis militiæ Hieroſolymitanæ, ex electo archiepiscopo Florentino diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, poſt presbyter tt. S. Clementis, deinde tt. S. Laurentij in Damaso, & S. R. E. cancellarius, à Leone x. factus Imperatore Cæſare Carolo v. Auguſto Germanico, ſedit annos

10

10

7

Natus Florentiæ 7. Kalend. Iunij, 1478. creatus Romæ die Iouis 13. Kalend. Decemb. à 38. Cardinalibus, coronatus ad S. Petrum die Iouis 6. Kalend. Decemb. Ordinationibus xi. menſibus Ianuario, Februario, Martio, Maio, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, & Decembri fa-

1512 Rh
Belga
habund
num fal
off abro
stratum
trajecti
pe temp
magna
monica
fui tota
qui in ce
milit ad
vixit ex
1523

ctis, Cardinales creauit 32. presbyteros 25. diaconos 7. Obijt Romæ die Veneris 7. Kal. Octobris, hora inter 18. & 19. ann. 1534. ætatis L V I. mense 4. sepultus ad S. Petrum, deinde cum Leone x. patruele ad Mineruam transf. latus. Vac. sed. dies

o

o

17

1525

Hic pontifex annum Iubileum nondè celebrauit.

1534

224

Paulus III. Romanus, Alexander Faræsius, Petri Luisij filius, Ranutij nepos, ex diacono. Cardinale sanctorum Cosmæ & Damiani ab Alexandro VI. factus, diaconus S. Eustathij à Iulio II. episcopus Cardinalis Tusculanus, à Leone X. Prænestinus, Sabinus, Portuensis, & Ostiensis à Clemente VII. Decanus, Imp. Cæsare Carolo Augusto, & Ferdinando Cæsare, sedit annos

15

o

28

Natus Camini in diœcesi Castrensi pridie Kal. Martij, anno 1468. creatus Romæ à 34. Cardinalibus die Lunæ 3. Idus Octobris, hora prima noctis sequentis, postridie publicatus. Coronatus ad S. Petrum, die Martis 3. Non. Nouemb. Ordinationibus 14 mensibus Ianuario, Martio, Aprili, Maio, Iunio, Octobri, & Decembri factis, Cardinales creauit LXXI. episcopos III. presbyteros LIII. & diaconos XI V. Obijt Romæ in monte Quirinali IV. Idus Nouembris, die solis hora gallicini ante lucem, anno 1549. Vixit annos XXXI. menses VII. dies X. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes menses

2

29

1545

Sancta & vniuersalis synodus Tridentina contra Lutheranorum errores congregata, intermissa & repetita, durauit annos V.

1550

225

Iulius III. Arretinus, Ioannes Maria de monte Vincentij filius Fabiani nepos, ex archiepiscopo Sipuntino presbyter Cardinalis tt. sancti Vitalis, post episcopus Prænestinus à Paulo III. creatus, Imp. Cæsare Carolo V. Augusto, & Ferdinando Cæsare, sedit annos

5

1

16

Natus Romæ in regione Parionis 4. Idus Septembris, anno 1478. creatus Romæ à XLVI. Cardinalibus die Veneris 7. Idus Februarij circa quartam horam noctis sequentis, ibidem ad S. Petrum coronatus 8. Kal. Martij, die cathedræ S. Petri Antiochenæ. Ordinationibus quatuor mensibus Aprili, Octobri, & Decembri factis, Cardinales creauit 20. presbyteros 15. diaconos V. Obijt Romæ die Sabbati X. Kal. Aprilis. hora inter 19. & 20. anno 1555. Vixit annos LXVII. menses 6. & 14. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes dies

o

o

17

1550

1555

226

Hic pontifex annum Iubileum decimò celebrauit.

Marcellus II. Iunior Politianensis Tuscus, Marcellus Ceruinus Ricardi filius, ex episcopo Neocastrensi presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hierusalem à Paulo III factus, Carolo V. Augusto, sed t dies

o

o

21

Natus in oppido agri Piceni montis Fani. prid. Non. Maij anno 1501. creatus Romæ die Martis sancti, V. Idus Aprilis, hora 24. à 36. Cardinalibus postridie coronatus.

Obijt

Anni Christi.	Numer ⁹ Pōtificū.	R'OMANI.	Ann.	Menſes.	Dies.
1555	227	<p>Obijt die Mercurij Kalend. Maij, hora inter 7. & 8. noctis præcedentis. Vixit annos L I v. meafes XI dies xxv. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes eo mortuo dies</p> <p>Paulus I v Neapolitanus, Ioannes Petrus Carafa, Io: annis Alfonſi Matalunæ comitis filius archiepiſcopus Neapolitanus ex præbytero tt. S. Clementis, præbyter tt. S. Mariæ Tranſtyberim, & epiſcopus Cardinalis Albanus, & Sabinus à Paulo I I I. factus. Tuſculanus, & Oſtienſis à Iulio I I I. Decanus, Imp. Cæſ. Carolo v. & Ferdinando Augg. ſedit annos</p> <p>Natus in oppido S. Angeli de ſcala 4. Kal. Iulij; anno 1476. in Hirpinis, haud procul à Beneuento. Creatus Romæ auctore Farnelio Cardinale, à xlii. Cardinalibus die Iouis feſto aſcenſionis 10. Kal. Iunij; manè hora 16. Coronatus ad S. Petrum die Dominico proximo, 7. Kal. Iunij. Ordinationibus tribus menſibus, Iunio & Decembri factis, Cardinales creauit xix. præbyteros xv. & diaconos I v. Obijt Romæ die Veneris, 15. Kal. Septembris, hora inter 21. & 22. anno 1559. Vixit annos xxxi. menſem vnum, & dies xxii. ſepultus ad S. Petrum, poſtea ad Mineruam tranſlatus. Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſes:</p>	0	0	23
1360	228	<p>Pius I v. Mediolanenſis, Ioannes Angelus Medices, Bernardini filius, ex præbytero Cardinale tt. S. Pudentiæ, præbyter tt. S. Stephani in monte Coelio; poſt tt. S. Anaſtaſia, poſt tt. S. Prifcæ à Paulo I I I. factus, Imp. Cæſ. Ferdinando Aſtudio Auguſto, & Maximiliano I I. Cæſare, ſedit annos</p> <p>Natus die Paſchæ prid. Kal. April. anno 1499. Mediolani. Creatus Romæ à xlii. Cardinalibus, 7. Kal. Ianuar. diè Martis nocte præcedenti, hora inter 7. & 8. melectioni præſente, finito anno 1559. Coronatus die Sabbato proximo Epiphaniæ feſto, v I I I. Idus Ianuar. ann. 1560. Ordinationibus quattuor menſibus Ianuario; & Martio habitis Cardinales creauit xlii. præbyteros xxxi. & diaconos v I I. Obijt noctis ante diem I v. Iduum Decemb. hora 2. anno 1567. ætatis lxi. menſ. v I I I. die ſepultus ad S. Petrum. Vacauit eo mortuo ſed. dies</p>	0	4	7
1563		<p>Concilium Tridentinum xxv. ſeſſionibus habitis, abſolutum & confirmatum.</p>	5	11	15
1566	229	<p>Pius v. Alexandrinus Frater Michaël Giſlerius ex oppido Boſchi, Alexandrinæ diœceſis, Lombardus Inſuber, ordinis Prædicatorum lector, officij S. Inquiſitionis commiſſarius, ex epiſcopo Sutрино, & Nepeſino præbyter Cardinalis tt. S. Mariæ ſuper Mineruam; & ſummus inquiſitor à Paulo I v. papa factus, poſtea epiſcopus Montis regalis in ſubalpinis & tt. S. Sabinæ; demum iterum tt. S. Manæ ſuper Mineruam à Pio I v. creatus, Imp. Cæſare Maximiliano I I. Aſtudio Auguſto ſeder.</p> <p>Natus 16. Kalend. Februarij anno MD v. creatus Romæ</p>	0	0	29

Anni Christi.	Numerus Pōēficiū.	56 PONTIFICES ROMANI.	Anni.	Menfes.	Dies.
		à LII. Cardinalibus, 7. Idus Ianuarij, hora 22. die Lunę. Coronatus die natalicio suo 16. Kal. Ianuarij, in feſto S. Antonij, ineunte anno eius vitę LXII. ſuper gradus ante baſilicam Vaticanam ab Vrbinatę Cardinalę, me prope ſedem adſtante. Ordinationibus, &c.			
1572	230	Gregorius XII. antea Hugo dictus Bononiens. è Boncompagnorum nobili familia oriundus Patre Chriſtophoro, ex Cardinal. S. Sixti Pontif. creatur ann. 1572. 13. Maij. Coronatur apud D. Petrum, 25 eiusdem, ſedit ann. 12. menſ. 10. dies 27. Maximiliano II. & Rudolpho Imperatoribus. Vacauit ſedes diebus	0	0	13
		Natus eſt Gregor. poſt partum Virg. 1502. 7. Ianuar. à Paulo I v. Veſtę epiſcopus ordinatur, & reuerſus à Concilio Tridentino Romam, à Pio I v. menſ. 12. Martij, ann. 1565. Cardinal. cum titulo S. Sixti creatur, & in Hiſpaa. ad Regem Catholicum legatus à latere mittitur.			
		Cardinales toto ſui pontificatus tempore creauit 33. inter quos Vrbanum VII. Gregor. XIIII. & Innocentium IX. pontifices Max. Nonnullos etiam principes & regio ſanguine natos.			
		Moritur paulò poſt, decimo nempe April. ann. 1585. in ſeneſtute bona, poſtquam pontificatum 13. annis, menſe vno & tribus diebus ablatis, adminiſtrauerat. Sepultus eſt apud S. Petrum in Vaticano, in ſacello S. Gregor. Nazianzen. à ſe magnificè exædificato, dotato & dicato.			
1585	231	Sixtus v. ex oppido Montifalti, Marchię Anconitanę frater Felix Peretti, ordinis Minorum humili loco natus, ex Cardinalę titulo S. Hieronymi factus Pontifex, 24. April. Coronatur 1. Maij, ſedit ann. 5. menſ. 4. dies 3. moritur 27. Auguſti. Vacauit ſedes diebus	0	0	18
1590	232	Vrbanus VII. Romanus, Ioannes Baptiſt. Caſtaneus, filius Coſmę, ex Cardinalę tituli S. Marcelli, creatus Papa 15. Sept. ſedit dies 13. moritur ante inaugurationem 27. eiusdem. Vacauit ſedes menſibus	0	2	9
1590	233	Gregorius XIII. Mediolanenſis, Nicolaus Sfondratus illuſtri familia oriundus, ex Cardinalę tituli S. Cecilie Vrbanõ mortuo denunciatur Pontifex, 15. Decemb. coronatur 18. eiusdem. moritur 15. Octob. ſedit menſ. 9. dieb. 10. Vacauit ſedes diebus	0	0	13
1590	234	Innocentius X. Bononiens, Ioannes Baptiſta Fachinetti, ex Cardinalę tituli SS. Quattuor Pontifex creatus 19. Octob. Coronatus 12. Nouemb. moritur 30. Decemb. ſedit menſ. 2. dies 1. Vacauit ſedes menſ.	0	1	0
1592	235	Clemens VIII. Florentinus, Hyppolitus Aldobrandinus, filius Silueſtri ex Cardinalę tituli S. Pancratij & ſummo pœnitentiario creatur Pontifex 30. Ianuar. Coronatus 2. Februar. ſedet modò ad gubernacula Eccleſię, cui Deus concedat vnà cum grege ſibi concredito ad vitam peruenire ſempiternam.			

ENV MER AT diuus Onuphrius schismata aliquot in Romana Ecclesia, circa quæ notandum est, pleraque eorum tantum fuisse controuerfias & diffidia de Romano Pontifice inter electores aut electos, quæ non nisi improprie schismata dici possint. Quando autem secundum ecclesiasticam phrasim fuit veri nominis schisma propter Pontificatum, vt in Nouatiano, hoc non fuit schisma in ecclesia, sed ab eo, qui extra ecclesiam erat, contra caput Ecclesie. Vnde & hic est improprietas sermonis, dum tale schisma ponitur in R.S.E. Denique, quod habet nonnullos ab Imperatore creatos esse Pontifices, hoc nihil aliud significat, quàm Imperatore sollicitante, & negotium promouente, eos electos esse in Rom. Pontifices.



ONVPHRII PANVINII VERO-
NENSIS, FRATRIS EREMITAE
AVGVSTINIANI,

INTERPRETATIO VOCVM ECCLESIASTICA-
RVM, QVAE OBSCVRAE, VEL BARBARAE
VIDENTVR.



VVM passim in Historijs ecclesiasticis, & praesertim Romanorum pontificum vitis, multae voces barbarae, inusitatae, ex Graecis Latinae redditae, alienis aliquando a suo significato sensibus, metaphoricè acceptae, & ideo minus cognitae, insertae sint: operæpretium facere existimavi, si breuem earundem interpretationem, & expositionem, ex vetustissimis quibusdam scriptoribus constituerem, quo omnia legentibus clariora, & apertiora sese offerentia; eorum in legendo assiduam curam & diligentiam non remorentur; sunt autem eiusmodi,

OFFICIA Sive Magistratus

Domnus, Papa
Episcopus
Cardinalis
Archipresbyter
Presbyter.
Poenitentiarius maior
Poenitentiarij minores
Archidiaconus
Diaconus
Palatinus, vel Basilicarius
Regionarius
Stationarius.
Pater Diaconæ
Archisubdiaconus vel
Prior Subdiaconorum
Subdiaconus
Regionarius
Basilicarius sive S. R. E.
Palatinus
Oblationarius
Stationarius
Mansionarius
Mans. primus
Acolutus.

Regionarius
Stationarius
Supplementarius
Paracellarius
Primicerius scholæ cantorum
Schola cantorum
Chorus
Primus scholæ paraphonista
Secundus scholæ paraphonista
Tertius scholæ paraphonista
Quartus scholæ, qui &
Archiparaphonista
Vicedominus
Maiordomus
Vestiarium
Cancellarius, alias Bibliothecarius
Camerarius
Primicerius S. R. E.
Secundicerius S. R. E.
Arcarius
Sacellarius alias Saularius
Protoscrinarius
Scriniarij XII.
Primicerius defensorum
Defensores

Defensores regionarij
 Aduocatores
 Adminiculator
 Primicerius iudicum
 Iudices
 Primicerius Notariorum
 Protonotarij
 Notarij regionarij
 Nomenclator
 Roga.

*SACRAE AEDES, ET
 earum partes.*

Ecclesia
 Titulus
 Paroecia
 Oratorium
 Martyrium
 Diaconia
 Xenodochium
 Monasterium
 Gremium Basilicæ.
 Camera Basilicæ
 Absis
 Confessio
 Ambo
 Secretarium.

*ÆDIVM SACRARVM
 ornatus.*

Patenz, aliàs Patinæ
 Calices ministeriales maiores,

minores
 Amula, aliàs amæ
 Colatorium
 Pugillares
 Scyphi
 Metretæ
 Hydræ
 Thymiamaterium
 Peluis ad Baptismum
 Corona, aliàs pharum cantharum, cum Delphinis totidem
 Ceroftota
 Phara canthara cum delphinis totidem, in quibus ardebat oleum
 Canthara cerostota
 Lucerna cum Lychnuichis
 Gemelliones.

VESTIVM GENERA.

Anaboladium, aliàs
 Anabolagium
 Alba
 Cingulum
 Orarium
 Mappula
 Colobium
 Dalmatica
 Planeta, aliàs Casulæ
 Pallium
 Mitra
 Offertorium
 Phanon
 Naccus.

OFFICIA SIVE MAGISTRATVS.



DOMNVS, pro Dominus, per Syncopen dicitur, qua appellatione olim Pontificem Romanum, mox & alios episcopos venerationis causa honorabant.

Pontificem enim Domnum apostolicum vocabant: nam Dominus terroris, non reuerentia vocabulum esse existimabant.

PAPA, Græca vox, quæ Latinè dicitur pater, auum significat, id est, patrem patris, Ausonius ad nepotem:

*... Papos auiasq; trementes,
Ante ferunt patribus seri noua cura nepotes.*

Apud Bithynios cognomen Iouis erat, qui dicebatur Iupiter pater, id est, pater. Hanc vocem omnes antiqui Christianorum episcopi pro patre, siue maiore patre frequentarunt (& auus enim aliquando maior pater dicitur) & præsertim magnarum, & insignium urbium, vt Romæ, Carthaginis, Alexandria, Antiochiæ, Hierosolymorum, & similium. Cornelius enim episcopus Romanus presbyteri eiusdem ecclesiæ, & alij multi in epistolis suis Cyprianum Carthaginensem episcopum papam, & papatem vocant. Dionysius Alexandrinus episcopus Heraclam prædecessorem suum, in epistola ad Philemonem presbyterum Romanum, beatum papam nominat. Similiter Athanasius, Theophylus, & Cyrillus episcopi Alexandrini papæ dicuntur. Sidonius in epistolis suis, passim omnes Galliarum episcopos, ad quos scribit, papas appellat. Hæc vox, post Gregorij primi tempora, reliquis episcopis adempta, soli Romano pontifici attributa est. Qui & apostolicus est aliquando dictus, ob præcipuè apostolicæ sedis, cui præest, reuerentiam.

EPISCOPVS, Magistratus apud veteres nomen fuit, cuius munus erat panis, & cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: vt colligi potest ex verbis Arcadij iurisperiti Dig. lib. Tit. L. de muneribus, & honoribus. Quæ vox ab operatione deducta est: nam vel ab ἐπισκοπῆν venit, quod significat speculari, considerare, vel ab ἐπισκοπῆσαι, quod est visito, siue specu-

lor. Quod nomen ad Christianorum pontifices translatum est, qui Episcopi, vel visitatores, seu inspectores, obseruatores, & speculatores dicti sunt, quod illorum præcipuè officium sit, gregis sibi commissi curam gerere, & mores explorare. Hac voce vsus est Cicero lib. 7. epistol. ad Atticum: Vult Pompeius me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habebat, episcopum, ad quem delectus, & negocij summa deferatur.

CARDINALIS, vox variè accipitur. Vitruuius libr. 4. cap. 6. Fores ita compingantur (inquit) vt scapi Cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Et libro 10. cap. 20. ait: Eæ concludantur supernè inter cardinatis trabibus, supra trabes collocentur capreoli cardinibus alius in alium conclusi, in altitudine excitari pedes 9. Et capite 21. eiusdem libri. Erigebantur, & arrectaria duo compacta pedum 35. crassitudine sesquipedali, latitudine pedum 11. coniuncta capitibus, transuersario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato, & laminis ferreis religato. Hic Vitruuius scapis cardinatis, significat cuspidibus, & delatis ligniculis compactos vel incorporatos, ita vt apud Vitruuium idem sit cardinalis, quod annexus, vel insertus, vel compactus. Hæc vox in eandem ferè sententiam frequens est in Registro diui Gregorij, & epistolis pontificum Romanorum decretalibus. Quibus is Cardinalis dicitur presbyter, vel diaconus, qui certæ alicui ecclesiæ vel diaconæ proprius, & ad certum alicuius tituli siue ecclesiæ ministerium ordinatus, insertus, annexus, & (vt ipse loquitur) incardinatus est: Nam S. Gregorio idem est, Cardinalem constituere in aliquo titulo vel ecclesia, quod incardinare alicui ecclesiæ, vel in aliqua ecclesia cardinare. Idem etiam de Episcopis dicit, quod de sua ecclesia ad aliam necessitatis causa translatus, episcopos quidem ecclesiæ suæ, illius verò ad quam translatus sunt, sacerdotes siue pontifices Cardinales vocat: quæ vox non solum Romanæ, sed omnibus alijs ecclesijs per prouincias communis est. At quoniam episcopus, presbyter, vel diaconus ita cardinatus & constitutus, principem locum in ea ecclesia, cui incardinatus erat, tenebat.

nebat: hinc factum est, vt cardinalis vocabulum; pro præcipuo siue principali acciperetur; inquam significationem Seruius super r. Aeneidos: Ventos quattuor Cardinales, principales interpretatur. Et D. Cyprian. libellum de cardinalibus, id est, de principalibus Christi operibus scripsit, & vox cardinalis in antiquis pontificum decretis, & præsertim sancti Siluestri in concilio Romano reperitur. Isque dicitur presbyter, vel diaconus Cardinalis alicuius tituli, vel diaconie, qui eiusdem præcipuam curam gerit, omnesque alios earundem ecclesiarum ministros gubernat, & moderatur. Hoc porro nomen omnibus ecclesijs commune, multis adhuc hæsit, vt Rauennati, Pisanæ, Mediolanensi, Compostellanæ, & alijs, sed potissimum Romanæ: quia sicut Romanus pontifex omnium Episcoporum princeps est, ita & sacerdotes Romanæ ecclesie omnium ecclesiarum clericos dignitate & honore antecellunt: hinc Cardinales hodie tantum appellari videntur. sed de hac re latius in libro, quem de origine cardinalatus scripsi, disputauit.

PREBYTER Græcè, Latinè senior dicitur. Augustinus, Etiam grandioris ætatis, & (sicut scriptura loquitur) plenum dierum posse dici seniozem, hoc est, presbyterum, quæ vox maioribus natu, & communi cum episcopo concilio, ecclesiam gubernantibus, sacraque mysteria tractantibus, attributa est, vt presbyteri, id est, seniores vocarentur. Hinc Tertullianus in apologetico capit. XXXIX. Nobis præsidem probati quique seniores, honorem istum non precio, sed testimonio adepti. Quorum primus Archipresbyter dicitur, id est, primus presbyter, quemadmodum Archidiaconus, & Archisubdiaconus diaconorum & subdiaconorum primi, & principes. Ex presbyteris porro Romanæ ecclesie quidam super pœnitentes constituti sunt à Simplicio papa; vt his verbis docet Bibliothecarius: Hic constituet ad sanctos Petrum, Paulum, & Laurentium hebdomadas, vt presbyteri ibidem manerent propter pœnitentes & baptismum: regionem tertiam ad S. Laurentium, primam ad sanctum Paulum, & sextam, vel septimam ad sanctum Petrum. Hi presbyteri pœnitentium vocati sunt; qui eorum exomologeses audiebant. Quorum primus maior pœnitentiarius dictus, hodie est Cardinalis, reliqui minores pœnitentiarij, non Cardinales, vocati.

DIACONVS Græcè, minister Latinè dicitur. Apostoli verbi Dei prædicationi vacantes, quum inopia laborantium subleuationi attendere nequirent, ministros septem, quos diaconos appellauere, elegerunt. Quibus pauperum, & viduarum cura (vt Lucas Actor. VI. tradit) demandarunt. Apostolorum exemplo Euaristus papa primus in Romana ecclesia septem diaconos ordinauit, qui, cum presbyteri docendis populis, & sacramentis administrandis attenderent, ipsi viduis, pupillis, pauperibus, & egenis, ex ecclesie thesauris, & oblationibus fidelium, subuenirent. Hi quum antè præscriptum sibi, & certum locum non haberent, sed eorum munia in promiscuo essent, primus vrbs regiones singulis diuisit Fabianus papa, certa que loca assignauit, quæ diaconie, & pauperum hospitalia dicta sunt: quibus ij præerant, & in suis quisque regionibus fidelium pauperum necessitatibus, ex ecclesie pecunia, & Christianorum elemosynis à subdiaconis collectis, atque ab ipsis custoditis, quantum in se esset, suppeditabat. Ex ipsis autem primus vel antiquior, cum episcopi, cleri, populi que consensu electus Archidiaconus, vel Diaconus Cardinalis, id est, principalis vocabatur, quemadmodum presbyterorum primus archipresbyter. Vnus igitur tantum vetustissimis temporibus erat diaconus cardinalis, vt ex actionibus synodi Romanæ sub S. Siluestro papa celebratæ, liquet, qui & archidiaconus, & diaconus circumlustrator, & perferuator vocabatur. Longo tempore post diaconorum in ecclesia Romana numerus auctus est, & ex septem quattuordecim primum, deinde x. v. III. facti, qui omnes vt ab alijs diaconis non cardinalibus differrent, quorum multi in vrbe erant, Diaconi Cardinales vocati sunt, id est, principales, qui præcipue hospitalium, & diaconiarum ministri erant. Ex his porro x. v. III. quattuordecim regionarij vocabantur, quod singularum regionum, quæ x. III. erant, diaconijs præesset: quattuor palatini, vel basilicarij dicti, quod in palatio, & basilica Lateranensi papæ ministrarent. Diaconi verò Stationarij nomen perpetuum non erat, sed ad tempus. Ita enim appellabatur is, qui ea vice pontifici ad stationem aliquam profecto ministraret. Antiquitus erant diaconi testimoniales, qui episcopum prædicantem custodirent, qui vsus iam diu exoleuit. De diaconis,

conis, & subdiaconis, ita scribit Ioannes Diaconus in vita sancti Gregorij: Prudentissimus paterfamilias Christi Gregorius singulis Diaconijs, vel Xenodochijs, viros idoneos deputavit, quos, ut securius imò sagacius in opere pietatis & misericordiae laborarent, priuilegijs muniendos esse decreuit: Quia (inquit) te virum religiosum, & mensis pauperum exhibendis idoneum nouimus, ideo te diaconiae eligimus praeposendum, & ne qua tibi nascatur ex hac administratione dubietas, hac te munitione propeximus fulciendum, constituentes, ut de hoc quod ad mensas pauperum, vel diaconiae exhibitionem percepisti, siue subinde perceperis erogandum, nulli unquam hominum cogaris ponere rationem. Hos ego puto in libello Romani ordinis vocari patres diaconiae.

SUBDIACONS. Quamquam ordinis subdiaconorum nulla in sacris litteris mentio exstet, vetustissimus tamen in ecclesia est, & sub ipsa apostolorum tempora institutus, de quo Ignatius in epistola ad Antiochenos meminit, qui salutat presbyteros, diaconum & subdiaconum. Hic antiquitus sacer ordo non erat, nec certo deputatus officio, nisi tantum Clericali, vel diuino: tunc enim in Missa nec euangelium, nec epistola cantabatur. Adiunctus autem fuit diaconorum adiutorio, quibus subministrabat. Fabianus papa Romae septem subdiaconos primus constituit, qui septem notarijs à Clemente papa institutis iunuerunt, ut res gestas martyrum in integrum colligerent: & cum septem diaconi, ut ministrarent pauperibus Christianis, totidemque notarij, ut martyrum facta describerent, per vrbs regiones sparsi essent, ijs ipsi subdiaconi iuncti fuerunt. Ideo etiam subdiaconi regionarij vocati sunt, ut regionum, primae, tertiae, quartae, & septimae: & praesertim postquam alij septem subdiaconi, qui, quod Missarum celebrationi in basilica Lateranensi per vices suas deferrent, S. R. E. siue basilicarij subdiaconi sunt vocati, instituti fuerunt. Nam ecclesiae maiestate aucta, subdiaconi ad epistolae lectionem, & ministerium altaris acciti, & sacri ordinis participes facti sunt: & propterea regionarij, qui per regiones diebus stationum pontifici ministrabant celebranti, septem alij additi, & ad quartumdecimum numerum aucti. Ioannis subdiaconi regionarij regionis primae mentio est

apud Bibliothecarium in vita sancti Siluestri Papae. Hi porro S. R. E. subdiaconi basilicarij: quod pontifici certis officijs assisterent & seruirent, ut in camera, in mensa, & in processione crucem ante ipsum deferrent: Palatini etiam subdiaconi dicti sunt. His in schola cantorum v. 11. alij additi, eorumque numerus vnus & viginti factus. Quorum primus Archidiaconus, Primus, vel prior subdiaconorum in libris Romani ordinis nuncupatur. Ex his porro subdiaconis is oblationarius dicebatur, ad cuius per vices ministerium pertinebat suscipere oblationes, pontificis Missam celebranti factas, & eas archidiacono praesentare. Stationarius verò erat is, qui hebdomada sua epistolam in stationibus, papam Missam celebrante, cantabat.

MANSIONARIUS, dictus est custos, & conseruator aedium ecclesiarum, templorum, & altarium: item familiaris & domesticus, à mansione. Multi ex his erant in ecclesia Romana, quorum maior, primus mansionarius vocabatur: Vnius horum, & eiusdem muneris meminit D. Gregorius in libris Dialogorum. Hodie in multis ecclesijs exstant, curamque psalmodiae & altarium habent.

ACOLUTVS, à Graecis dictus est, qui nullis minis ab instituto poterat reuocari. Quare Stoici Acoluti dicti sunt, qui impium putabant, mutare sententiam. A Christianis hoc nomine dicti sunt ij sacrorum ministri, qui, quum ipsi sacris non operarentur, ab illis tamen non excluderentur. Dicti Acoluti, quasi non prohibiti, à priuatiua particula *α* & *καλώω*, quod significabat prohibeo. ακαλωτός Hinc eorum ministerium diuersum fuit à diaconorum, & subdiaconorum, qui sacris communicabant, munere. Ministrabant porro episcopis & ecclesijs, in his, quae ad sacra facienda pertinent, ut in parandis mappis & in altaribus, luminibusque accendis, & in ferendis ijs, quibus in sacris faciendis, vsus erat. Fuerunt multi in vrbe Acoluti, Palatini, vel S. R. E. qui Papae ministrabant in Palatio, & Basilica Lateranensi. Regionarij qui in regionibus diaconis seruebant. Stationarij, qui in stationibus Papae celebranti praesto erant.

SYBPLMENTARIVS. Quid eiusmodi voce veteres significare voluerint, haud certò scio. Nisi is subplmentarius fuerit, qui pauperibus ea elemosynarum genera à Palatio Pontificis distribuebat, quae vel mensae superauerant, vel ad cibum pertinebant.

bant. Quod innuere videtur Bibliothecarius in vita Hadriani Papæ.

Is etiam Paracellarius dicitur.

PRIMICERIVS SCHOLÆ CANTORVM. Quanquam tempore sancti Siluestri papæ, & postea plures & magnæ fuerint in Vrbe Basilicæ conditæ, non tamen singulæ clericos, vel monachos speciatim habebant, qui in illis sacra officia celebrarent. Presbyteri enim titulis, diaconi diaconijs præfecti, suo quisque tantum muneri vacabat: illi sacris administrandis, hi pauperum subuentioni procurandæ. Psalmodia verò quotidiana in omnibus ecclesijs tunc in vsu non erat: nam singulis Vrbs Basilicis redditus adhuc assignati non erant, quibus possent singula Collegia canentium nutrire. Ideoque schola cantorum instituta fuit, quæ Vrbi communis erat, & ad Stationes, processiones, singulasque diebus eorundem festis, ecclesias Vrbs conueniebat, ibique sacra officia, & Missarum solemnia pontifice, vel presbytero celebrante, decantabat. Hæc schola communibus sumptibus vivebat, habebatque magnam in Vrbe dignitatis, & existimationis præfectum, qui Primicerius, aliàs prior Scholæ Cantorum vocabatur, cuius operâ optimi iuvenes selecti in cantu, lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instituebantur: Hinc origo Primiceriorum per alias orbis terrarum ecclesias Cathedralis manauit, de quorum officio, & dignitate vigesima quinta distinctione mentio est. Hanc scholam esse opinor, cuius initium scribit Bibliothecarius in vita Hilarij papæ sic: Hic constituit in Vrbe ministras (id est, Clericos) qui circumirent constitutas Stationes, id est, ministrando sacris, & psallendo. Quanquam Ioannes diaconus libro secundo, de vita sancti Gregorij papæ ipsam hanc scholam sanctum Gregorium constituisse scribit: quod potius de eius quadam reformatione, siue restitutione intelligendum esse opinor, quam de prima institutione, quæ longè antè fuisse necesse est. Sic autem scribit: Scholam cantorum, quæ hæctenus in iisdem institutionibus in sancta Romanâ ecclesia modulatur. Constituit, eique cum nonnullis prædij duo habitacula, scilicet, alterum sub gradibus ecclesie sancti Petri apostoli, alterum verò sub Lateranensis patriarchij domibus fabricauit, ubi vsque hodie lectus eius, quo recitabens modulabatur: & flagel-

lum ipsius, quo pueris ministras venerari-
ne congrua cum authenticis antiphonario re-
seruantur. De hæc schola cantorum huiusmo-
di Statutum reperit in libro peruetusto Roma-
ni ordinis: Primum, in quacunque schola re-
perti pueri bene psallentes, tollantur, inde
nutriantur in schola cantorum, & postea fiant
cubicularij. Si autem nobilium pueri fuerint,
statim in cubiculo nutriantur, & hanc acci-
pant potestatem ab archidiacono, vt liceat
eis super linteum villosum sedere, quod mos
est ponere super sellam equi. Deinde, sicut Sa-
cramentorum codex continet, quando, & ubi
fuerit, vsque in subdiaconatus officium ordi-
nentur. Diaconi verò atque presbyteri, nun-
quam, nisi in publica ordinatione. Schola por-
rò cantorum in plures choros diuidebatur.
Chorus autem (auctore Isidoro) propriè est
multitudo canentium, inde dictus, quòd ini-
tio in modum coronæ circum aras starent, &
ita cantores psallerent. In schola cantorum,
post Primicerium, quattuor maiores reliquis
erant, primus, secundus, tertius, & quartus
scholæ vocati. Quorum tres primi parapho-
nistæ, quartus verò archiparaphonista diceba-
tur. Cuius officium erat Pontifici de cantori-
bus, quum quid opus erat, nunciare. Ita in li-
bello Romani ordinis.

VICEDOMINI, qui & **MAIO-
RES DOMVS,** à Pontifice Romano ex
ordine cleri, & aliquando episcopali con-
stituebantur: viri prudentes, & rerum geren-
darum peritia insignes, quibus episcopij, vel
patriarchij Lateranensis cura, & administra-
tio committebatur, in gubernanda domo,
hospitibus suscipiendis, & domesticorum
pontificis causis cognoscendis, vt liquet ex
epistola beati Gregorij ad Antonium diaconum,
& Clementiam Patriciam. Bibliothecarius
in vita Vigilij papæ: Hic in Sicilia a-
gens, remisit Romam Ampliatum presbyte-
rum, & Vicedominum suum, & Valentinum
episcopum sanctæ Rusinæ, ad custodiendum
Lateranum, & gubernandum clerum. Hinc in
palatio Lateranensi locus erat, vicedominium
vocaturn, de quo idem Bibliothecarius, in vita
Stephani III. Qui & Vestiarij ibidem men-
tionem facit, qui pontificis vestes Laterani ca-
stodiebat.

CANCELLARIVS, aliàs **BIB-
LIOTHECARIVS.** Is, qui Romanum
Pontificem in chartis ecclesiasticis iuuabat,
& Orientis Occidentisq; e Synhodicis con-
sulta-

sultationibus (vt diuus Hieronymus in epistola ad Ageruchiam , de monogamia tradit) respondebat: quem antiqui scribam, à libellis: ab epistolis, epistolarum magistrum: nostro tempore secretarium vocant, Cancellarius, in ecclesia Romana appellatur: Quam vocem à Flapio Vopisco, in Carini vita primùm vsurpatam fuisse obseruauit: Vnum (inquit) ex Cancellarijs suis Vrbi præfectum fecit. Hi quum à secretis, & libellis principum essent, scribendis quoque, ac custodiendis publicis rebus vacabant, & à cancellis, intra quos demandata sibi munera obeuntes, permanebant, appellationem habuere. Quam rem in Epistolis Cassiodorus subinde explicat, qui hoc officium cancellorum decus ita nominat. Hoc igitur laudabile præiudicium, sententia gratiosa, militia domestica à XII. indictione cancellorum tibi decus attribuit, vt consistorij nostri secreta fidei integritate custodias, per te præsentandus accedat, per te nostris auribus desiderium vesplicis innotescat, iussa nostra sine studijs venalitatjs expedias, omniaque sic geras, vt nostram possis commendare iusticiam. Respice, quo nomine nuncuperis: Latere non potest, quod inter cancellos egeris. At cancelli lignæ, aut ferræ crates sunt, inter se modicis intervallis in quincuncem positæ, quibus quum æer ad speculũque admittatur, prohibetur accessus. Hiscenæ fenestræ, iudicum tribunalia scribarumquo subsellia (à quibus cancellarij dicti) muniri solent. Chirius Fortunatianus antiquus scriptor, principum antiquorum & nobilium (vt nos hodiè appellamus secretarios) olim cancellarios dictos refert: Omnium igitur scribarum, notariorum, & scriuariorum S. R. E. princeps cancellarius vocabatur: quod munus diu in ecclesia amplissimum fuit, & non nisi summæ auctoritatis presbyteris, & sæpissimè episcopis concedi solitum: qui quod bibliothecarum etiam curam haberet, Bibliothecarius etiam dicebatur. Hic epistolas Romani pontificis nomine dictabat, Synhodicis episcoporum consultationibus respondebat, sacerdotum Romanorum decreta scribebat. A Cancellario dictus Vicecancellarius, qui Cancellarii vices gerit: de cuius officio, & dignitate librum singularem scripsi.

GAMERARIVS à camera, vox est re cœns ineunta. Archidiaconi enim S. R. E. of-

ficio Gregorij VII. papæ tempore extincto, in eius locum successit Camerarius, qui quodd pecuniarum ecclesiasticarum, quæ in cameris conseruabantur, curam gereret, ita appellatus est. Est autem propriè camera testudo seu fornix, & ipsa pars superior: Item testum deuexum, & recuruum, à forma testudinis, quasi camuræ, id est, cururæ, vt inquit Seruius super III. Georgicorum: Camuris hirtæ sub cornibus aures. Camera etiam dicitur integra pars ædificij, parietes scilicet ipsi cum fornice.

PRIMICERIVS à cereo fit (vt auctores sunt, Diuus Hieronymus, & Cassiodorus in epistolis) quoniam & Græcè *πρωτοκλήριος* dicitur, quemadmodum & Secundicerius quæ officia apud Ammianum Marcellinum inueniuntur, vt Primicerius protectorum, notariorum, domesticorum, & similibus: idem autem sonat, quod primus. Cæterum inter VII. antiquos Romanæ ecclésiæ officiales, primi, & nobilissimi erant, Primicerius, & Secundicerius S. R. E. ab officijs nomina sortiti. Hi papæ continuò assisteabant, quorum loca hodiè tenent duo diaconi. Cardinales primi, iudicesque rerum Palatarum erant: à dextera leuaque pontificem in omnibus processionibus comitabantur, sine quorum consilio nihil, quod magni momenti esset, pontifex transigebat: inde papæ Consiliarij dicti. Octauam super episcopos in matutinis festorum solemnijs lectionem legebant.

ARCARIVS ab arca pecuniarum, quas colligebat, & conseruabat, dictus est, qui tributorum, & vestigalium exactioni præerat.

SACELLARIVS, aliàs **SACCVLARIVS**, à sacello pecuniarum, quas erogabat, dictus. Is militibus stipendia, operarijs & familiaribus pontificis salaria distribuerebat, & sabbato scrutiniorum eleemosynam dabat, Romano quoque clero & populo presbyteria largiebatur. Hunc hodiè Thesaurarius repræsentant. Cuius muneris Bibliothecarius frequenter in pontificum vitis mentionem facit. Dictus autem est à sacco Saccularius, vel à sacello, id est, paruo sacco sacellarius: quæ vox apud Augustinum exstat in commentarijs Malmorum: Ne amisso (inquit) iudicio pauperis in mala causa misericors, cuius si parcis sacello, percutis cor. Eam autem pecuniarum summam, quam Sacellarius vel Saccularius distruebat Rogam

appel-

appellabant: quæ vox sæpè in Bibliothecario legitur, & erogationem, munus, seu donatum, vel stipendium significat, ab erogando dicta.

PROTOSCRINIARIVS, is Scriniarius præerat. Scriniarius porrò à scrinio dictus est, quod est arca, qua seruantur preciosiora, & secretiora vt scriptioes. **XII.** porrò in Romana ecclesia erant Scriniarij, qui scrinia publica scripturarum **SAR.** E. curabant, Epistolæ à Cancellario, & protoferiniario dictatas scribebant, instrumenta donationes, venditiones, & reliqua eiusmodi conficiebant. Horum munus cum notariatu plerunque coniunctum erat, vt infra dicam.

PRIMICERIVS DEFENSORVM.

Gregorius (vt auctor est Iohannes Diatonus) remotis à suo cubiculo secularibus, clericos sibi prudentissimos, consiliarios, familiarisque delegit: nemo laicorum quodlibet palatij ministerium, vel ecclesiasticum patrimonium procurabat, sed omnia ecclesiastici iuris munia, ecclesiastici viri subibant: ob quod nonnulli procerum se sub obtenta religionis tonsuræ cœperunt. Hæc consuetudo postea diu obtinuit in Romana ecclesia, vt omnia ecclesiastica ministeria, tum priuatim, tum publicè per solos clericos administrarentur: quare notarij, & defensores ex clericorum quoque ordine sumebantur: quod tamen etiam ante sanctum Georgium obseruatum à religionis pontificibus videtur, vt ex rescriptis **Zosimi** & **Gelasij** pontificum apparet. Quòd autem fuerit defensoris officium, breuiter describitur à **Pelagio** in rescripto ad **Antoninam Patriciam**, quæ postulabat monachum fieri defensorem, in quo ostendit officium monachi, & defensoris conuenire non posse: Illis enim (inquit) quies, oratio, labor manuum, at ijs caussarum cognitio, conuentiones, auctus, publica litigia, & quæcunque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Ex decreto **Vrbani** patet, procuratoris nomine intelligi quemlibet ecclesiasticarum rerum administrationem, vt verbi gratia, præpositum, œconomum, vicedominum: defensoris nomine aduocatum, siue castaldum, & iudicem. Hos aduocatos, siue aduocatores dictos puto: Quorum quidam defensores sine adiectione, quidam defensores regionarij dicti sunt, quòd scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps, primicerius defensor

rum dicebatur, magis in ecclesia Romana estimationis.

ADMINICVLATOR ab adminiculando, id est, adiuuando dictus. **Septimus** erat ex Romanæ ecclesiæ primis officialibus Hic prouiduis, pupillis; & egenis afflicis, & captiuis procurabat: quod munus hodiè pauperum aduocatus facit.

PRIMICERIVS NOTARIORVM.

Notarius à nota dictus, vel à notando, quòd scribendo cuncta notaret. **Clemens** papa primus septem notarios, per totidem Urbis regiones instituit, ad res gestas martyrum diligenter scribendas. Quibus notarijs septem subdiaconos ab se recens creatos imminerè iussit **Fabianus**, vt accuratè munus suum implerent. Quibus ne, pace ecclesiæ parta, & martyrio sublato, desides essent, **Iulius** papa iniunxit, vt notitia, quæ omnibus fidem faceret, per eos colligeretur, & vt omnium monumentorum in ecclesia confectio, notariorum, & ipsius primicerij munus esset (ita enim ipsorum primus, quem aliquando cancellarij munus obijisse obseruauit, vocabatur) hæc autem, quò ad cautiones, instrumenta, donationes, commutationes, testamenta, colligationes, & manumissiones intelligi uoluit. Hi autem notarij, dicti sunt regionarij: quia per septem regiones distincti muneris suo vacabant. Quorum vsus diu mansit. Qui etiam inter cætera populo per Urbem (vt hodiè cursores faciunt) denunciabant, quando papa **Litania**s, id est, processiones, vel supplicationes facere, aut ubi **Missam** celebrare, vel stationem indicere constituisset. Aucto deinde notariorum numero, qui ex septem illis primis fuerunt notarij regionarij, vel proto-notarij vocati sunt: reliqui notarij simpliciter: Notarijs porrò munus suum promiscuè exercentibus additi sunt duodecim scriniarij, qui rebus ecclesiasticis scribendis tantum, quæ à cancellario, vel protoferiniario pontificis nomine dictabantur, vocabantur, vt bullæ, priuilegia, actiones conciliorum, & similia. Frequenter tamen accidit vt vna persona duo hæc officia subiret, essetque scriniarius **S. R. E.** & notarius regionarius.

PRIMICERIVS IVDICVM. Multi in urbe iudices erant, qui de controuersijs, & libitibus populi Romani cognoscebant, quorum primus iudicum primicerius vocabatur.

NOMENCLATOR. Cuius in Romano ordine mentio est, à nomine calando, id est,

vocando, appellationem obtinuit, qui memoriter vnumquenque vocare didicit, vt putà in foro reos, in conuiuio conuiuas, quo sensu in ordine Romano accipiuntur.

SACRAE AEDES, ET EARUM PARTES.



ECCLĒSIA. Vetustissimus, ac ab ipsis Apostolorum temporibus mos in religione nostra visitari cœptus est, vt Christiani homines, quocunque orbis terrarum loco essent, ad res sacras, quæ ad Christi fidem pertinebant, tractandas, & diuina mysteria celebranda, in vnum certum locum conueniri solerent. Cœtus autem illos publicos plurium fidelium in vnum congregatorum ecclesias voce Græca, id est, congregationes appellabant. Ioannes epistol. 3. Eijcite eos (inquit) ex ecclesia, seu congregatione. & Paulus 1. ad Corinth. 14. Sicut vbi que in omni ecclesia doceo. & capit. 4. Mulieres vestræ in ecclesijs taceant. Conuentus autem hos sacros celebrare, sic notari solebant Apostoli. Conuenire ad audiendum sermonem Dei. Conuenire ad frangendum panem. Conuenire in vnum. Oportuit autem veteres Christianos in locis, & ædificijs certis conuenire. Sed ea prisca ecclesiæ temporibus non vbi que fuerunt eiusdem generis. Nam tum in templo Salomonis Hierosolymis, tum in synagogis publicis Iudæorum, tum in scholis, tum in priuatis diuersorum fidelium ædibus, prout Christianis initio commodius fuit, publicos conuentus, vt ex actis Apostolorum constat, egerunt. Cæterum crescente religione Christiana, eaque per vniuersam ferè orbem terrarum sese diffundente, tum Romæ, tum per omnes prouincias, ædificia aliquot publica, tequia & exilia primum, deinde pace ecclesijs à Constantino Imperatore, sublatis impijs persecutionum edictis, data magnifica, & varijs ornamentis referta, extructa sunt, quæ à congregationibus, quas in illis publicè Christiani frequentabant, ecclesiæ vocatæ fuerunt, quum res continens appellationem à re contenta suscepisset. Dicebantur etiam Dominica, siue Basilicæ, & Tempia, Iudæico & gentili more, quod ad templorum, & basilicarum gentiliū similitudinem ædifica-

ta essent. Vocabantur etiam Domus Dei, Domus orationis, oratoria, & martyria: quod in his, & Deus à fidelibus deprecaretur, & Martyrum memoria sacrosanctè coleretur. Romæ quoque præter supradicta nomina, Tituli, parœciæ, & diaconicæ appellabantur, vt infra dicam. Hæc ædificia per singulas vrbes plura, aut pauciora, tam intus, quàm extra mœnia, secundum loci qualitatem magnifica, vel parua erant.

TITULI sunt sacræ ædes, templa, vel (vt hodiè dicitur) ecclesiæ, siue sacra loca in Dei, & Sanctorum memoriam erecta, & per Vrbes regiones à Romanis pontificibus antiquitùs distincta, in quibus animarum cura à presbyteris in eisdem commorantibus habebatur. Quibus qui præerant, presbyteri appellabantur Cardinales, id est, principales, similitudine à quattuor ventis cardinalibus, hoc est, vt ait Seruius Grammaticus super Vergilium, principalibus, deducta. Quum enim in vno quoque titulo plures essent clerici, qui sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præsto essent, vt subdiaconi, diaconi, presbyteri: is, qui omnibus præerat, Presbyter à cæteris clericis illius tituli, vel à Romano pontifice creatus, dicebatur Cardinalis: quod omnibus dignior, principaliorve esset in eo titulo commorantium, cæterosque clericos regeret, vel gubernaret in titulo sibi commissio viuentes. Quorum origine beneuissimè tractaturus, rem paulò alius repetam. Quum beatissimus Apostolorum princeps Petrus Catholicæ Romanæ ecclesiæ Pontifex primus, sacerdotio in Orientalibus ecclesijs, præcipueque Hierosolymis, & Antiochiæ ritè instituto, in Urbem Romanam, ecclesiam fundaturus venisset, ex omnium fidelium multitudine, præcipuisque nostræ religionis cultoribus, viros quosdam seniores bonum testimonium ab his, qui foris sunt, habentes, plenosque Spiritu sancto, & sapientia, spectatæ fidei, & raræ probitatis, Hierosolymitanæ, cæterarumque ecclesiarum Orientalium more, delegit (hi clerici appellati sunt) quos per manuum impositionem, partim presbyteros, & partim diaconos consecrauit: quorum opera pontifex ipse, siue episcopus Romanus, in instruenda, crescente tunc ecclesia, vteretur: quum ei tot millibus hominum ad fidem Christi quotidie venientium, consulere non esset integrum. Porro autem presbyter-

byterorum, & diaconorum munia, vt pro se quisque suum officium & nosceret, & impigrè faceret, diuidere in primis conducibile visum fuit. Itaque summam rerum, animarum scilicet curandarum, negotium Presbyteris commisit, vt sacramenta ecclesiastica plebi Dei ministrantes, orationi, & ministratiōis verbi cum episcopo vacarent. Diaconis autem viduarum, pupillarum, & reliquorum pauperum fidelium subueniendorum curam demandauit, eisque iniunxit, vt presbyteris quoque sacra facientibus præsto essent. Quorum omnium numerus, quum prius modicus, & incertus esset, ei modum statuere Cletus, & Euaristus Romani pontifices. Cletus enim (vt auctor est ex Damaso Bibliothecarius) presbyteros ad certum numerum redegit. Euaristus verò Apostolorum more ad septenarium numerum Diaconos in Ecclesia Romana auxit, quibus etiam iniunxit, vt episcopum prædicantem, propter stylum veritatis, custodirent. Porro autem, ne presbyterorum administratio in promiscuo esset, idem Euaristus, qui tertius post beatum Petrum Apostolum Romanus pontifex fuit, circiter annum à Christo nato centesimum, titulos vel (vt nunc dicimus) parœcias in Vrbe Roma ipsi presbyteris diuisit, vt singuli à se inuicem secreti, in sua Vrbs regione, titulo vel parœcia, confusionis tollendæ causa diuina mysteria, populum erudientes, sacramenta Dei omnibus ad se venientibus fidelibus exhiberent, singulosque presbyteros in vnoquoque titulo. Sufficere enim tum visum est is numerus propter credentium paucitatem. Verum non longè post fidelium quotidie crescentium multitudine, per motus Hyginij Romanus Pontifex, quum tot credentibus non sufficerent, hi, plures in vnoquoque titulo, quum clericos, tum presbyteros esse voluit. Hinc autem presbyterorum Cardinalium nomen manasse crediderim, vt is scilicet esset presbyter Cardinalis, id est, principalis, qui cæteris presbyteris eiusdem tituli (quos plures ab Hyginio factos fuisse dixi, quum prius vnus tantum per singulos titulos Presbyter fuisset) præficeret. Satis enim constat, aliquot annis post, ante etiam sancti Siluestri Papæ tempora, Cardinalis nomen in ecclesia Romana vsitari cœptum fuisse: quod non nisi ex Hyginij institutio oriri potuit, quum antea eo nomine vel opus non esset, quod non, nisi

vnus per singulos titulos presbyter fuisset. Post Hyginij tempora in presbyterorum Romanorum titulis nullam mutationem factam inueni, vsque ad Dionysij papæ pontificatum. Nam sub annum Christi CCLX. Dionysius xxv. post Petrum Apostolum pontifex Romanus Euaristi exemplum sequutus: quum iam religio Christiana mirum in modum Vrbe creuisset, denud titulos, vel parœcias in Vrbe Roma, quum eas ampliasset, Presbyteris diuisit, ipsaque, quod quisque suis finibus, limitibusque contineretur, distribuit, pluribus per singulas, vt Hyginus fecerat, presbyteris constitutis: presbyterorum quoque ecclesiæ Romanæ curæ, cœmeteria adiunxit: quæ quum plura essent, ea inter presbyteros distribuit gubernanda, vt martyrum sepulchris consultum esset. Verum non longè post circa annum Christi Cccv. Marcellus xxi. post Petrum Apostolum Romanus episcopus titulos Vrbs Romæ ab Euaristo antiquitas, & primò presbyteris datos, numero limitauit, decreto statuens, xv. aliàs xxv. in Vrbe Roma quasi diœceses esse ad Baptismatis commoditatem, eorumque opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant, quin vt etiam martyrum sepulchris consuleretur, vt auctor est ex Damaso Bibliothecarius. Titulos autem Romanos, siue parœcias, cessantibus persecutionibus adauxere, presbyterosque plures in singulis constituere: Silvester, qui titulum Equitij; Marcus, qui titulum S. Marci; Iulius, qui titulum S. Mariæ Transiberim; Damasus, qui titulum S. Laurentij; Innocentius, qui titulum Vestinæ fecerat, & reliqui pontifices Romani. Quum enim primò infinita gentilium multitudo, mox Vrbs, & Italia omnis fidem Christi suscepisset, non sufficientibus xv. Titulis, nec his, qui in eis residebant, presbyteris, tum ab necessitate, tum ad Vrbs, & Romanæ ecclesiæ ornamentum, & maiestatem, & Titulorum, & presbyterorum in vnoquoque numerus auctus est: facti que sunt tituli xxviii. quem numerum nunquam excessisse vsque ad nostra tempora satis constat. Qui omnes, quum ecclesiæ essent: vel templa Diuis dicata, nomen sortiti sunt: vel à sanctis, quibus dedicati erant, vt sancti Chrysogoni, sanctæ Cecilie, S. Anastasie, sancti Marci, & similibus: Vel ab eis hominibus, qui ipsos erexerunt, vt Calisti, Damasi, Equitij, Pastoris, Vestinæ;

Eudoxiæ, Lucinæ, Tigridæ, Pammachij, & similia. Porro autem xxviii. Titulorum numerum circa Innocentij primi, vel Zofimi papæ tempora expletum fuisse, multis coniecturis, & rationibus ductus crediderim. Neque enim facile post Zosimum papam inueniri potest, aliquem Romanorum pontificum titulum quendam nouum addidisse, sed eos vel mutasse, vel restituisse, aut tantum exornasse.

PAROECIA, siue **PAROCHIA**, idem est quod titulus, scilicet sacra ædes, vbi animarum cura à presbyteris gereretur: qui parochij dicti sunt, id est, curati. Paroecia autem dicitur accolatus, siue accolarum conuentus, sacraque vicinia; nam *παρά* iuxta, *οἶκος* domus: vbi scilicet sunt domus contiguae. Augustinus lib. 14. de Ciuit. Dei, Presbyter fuit quidam nomine restitutus in paroecia Calamensis ecclesie. Et paroeci sunt accolæ. Quare qui sacram ædem aliquam accolunt, paroeci dicti sunt, eiusdem scilicet fani confortes: Latine curia, & curiales, & curiones dici possunt. Qui parochiam vocant, eam vocem à parochia deducunt, *ἀπο τῆ παραίχην*, hoc est, à præbendo. Erant enim parochi, qui legatis Romam publice venientibus, cæterisque alicuius dignitatis hospitibus salem, & ligna præparabant, vt exponit Acron super illud Horatij, serm. satyra v. Tum parochi, qui debent ligna salemque. Hi Latino vocabulo copiarj dicti sunt, vt auctor est Porphyrius, quod omnium rerum necessariam copiam regum populorumque legatis suppeditabant. Nam quamuis Horatius, loco iam citato, salis tantum, & lignorum meminerit, tamen, vt ibidem animaduertit Acron, sub illarum specierum appellatione, omnia hospitibus necessaria, voluit intelligi. A parochia paroecia dicitur, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ad oblationem scilicet sacrosancti corporis, & sanguinis Christi, sub panis & vini speciebus.

DIACONIAE, à diaconis dictæ sunt. Erant hæ publicæ pauperum hospitalis domus, quæ oratoria, & sacella adiuncta habebant, in quibus à patre diaconæ, siue diacono egenis necessaria subministrabantur. Nam diaconi, inopia laborantium, viduarum, & pupillorum ministri erant, hisque domibus hospitalibus præerant. Antiquitus in Romana ecclesia per singulas vrbes regiones diaconi distincti erant, diaconique regionarij, vel

talis & talis regionis appellabantur. Post eorum præcipuo vsu exolescente, & hospitalibus domibus ipsorum negligentia dirutis, ipsorum sacella, vel ædicolæ superfuerunt, quæ diaconæ nomen retinuerunt, à quibus diaconi Cardinales vrbes Romæ postea denominationem habuerunt, sic: Diaconus cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani, vel sancti Theodori.

XENODOCHIVM idem est, quod domus publica hospitalis, qua peregrini hospites, & egeni hospitaliter recipiuntur. Hieronymus: Xenodochium in portu Romano situm, totus pariter mundus audiuit. His qui præerat, Xenodochus dicebatur.

MONASTERIA à solitudine dicta, quæ olim in locis abditis, & ab hominum commercio procul remotis condita solebant, ijs hominum coetibus alendis, qui etiam à solitudine monachi dicti sunt, vbi contemplationi vacantes soli commorabantur.

GREMIUM BASILICAE vocat Bibliothecarius, medianam basilicæ partem, quam nos maiotem nauim dicimus.

CAMERA. Bibliothecarius in vitis pontificum Romanorum frequenter basilicarum variarum Cameras profertur, vt Lateranensis, & aliarum, quas etiam ab iisdem pontificibus exornatas scribit. Eas opinor ego fuisse sacrarum, vel quid eiusmodi basilicis adiuncta.

ABSIS, siue **APISIS**, proprie est curuatura rotæ, id est, lignum super rotas tenens scalas, vel in quo figuntur radij, vel ligneus rotæ circulus, quo significatio alij primam adspirant sic, Hæspis ab *ἄπτω*, id est, à tangendo, quod ea pars, quam tota voluitur, terram contingat. Hoc etiam nomine significatur fornicis curuatura, & aliquando integra fornix. Hinc ecclesiastici scriptores, quam nos ecclesiarum tribunam vocamus, hæsidem vocant.

CONFESSIO, quod verbum in Bibliothecario, & alijs ecclesiasticis scriptoribus frequentissimum est, idem apud Latinos significat, quod apud Græcos martyrrium. Hænim ecclesias Deo priuatim dicatas dominica, martyribus verò martyria vocabant, hoc est, in quibus martyrum corpora iacerent, aut eorum memoria coleretur. Hinc basilicam Vaticanam Apostolorum martyrrium vocat Ioannes Chrysostronus. Quia verò martyr Græcè, Latine à Cypriano confessor, siue testis exprimitur, à confessore Confessio manauit, vt à

ut à martyre martyrium. Est verò confessio ecclesia, in qua confessorum, hoc est, martyrum memoria coleretur. Quos enim nos modò martyres, veteres patres, in his Cyprianus, confessores appellant, quòd in tormentis citra mortem intrepidi Christum confessi essent, epistol. 7. libr. 2. Cleri Romani ad Cyprianum episcopum. Quanquàm confessorum quoque quos hic adhuc in carcere dignitas suæ confessionis inclusit. Item epistol. 6. libr. 2. Cypriani ad martyres, & confessores: Exulto lætus, & gratulor fortissimi, ac beatissimi fratres, cogita fide ac virtute vestra, in quibus mater ecclesia gloriatur, gloriata & nuper quidem cum confessione persistente suscepta pœna est, quæ confessores Christi fecit extorres. Confessio tamen præsens quantum in passione fortior, tantum clarior, & maior in honore est. Creuit pugna, creuit & pugnantis gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem prouocati, fortes, & stabiles ad maximi certaminis prælium prompta deuotione prodijistis, ex quibus quosdam iam comperi coronatos, quosdam verò ad coronam victoria proximios, vniuersos autem quos agmine glorioso carcer inclusit, pari ac simili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in diuinis castris milites Christi, ut incorruptam fidei firmitatem, non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta deuincant, quia maior est, qui in nobis est, quàm qui est in hoc mundo: & alibi passim, qui Christum in tormentis & carcere, citra mortem tamen confessi fuerant, modò confessores voce Latina, modò etiam voce Græca martyres appellat. Antiquitùs igitur confessio idem erat quod martyrium. Scilicet ecclesia in martyrum honorem consecrata. Nunc verò in omnibus totius orbis terrarum Christianorum ecclesijs, quæ duplices sunt, superior scilicet, & inferior (quales multæ per totam Lombardiam & Italiam, Romæ etiam modò extant, & plures extabant) appellatur vsque hodiè inferior ecclesiæ pars sub altari maiori ædificata, ut Parmæ in Cathedrali, Veronæ ad sanctum Stephanum, Romæ ad sanctam Priscam, sanctum Martinum in montibus, & alibi. Earum similitudine confessio dicitur locus imus sub gradibus, & altari maiori ecclesiarum sancti Petri, san-

cti Pauli, Lateranensis, sancti Laurentij extra muros, sanctæ Mariæ maioris, & aliarum. Quæ confessio non sine materiali ecclesia fit. Quod etiam probatur capite vigesimo Concilij Gangrensis, sic: Si quis superbiæ vsus affectu conuentus abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria, quæ in eis sunt, simul cum eorum memorijs execratur, anathemâ sit. Ita vna versio Alia verò, quæ per confessiones martyrum intelligit, apertissimè exponit basilicas sanctorum Martyrum. Sic enim ait: Si quis per superbiam tanquàm perfectum se existimans, conuentus, qui per loca & basilicas sanctorum martyrum sunt, accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriaeque sanctorum contemnendas, anathema sit. Anastasius Bibliothecarius in vita Xysti tertij papæ: Xystus papa (inquit) fecit confessionem beati Laurentij martyris cum columnis porphyreicis, & ornauit transeam. Fecit quoque ibi ad confessionem, altare sancti Laurentij de argento purissimo librarum quinquaginta, cancellos argenteos supra Platonias porphyreticas librarum C C C. absidam super cancellos, cum statua beati Laurentij argentea librarum ducentarum.

AMBO dicitur suggestus, seu pulpitum marmoreum, ex quo lector, seu diaconus lectionem, seu euangelium recitabat. Quos multos & magis, & pulcherrimis tabulis marmoreis ornatos per Vrbs ecclesias, & præsertim apud sanctum Paulum videmus, quem locum diu Cypriani libr. 4. epistol. 5. honoris causa tribunal quoddam ecclesiæ appellauit: ab ambiendo dictum volunt, quòd locus ille vtrinque gradibus ambiatur. Nam in quibusdam ecclesijs duo graduum ordines visuntur: vnus à sinistris, quo fit ascensus versus Orientem: alter à dextris Occidentem spectans, quo fit descentus. In quibusdam verò alijs ecclesijs Diaconus vna, subdiaconus altera via in pulpitu, seu ambonem conscendit. Expositio Romani ordinis Ambonem hanc appellationem ideo habere tradit, quòd ambiat, & cingat, intrantem. Sed verius est Græcam esse vocem ἀμβωνος, quæ inter cætera significat ascensum, & locum editum, à verbo ἀναβαίνω, quod est ascendo. Capit. 15. Concilij Laodicensi, quod Græcè est ἡ ἐπιτομή.

Βασιλειανόταρον, Latine legitur, qui pulpitum ascendunt.

SACRARVM AEDIVM ornamenta.



ATENA, siue PATINA, est genus vasis, à patendo dictum, quo dapes in mensam feruntur. Dicta à Columella patena libro duodecimo, capite quadragesimo tertio. Columella (inquit) patruus meus, ex ea creta, qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri videbat. Harum usus in primitiua ecclesia in oblatione corporis Domini institutus, adhuc vsque perseuerat. Illud interest, quod hodiè parua, antiquitus magnæ conficiebantur ex auro, & argento, vt Eucharistiam pro tanta multitudine suscipere capaces essent.

CALICES. In vitis pontificum Damasci, & Bibliothecarij, & præsertim in vita sancti Siluestri frequenter mentio est calicum maiorum, & minorum, & ministerialium, quos pontifices, & Imperatores, in his præsertim Constantinus in ecclesijs ab se constitutis, aureos & argenteos contulisse leguntur. Ministeriales ideo dicti, quod administrando sanguinem Christi populo deseruiunt. Remigius archiepiscopus Remensis, quum eiusmodi calicem ministerialem fieri iussisset, in ipsius circuitu hosce ab se aditos vestigulos posuit:

*Hauriat hinc populus, vitam de sanguine sacro
Iniccto, æternus quem fudit vulnere Christus,
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.*

AMVLAM, aliàs **AMAM,** quidam interpretantur phylam ad vrceoli similitudinem. Certè quo loco 3. Regum 7. Græcè legitur *φουδας*, nolter interpres vertit amulas. Expositor ordinis Romani: Amula (inquit) vas est, in quo vinum offertur: cuius generis vasa fusilia fecit Rex Solomon D. C. C. sicut Iosephus testatur, &c Sed in gestis pontificalibus legitur religiosos quosque Imperatores, principes, atque pontifices tantum numerum, de amulis, atque parinis, seu alijs vasibus atque ornamentis ecclesiasticis ad honorem Dei obtulisse illi, atque illi ecclesiæ, quanta possibilitas fuit vicuique pro sua deuotione. Nonnunquam & amæ dicuntur, & per adspirationem hamas nonnulli legunt. In vitis Pontificum Bibliothecarij frequenter legitur, hamas argenteas,

& aureas donatas ministerio diuino. Hinc hamula, & hamulula deductæ. Columella in cultu hortorum:

Aut habilem lymphis hamulam Bacchiue lagenam.

Hodiè etiam hamula ab Italis dicitur vulgò vasculum vitreum ad usum aquæ, & vini, & præsertim in sacrificio Missæ.

COLATORIVM, hoc erat vasculum quoddam subtilissimis foraminibus ab imo perforatum, quo vinum ex hamulis calicum refundebatur.

PUGILLARE S inter instrumenta sacra, quæ Pontifici ad stationem procedenti præferebantur, numerantur pugillares aurei siue argentei. Videtur autem ea æras pugillarum nomine intellexisse stylo, seu graphia, siue etiam pennas, vel calamos, quibus litteræ deformantur, & ex hac similitudine fistulas, seu cannas, quibus sanguis è dominico calice exsugebatur, quum propriè pugillares sint ipsæ tabulæ, in quibus scribi consuevit, quæ Græcè *πυαλδία* dicuntur. Eiusmodi pugillarum seu fistularum argenteorum, & aureorum, quum hæ antiquitus cuncto populo in eommunione sanguinis Christi deseruiunt hodiè solus Romanus pontifex usum adhuc obseruat.

SCYPHI, METRETAE, HYDRIAE; sunt vasa diuino ministerio ab Imperatoribus, & pontificibus oblata, quæ frequenter Bibliothecarius commemorat. Scyphus autem vasis portorii generis erat, quod propriè Herculi attribuebatur, quemadmodum Cantharus Libero patri: Quo veteres in sacris & in conuiujs vsi sunt. Vergil. 4. Aeneidos: Et sacer impleuit dextram scyphus. Horat. epod. 9. Capaciores affer hic puer scyphos. Metreta etiam genus vasis fuit, constans ex duobus bartis, id est, decem congios, vel sexaginta sextarios comprehendens. Et quod Dioscorides metretam vocauit, Plinius cadum transtulit. Alij metretam amphoram dicunt. Hydria verò vas aquarum erat, à Græca voce *ὑδρία*, id est, aqua, dicta.

THYMIAMATERIVM, quod Latine Acerra dicitur, vas erat, in quo odores suauissimi thymi, herbæ odoratæ, naturam referentes in sacris, incendebantur.

PELVIS, quasi Pedaluis (vt Varro inquit) à pedum lauatione vas dictum. Alij peluim à pellucendo dictam tradunt, putantque sinum esse

esse aquarum, in qua varix res pelluntur. Iuuenalis satyra 3.

Vt sint contenta patulas effundere pelues.

Veteres Christiani vasa, quibus in baptismo utebantur, pelues appellabant.

PHARA, Damascus, & Bibliothecarius in Romanorum Pontificum, & præsertim S. Siluestri vita, phara, canthara, cerostata, delphinus, lychnus, & lychnuchus, pro diuersi generis lampadibus, & lucernis in ecclesijs ardentibus, acceperunt.

Pharus igitur insula, & turris amplissima in portu Alexandrino sita erat, saluti nauigantium condita, quæ nocturnis ignibus portum ijs monstrabat. Sôlinus scribit, ab hac turri pharo, pharos postea vocari machinas in portibus ad præluceudi ministerium fabricatas: quoniam ex hac pharo Alexandrina, naues nocturnis facibus accensis, dirigebantur. Papinius:

Lumina nocturna tollit pharus amula luna.

Hegeſippus libr. 4. tradit à Græcis Latinifque pharon appellari. ex ipsius rei vsu, eò quòd longè videatur à nauigantibus, atque ἐπὶ τῷ φανῷ, quòd significat lucidum, & immutata littera pharos dicitur. Hinc hodiè triremium Lanternæ fanones & fanales vocantur, & turres in portubus Neapolitano Messinensi, & Genuensi lumina nocturna sustinentes, Phari dicuntur. Ecclesiastici igitur scriptores hac voce suggestus aureos, & argenteos in modum turrium, vel columnarum vocabant, quibus annexi erant certum lychnuchorum genus, quòd Delphinum vocabant. Ita enim scribitur: Fecit pharum vnum cum x. delphinis. Pharum porrò etiam coronam vocabant, fortè quòd rotundus esset. Fecit, inquit Bibliothecarius, coronam, id est, pharum cantharum, cum delphinis quattuor oleo ardentibus, vbi illud animaduersione dignum est, quòd quancumq̃ idem ferè esse lychnuchum, & delphinum dixerim, non nihil tamen inter se differre opus fuit. Nam delphini ardentibus, cum pharis cantharis, vel cum coronis, coniunguntur: lychnuchi verò cum lucernis. Cur autem pharus cantharus dicatur, haud certò scio, nisi in formam vasis magni factum fuerit in extrema parte. Nam poculum fuit, quòd Baccho tribuebatur, sicut scyphus Herculi dictus à cantharo, quòd erat nauigij genus. Plinius libr. 33. cap. 11. refert, Marium post victoriam Cimbricam cantharis potasse, Liberi patris exemplo. Vergilius;

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Vlpianus tradit cantharos esse, per quos aquæ saliant.

Præter pharum cantharum, in eodem ferè significatu Bibliothecarius enumerat Cerostata, & canthara cerostata, quæ lucernæ fortè erant in modum cornu factæ à xelphas, quòd est cornu, dicta. Vt autem delphini coronis, & pharis cantharis ardentibus attribuuntur, sic lychni, vel lychnuchi lucernis. Est enim lychnus Græcè, Latinè lucerna. Sed Bibliothecarius lucernam pro lychnorum sustentatione, siue candelabro accipit. Lychnum verò seu lychnuchum pro lampada ipsa ardente.

GEMELLIONES aurei, & argentei dicuntur, qua voce, quid significari possit, nisi vrceoli, vel ampallæ sint, non inuenio.

SACRARVM VESTIVM genera.



NABOLAGIVM, aliàs ANABOLADIVM, à verbo Græco ἀναβάλλομαι, quòd est, supra iaceo, vel reicio, appellabant amictum album lineum, qui, quòd humeris imponeretur, super humerale etiam vocabatur.

ALBA, scilicet vestis, vel camisia, hodiè dicitur Camisium.

CINGVLVM à cingendo, chorda, qua Pontifex cingitur.

ORARIVM vocabant eam fasciam, quam nos stolam dicimus: alij velum, cui Romanus pontifex, & Archiepiscopi pallium super humeros imponunt, orarium vocant.

MAPPLAM verò, quam hodiè manipulum appellamus, quæ à mappa, qua manuæ fordes in mensa abstergimus, dicta est.

COLOBIVM est vestis sine manicis, ac mutilata, à κολοβόν verbo Græco, quòd breue, mutilatum, truncum significat, dicta. Qua olim virgines utebantur, & sancti patres, vt Paulus Heremita. Expositor Romani ordinis in candidissimo (inquit) habitu colobionis, quo vel Apostoli, vel Apostolici viri vsi sunt, quem culparetur à quibusdam nuditas brachiorum. Silvester papa instituit, vt in ecclesiastico ministerio diaconi de smaticas, id est, tunicas manicatas, & candidas induerent, quales testatur Isidorus episcopus in Delmatia primum contextas, quæ etiam vsi sunt veteres. Lampridius in Commodo,

modo. Delmaticatus in publicum processit.

CASVLA, aliàs PLANETA, genus vestis, in sacris à Christianis sacerdotibus vsurpata, ἀπό τῆς πλάτης, id est, ab errore dicta. Quoniam quum latissimo initio, & sine manicis esset, eius limbis super brachia, & scapulas proiectus, errabundus totum corpus circumiret. Hodè ab utraque parte concisa, antè & retrò tantum producitur vsque ad talos.

PALLIUM est fascia ex candida lana contexta, habens desuper circum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte dependentes quattuor purpureas cruces, antè, retrò, à dextris, & à sinistris: duplex quidem à sinistris, simplex à dextris, cui in tres partes conciso, tres acus infiguntur, quibus confuitur. Quæ omnia moralibus sunt repleta mysterijs, quorum explicationem vide apud Innocentium III. libr. 10. cap. 12. de sacro altaris mysterio. Dicitur autem est, ut puto, à verbo Græco πάλλωμαι, quod est vibror, agitor: nam circum collum super humeros vibrabatur, agitabatur, circumuolebatur. In octaua synhodo Constantinopolitana quarta posteriore sub Iohanne VIII. papa celebratur, Sessione prima, pallium vocatur ἀρχιερατικὴ στολὴ, hoc est, pontificalis stola. Vbi illud scitu dignum, quod in ea synhodo exponitur, quomodo Iohannes VIII. papa Photio mittebat pallium & Sandalia, ut ostenderet, se eum in patriarchali Constantinopolitana sede suscipere. Vbi sunt hæc verba: Quod Dominus noster Apostolicus admittit D. Photium in patriarcham, testatur pontificalis stola, à summo pontifice Domino nostro Iohanne ad eum missa, quam propterea direxit, ut omnes intelligant, & certò sciant, Dominum Photium recipi à summo Pontifice in patriarcham: cumque hoc dixisset, dedit Photio pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam, & Sandalia. Paschalis II. papa: Pallium (inquit) est insigne archiepiscopalis dignitatis, quod assumitur de corpore, id est, de altari B. Petri, in signum unitatis apostolicæ sedis. Quod archiepiscopo electo apostolica sedes non tradit, nisi prius praestet pro fide, obedientia, & unitate iuramentum. Antiquitùs candidi agni sine macula nutriebantur à monialibus albis sancti Andree prope sanctum Marcellum de Vrbe, postea ea cura ad moniales S. Hagneticis extra Urbem via Nomentana

translata fuit: hodiè est monialium turris speculi. Qui dominica in albis circuibant altare sancti Petri. Ex eiusmodi agnis sumitur lana, de qua per eandem virgines pallia texuntur, quæ Papæ & archiepiscopis per manum primi diaconi initio ipsorum promotionis dari solent. Qui nisi accepto pallio, neminem episcopum consecrare possunt. Eo etiam, præter archiepiscopos, vtuntur episcopi quidam ex priuilegio, vt Lucensis. & ex decreto Marci papæ Ostiensis, in consecratione Romani pontificis. Gregorius papa vetuit aliquid pro susceptione pallij salui. Quod decretum confirmarunt Leo II. & Urbanus II. summi pontifices.

MITRA, seu MITHRA, à Persis sol dicitur, aliquando pro primario sacerdote ponitur vt apud Apuleium libro vltimo, ipsumque Mitram illum suum sacerdotalem præcipuum sacrorum ministrum decernit. Mitra etiam sine adspiratione significat quoddam capitis ornamenti genus, quo primum Mœonij, deinde Aegyptij, Syri, Phayges, Lydij, & Persæ vsi sunt. Erat autem pileum acutum. Accipitur & pro muliebri corona ad ornatum capitis adolescentularum, ex qua pendebant fascioles, quæ phylla dicebantur, quod florum initia dependere. Virg. 9. Aeneid.

Et tunica manicas, & habent redimicula mitrae.

Episcopi Christianorum mitra vtuntur, quum rei diuinæ operam dant, quæ pileus lineus vel è serico albo est, in altum porrectus, & in duas cuspides diuisus. Fiunt mitra aureæ vnionibus, & gemmis ornata. Quarum vsus in Romana ecclesia non ante sexcentos annos esse opinor.

OFFERTORIUM, syndonem sericeum, seu linteamen significat, in quo populorum oblationes reponerentur, ab offerendo dictum: A quo etiam ea Missæ pars vocatur offertorium, quæ dicebatur tempore oblationis.

FANON, etiam appellabatur linteamen illud, quæ vox Germanica esse videtur, à quibus vela illa ex hastilibus dependentia fanæ vsque hodiè appellantur. Guilielmus Durante, cum fanone candido exponit cum mappa la alba, & nigra. Hodiè Veronæ in patria mea linteamina fencia & depicta ex hastis dependentia, & in supplicationibus de ferri solita, consanones vocantur.

NACVS pro naccho intellexerunt veteres Christiani Romani pannum lanæum rubrum, quo equorum sellam, dum pontifex equitabat, cooperiebant, à verbo Græco Νάκος, quod lanam siue vellus significat, deriuatum.

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS, FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI, DE STATIONIBVS VRBIS ROMÆ LIBELLVS.



OVVM statinum rei in Vrbe notissimæ, admodum obscura initia sint, non alienum quoque à meo instituto fore existimaui, si breuiter, quæ de stationibus collegi, in medium adferrem. Atqui vt à vocis significatione initium sumam: Statio propriè dicitur ipse standi actus, vnde omnes, de quibus mox dicam, significationes fluxere. Nam primùm statio dicitur locus, in quo naues aut milites tunc ad tempus stant, vel in quo frequenter consistunt. Id autem ex Virgilij Aeneid. 2. & 12. atque è Q. Curtio intelligitur. Ille:

Nunc tantum sinus & statio malefida carinis.

Item:

Frangere nec tali puppim statione recuso.

Item: cognitum id per exploratores, quæ stationes hostium fuerant ingressi. Hinc metaphorice statio pro temporaria habitatione accipitur. Cicero ad Atticum libro sexto: Athenis statio mea nunc placet. Sumpta est hæc translatio à loco litorali, vbi naues ad tempus subsistunt: Statio etiam appellatur locus ad custodiam assignatus, quando milites stantes vigilant. Virgil. Aeneid. libro nono.

Semantq, vices statione relicta.

Hinc milites stationarij. Statio quoque dicitur officina, in quam multi conueniunt, vt de aliqua re decerni possit, vel vt ius dicatur. Gell. libro decimotertio, capite decimotertio. Quæsitum esse nemini in plebsque Romæ stationibus, ius publicè dicentium. Et Iuuenalis Satyra 11. omnis Conuictus, thæmæ, stationes, omne thea-

trum. Stationis nomen vel à militia Romana, vel ab alia harum significationum tractum, & usurpatum, vt alia multa in Christianorum veterum vsu hæsit. Nam quemadmodum milites stationum faciebant stantes, & præsidium certo in loco agentes, ita & Christiani. Tertullianus libro de oratione: Si statio de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei sumus) vtique nulla læticia sine tristitia obueniens, caltris stationes militum rescindit. Et in libro de ieiunio aduersus Psychicos: Venit de exitu Domini, quem etsi semper commemorari oportet sine differentia horarum, impressus tamen cum eis secundum ipsum stationis vocabulum, addiscimus: Nam & milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent, &c. Stationes enim voce significabant antiqui Christiani actum quandam corporis, quo in sacris conuentibus orantes stabant, nunc in hac basilica, nunc in alia conuenientes, nonnunquam apud martyria, id est, martyrum sepulchra, Deum stantes, & attenti precabantur, quod præcipue fiebat Dominico die. Tertullianus in libro de corona militis, de milite Christiano loquens: iam (inquit) & stationes aut alij magis faceret quam Christo, aut & Dominico die quando nec Christo? Quæ vt accuratius intelligantur, illud scitu dignum est, apud veteres Christianos inter plura duo fuisse comprecationum genera: Primùm, cum genibus flexis: alterum, cum stantes orarent. Historia de legione Fulminatrice Christiana in expeditione Germanica M. Antonini, quæ exercitui in ardentissima sibi pluuiam precibus à Deo (Tertulliano teste in Apologetico & ad Scapulam) impetrauit, indicant, orantes genibus flexis prouoluisse se in terram, eumque orandi ritum antiquissimum, & certissimum fuisse, omnibus sæculis apparet. Clemens vltimo Stromatum refert,

orantes solitos abijcere sese in terram: quod de geniculis adorare in libro de Corona militis, & geniculatio in libro ad Scapulam vocat Tertullian. Quando non (inquit) geniculacionibus & ieiunacionibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ? Idem testatur Origenes homilia quarta in Numeros. Aliud porro precandi genus erat, cum stantes orabant: quod de geniculis non adorare vocat idem Tertullianus, quem orandi morem die dominico, & per totum id tempus, quod inter Pascha, & Pentecosten est, vsurpabatur. Tertullianus in libro de corona militis: Die dominico ieiunium nefas duximus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Quamobrem preces illæ stationes vocantur, quarum subinde veteres doctores meminerunt. Tertullianus eas ad aram factas solemniores indicat in libro de oratione: Solemnior (inquit) erit statio tua, si ad aram Dei steteris, accepto corpore Domini, & reseruato: vtrunque salutis est, & participatio sacrificij, & executio officij. Testatur in libro de ieiunijs, eas stationes interdum in vesperam vsque productas esse, sic: Arguunt nos Psychici, quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerunq; in vesperam producimus, quod etiam Xerophagias obseruemus, siccanter cibum ab omni carne, & omni iurulentia. Idem stationes sæpe commemorat, vt libro secundo ad vxorem: Vt si statio facienda est, maritus de die condicat ad tabernas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Dies stationibus solemnes recenset in libro de ieiunio contra Psychicos: Stationes dies suos habent quartæ, & sextæ feriæ. Et infra: Cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & ieiunijs parasceuen? (id est, sabbatum.) Et libro de fuga in persecutione: Tunc & fides in expeditione sollicitior & disciplinatio, in ieiunijs, & stationibus, & orationibus, & humilitate. Et in libro de oratione, similiter de stationum diebus: Non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Et in libro de ieiunio aduersus Psychicos: Propterea per singulas diximus species ieiunacionum Xerophagiarum (id est, aridorum ciborum, nihil iuris habentium comestionum) stationum. Et pau-

lo infra: Quomodo in nobis ipsam vanitatem ieiunacionum & Xerophagiarum & stationum denotatis? Et paulò infra: Conuentus illi stationibus prius & ieiunacionibus operari norunt. Vbi perpetuo ferè stationibus ieiunia adiungit. Nam ante solemnes illos conuentus ieiunium præmittabant. Meminit eius gestus & diuus Cyprianus in sermone de oratione Domin. Stamus (inquit) ad orationem: orabant autem orientem versus, vt in Apologetico refert Tertullianus. Hinc stationes vocabulum in hoc ferè sensu, vrbi Romæ notissimum est ex antiquitate relictum, ipsa etiam obseruatione veteri per manus tradita, & retenta. Nam veteres Romani pontifices statis quibusdam diebus, præcipueque in Quadragesima, & festis, ad diuersas vrbis Romæ ecclesias accedebant, vbi sermone, vel concione ad populum adstantem habita, & oratione ad Deum facta, diuina mysteria postea cum clero & populo Romano celebrantes, participabant. Qui actus, statio appellata est, à significatione, quam Cicero libro sexto ad Atticum vsurpauit, pro temporaria videlicet habitatione, vel etiam à stando, quod in his accedentes, populi starent. Has stationes, hoc est, ad diuersas ecclesias solemnes processiones, & conuentus commemorant, Auctor actorum Damasi papæ, & Anastasius Bibliothecarius in vita Hilarij papæ. Ille quidem sic: Populus Romanus per Cœmeteria martyrum stationes sine clericis celebrabat. Et paulò infra: Felix Vrbe inrupit, & stationem in Iuli Basilica Transyberim dare præsumit. Hic verò: Hic constituit in Vrbe ministeriales, qui circumirent constitutas stationes, scilicet que schiphum aureum ansatum vel stationarium librarum v III. pro vsu stationum. Per ministeriales autem, clericos idoneos ad ministrandum, & officium in ecclesijs diebus stationum intelligit. Quare diu fuerunt in Vrbe ad hoc Cantores deputati, præbendas propterea habentes in ecclesia sanctæ Mariæ de rosa, quum non omnes ecclesiæ Vrbe haberent, tunc canonicos vel proprios clericos ad diuinum officium peragendum. Eas porro stationes postea sanctus Gregorius papa certo sub numero limitauit, totidem per totum annum statuens: videlicet, quatuor Dominicis aduentus, ferijs 4. 6. & sabbato quattuor temporum, vigilia, & die natiuitatis Domini, sancti Stephani, S. Ioannis Euangelistæ, sanctorum Innocentium, Kalend. Ianuar.

Januar. in circuncisione Domini, die Epiphani. Dominicis in lxx. lx. & l. à feria quarta cinerum, vsque ad Dominicam in albis per totam quadragesimam, in Litanij maioribus, in die sancti Marci, in ascensione Domini, à vigilia Pentecostes, vsque ad Dominicam sanctæ Trinitatis exclusiue, in festiuitatibus S. Crucis, & anniuersaria dedicatione ecclesiarum S. Saluatoris, & sanctorum Petri & Pauli apostolorum. Quibus diebus sequentes pontifices adiunxerunt Litanias triduanas ante ascensionem, solemnia B. Mariæ Virginis Deiparæ, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis. Item sanctorum Angelorum, S. Ioannis Baptistæ, sanctorum apostolorum Petri & Pauli, Laurentij, & aliorum quorundam martyrum, quorum postea memoria exoleuit. Hinc Ioannes Diaconus libro secundo de vita sancti Gregorij papæ: Stationes (inquit) per basilicas, vel beatorum martyrum Coemeteria secundum quod hæcenus plebs Roman. quasi eo viuente certatim discurret, sollicitè ordinauit, per quas & ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui præualeret, xl. homilias euangelij coram ecclesia diuerso tempore declamauit. Quare ego ex præscriptionibus homiliarum suarum, stationes in ea ecclesia esse constitui, in quas eas habitas fuisse ipsarum index exponit. Petrus Mallius in libro historiæ sacræ. Sanctus Gregorius papa Romanus cantum, primicerium, & scholam cantorum instituit, docuitque. Ordinauit stationes propter poenitentes, quas cum primicerio, cantoribus, regionarijs, accolotis, cruce stationali præcedente, faciebat. Nam aliter in quadragesima vsque ad Pascha, & aliter in albis dominicis diebus & festiuitatibus sanctorum, statuit antiphonas has processionaliter in quatuor temporibus decantari: Deprecamur te Domine, &c. Multa sunt Domine peccata nostra, &c. Parce Do-

mine, parce. Salo tuo, &c. In litanij maioribus alias antiphonas ordinauit. Fecitque ad sanctum Stephanum aphanotrophium, vbi Primicerius & cantores manerent, qui iugiter essent cum pontifice, episcopis, cardinalibus diaconis, regionarijs, accolotis, cubicularijs, qui eum custodirent, & essent ei bonum testimonium. Et Gelasij papæ ordinatione repetita, sanxit, vt essent per regiones diaconi, Cardinales, subdiaconi, & regionarij. In Vrbe verò vnaquæque ecclesia stationalis vicinam aliquam aliam ædem sacram habebat, in qua populus diè stationis colligebatur, & ibi dicebatur collecta super populum collectum: & exinde omnes simul processionaliter ad ecclesiam, in qua erat statio, accedebant, solemnique Missarum sacrificio & concioni intererant. Stationes autem, quæ celebrantur, sunt quæ suprâ commemorauit, à Dominica prima aduentus, vsque ad Sabbatum ante S. Trinitatem cum tribus ferijs quattuor temporum lxxvj. diebus numero tribus & octuaginta, celebratæ. Nam die Natalis tres, & feria quinta, post quartam Dominicam quadragesimæ duæ stationes sunt. Ad quas autem ecclesias & quot vicibus nunc statio sit, vel olim fuerit, paulò infra sigillatim aperiam. Illud tantum in summa aperire placuit, nostro tempore stationes esse in quinque ecclesijs patriarchalibus, omnibus xxviii. Titulis, excepto SS. Nerei & Achillei, quattuor diaconijs, sex titulis & sancta Maria Rotunda. Sunt autem omnino ecclesiæ, in quibus nunc statio est, tres & quadraginta stationes xxcvj. diebus xxciij. Pius I v. nostro tempore Themas Diocletiani ecclesiam sanctæ Mariæ Angelorum dedicauit, & stationem in ea concessit Sabbato post 3.

Dominic. Quadrages.

*



*STATIONES, QUAE NOSTRO TEMPORE IN
singulis Urbis ecclesiis per annum celebrantur.*

IN basilica Patriarchali Lateranensi sunt, stationes 8.

Dominica 1. Quadrag. vetustissima est statio, cuius in homiliarum 40. S. Gregorij papæ libro mentio exstat.

Dominica Palmarum.

Feria 5. in cena Domini.

Sabbato sancto.

Sabbato in albis vetustissima à tempore sancti Gregorij papæ.

Feria 3. Letaniarum triduanarum ante ascensionem Domini, recens statio.

Sabbato ante Pentecosten.

In basilica Patriarchali S. Petri apostoli in Vaticano sunt stationes 13. Omnibus quattuor Sabbatis, quattuor temporum.

Dominica 3. aduentus Domini.

In Epiphania Domini, vetustissima statio ante mille annos.

Dominica in Quinquages. vetustissima statio.

Feria 2. Paschæ vetustissima statio.

In die S. Marc. in Letanijs maioribus, vetus statio.

Feria 4. Letaniarum triduanarum ante ascensionem Domini, recens statio.

In ascensionem Domini, vetustissima statio.

In Pentecoste vetustissima statio.

In basilica Patriarchali S. Pauli apostoli extra muros Urbis via Ostiensi sunt stationes 5.

In die SS. Innocentium.

Dominica in Sexagesima.

Feria 4. post quartam Dominicam Quadrag.

Feria 3. Paschæ, vetustissima statio.

Feria 5. post Pentecosten.

In basilica Patriarchali S. Mariæ Maioris in Exquilij, stationes 12.

Dominica 1. aduentus Domini.

Singulis quartis ferijs quattuor temporum.

In Vigilia Natalis Domini.

Media nocte in prima Missa Natalis Domini ad Præsepe, vetustissima statio.

In Missa maiori Natalis Domini.

In die S. Ioannis Evangelistæ.

Feria 4. maioris hebdomadæ.

In die sancto Paschæ, vetustissima statio à tempore vsque S. Gregorij papæ.

Feria 2. Letaniarum triduanarum ante ascensionem Domini, recens statio.

In basilica Patriarchali S. Laurentij extra muros sunt stationes tres:

Dominica in Septuag. vetust. statio.

Dominica 2. in Quadrag.

Feria 4. post Pascha, vetustissima statio ante mille annos.

In titulo S. Mariæ in Traastyberim sunt stationes duæ.

In circuncisione Dom. Kalend. Ianuar.

Feria 3. post 2. Dom. Quadrag.

In titul. S. Chrylogoni statio feria 2. post Dominic. passionis.

In titul. S. Cæciliæ statio feria 4. post 2. Dominic. Quadrag.

In titul. S. Anastasiæ sunt stationes tres:

Die Natalis Domini in Missa Auroræ.

Feria 3. post 1. Dom. Quadrag.

Feria 3. post Pentecosten.

In titul. S. Laurent. in Damaso statio feria 3. post 4. Dom. Quadrag.

Feria 4. Letaniarum triduanarum ante ascensionem Domini est collectio.

In titul. S. Marc. statio feria 2. post 4. Dominic. Quadrag.

In die S. Marc. in Letanijs maioribus ibidem est collectio.

In titulo sancti Martini in montibus statio feria 3. post quartam Dominicam Quadagesimæ, quamquam exoleuisset, restituit Paulus papa 4.

In titul. S. Sabinæ statio feria 4. Cinerum.

In titul. S. Priscæ statio feria 3. maioris hebdomadæ.

In titul. S. Balbinæ statio feria 3. post Dominic. Quadrag.

In titul. SS. Nerei, & Achillei olim erat statio feria 2. maioris hebdomadæ, nunc exoleuit.

In titul. S. Xysti statio feria 4. post Dominic. 3. Quadrag.

In titul. S. Marcelli statio feria quarta de passione.

In titul. S. Susannæ statio Sabbato post 3. Dominic. Quadrag.

In basilica SS. duodecim Apostolorum sunt stationes 6. omnibus sextis ferijs quattuor temporum.

Dominica 4. aduentus Domini.

Feria 5. post Pascha.

In titul. S. Quirici statio feria 3. de passione.

In titul. S. Iulij statio feria 6. post 4. Dominic. Quadrag.

- In Titulo S. Pudentianæ statio Feria 4. post 3. Dominicam Quadrag.
- In Titulo S. Vitalis statio Feria 6. post 2. Dominicam Quadrag.
- In Titulo SS. Marcellini, & Petri statio Sabbato post 2. Dominicam Quadrag.
- In Titulo S. Clementis statio Feria 2. post 2. Dominicam Quadrag.
- In Titulo S. Praxedis statio Feria 2. maioris hebdomadæ.
- In Titulo S. Petri ad vincula stationes duæ: Feria 2. post 1. Dom. Quadrag. Feria 2. post Pentecosten.
- In Tit. S. Laurentij in Lucina statio Feria 6. post 3. Dom. Quadrag.
- In Tit. S. Crucis in Hierusalem statio tres: Dominica 2. Aduentus. Dominica 4. in Quadrag. Feria 6. Paresceus.
- In Titulo S. Stephani in Coelio monte stationes 2. Feria 6. de Passione.
- In Titulo SS. Iohannis & Pauli statio Feria 6. post Cineres.
- In Titulo SS. quattuor coronatorum statio Feria 2. post 4. Dom. Quadrag.
- In Diaconia S. Mariæ in Dominica statio Dominica 2. Quadrag.
- In Diaconia SS. Cosmæ & Damiani statio Feria 5. post 4. Dom. Quadrag.
- In Diaconia S. Georgij in velabro statio Feria 5. post Cineres.
- In Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano statio Sabbato post 4. Dom. Quadrag.
- In Diaconia S. Hadriani collectio Feria 2. Letaniarum triduanarum.
- In Diaconia S. Mariæ Nouæ collectio Feria 3. Letaniarum triduanarum.
- In Archipresbyteratu olim, nunc Titulo S. Ioannis ante portam Latinam statio sabbato de Passione.
- In Archipresbyteratu olim, nunc Tit. S. Apollinaris statio Feria 5. de Passione.
- In Monasterio, & nouo Titulo S. Laurentij in Paneperna statio, Feria 5. post 1. Dom. Quadrag.
- In Monasterio, & nouo Titulo S. Siluestri in Campo, statio Feria 5. post 4. Domin. Quadrag.
- 1 In Monasterio, & nouo Titulo S. Pancratij statio Dominica in Albis.
- 2 In Archipresbyteratu nunc Monasterio & nouo Titulo S. Triphonis statio, Sabbato post Cineres.
- 3 In Monasterio, & nouo Tit. S. Mariæ Angelorum, in Thermis Diocletiani sabbato post 3. Dom. Quadrag.
- 4 In Archipresbyteratu, S. Mariæ Rotundæ, aliàs Pantheon statio Feria 6. post Pascha. Sunt omnes Ecclesiæ XLiiij. Stationes XXCVij. Diebus XXCiiij.
- Posteaquam stationum seriem ordine Ecclesiarum enumerato recitauimus, nunc ad faciliorem lectoris intelligentiam, maioremque commoditatem, easdem, seruatō dierum ordine, repetemus.*
- Dominica igitur prima Aduentus Maiorem. Dominica secunda statio ad S. Crucem in Hierusalem, olim ad S. Petrum. Ex indice Homiliarum D. Gregorij.
- Dominica tertia statio ad S. Petrum, olim ad SS. Marcellinum, & Petrum. Ex indice Homiliarum D. Gregorij.
- Feria 4. statio ad Præsepe, aliàs ad S. Mariam Maiorem.
- Feria 6. statio ad SS. Apostolos.
- Sabbato in 12. lectionibus statio ad S. Petrum, olim ad S. Iohannem Baptistam. Ex indice Homiliarum D. Gregorij.
- In omnibus ieiunijs quattuor Temporum, similiter eadem sunt stationes.
- Dominica quarta Aduentus Domini statio olim ad S. Petrum, postea diu vocauit, nunc est ad SS. Apostolos.
- In vigilia Natiuitatis Domini statio ad S. Mariam Maiorem.
- In 1. Missa eiusdem noctis statio ad Præsepe vetustissima.
- Mane statio ad S. Anastasiam.
- In Missa maiori antiquitus statio ad S. Petrum, nunc ad S. Mariam maiorem.
- In die S. Stephani statio in Ecclesia eius, quæ est in Coelio monte.
- In die S. Ioannis Euangelistæ statio Laterani olim, nunc ad S. Mariam Maiorem.
- In die SS. Innocentium statio ad S. Paulum, vbi sunt reliquie eorum.
- In octaua Natiuitatis Domini, antiquitus vacabat, postea à Calisto 2. Papa facta est statio ad S. Mariam Transiberim, vt ex eius bulla liquet.
- In Epiphania Domini statio ad S. Petrum.
- In Purificatione B. Mariæ statio ad S. Mariam Maiorem.
- In Septuagesima statio ad S. Laurentium extra muros vetustissima.

In Sexag. stat. ad S. Paulum, olim ad S. Petrum.

In Quinquag. statio ad S. Petrum.

Feria 4. Cinerum statio ad S. Sabinam.

Feria 5. statio ad S. Georgium.

Feria 6. statio ad SS. Ioannem, & Paulum.

Sabbato statio olim ad S. Laurentium in regione 3. postea diu vacauit, hodie ad S. Triphonem.

Domin. in Quadrag. statio Laterani.

Feria 2. statio ad S. Petrum ad vincula.

Feria 3. statio ad S. Anastasiam.

Feria 4. statio ad S. Mariam Maiorem.

Feria 5. antiquitus vacabat, postea facta est statio ad S. Laurentium in Paneperna.

Feria 6. statio ad S. Apostolos.

Sabbato in 12. lectionibus statio ad S. Petrum.

Dominica 2. Quadrag. antiquitus vacabat, postea facta est statio ad S. Mariam in Nauicula, aliàs in Dominica.

Feria 2. statio ad S. Clementem.

Feria 3. statio ad S. Balbinam.

Feria 4. statio ad S. Cæciliam, vbi corpus eius requiescit.

Feria 5. statio ad S. Mariam Transyberim tituli Calisti.

Feria 6. statio ad S. Laurent. in Lucina.

Sabbato stat. ad SS. Petrum, & Marcellin.

Dominica 3. Quadrag. statio ad S. Laurentium foris muros.

Feria 2. statio ad S. Marcum.

Feria 3. statio ad S. Pudencianam.

Feria 4. statio ad S. Xystum.

Feria 5. statio ad SS. Cosmam, & Damianum.

Feria 6. statio ad S. Laurentium in Lucina.

Sabbato antiquitus vacabat, postea facta est statio ad S. Susannam. Pius 4. Papa adiunxit S. Mariam Angelorum, in Thermis Diocletiani.

Dominica 4. Quadrag. statio ad S. Crucem in Hierusalem.

Feria 2. stat. ad SS. quattuor coronatos.

Feria 3. stat. ad S. Laurent. in Damasco.

Feria 4. statio ad S. Paulum.

Feria 5. duplex statio ad S. Siluestrum in campo Martio, & ad S. Martinum in montibus à Paulo 4. restituta.

Feria 6. statio ad S. Eusebium.

Sabbato duplex stat. olim ad S. Laurent. foris muros, quæ exoleuit: & hodie ad S. Nicolaum in carcere Tertulliano, quæ durat.

Dominica de Passione statio ad S. Petrum.

Feria 2. statio ad S. Chryzogenum.

Feria 3. stat. ad S. Cyriacum in Thermis olim,

nunc ad SS. Quiricum, & Iulitam.

Feria 4. stat. ad S. Marcellum.

Feria 5. stat. ad S. Apollinarem.

Feria 6. stat. ad S. Stephan. in Coelio monte.

Sabbato quando D. Papa dabat eleemosynam ad S. Petrum duplex stat. ad S. Ioannem ante Portam Latinam, quæ in vsu est, & ad S. Petrum, quæ exoleuit.

Dominica Palmorum stat. Laterani in Basilica S. Saluatoris.

Feria 2. duplex stat. antiquitus ad SS. Neræum, & Achilleum, quæ abrogata est, & hodie ad S. Praxedem, quæ durat.

Feria 3. stat. ad S. Priscam.

Feria 4. stat. ad S. Mariam Maiorem.

Feria 5. statio Laterani.

In Parasceue statio ad S. Crucem in Hierusalem.

Sabbato sancto statio Laterani.

In pascha manè stat. ad S. Mariam Maiorem, in Vesperis verò ad S. Ioannem in Laterano.

Feria 2. stat. ad S. Petrum manè, in Vesperis Laterani similiter.

Feria 3. stat. ad S. Paulum, in Vesperis Laterani.

Feria 4. stat. ad S. Laurent. extra muros.

Feria 5. ad SS. Apostolos olim Laterani.

Feria 6. statio ad S. Mariam ad Martyres, alias Rotundam.

Dominica in Albis statio olim Laterani, nunc ad S. Pancratium.

In Letanijs maioribus collectio ad S. Marcum, statio ad S. Petrum.

Feria 2. Letaniarum collectio ad S. Mariam Maiorem, statio Laterani.

Feria 3. collectio ad S. Sabianum, statio ad S. Paulum.

Feria 4. collectio ad S. Eusebium, statio ad S. Laurentium extra muros.

ALIAS.

Feria 4. collectio ad S. Crucem in Hierusalem, statio ad S. Laurent. foris muros.

NUNC.

Feria 2. collectio ad S. Hadrianum, statio ad S. Mariam Maiorem.

Feria 3. collectio ad S. Mariam Maiorem, statio Laterani.

Feria 4. collectio ad S. Laurent. in Damasco, statio ad S. Petrum.

In Ascensione Domini, statio ad S. Petrum.

Sabba-

Sabbato Pentecostes statio Laterani.
 Dominica Pentecostes statio ad S. Petrum.
 Feria 2. statio ad S. Petrum ad Vincula.
 Feria 3. statio ad S. Anastasium, alias S. Anastasiam.
 Feria 4. statio ad S. Mariam Maiorem.
 Feria 5. statio ad S. Paulum.
 Feria 6. statio ad SS. Apostolos.
 Sabbato in 12. lectionibus statio ad S. Petrum, olim ad S. Laurentium.
 In solennitatibus S. Crucis statio Laterani in Basilica S. Saluatoris.

VARIETAS IN STATI- onibus.

Dominica 2. Aduentus olim statio erat ad S. Petrum, nunc ad S. Crucem in Hierusalem.
 Dominica 3. Aduentus Domini olim statio erat ad S. Ioannem Baptistam, nunc ad S. Petrum in Vaticano.
 Dominica 4. Aduentus Domini olim statio erat ad S. Petrum, nunc est ad SS. Apost.
 Die Natalis Domini ad Missam Maiorem olim statio erat ad S. Petrum, nunc est ad Mariam Maiorem.
 In die S. Ioan. Euang. olim statio erat Laterani, nunc est ad S. Mariam Maiorem.
 In octaua Natalis Domini olim vacabat, hodie est ad S. Mariam Transyberim.
 Dominica in Sexagesim. olim erat statio ad S. Petrum, nunc est ad S. Paulum.
 Sabbato post Cineres olim statio erat ad S. Laurentium in regione 3. hodie est ad S. Triphonem.
 Feria 5. post primam Dominicam in Quadragesima olim vacabat, hodie est ad S. Laurentium in Paneperna.
 Dominica 2. Quadrag. olim vacabat, hodie est ad S. Mariam in Dominica.
 Sabbato post 3. Dominic. Quadrag. olim vacabat, hodie est ad S. Susannam & S. Mariam Angelorum.
 Feria 5. post quartam Dominicam Quadrag. olim duplex erat statio: ad S. Siluetrum in Campo Martio, quæ nunc etiam perdurat, & ad S. Martinum in Montibus, quam abrogatam renouauit Paulus 4.
 Sabbato post quartam Dominicam Quadrag. olim duplex erat statio. Ad S. Laurentium foris muros, quæ nunc exoleuit, & ad sanctum Nicolaum in carcere, quæ nunc in usu est.

Sabbato de Passione, duplex olim statio erat. Ad sanctum Petrum, quæ exoleuit: & ad S. Ioannem ante Portam Latinam, quæ nunc perdurat.

Feria 2. maioris hebdomadæ duplex olim statio erat: Ad SS. Nereum, & Achilleum, quæ exoleuit, & ad S. Praxedem, quæ nunc in usu est.

Die S. Paschæ duplex olim erat statio: Mane ad sanctam Mariam Maiorem vetustissim. quæ nunc frequentatur, & ad Vesperas Laterani.

Feria 2. Paschæ duplex olim statio erat: Mane ad S. Petrum vetust. quæ perdurat, & Vespere in Basilica S. Saluatoris.

Feria 5. post Pascha duplex olim erat statio: in Basilica Constantiana, quæ exoleuit, nunc est ad SS. Apostolos.

Dominic. in Albis olim erat statio in Basilica Constantiana, quæ etiam desijt, & nunc ad S. Pancratium.

In Letanijs maioribus in die S. Marci olim collectio erat Laterani, nunc ad sanctum Marcum, statio verò ad sanctum Petrum.

In Letanijs maioribus, quas triduanas vocant, ante Ascensionem Domini vetustissimis temporibus sub Leone 3. Anno Domini DCCC.

Feria 2. collectio erat ad sanctam Mariam Maiorem statio verò ad Lateranum.

Feria 3. collectio erat ad sanctam Sabinam, statio verò ad sanctum Paulum.

Feria 4. collectio erat ad S. Crucem in Hierusalem, statio verò ad sanctum Laurentium foris muros.

Posterioribus verò temporibus feria 4. collectio ad sanctum Eusebium, statio autem ad Laurentium extra muros.

Nostis porro temporibus feria 2. collectio ad sanctum Hadrianum, statio verò ad sanctam Mariam Maiorem.

Feria 3. collectio ad sanctam Mariam Nouam, statio autem Laterani.

Feria 4. collectio ad sanctum Laurentium in Damaso, statio verò ad sanctum Petrum.

Sabbato quattuor Temporum Pentecostes olim statio erat ad sanctum Laurent. quæ exoleuit, & nunc est ad sanctum Petrum Apostol.

Feria 6. quattuor temporum Septemb. olim statio erat ad S. Clementem, quæ exoleuit, & nunc est ad SS. Apostolos.

*STATIONES ANTI QVAE,
quae nostris temporibus exo-
luerunt.*

- Dominica prima post octauam Paschae statio ad sanctum Petrum.
 Dominica 2. post octauam Paschae, statio ad SS. Cosmam & Damianum.
 Dominica infra 8. Ascensionem. quae de Rosa dicebatur, statio ad sanctam Mariam Rotundam.
 Dominica prima post Trinit. statio ad S. Laurent.
 Dominica secunda post Trinitatem statio ad SS. Apostolos Philippum & Iacobum.
 Dominica tertia statio ad SS. Ioannem & Paulum
 Dominica octaua statio in Basilica Constantini-
 niana.
 Dominica post festum sancti Calisti mense
 Octobris, statio ad sanctam Mariam Trans-
 tyberim.
 Dominica 20. statio ad S. Clementem.
 Pridie Kal. Decemb. die sanctae Andreae statio
 ad sanctam Andream in Exquilij.
 Pridie Kal. Ianuar. die sancti Siluestri statio ad
 ad sanctum Siluestrum.
 19. Kal. Febr. statio ad S. Felicem in monte
 Pincio.
 14. Kal. Febr. statio ad sanctum Sebastianum.
 12. Kal. Febr. statio ad S. Hagnem.
 4. Nonas Febr. die Purificationis B. Mariae Vir-
 ginis collectio ad sanctum Hadrianum,
 statio vero ad sanctam Mariam Maiorem.
 8. Kal. April. die Annunciationis statio ad san-
 ctam Mariam Maiorem.
 5. Non. Maij statio ad S. Crucem in Hierusa-
 lem.
 3. Idus Maij statio ad sanctam Mariam ad Mar-
 tyres, alias Rotundam.
 4. Idus Maij duplex statio ad S. Pancratium, &
 ad SS. Nereum & Achilleum.
 4. Nonas Iunij statio ad SS. Marcellinum &
 Petrum, via Labicana.
 VIII. Kalend. Iulij statio in Basilica Constanti-
 niana.
 III. Kal. Iul. statio ad sanctum Petrum.
 Pridie Kal. Iul. statio ad sanctum Paulum.
 VI. Nonas Iul. statio ad SS. Processum & Marti-
 nianum.
 IIII. Idus Aug. statio ad sanctum Laurentium
 extra muros.
 XVIII. Kalendas Septembris die Assumptionis

- statio ad sanctam Mariam Maiorem.
 XVI. Kal. Sept. statio ad sanctam Mammam.
 VI. Idus Sept. die Natiuit. B. Mariae Virg. statio
 ad sanctam Mariam Maiorem.
 XVIII. Kalend. Octobris die exaltationis S. Cru-
 cis collectio ad Basilicam sancti Laurentij
 in Palatio, quae dicitur sancta sanctorum,
 statio Laterani.
 XV. Kalend. Nouemb. die sanctae Lucae statio
 Latera.
 V. Idus Nouemb. die Dedicacionis Basilicae
 S. Saluatoris, statio ad Basilicam Latera-
 nensem.
 XIII. Kal. Decembris die Dedicacionis Basili-
 carum SS. Petri & Pauli, statio ad vtriusque
 Basilicas.
 IX. Kalendas Decembris statio ad S. Felicita-
 tem.

*STATIONES QVAE IN
singulis Basilicis exo-
luerunt.*

In Basilica Constantiniana, die Paschae ad Ve-
 speras. Feria ij. Paschae ad Vesperas. Feria V.
 post Pascha. Dominica in Albis. In Letanijs
 maioribus collectio. In Letanijs minoribus
 feria ij. Dominica. VIII. post Trinitat. In die S.
 Ioannis Euangelistae. In inuentione S. Crucis.
 In festo S. Ioan. Baptistae. Die exaltationis S.
 Crucis. Die sancti Lucae. Die dedicacionis Ba-
 silicae S. Saluatoris.

Ad S. Petrum.

Dom. 2. Aduent. Dom. 3. Aduent. Dom. Die Na-
 talis Domini ad Missam maiorem. Dominica
 in Sexagesim. Sabbato de Passione. Dominica
 1. post 8. Paschae.
 Die dedicacionis Basilicarum Apostolorum.

Ad S. Paulum.

Feria tertia Triduanarum. Die Commemora-
 ti. S. Pauli.

Ad S. Mariam Maiorem.

Feria 2. Triduanarum collectio.
 Die Purificationis, Annunciationis, Assum-
 ptionis, Natiuit. B. Mariae Virg.

Ad S. Laurentium extra muros.

Sabbato post iiij. Dominicam Quadragesimæ.

Sabbato quattuor temporum Pentecostes.

Dominica prima post S. Trinitatem.

Feria iiij. Triduanarum. Die S. Laurentij.

Ad S. Martinum in montibus.

Feria V. post iiij. Dom. XL. eam restituit.

Paulus iiij.

Ad S. Anastasiam.

Feria iiij. Ginerum collectio.

Ad S. Sabinam.

Feria iiij. Triduanarum collectio.

Ad SS. Nereum & Achilleum.

Feria ij. maioris hebdomadæ.

Die eorum solemnitatis iiij. Idus Maij.

Ad SS. XII. Apostolos.

Dominica ij. post S. Trinitatem.

Ad S. Eusebium.

Feria iiij. Triduanarum collectio.

Ad SS. Marcellinum & Petrum.

Dominica iiij. Aduentus Domini.

Ad S. Clementem.

Feria iiij. quattuor temporum Septembris.

Dominica xx. post Trinitatem.

Ad S. Crucem in Hierusalem.

Feria iiij. Triduanarum collectio.

Ad SS. Ioannem & Paulum.

Dominica iiij. post S. Trinitatem.

Ad SS. Cosmam & Damianum.

Dominica ij. post octauam Paschæ.

Ad S. Hadrianum.

Collectio in die Purificationis.

Ad S. Ioannem Baptistam.

Sabbato quattuor temporum Aduentus.

Ad S. Mariam Rotundam.

iiij. Idus Maij. Dies dedicationis eiusdem, à Bonifacio iiij. Papa.

Dominica infra octauam Ascensionis, quæ de Rosa dicebatur.

Die S. Andreæ. Die S. Siluestri. Die S. Felicis.

Die S. Sebastiani. Die S. Agnetis. Die S. Pancratij.

Die SS. Processi & Martiniani. Die S. Mæmæ.

Die S. Felicitatis.

Exoluerunt stationes, quæ erant in earundem Basilicis, tempore S. Gregorij Papæ, vt ex indice homiliarum ab eo, in iisdem Basilicis stationum diebus editarum, & Ioanne Diacono in eiusdem vitæ lib. ij. liquet.


2.
**BONIFACIUS OCTA-
VVS. PAPA OMNES STATIO-
NVM INDVLGENTIAS A PRAEDE-
cessoribus suis concessas confirmauit, vt ex hoc
eius diplomate constat.**

BONIFACIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memo-
riam. Sublimi sedis Apostolicæ folio diuina disponente clementia præsi-
dentes. Etsi de cunctis orbis Ecclesijs, iuxta nostri officij debitum, inde-
fesso sollicitudinis studio cogitemus, ad earum statum vortium & prospe-
rum intendendo: de illis tamē, quæ almæ Urbis latitudo sinuosa complectitur; eò pro-
pensius cogitare nos conuenit, & ad status & honoris earum incrementa felicia, opem,
& operam, efficacius impartiri, quo nostris humeris illarum cura dignoscitur speciali-
us, & principalius imminere. Sanè frequenti considerationis indagine perlustramus, &
infra claustra pectoris sollicita meditatione discutimus qualiter doctior optimus eccle-
siæ sanctæ lumen, B. Grégorius, dum adhuc in terris gereret vices Christi, patriarchali-
bus, & quam pluribus alijs eiusdem Urbis ecclesijs, primò, prout tradit antiquitas, &
alij postmodum Romani pontifices prædecessores nostri, ad honorem Dei; & salutem
animarum fidelium, quorum ad Urbem ipsam de vniuersis ferè orbis prouincijs innu-
mera confluit multitudo, de Apostolicæ sedis liberalitate munifica, diuersorum teno-
rum stationarias indulgentias concesserunt. Nos igitur prædecessorum ipsorum vesti-
gijs præ sollicitudinis studio inhærentes; & crebrius reuoluentes in intimis, quod in ead-
em Vrbe non sine supernæ dispositionis arbitrio gloriosorum Principum orbis terræ,
ac aliorum innumerabilia sanctorum veneranda corpora requiescant: Et propterea
non indignè volentes, ob diuinam, & Principum ac sanctorum reuerentiam prædicto-
rum, ecclesias ipsas, nec non, & eandem Urbem, vtpote ipsius Romanæ ecclesiæ filiam
spiritualem, & ad eius beneplacita exsequenda dispositam, quam infra sacrariū pecto-
ris gerimus prædilectam honoribus condignis attollere, vberibus prosequi gratijs, &
præcipuis fauoribus confouere, ac animarum fidelium prouidere profectibus eorun-
dem, vniuersas stationarias indulgentias supradictas eisdem ecclesijs sub quacunque
forma continentia, siue modo eis à prædecessoribus ipsis concessas, auctoritate Apo-
stolica, & ex certa scientia confirmamus, easque obtinere volumus perpetui roboris fir-
mitate in, & vt paternæ dilectionis affectum, quem ad Urbem gerimus prælibatam, per
affectum operis euidentius ostendamus: ac ipsam, & easdem ecclesias honoris, & gra-
tiæ potioris impendio prosequamur, & saluti prouideamus vberius fidelium prædi-
ctorum. Nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Principum beatorum
Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus &
confessis, qui ad prædictas Ecclesias à die Cinerum, vsque ad festum resurrectionis Do-
minicæ inclusiuè, ex tunc proximè sequentur, venerabiliter visitauerint, annuatim
vnum annum & quadraginta dies, ac illis etiam, qui in statu huiusmodi existentes ad
recipiendum benedictionis munus per summum pontificem, qui pro tempore fue-
rit à prædicto die Cinerum, vsque ad festum ipsius similiter inclusiuè super pere-
grinos,

83
grinos, prout moris esse dignoscitur, faciendæ, deuotè accesserint, seu aliàs illi contigerit interesse, præter alias indulgentias consuetas, centum dies de iniunctis sibi poenitentijs misericorditer relaxamus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum prædictorum se nouerit incursum. Datum Laterani VI I I Idus Aprilis, Pontificatus nostri, Anno tertio.

FINIS.





A.

- S. Anacletus: I. pag: 14.
 S. Alexander: I. pag: 16.
 Alexander: II. pag: 174.
 Alexander: III. pag: 203.
 Alexander: IV. pag: 224.
 Alexander: V. pag: 282.
 Alexander: VI. pag: 355.
 S. Anicetus: pag: 21.
 S. Anterus: pag: 29.
 S. Anastasius: I. pag: 55.
 Anastasius: II. pag: 68.
 Anastasius: III. pag: 149.
 Anastasius: IV. pag: 201.
 S. Agapetus: I. pag: 74.
 Agapetus: II. pag: 154.
 S. Adeodatus: I. pag: 96.
 S. Agatho: I. pag: 98.

B.

- S. Bonifacius: I. pag: 60.
 Bonifacius: II. pag: 73.
 Bonifacius: III. pag: 85.
 Bonifacius: IV. pag: 87.

B.

- Bonifacius: V. pag: 88.
 Bonifacius: VI. pag: 145.
 Bonifacius: VII. pag: 159.
 Bonifacius: VIII. pag: 245.
 Bonifacius: IX. pag: 271.
 S. Benedictus: I. pag: 79.
 Benedictus: II. pag: 100.
 Benedictus: III. pag: 137.
 Benedictus: IV. pag: 147.
 Benedictus: V. pag: 156.
 Benedictus: VI. pag: 158.
 Benedictus: VII. pag: 159.
 Benedictus: VIII. pag: 166.
 Benedictus: IX. pag: 168.
 Benedictus: X. pag: 173.
 Benedictus: XI. pag: 248.
 Benedictus: XII. pag: 257.

C.

- S. Cletus: pag: 11.
 S. Clemens: I. pag: 12.
 Clemens: II. pag: 170.
 Clemens: III. pag: 211.

C

- Clemens: IV: pag: 229.
 Clemens: V: pag: 249.
 Clemens: VI: pag: 259.
 Clemens: VII: pag: 378.
 Clemens: VIII: pag: 472.
 S. Calistus: I: pag: 26.
 Calistus: II: pag: 194.
 Calistus: III: pag: 315.
 S. Cornelius: pag: 31.
 S. Caius: pag: 37.
 Celestinus: I: pag: 61.
 Celestinus: II: pag: 199.
 Celestinus: III: pag: 212.
 Celestinus: IV: pag: 221.
 Celestinus: V: pag: 244.
 S. Conon: I: pag: 102.
 S. Constantinus: I: pag: 107.
 S. Christophorus: I: pag: 148.

D

- S. Dionysius: pag: 35.
 S. Damasus: I: pag: 52.
 Damasus: II: pag: 179.
 Pseudoctit: I: pag: 87.

D

- Donus: I: pag: 97.
 Donus: II: pag: 158.

E

- S. Euaristus: pag: 15.
 S. Eleutherius: pag: 23.
 S. Eutychianus: pag: 36.
 S. Eusebius: pag: 41.
 Eugenius: I: pag: 94.
 Eugenius: II: pag: 126.
 Eugenius: III: pag: 200.
 Eugenius: IV: pag: 295.

F

- S. Fabianus: pag: 30.
 S. Felix: I: pag: 36.
 Felix: II: pag: 50.
 Felix: III: pag: 66.
 Felix: IV: pag: 72.
 S. Formosus: I: pag: 144.

G

- S. Gelasius: I: pag: 67.
 Gelasius: II: pag: 192.

S. Gregorius: I: pag. 81.
 Gregorius: II: pag. 108.
 Gregorius: III: pag. 111.
 Gregorius: IV: pag. 128.
 Gregorius: V: pag. 161.
 Gregorius: VI: pag. 169.
 Gregorius: VII: pag. 176.
 Gregorius: VIII: pag. 211.
 Gregorius: IX: pag. 218.
 Gregorius: X: pag. 232.
 Gregorius: XI: pag. 265.
 Gregorius XII: pag. 280.
 Gregorius: XIII: pag. 401.
 Gregorius: XIV: pag. 460.

S. Higinus: pag. 19.
 Hilarius: I: pag. 64.
 Hormisdas: I: pag. 70.
 Honorius: I: pag. 89.
 Honorius: II: pag. 195.
 Honorius: III: pag. 216.
 Honorius: IV: pag. 241.
 S. Hadrianus: I: pag. 119.
 Hadrianus: II: pag. 139.
 Hadrianus III: pag. 143.
 Hadrianus: IV: pag. 202.

Fol. S. Hadrianus: V: pag. 236.
 S. Hadrianus: VI: pag. 370.

S. Julius: I: pag. 48.
 Julius: II: pag. 361.
 Julius: III: pag. 405: alias 345.
 S. Innocentius: I: pag. 56.
 Innocentius: II: pag. 197.
 Innocentius: III: pag. 214.
 Innocentius: IV: pag. 221.
 Innocentius: V: pag. 235.
 Innocentius: VI: pag. 261.
 Innocentius: VII: pag. 277.
 Innocentius: VIII: pag. 350.
 Innocentius: IX: pag. 469.
 S. Joannes: I: pag. 71.
 Joannes: II: pag. 73.
 Joannes: III: pag. 78.
 Joannes: IV: pag. 91.
 Joannes: V: pag. 101.
 Joannes: VI: pag. 104.
 Joannes: VII: pag. 105.
 Joannes: VIII: pag. 133.
 Joannes: IX: pag. 141.
 Joannes: X: pag. 147.
 Joannes: XI: pag. 150.
 Joannes: XII: pag. 152.
 Joannes: XIII: pag. 155.

S. Joannes: XIII. pag. 157.
 Joannes: XV. pag. 160.
 Joannes: XVI. pag. 161.
 Joannes: XVII. pag. 161.
 Joannes: XVIII. pag. 163.
 Joannes: XIX. pag. 165.
 Joannes: XX. pag. 165.
 Joannes: XXI. pag. 167.
 Joannes: XXII. pag. 236.
 Joannes: XXIII. pag. 254.
 Joannes: XXIV. pag. 283.

S. Marcellinus: pag. 38.
 S. Marcellus: I. pag. 40.
 Marcellus II. pag. 414 alias
 354.
 S. Miltiades: pag. 42.
 S. Marcius: I. pag. 47.
 S. Martinus: I. pag. 93.
 Martinus: II. pag. 142.
 Martinus: III. pag. 125.
 Martinus: IV. pag. 240.
 Martinus: V. pag. 287.

L

N

S. Linus: pag. 10.
 S. Lucius: I. pag. 32.
 Lucius: II. pag. 199.
 Lucius: III. pag. 208.
 S. Liberius: I. pag. 49.
 S. Leo: I. pag. 63.
 Leo: II. pag. 99.
 Leo: III. pag. 122.
 Leo: IV. pag. 131.
 Leo: V. pag. 148.
 Leo: VI. pag. 151.
 Leo: VII. pag. 153.
 Leo: VIII. pag. 156.
 Leo: IX. pag. 171.
 Leo: X. pag. 365.

S. Nicolaus: I. pag. 138.
 Nicolaus: II. pag. 173.
 Nicolaus: III. pag. 237.
 Nicolaus: IV. pag. 243.
 Nicolaus: V. pag. 307.

P

S. Landus: I. pag. 150.

S. Petrus, Apostolus: pag. 5.
 S. Pius: I. pag. 20.
 Pius: II. pag. 320.
 Pius: III. pag. 360.
 Pius: IV. pag. 433; alias 373.
 Pius: V. pag. 450 alias 390.
 S. Pontianus: pag. 28.

P.

- S. Pelagius: I. pag: 77.
 Pelagius: II. pag: 80.
 S. Paulus: I. pag: 116.
 Paulus: II. pag: 330.
 Paulus: III. pag: 385.
 Paulus: IV. pag: 420. abia
 1360.
 S. Paschalis I. pag: 125.
 Paschalis: II. pag: 185.

R.

- S. Romanus: I. pag: 146.

S.

- S. Soter: pag: 22.
 S. Stephanus: I. pag: 33.
 Stephanus: II. pag: 114.
 Stephanus: III. pag: 117.
 Stephanus: IV. pag: 125.
 Stephanus V. pag: 143.
 Stephanus: VI. pag: 145.
 Stephanus: VII. pag: 152.
 Stephanus: VIII. p: 153.
 Stephanus: IX. pa: 172.

S.

- S. Silvester: I. pag: 43.
 Silvester: II. pag: 163.
 Silvester III. pag: 169.
 S. Striccius: I. pag: 54.
 S. Simplicius: I. pag: 65.
 S. Symmachus: I. pag: 69.
 S. Siluerius: pag: 75.
 S. Sabittianus: I. pag: 84.
 S. Senerinus: I. pag: 91.
 S. Sergius: I. pag: 103.
 Sergius: II. pag: 129.
 Sergius: III. pag: 149.
 Sergius: IV. pag: 166.
 S. Sisinnius: I. pag: 106.
 Sixtus . v . Xystus

F.

- S. Felesphorus: pag: 18.
 Theodorus: I. pag: 92.
 Theodorus: II. pag: 146.

V.

- S. Victor: I. pag: 24.
 Victor: II. pag: 172.
 Victor: III. pag: 182.
 S. Urbanus: I. pag: 27.
 Urbanus: II. pag: 183.
 Urbanus: III. pag: 209.
 Urbanus: IV. pag: 226.
 Urbanus: V. pag: 264.

S. Urbanus. VI. pag. 266.
 Urbanus. VII. pag. 453.
 S. Vigilus. I. pag. 76.
 S. Vitalianus. I. pag. 95.
 S. Valentinus. I. pag. 127.

X


S. Xystus. I. pag. 17.
 Xystus. II. pag. 34.
 Xystus. III. pag. 62.
 Sixtus. IV. pag. 342.
 Xystus. V. pag. 423.

Z

S. Zephyrinus. pag. 25.
 S. Zosimus. I. pag. 58.
 S. Zacharias. I. pag. 112.

[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'II', 'III', 'IV', 'V' are visible.]





22
ō r g̃dior. a i e mutata. Illi at̃ p̃rie
dūf̃ q̃ sil' s̃ se g̃diūf̃ ad pugnā p̃boz
inuū vl' armoz. r cor. gre.
io is. ui. n. t. i. uenire concordare.
deo es. ui. n. t. i. oculos claudere. r qz clau
loz s̃igt̃ aff̃sū. iō cōhibe pōit̃ passē/
obedire. r d̃r a cō r habeo. r retinet n.
ferf̃ in cobibeo In phibētia
necto as. au. i. i. fr̃q̃nt̃ cōñcere.
icio es. ieci. iectū. a. t. i. sil' iacere. Item
ere. i. existimare opinari cogitare pp̃e
vl' p̃sumere q̃busdā dicitur. r d̃r a cō
o es. vñ Sen. xlj. Que audini te prudē
ne cōñcere. Et scribit̃ p̃ duo ij. qz p̃po
con r iacio es. r mutat̃ a in i. Inuenit̃
coñcio es. abiecta n.
nuco es. r p̃nuo uis. iui. ixtū. l' p̃niri
rito. s̃z n̄ est i vsu. i. oculos claudere vl' pal
eas iūgere. r pōit̃ sepe p̃ass̃t̃ire. qz clau
ocloz assensū s̃igt̃. Et p̃pōit̃ a cō r nix
s. qz nix aciē oclor p̃stringit. Albedo
disgregat visum. r p. ni. Vel fm̃ alios
nit̃ a con r uitor. cr̃s. Pap. p̃o di. Lon/
ere p̃s̃t̃ire oculos claudere interdū diffi
lare paz dormire. In p̃nuēs. i. cōsen
e. qd̃ p̃duc̃ p̃mā r sc̃daz fm̃ Pap. Inō
uētia tie. i. aff̃sū. Vñ p̃nuētia capituli
i. aff̃sū. Et i. iij. sen. dis. ij. Sane dici
credi oportet iuxta sc̃dōz attestatōes
uētia rē. Vñ Brecista. Qui mihi cōni
oculis mihi signū p̃bet.
ango g̃. xi. ctū. a. t. i. sil' iūgere
nubo bis. p̃s. p̃tū. n. t. i. sil' nubere.
duo is. ui. n. t. i. sil' nuere vl' annuere.
oz ar̃. ar̃. s̃ū. d. p. i. aniri attr̃tare. r d̃r a
e. ni. r p. co. Vñ Quid. Quicqd̃. cona/
dicere p̃sus erat
queroz cr̃s. q̃s̃. s̃ū. d. p. i. sil' q̃ro.
quisco es. eri. i. oculos claudere vl' caput i/
hare
quiro r̃. siui. sitū. a. t. i. sil' q̃rere
scindo is. cidi. a. t. i. sil' scidere vl' diuide/
r d̃r a con r scindo. Vñ d̃. ij. Esdre. viij.
scidi vestimēta mea
scio scis. sciui. itū. a. q. i. sil' scire. r p̃rie d̃r
malo. tūc ei aliq̃s cōscit̃ cū i malo r sce/
le p̃sc̃. r d̃r a cō r scio. In h̃ p̃scientia.
sc̃. a. ū. r p̃pe i malo. Vñ qdā. Lōsc̃us
se sibi d̃ se putat oia dici. Pap. p̃o di. Lō
sc̃uit p̃sc̃it̃ itulit̃. Lōsc̃i p̃nceps in sc̃ia
qd̃ h̃ns test̃. vñ Job. xvi. Ecce ei i celo
test̃. me. r p̃sc̃. me. in excellis.

Q̃s̃ecro as. a. p. i. deo dare. sil' sacrare.
Q̃s̃ector ar̃. ar̃. s̃ū. d. p. i. sil' sectari. In con
sectane. a. ū. i. eiusdē secte.
Q̃ns̃ctio r̃. si. s̃ū. n. q. i. p̃sensū p̃bere. q̃i siml'
sentire. r d̃r a cō r sentio r̃.
Q̃s̃epio pis. ire. a. q. i. circūdare. sepe circū/
cludere vl' valde sepire
Q̃s̃ero r̃. seu. p̃sitū. i. plantare. sil' serere. et
d̃r a cō r sero. In h̃ p̃s̃itio. i. plāratio. r p̃sit̃
a. ū. i. plārāt̃. Itē p̃sero r̃. p̃serui cōsertū. i.
cōmiscere cōmitte p̃terere p̃iūgere. vt̃ Isti
p̃serūt brachia r p̃ser̃t̃ p̃ba. In p̃sertim. i.
p̃iūctim aduer.
Q̃s̃esco es. incho. p̃ p̃s̃idesco. i. sepe sedere.
Q̃s̃ideo es. edi. p̃s̃sū. n. t. i. sil' sedere. et d̃r a
cō et sedeo es. r mutat̃ e in i. r cor. si.
Q̃ns̃idero as. au. i. a. p. i. p̃spicere. r p̃pe cele
stia. r d̃r a con et sidero as. qd̃ nō ē i vsu.
Q̃s̃ido dis. i. sil' sedere. r d̃r a cō et s̃ido is.
r p. si. Vñ Naū. iij. Que p̃s̃idūt i sepi b̃ in
die frigoris
Q̃s̃ilior ar̃. d. p. i. p̃s̃iliū h̃z. secū voluere iu
dicare exq̃rere. r d̃r a consulo is.
Q̃ns̃isto r̃. st̃. itū. n. t. i. sil' stare.
Q̃s̃olor ar̃. ar̃. s̃ū. d. p. i. p̃fortare solatiū p̃/
bere. sil' solari. q̃i p̃solidare. r d̃r a cō r soloz
ar̃. In p̃solabil. le. et p̃solās ant̃. o. g. Lō
solator. a. ū. Lōsolabilē aduer. Et ē cōso
lator q̃ solise applicat r solitudines alloq̃o
suo leuar. Et p̃ducūt p̃dicta so. Vñ Qui.
meta. xij. Lōsoloz socios vt̃ lōge redia pel
li. Ṽere ferant placida. Vñ p̃s̃uenit̃ dici.
Dicit̃o p̃soloz p̃stolor sp̃ aduloz
Q̃s̃pgo g̃. si. s̃ū. a. t. i. sil' spargere. et d̃r a cō
r spargo. r mutat̃ a simplic̃ i e. Inuenit̃ et̃
p̃spargo g̃. s̃z h̃ accidit ex vicio septoz
Q̃s̃picio es. xi. ctū. a. t. i. sil' specere.
Q̃s̃pico as. n. p. i. spicas colligere. r d̃r a cō
r spico. In q̃ s̃esu inuēit̃ etiā p̃spicor ar̃is.
deponēs. r p̃o. pe. Itē p̃spicor p̃t̃ p̃poni a
cō r specio es. Vel deriuat̃ a p̃spicio es. r tē
cor. pe. Et ē idē qd̃ aspicio. vñ Brecista Lō
spicor aspicio p̃spico colligo spicas. Pap.
diē. Lōspicari rimari int̃edere credē. In
h̃ r h̃ p̃spicabil. r h̃ le. Lōspicabilē aduer.
r cōspicabūd. a. ū. i. habil ad p̃spiciēdū vel
silis p̃spicāt̃i vl' decor?
Q̃s̃tello las. are. n. p. i. splēdere. r d̃r a con r
stello as. In h̃ p̃stellatio onis. qd̃ sepe po
nit̃ p̃ ip̃o signo stellaz.
Q̃s̃terno is. strau. atū. a. t. r p̃sterno ar̃is.
ar̃. d. p. Et ē p̃sterno aīal vl' cor. p̃is vl' ma/
11 3

nlpuli vl lectali vl a selli vl marj. sz pster/
 nari metj. Et e pster nari mete deficere ter
 reri stupesceri turbari cadere exanimē esse
 vl aliq timore vl aliq casu. In pster nari a.
 um. i. terris p turbar. Cōsternatus pprie
 mete. strat po corpe Et vtz qz tā pster no qz
 pster noz ppoit a cō z sterno is.
Cōstipo as. au. a. p. i. sil' stipare. z dz a cō et
 stipo as. z pō. sti. Un Luca. in. vij. Pōpeie
 dēsis acies stipata cateruis
Cōsticuo is. ui. tū. a. t. i. sil' statuere. Lū autē
 pōit absolute. i. sine actō. tantū valet qntū
 ponere terminū. Un Salusti. In diem
 tertū pstituit. i. terminū ponūt
Cōsto as. stici. stitū. Inuēit etiā pstatū. i. qī
 sil' stare. z dz a cō et sto. Itē stare. i. pstitui.
 vt dom' pstat ex tecto z pariete z sudamto
 .i. pstituit. Itē p stare. i. p seuerare. vt Itē
 pstat i pposito. i. p seuerat. Itē p stare. i. cer/
 tū z apū esse. Itē p stare p̄inet ad p̄cium
 vt h capa pstat tribz denarijs In p̄stās is.
 o g. et p̄paf. In p̄stāter tū. sime. aduerb. z
 h p̄stātia tie. z p̄stās dz. qz vndiqz stat nec i
 aliquā p̄tē p̄r decliari. Et p̄pōit incōstās.
 In hec incōstantia.
Cōstruo is. xi. ctū. a. i. sil' l' struere. z dz a cō
 z struo. In p̄struere onis. z p̄struere a. ū
 z h z h p̄struere bil. z h le.
Cōstuproz arj. d. p. i. sil' l' stuprari. z dz a cō z
 stuproz. Inuēit etiā in actiua fcatōe. vt cō
 stuproz as. Un Diere. ij. Cōstupraueit te
 vlqz ad p̄ricem.
Cōsueo es. fucui. vl' p̄suet' sū. i. valde suere
 In p̄suetim z consuetudo. In consuetudi
 nari a. ū.
Consuesco es. fueni. vl' p̄suet' sū. i. p̄suetudi
 nē facere fm Pap. z fm Hug. Cōsuesco ē
 incho. de p̄sueo es.
Cōsulo is. lvi. sultū. n. t. i. dare p̄siliū. z fm h
 p̄struit cū dīō. vt p̄sulo tibi. Itē p̄sulo. i. in
 terrogo. p̄siliū accipio. z fm h cōstruit cuz
 actō. vt consulo te. Un di. Pap. Consulo
 tibi. consiliū do. Nā consulo te interroga/
 tiuū est. z tūc hz passiuū. i. consiliū peto a
 te. Un. Consulo te querēs. tibi p̄sulo con
 siliū dans.
Cōsulto as. a. p. i. frēqntē p̄sulere. a p̄sulo. is
Cōsūmo as. au. i. a. p. i. finire p̄ficere. ad effe
 ctū ducere. cōplere. et dz a con z sūmo. as.
 qd̄ deriuat a sūma me. z dz scribi p̄ gemi/
 nū m. Un. Sūmare duplex sibi vult sz
 sumere simplex. Itē ille cōsumat q̄ i bono

expēdit. Ille p̄sumit q̄ in malo deuast
 dissipat. Un qdā. Cōsumare mea ve
 sz p̄sumere nolo. In p̄sumat. a. ū. vñ
 ij. Postqz p̄sumati sūt dies octo. i. finit
 feci p̄pleti. Et in h cōsumatio onis. i.
 p̄pleti. Un ps. Dis p̄sumatōis. i. optis.
 di finē. Ponit etiā p̄sumare aliqū p̄cor
 mere. z ecōuerfo. impropē rñ.
Cōsumo is. p̄si. ptū. a. t. i. destruere. in m
 expēdere absumere. z dz a cō z sumo m
 qd̄ dz scribi p̄ simplex m. z p. su. In p̄su
 ptus. a. ū.
Cōsuo is. sui. sūtū. a. t. i. sil' suere l' diungē
 z dz a cō z suo is. In h z h p̄sunt. z h le. z
 p̄pōit incōsutil. le. Un Job. xij. Erat a
 tunica incōsutil.
Cōtamino as. are. n. p. i. polluere deturp
 re corrupe. z dz a con z tamino as. qd̄ ē e
 uerfari. z cor. mi.
Cōtēno nis. p̄si. tū. a. t. i. vllipēdere asgna
 nō curare dep̄cari. z caret p. i. p̄nci z i p̄
 rito hz. z hz m. ante i. In p̄temp' ta. et
 temptio
Cōtēploz arj. ar' sū. d. p. i. videre p̄spicere r
 mari. z p̄pē referē ad inuisibilia. lz qūqz a
 visibilia trāsserat. z dz a cō z tēplū. In p̄
 tēplatiū a. ū. q̄ morat in p̄tēplatiōe vel a
 contēplationē p̄ncēs
Cōtēdo dis. di. tū. vl' sum. n. t. i. ligare vel si
 ire vl' sil' tēdere. extendere pugnare. z dz
 cō z tendo dis.
Cōtēdo as. au. i. i. frēqntē p̄tēdere. z dz a cō
 tendo dis.
Cōtermio as. au. i. a. p. i. sil' termiare l' p̄iū g
 re. z dz a cō z termio. In p̄termial. z h le. i
 confinal. z cor. mi.
Cōtestoz arj. ar' sū. d. p. i. sil' l' testari. et dz a
 cō z testoz arj. Et vt di. Pa. p̄testari ad iu
 dices. obtestari po ad aduersarios p̄tici.
 Dī etiā p̄testari adiurare. firmit' asserere.
 sicut firmū est testamentū
Cōticeo ces. ticui. tū. n. s. i. sil' vl' statim ca
 cere. nihil p̄ferre. z cor. ti. z dz a con z taceo
 Et a scōa p̄sona contices addita co. fit cō
 ticesco es. incho. Un ps. Impū i tenebris
 conticescent
Cōtigno as. au. n. p. i. tigna cōponere sū
 gere coaptare in structura edificij. Unde
 Lectum tigna ferūt q̄ contignatio iungit
 Et Eccl. x. In p̄gritjs hūiliabit p̄tigno.
Cōtineo es. tinui. tētū. a. s. i. sil' tenere babe
 re gerere abstinere in castitate manere Et

teneo. In pines is. In h pinen
tinētia. castitas
g. tigi. ctū. n. s. i. sil tāgere v' acci
ractare. et dr a cō et tāgo g'. In cō
.ui. z adiectiue p'act' a. ū. Et scias
lit malū. euenit casu. obtingit forte.
facto. Pōr ēr p'poni a cō z tigo g'.
ē p'p'riū p'nti p'inctū. z idē ē qd
ere ificere z p'aminare
o as. au. a. p. i. p'innū facere v' p'ri/
e. In p'innuatiū. i. p'innū. iugiter.
c. di. Cōtinuare. i. p'ūge dilatare p'
. In p'rinue aduer. p. q' sepe pōit p'ri
p'innuatiū vel statim
ars. ar. sū. d. p. dr aliqd p'grere l' scriu
dr a con' p' instro piscator' Etā po
terrogare iuestigare. Et pōit p'cō/
s. i. in qro vel p'qro. iterrogo. z scribit
nūcū etā cūtor ar. p. u. p. morari v'
are. Un' qdā. Contoz p'qro cuntoz
oqz morozqz. Et i grecismo dr. Per/
re notat id qd p'scutor p o scriptum.
itozqz p u. dr esse moroz
cto as. au. a. p. qd z p'recto as. inēif.
tractare v' inf man' tractare z palpa
z a cō z tracto as.
ho is. xi. ctū. a. t. i. sil trāhe abbreuiā/
morari colligere p'frigere decurrare.
z cō z traho is. In p'frigio onis. i. colle/
constricō abbreuiatio v' decurtatio
Ezech. vii. Et ecce v'it p'ctio. Inuēif
m aliā trāz p'ritio. Un' Hiero. Con/
io q' dr hebraice scissura. i. p'ter' vel p'
eio v' collectio oim maloz
mo is. vi. n. t. i. siml' tremere. et dr a cō
mo is. z cor. tre. Inde contremisco c.
o.
ouerfor ar. ar. sū. d. p. i. litigare decer/
p'dicere. z dr a cō z p'lo as.
meo es. mui. n. s. sil vel valde timere
a con z timco es. In p'tumesco scis.
o.
tūdo is. tūdi. sū. a. t. i. p'terere p'frigere
ēte domare p'cidere sil tūdere. z dr a cō
tūdis. In p'rusus. a. ū.
ator ar. ar. sū. d. p. i. absōdere defende
i. j. Wach. i. Et in eo p'utati sūt. Et p'
tūtu.
enio is. ueni. a. q. i. p'gruere vel decere
z a cō z venio is. Un' Hoc palliū p'uit
m. i. i. decet me. Et p'ueire. i. alloq. v' cō/
nio vos o iudei. i. alloqz. Et p'uenire. i.

adunari. vt isti p'ueniūt. i. adunāf. Et p'ue/
nire. i. sil venire. Et p'uenire. i. pacisci. Un'
Dath. xx. Pōne ex denario p'uenisti me/
cū. v' p'uenio tibi vnū denariū. i. paciscoz
Et p'uenire. i. erigere aliqd de aliq. Et cō/
uenire. i. p'pelle ad cām vocare v' ad placi
tū. Et p'uenire. i. inesse. vt albedo cōuenit
mibi. i. inest Et p'uenire. i. assimilari. vt iste
p'uenit cū illo i albedie. i. silis ē illi In con
uenit impsonale. z p'uenies. z h p'ueniētia
tie. z cōponit incōuenies. z p'pat. In hec v'
cōueniētia tie. Un' Conuenit alloq' decz
id sil assimilāf Erigit ad causas vocat et
compellit inestqz Pāgit adunāf z adunat
conuenies est
Conuēto as. i. frēqntē conuenire
Conuētor ar. ar. sū. d. p. i. cōuentū facere v'
celebrare. z dr a conuēt'
Cōuersor ar. d. p. i. sil v'sare z esse cū aliq. et
dr a con z p'lo as. In h z h conuersabilis.
et h le.
Cōuerto ti. sū. a. t. i. sil p'tere v' ad aliquā vi
tā vel sectā p'tere. z dr a cō z p'to is. In h z h
p'uertibil' z h le. z p'pat Et p'pōit incōuer/
tibil' z h le. In p'uerso as. frēqntatim. et est
actinū p'uerto. tū fm Hug. cōuertoz et p'
uertoz passina sūt z deponētia
Cōuescor cr. d. t. i. sil v'elci pariter v'elci cuz
alio comedere.
Conucho is. ueti. ctū. a. t. i. vndiqz v' sil v'
here. z dr a cō z vcho.
Cōuicioz ar. d. p. i. p'uicia inferre vitupare
Et p'struit cum d'io. z dr a con z vicio. as.
In h conuiciū tū. contumelia vituperiuz.
In conuiciosus. a. ū. i. plen' conuicius. z cō
parat. ita dic' Hug. Pāp. etiā dic'. Conui/
cior ar. ar. sū. i. exprobro In p'uiciū. i. op
probrū iniuria
Conuiuio. is. xi. ctū. n. t. i. simul viuere.
Conuiuoz ar. d. p. i. cōuiuiciū facere vel cele
brare vel insimul comedere. Un' Lato. Ra
ro conuiuare. z pō. vi.
Cōopio is. ui. cooptū. a. q. p. e. cor. i. siml' op'
re contegere. z dr a con z opio. In coopto
riū. i. amicit'
Coopoz ar. ar. sū. d. p. i. sil opari coauxilia
ri. z dr a con z opoz ar.
Coopto as. au. a. p. i. simul optare.
Copulo. as. au. a. p. i. contūgere sociare iu/
gare. Et p'ponit cū dis. vt discopulo. id est
distingere. z cū re. vt recopulo as. i. reiuuge
re. et cor. pu.

Coquo. q̄s. xi. cū. a. t. i. cibaria tpare. 2 p̄po
 nit cū de. 2 d̄r decoq̄. q̄s. i. vald̄ coq̄re. cū ex
 vt excoq̄ is. i. eodē s̄su. 2 silr cū in. vt incoq̄
 q̄s. p̄coq̄ q̄s. i. p̄ alijs coq̄re. vl̄ sup̄vl̄ plus
 Lū re. vt recoq̄. i. itez coq̄re vl̄ vald̄ coq̄re
 Lū sub. vt succoq̄. i. pazvl̄ sub̄coq̄rere.
Como as. are. n. p. i. cornu resonare.
Cornicor ar̄. i. vocē cornic̄s imitari l̄ inuti/
 lic loq̄ 2 garrire. qd̄ ē corniculor ar̄. d̄r. et
 p. ni. **Un̄ Persp̄.** Nescio qd̄ tecū ḡue cor/
 nicar̄s inepre. 2 d̄r a cornit̄
Corono as. a. p. i. coronā iponere vl̄ corona
 ornare.
Corporo .as. au. a. p. i. cor̄porē facere vl̄ i
 pignare vel i cor̄p̄ imitē vl̄ ad sustētamē
 tū 2 augmētū cor̄p̄is sumere. Et p̄p̄it cū
 in. vt incorporo as. 2 cor. po.
Corideo es. r̄si. i. sil̄ cū alio ridere. et d̄r a
 cō 2 rideo es. 2 mutat n. in r. 2 p. ri. **Unde**
Sen. xx. Corridebit mibi
Corrigio as. a. p. i. corrigias facere vl̄ corri
 ḡis ligare Et p̄p̄it decorigio as. discor
 rigio as. excoorigio as. i. eodē s̄su. i. dissol
 vere. Incorigio as. i. corriḡis ligare vel
 ornare vl̄ aptare.
Corrigo ḡs. xi. cū. a. t. i. castigare l̄ emēdare.
 2 d̄r a cō 2 rego ḡs. 2 cor. gi. Et differt a cor
 ripio. qz corrigo. i. emēdo vt corrigo libz.
 Pertinet ē ad mores q̄nz. vt corrigo istū
 i. castigo. 2 nulla correccio sperat̄ d̄ isto. i.
 nllā emēdatio. vñ p̄pha. In q̄ corrigit̄ a do
 lescētor̄ viā suā. S3 corripio. i. rephendo.
 vt Corripiet me in sp̄ i misericō. sic 2 corre
 ctio a corrigo p̄p̄e priet ad libz. vt iste lib̄
 nō ē bñ correct̄ S3 correptio l̄ correptor̄
 vl̄ corrept̄ a corripio is. priet ad mores vt
 iste nō ē bñ corrept̄ d̄ tali dicto vl̄ facto
Corrigo gas. au. ar̄. a. p. i. sil̄ rigare. 2 d̄r a
 cō 2 rigo as. 2 cor. j. 2 retinet n. fm̄ q̄sdā
Corripio is. ui. p̄ti. a. t. i. sil̄ rape vl̄ cape vel
 castigare rephēdere. 2 d̄r a cō. 2 rapio is. 2
 cor. ri. In corrept̄ a. ū. 2 h̄ correptio onis.
Corrodo dis. si. sum. a. t. i. sil̄ rodere
Corrogare ē q̄i sil̄ rogare l̄ sil̄ colligere vel
 adunare.
Corrūpo .is. cor̄rupi. p̄ti. a. t. i. frāgere de/
 uirginare vitare ificere morbo. vel malis
 moribz. 2 d̄r a cō 2 rūpo is. In h̄ 2 h̄ cor̄ru
 ptibil̄. 2 h̄ le. Et in cor̄ruptibil̄. 2 cor̄rup
 tibil̄itas. 2 cor̄rupt̄ a. ū. 2 p̄p̄at. Et p̄ponit
 incorrupt̄ a. ū. 2 silr comp̄at.
Cortico as. au. a. p. i. corticē dare vl̄ aufer̄

re. 2 d̄r a cortex. et p̄p̄it cū de. vt **De**
co as. discortico as. excortico as. i. co
 sensu. i. corticē auferre. Incortico as.
 ticē m̄itē vl̄ aptare corticē
Corusco as. au. n. p. i. resp̄lēdere l̄ vlt̄
 vl̄ iaculari fulgere. vñ **Iunenali. i. iiii.** 2
 peio fuata 2 ioui frōteqz coruscāt. **U**
 q̄ scribit̄ p̄vni r. 2 cor. p̄mā. In corusc
 a. ū. i. splēdēs crisp̄ tremul̄ vibrās. et
 stātine h̄ coruscē ci. i. splēdor lux itoler
 2 h̄ coruscatio. i. splendor coruscādi au
 vñ fm̄ **Greco.** Sol radiat mucroqz in
 fulgorz coruscāt. Lū fulgor sup̄ nos
 ret. ruc fulgurat ether
Costo as. qd̄ nō ē in vsu. i. costas vl̄ cost
 cerē. 2 d̄r a costa ste. Et p̄p̄it decosto
 discosto as. excosto as. in eodez sensu.
 stas extrahē. In icosto as. i. imitē col
Recosto as. i. excostare vl̄ itez costare.
 sūt om̄ia actiua
Conio nis. niui. a. q. i. sil̄ p̄iūgere. et d̄r a
 2 vnio. 2 abiciū n. 2 p̄. u.
Conno as. au. a. p. i. p̄rogare
Contor. ter̄. d. t. i. sil̄ vtor.

E ante R

Crapulor ar̄. d. p. i. sup̄flue māducare bi
 inebriari. **Hec Pap̄.** Pro excessu at̄ i po
 ponit̄ in ps. **Tāqz potēs crapulat̄ a vū**
Et cor. pu.
Crasso as. are. 2 crassor ar̄. inuēit̄. i. crassi
 facere In crasseo es. ui. i. crassū eē l̄ fieri.
 bz incho. vt crassesco es. **Un̄ illd̄.** Scri
 crassescit. qd̄ fit duobz modis. vl̄ cū supe
 būdat. vl̄ cū igrossat̄ 2 deficit a subtilitat̄
 vl̄ cū inflat̄ ad altū stitū. **Crasso** p̄p̄it. cō
 crasso as. i. sil̄ crassare. decrasso as. i. vald̄
 ipinguare vel macz facere. qd̄ 2 d̄r crasso
 as. d̄r. in crasso. as. Et ē actiū crasso cū oi
 b̄ suis p̄posit̄. Inuēit̄ etiā grassor ar̄. de.
 ponēs. s3 aliud ē vt patebit.
Crastio as. are. n̄ ē i vsu. s3 p̄p̄it. p̄crastine
 as. i. in crastinū deferre vel plōgare. ponit̄
 in q̄nz simplr p̄ differre. simplex si inuēat
Crebreo es. b. ui. n. s. 2 caret su (2 cor. pe.
 pino. i. esse vel fieri crebz. In crebreco sc̄.
 incho. Et vt d̄c̄ **Pap̄.** Crebreco innotē
 sco sp̄isoz multiplicoz.
Credo dis didi. i. ū. a. t. i. dare cretum. i. cō.
 sideratōem supra rem aliquā. vel dare cre
 tū. i. incliare animū ad cernēdū q̄ ita sit vt
 d̄r. 2 d̄r a cerno qd̄ h3 cretum i supio. et do
 das. In p̄balia. Et p̄ponit̄ credo cum cō

429. Sanguine gutta inter lachrymandu

Celestinus quintus sponte
se abdicat pontificatu 245

